SHL
WITHDRAWN



UNIVERSITY OF LONDON
LIBRARY

[S] 016.282 (Hunter)

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/nomenclator-literarius-theologiae-catholicae_1911_part-1

NOMENCLATOR LITERARIUS

THEOLOGIAE CATHOLICAE

THEOLOGOS EXHIBENS

AETATE, NATIONE, DISCIPLINIS

DISTINCTOS.

TOMUS V.

EDIDIT ET COMMENTARIIS AUXIT

H. HURTER S. J.

S. THEOLOG. ET PHILOS. DOCTOR, EJUSDEM S. THEOLOG. IN C. R. UNIVERSITATE OENIPONTANA PROFESSOR HON.

CUM APPROBATIONE CELSISSIMI ET REVERENDISSIMI EPISCOPI BRIXINENSIS ET FACULTATE SUPERIORUM.

EDITIO TERTIA PLURIMUM AUCTA ET EMENDATA.

OENIPONTE.

LIBRARIA ACADEMICA WAGNERIANA.

1911.

THEOLOGIAE CATHOLICAE

AETAS RECENS.

Pars I.

SECULUM TERTIUM

POST CELEBRATUM CONCILIUM TRIDENTINUM

AB ANNO 1764 — 1869.

CUM APPROBATIONE CELSISSIMI ET REVERENDISSIMI EPISCOPI BRIXINENSIS
ET FACULTATE SUPERIORUM.

EDITIO TERTIA PLURIMUM AUCTA ET EMENDATA.

OENIPONTE.
LIBRARIA ACADEMICA WAGNERIANA.
1911.

192161

Quum bibliopola editor operis, cui titulus: Nomenclator literarius theologiae catholicae t. III. (V.) iterum typis vulgare desideret, ipse ad hanc 3. editionem facultatem impertio.

Viennae 25. Febr. 1911.

J. B. Wimmer S. J.

BIBL. LONDIN. UNIV.

OENIPONTE, TYPIS WAGNERIANIS.

Prospectus partis I. tomi V.

I. Theologi annorum 1764—1780. 1-256.

I. Theologia scholastica 1—29.
in Italia 1.
Hispania 14.
Gallia 16.
Germania 17.
Philosophi 27.

II. Theologia positiva et polemica 29-180.
in Germania 29.
Polonia 43.
Belgio 46.
Gallia 48.
Italia 64.

III. Disciplinae ad s. Scripturam spectantes 79—106.
Isagogicae 79.
Exegesis 95.

IV. Patrologia 105—119.

V. Historia ecclesiastica 119—202.
Quaestiones chronologicae 119.
Historia eccl. universalis 128.
Historia eccl. nationum 139.
Historia dioeceseon et ecclesiarum partic. 152.
Historia ordinum 166.
Historia missionum 173.
Haeresum origines et fata 175.
Hagiographia 177.
Dissert. de singularibus argumentis 178.
Historia literaria 180.
Archaeologia 192.

VI. Theologia practica 201—256.
Rom. Pontifices 201.
Jus canonicum 203.
Theologia moralis 225.
Theologia pastoralis 243.
Liturgia 246.
Concionatores 252.
Ascesis 255.

II. Theologi annorum 1781—1800. 257—572.

I. Theologia scholastica 257—269.
in Belgio 257.
Hispania 257.
Italia 258.
Germania 260.
Polonia et Hung. 266.

II. Theologia pos. et polemica 269—338.
in Germania 269.
Belgio 292.
Polonia et Hung. 294.
Anglia 294.
Hispania 296.
Gallia 298.
Italia 319.

III. Disciplinae ad ss. literas spectantes 337—378.
Isagogicae 337.
Versiones s. Scripturae 346.
Exegesis 355.

IV. Patrologia 377—396.
Editiones PP. 377.
Institutiones patrologiae 390.

V. Historia ecclesiastica 395—498.
Quaestiones isagogicae et praeliminares 395.
Historia eccl. univers. 400.
Pontificum gesta 407.
Historia conciliorum 410.
Historia eccl. particul. 411.
Historia ordinum et mon. 435.
Historia missionum 441.
Acta sanctorum 443.
Diss. de singularibus argumentis 448.
Res diplomatica 452.
Numismatica 454.
Archaeologia 455.
Historia literaria 474.

VI. Theologia practica 499—572.
Pontifices 499.
Jus canonicum 500.
Febronius 514.
De juribus Ecclesiae 523.
De matrimonio 528.
De re beneficiaria 531.
Theologia moralis 534.
Theologia pastoralis 549.
Liturgia 556.
Concionatores et Ascetae 568.

III. Theologi annorum 1801—1820. 573—830.

I. Theologia dogmatica, positiva et polemica 573—664.
Philosophia 573.
Theol. in Gallia 576.
Belgio 594.
Hibernia 600.
Anglia 602.
America 603.
Hispania 604.
Italia 608.
Germania 638.
Hungaria 660.

II. Disciplinae ad ss. literas spectantes 663—694.
Isagogicae 663.
Hermeneutica 676.
Exegesis 678.
Versiones s. Scripturae 689.

III. Patrologia 693—702.

IV. Historia ecclesiastica 701—772.
Isagogicae 701.
Historia eccl. univ. 706.
Gesta Rom. Pontif. 721.
Historia eccl. particularis 727.
Historia ordinum 752.
Acta sanctorum 755.
Archaeologia 759.
Historia literaria 763.

V. Theologia practica 771—830.
Jus canonicum 771.
Auctores reprobandi 782.
Quaestiones speciales 797.
Theologia moralis 809.
Theologia pastoralis 814.
Liturgia 823.
Concionatores et Ascetae 824.

IV. Theologi annorum 1821—1840. 831—1078.

I. Theologia dogmatica, positiva et polemica 831—910.
in Hispania 831.
Belgio 832.
Anglia 833.
Gallia 840.
Italia 858.
Germania 872.
Auctores minus probandi 898.
In aliis nationibus 906.
Philosophia 908.

II. Disciplinae ad ss. literas spectantes 911—952.
Isagogicae 911.
Hermeneutica 922.
Exegesis 924.
Versiones scripturae 950.

III. Patrologia 951—966.

IV. Historia ecclesiastica 965—1024.
Historia eccl. univ. 965.
Historia summ. pontif. 972.
Historia eccl. partic. 975.
Historia eccl. dioeceseon 989.
Historia missionum 1007.
Archaeologia 1007.
Hagiologia 1011.
Historia literaria 1012.

V. Theologia practica 1023—1078.
Romani pontifices 1023.
Jus canonicum 1026.
Auctores reprobandi 1043.
Theologia moralis 1053.
Theologia pastoralis 1059.
Liturgia 1065.
Paedagogia 1067.
Concionatores et Ascetae 1071.

V. Theologi annorum 1841—1869. 1079—1422.

I. Theologia dogmatica, positiva et polemica 1079—1202.
in Germania 1079.
Hungaria 1137.
Anglia 1140.
America 1151.
Belgio 1154.
Gallia 1159.
Italia 1187.
Philosophi 1196.
Hispania 1198.

II. Disciplinae ad ss. literas spectantes 1201—1250.
Isagogicae 1201.
Hermeneutica 1212.
Archaeologia biblica 1218.
Exegesis 1221.
Versiones s. Scripturae 1241.

III. Patrologia 1249—1262.

IV. Historia ecclesiastica 1261—1350.
Historia eccl. universalis 1261.
Romanorum pont. gesta 1280.
Historia conciliorum 1287.
Historia eccl. nationum 1290.
Historia eccl. partic. 1299.
Historia missionum 1317.
Historia monasteriorum 1319.
Acta sanctorum 1324.
Argumenta singularia 1327.

Acta haereticorum 1330.
Archaeologia 1332.
Historia literaria 1345.
V. Theologia practica 1349—1422.
Jus canonicum 1349.
Praesules illustres 1359.
Argumenta specialia 1362.
Theologia moralis 1378.
Theologia pastoralis 1390.
Liturgia 1402.
Cantus sacer 1407.
Paedagogia 1408.
Concionatores et Ascetae 1411.

Tabulae chronologicae secundum disciplinas et nationes, necnon indices theologorum et rerum sequentur in fine p. II. hujus tomi.

I.

Theologi annorum 1764—1780.

I. Theologia scholastica.

1. Seculum *tertium* theologiae catholicae post celebratum concilium tridentinum ingredimur, atque initio quidem theologiae scholasticae nonnisi reliquias colligimus, cum ea fere desiisse dici possit in hac periodo. Rari enim sunt, qui quaestiones theologicas more tantum scholastico tractent; plerumque probationes prolixas addunt proprias theologiae positivae, quaestiones patrologicas et historicas interserunt, haereticorum objectiones diluunt, ut possint theologis sequentis sectionis haud immerito adnumerari. Ex *italis* in primis nominandus est Joannes Laurentius Berti[1]). Natus est Laurentius 28. Maji 1696 Serravetiae, quod est oppidum Etruriae, parentibus humilis quidem, sed honestae conditionis. Annos natus 15 ordinem s. Augustini est ingressus, a quo tempore illius mens antea adeo obvoluta et velut obligata, ut vix legere didicerit, explicari et solvi coepit ita, ut mirantibus magistris laetissimos fecerit in philosophicis et theologicis disciplinis profectus. Nondum expleverat 22. aetatis annum, cum jussu majorum de rebus divinis ad populum dicere coepit non sine auditorum probatione. Liburni vero Hebraeorum conversioni operam dedit, quorum revera nonnullos Christo lucrifecit. Philosophiam, in qua Cartesianos potissimum sequi gloriabatur, primum tradidit, deinde theologiam Senis, Florentiae, Bononiae, Patavii et Romae docuit; aliquamdiu etiam praefectum bibliothecae angelicae egit, et munere secretarii et assistentis generalis functus est. Jubente Schiaffinati, ordinis praeposito generali, opus aggressus est, quo totam s. Augustini doctrinam, praesertim de Dei gratia liberoque hominis arbitrio, secundum majorum traditionem complecteretur, quod typis impressum una omnium sui ordinis scholarum regula esset. Prodiit illud inscriptum *de theologicis disciplinis* Romae 1739—1745 t. 8; 1765 t. 7 in 3 v.; Monachii 1749 t. 5 in f.; Venetiis 1750 t. 3 in f.; 1760 t. 5 in f.; Bassani 1776 t. 7 in f.; Neapoli 1792 t. 10 in v. 4 in 4. cum supplemento[1]) Hieronymi M. Buzi etc., opus sane eruditum, quod a sodalibus maximi aestimatur. Non defuere tamen qui illud

[1]) Alius a Paulino Berti, de quo egimus III[3], 369, 581 a. 601.

[1]) Idem Hieronymus Maria Buzi, ejus sodalis, Picenus, s. Theologiae magister et professor, provinciae praepositus, evulgavit hujus operis *synopsim*, additis ll. X de locis theologicis, Auximi 1769 t. 4. (fl. adhuc. 1793). Joannes Baptista Theodosius Bernenc O. S. Aug., Gallus, ex Berti et Bellelli operibus excerpsit *systema augustinianum de divina gratia* 1755; Venetiis 1770; cf. IV, 1371.

impugnaverint, ut Jo. d'Yse de Saleon in op. mox citando cf. IV³, 1371), Languet (IV³, 1400) in *Judicio* de operibus FF. Bellelli et Berti, de Gorgue, Canonicus Augustae Suessonum, et Jos. Carpani S. J. (cf. IV³ 1634), quod in nonnullis doctrinae capitibus ad Baji et Jansenii errores accedere videretur [1]). Quare ad illud tuendum exaravit vulgavitque diss. sex inscriptas: *Augustinianum systema de gratia* ab iniqua bajani et janseniani erroris insimulatione vindicatum sive refutatio librorum, quorum titulus: *Bajanismus et Jansenianismus redivivi* in scriptis PP. FF. Bellelli et Berti O. Erem. s. Aug. etc., p. 1. et 2. Romae 1747; Monachii cum praecedenti op. 1750. Langueto respondit Berti edito l.: In opusculum inscriptum RR. J. Languet archiep. sen. judicium de operibus theologicis FF. Bellelli et Bertii *aequissima expostulatio,* Liburni 1756 in 4. Cum etiam querelae delatae fuissent ad Benedictum XIV., qui alioquin Bertium magni faciebat, dedit pontifex negotium Fortunato Tamburini et Joachimo Besozzi, qui postea cardinales creati fuere, ut cognoscerent de Gorguii animadversionibus et Bertii scriptis. Examine instituto censuerunt hi theologi, nihil esse in Bertii libris, quod Jansenismum redoleat, quin imo eos ab eruditione et sana doctrina commendarunt. Operi Bertii apologetico respondit Saleon in *Documenti pastorali* ill. ac. RR. DD. archiepiscopi et comitis viennensis clero suae dioeceseos in commentitiam apologiam, cui titulus: *Augustinianum systema* [2]) etc., Viennae 1750. Cum autem Franc. Ant. Zaccaria illius succinctum sine studio et ira dedisset conspectum [3]), Berti ei opposuit *Ragionamento apologetico,* Taurini (Lucae) 1751, stilo admodum acri conscriptum. Zaccariae partes in se suscepit anonymus edita epistola [1]). Non tacuit Berti, vulgavit enim suppresso nomine opusculum bile refertum, cui titulum fecit: *Disinganno del P. Fulg. Moneta da Bagnone* all' Autore dell' opera intitolata: Storia Letteraria d' Italia intorno alla lettera nel 4. vol. inserita e ad altri scorsi di penna dello stesso scrittore contra un Agostiniano apologista [2]), Arbengae 1753, aliosque adversus Zaccaria edidit libellos.

2. Interim promotus fuit Berti a. 1748 ad cathedram historiae ecclesiasticae in academia pisana. Praelectionum fructus exhibentur in op. *historia ecclesiastica* sive diss. ecclesiasticae, quas habuit in archigymnasio pisano ex msc. auctoris schedis ante mortem communicatis, nunc primum collectae, chronologico ordine digestae atque in 4 t. distributae, una cum iis, quae iam pridem vulgatae fuerunt (Florentiae 1753 t. 3 in 4), quaeque nunc primum ab auctore secundis curis recognitae et pluribus additamentis locupletatae sunt, Bassani 1769 t. 4 inf. Quo in opere minoris pretii imitatur Natalem Alexandrum, sed in eo agit tantum de prioribus quinque seculis. Accuratissimo instituto examine plura in eo reprehendit Zaccaria [3]). Non siluit Berti editis *dialogis* inter duos eremitas, quibus nomina fecit Hermotimi et Philogoni. Postea illud in compendium redegit continuavitque ad a. 1760 inscriptum: *Ecclesiasticae historiae breviarium* [4]) p. l.

[1]) Cf. accusationis capita in duabus Langueti ad Benedictum XIV. epistolis apud Alex. a s. Jo. de Cruce in continuat. H. E. Fleurii l. 239 § 43. 44; Genér theologiae dogm.-schol. t. 1 prodr. 1 c. 1 § 62.

[2]) Cf. Storia Letter. d'Italia III, 208—9.

[3]) Stor. Lett. d' Ital. II, 13—33 col. III, 747—51.

[1]) Quam cf. in Storia Lett. IV, 286-317.

[2]) De quo cf. ib. 299—305.

[3]) Storia Letter. VIII, 376—98; IX, 338—78.

[4]) Feller Biogr. univ. I, 568 (ed. Parisiis 1837): »Pauvre compilation, sans ordre, sans choix, remplie de minuties, de faussetés, de partialité ... Il exalte jusqu' au ciel les chefs et les promoteurs du parti (janséniен) et ravale dans la boue ceux qui l'ont combattu«. Fabellis quoque saepe indignis contra romanos pontifices excogi-

et 2. Pisis 1760; Bassani 1767; 1774; Gandavi 1831; continuatum usque ad a. 1879 et diss. isagogicis auctum a Thyrso Lopez, Parisiis 1879 t. 2 in 8; Vallisoleti 1889 t. 2 in 8. Illud a durioribus in romanos pontifices censuris purgavit, continuavit ad a. 1890 Hadrianus Saracenus Orat. presbyter et sub inscriptione *Historiae ecclesiasticae compendium* edidit Taurini 1892, ed. concinna et magis accurata. Post Berti mortem prodiit quoque l. *de haeresibus trium priorum seculorum*, Bassani 1769. Aliud ejusdem opus fuit: *Commentarius de rebus gestis s. Augustini* latinorum patrum nobilissimi librisque ab eodem conscriptis. Accedit historica lucubratio de ss. ejusdem s. Augustini parente Monica et quibusdam aliis ipsi necessitudine et religiosae vitae professione conjunctis, Venetiis 1756 in 4. *S. Augustini* latinorum PP. nobilissimi *quaestionum de scientia, de voluntate et de providentia Dei, nec non de praedestinatione* [1]) *ac reprobatione atque de gratia Reparatoris dilucidatio* p. 1. et 2. Pisis 1756. Inter haec studia literaria, dum sacrum perageret, apoplexi correptus fuit Florentiae 1762. Recuperavit tamen nonnihil pristini roboris protraxitque per aliquot annos adhuc vitam. Sensim fere omnem perdidit memoriam: iterata apoplexi tactus amisit linguam atque decessit [2]) 26. Mart. 1766.

3. Dominicus Lanzerini in universitate bononiensi professor edidit *disputationes theologicas* juxta quatuor sententiarum libros distributas, Bononiae 1800 t. 4 in 4; *de gratia Dei et D. N. J. Christi* scholastica methodo exaratas, ib. 1780 in 4; *de s. matrimonii sacramento* praecipua juris divini et ecclesiastici servanda, ib. 1773 in 4. — Ante ipsum ediderat Joannes dall' Occa canonicus et professor bononiensis *institutiones theologicas,* Lucae 1766 t. 4 in 4; Bononiae 1828, in quibus doctrinam de rom. pontifice ubertim pertractat ejusque infallibilitatem tuetur. — Florianus Toselli Bononiae n. 17. Dec. 1701, post suum in ordinem Capuccinorum ingressum (1717) Bernardus a Bononia dictus, theologiae moralis (1729), dein dogmaticae et scholasticae in conventu bononiensi fuit lector (1734), atque praecipuis sui ordinis muneribus est functus († 19. Febr. 1768). Inclaruit haud contemnendis operibus, e quibus praecipua sunt [1]): *Institutio theologica* juxta omnia scholastico nervo instructa [2]), Venetiis 1746 t. 4 in 4; subjectae sunt t. 3. duae diss.: Calculus chronologicus s. Scripturae a mundi exordio usque ad Christi ortum; de aera communi pro anno nativitatis J. Christi. *Bibliotheca scriptorum O. Min. S. Francisci Cap.* retexta et extensa, quae prius fuerat a. P. D. Dionysio Genuensi ejusdem O. concionatore contexta, Venetiis 1747 in f., cui accessit auctore Joanne M. a Ratisbona tenuis appendix Romae 1852 edita; *institutio philosophica* praemittenda theologiae nunc Aristotelis et J. Duns Scoti acumine structa, nunc recentiorum considerationibus aucta, semper autem naturae lumine parta [3]), Venetiis 1766 v. 3 in 4; *phrasarium s. Scripturae* scriptoribus et sacris oratoribus oppor-

tatis et diffusis abundat. De editione recentiori Th. Lopez cf. Zeitschr. für kath. Theol. Innsbruck 1891 p. 736 ss.

[1]) De hoc mysterio disseruit etiam Josephus Chiozza O. S. Aug. Ligur, qui suae diss. *apologeticon* edidit Florentiae 1770.

[2]) Plura de ipso cf. apud Fabronium vitae italorum doctrina excellentium XI, 37—93; Ossinger bibl. augustinanae p. 126 s.; Biogr. univ. IV, 359; Lanteri postrema sec. sex religionis august. III, 270.

[1]) Cf. Fantuzzi, Notizie degli Scrittori bolognesi VIII, 101.

[2]) Cf. acta erud. lips. 1748 p. 343—57.

[3]) M. A. Bonetto O. Praed. *Exsistentiam Dei ejusque attributa* metaphysice asseruit atque demonstravit, Venetiis 1770 pp. 2 in 1 v.

tunum, Mediolani 1761. — Petrus Andreas Gauggi O. Carm. composuit *enchiridion theologicum scholastico-dogmaticum* juxta mentem Joannis de Bacone doctoris cognomento Resoluti, Romae 1764 p. 1. et 2. — Nicolaus Augustinus Chignoli O. Praed., in ferrariensi primum, exinde in regia taurinensi universitate s. theologiae professor, edidit *praelectiones theologicas,* Venetiis 1766 t. 3 in 4 et *exercitationes ad Danielem prophetam,* ib. 1761 p. 2 in 1 v. in 4. — Ejus sodalis Thomas M. Cerboni disseruit ll. 3 *de theologia revelata,* Romae 1768, et *de jure et legum disciplina,* ib. cum priori opere 1776 t. 4 in 4. — Joannes Car. a s. Francisco Xav. Bossi piar. Schol. Mutinae natus 1698, vir insignis pietatis, doctrinae et prudentiae, qui literas humaniores primum, dein philosophiam et theologiam Cortonae ac Florentiae docuit († 1769), reliquit *institutiones theologicas* in t. 4 distributas, Romae 1759 in 8.

4. Nivardus del Riccio O. Cist. auctor est theologiae scholasticae *de Deo ad intra,* seu de Deo uno et trino, Lucae 1760. — Antonius Jac. Aymar Min. Italus, ut videtur, scripsit scholasticas exercitationes *de Deo ejusque attributis* juxta veriora doctoris subtilis principia variis diss. tum ad dogma, tum ad historiam spectantibus illustratas. — Josephus Ant. Gualtieri O. Min., Genuensis, *de angelorum exsistentia et natura* eorumque ordinibus, hierarchiis et officiis etc. disseruit Genuae 1766 in 4. — Michael Ang. Marchisio cler. reg. O. Theat. taurinensis (n. 2. Nov. 1705), philosophiae et theologiae lector, ab a. 1769 coecus, praelectiones theologicas *de divina voluntate, de praedestinatione et gratia* tironum institutioni accommodavit, Taurini 1775 in 8. — Marcus Ant. Trivellato n. 12. Jan. 1688 Patavinus, theologiae doctor, fere per 50 annos cum omnium approbatione professor et in praemium meritorum canonicus († 7. Dec. 1773), reliquit *dissertationes theologicas* (10), Patavii 1739, scil. de beatitudine aeterna, cultu SS. et reliquiarum, miraculis, de verbis: *Omnia per ipsum facta sunt* Joan. 1, 3; de maternitate b. M. V., de duplici in Christo voluntate, quod nulla in Christo fuerit ignorantia, quod non fuerit Christus filius Dei adoptivus, de merito hominis ad justitiam redeuntis; in diss. 7. refutat eos, qui contra pontificis infallibilitatem provocant ad Vigilium et Honorium I. *Opuscula theologica,* ib. 1740 in 8., scil. de divinis personis, de angelis, de homine, de viribus humanae naturae, de divina gratia et fide; Enchiridion *de Verbi Dei incarnatione,* ib. 1759 in 8., opus eruditione et stili elegantia insigne; diss. *de augustissimo eucharistiae sacramento et sacrificio,* ib. 1752 in 8; diss. *de sacramentis generatim,* de baptismate et confirmatione[1]), 1755 in 8. — Petrus Magagnotti, Patavinus, praepositus ecclesiae s. Andreae ap., vir doctus, plurium academiarum socius, edidit *exercitationes selectas* ex theologia dogmatica et morali de ss. eucharistiae sacramento, quas habuit in congregationibus cleri a. 1762, Patavii 1764. 1768 t. 2 in 4; La *Vita di s. Bernardo* primo abbate di Chiara-Valle[2]), ib. 1744 in 4. In op. Fleurii disciplina populi Dei, cujus ed. curavit Zaccaria, reperitur quoque t. 2. p. 3. ejus diss. (47) de antiquo ritu Deo pueros adhuc impuberes in monasteriis offerendi. — Ignatius Ludovicus Bianchi cler. reg. O. Theat., venetus (n. 25. Aug. 1704), theologiae moralis et juris canonici lector, praeter plura alia[3]) disputavit de argumento singulari scil. *de remedio aeternae salutis pro parvulis in utero clausis* sine baptis-

[1]) Jo. Franc. Predolet exstat Lettera intorno al Sacramento *della estrema Unzione,* Trento 1768.

[2]) Cf. N. A. E. 1749 pag. 337—41.

[3]) Cf. Vezzosi Scrittori de' Cherici regolari detti Teatini I, 133—39.

mate morientibus, Venetiis 1768 in 8., in quo l. esse ejusmodi remedium probare, formulamque determinare nititur, qua prolis nomine mater uti debeat. Displicuit haec opinio Petro Marino a Patavio[1]) O. Min. († 3. Oct. 1791), qui propterea scripsit ep. ad amicum theologiae studiosum contra cujusdam scriptiunculae auctorem contendentem, gravissima theologica probabilitate gaudere illorum sententiam, qui asserunt »infantes in matrum utero decedentes parentum votis et precibus ita juvari, ut etiam absque baptismo re suscepto aeternam salutem consequi possint«, sine nomine auctoris et nota temporis et loci. Displicuit etiam aliis, speciatim facultati theologicae parisiensi, quae eam censura notavit; quare Bianchi opus suum plurimum auctum hac inscriptione iterum edidit: *Dissertationes tres:* diss. 1. physica de communicatione affectuum inter mulierem praegnantem et foetum; diss. 2. physico-theologica de remedio aeternae salutis pro parvulis in utero clausis sine baptismo decedentibus; diss. 3. theologica de parvulis extra uterum sine baptismate in re suscepto aut martyrio decedentibus nullum excogitari decernique potest aeternae salutis remedium; cum appendice apologetica praesertim adversum P. Blasium O. Camald. (qui ediderat diss. adversus novum systema Blanchii de remedio aeternae salutis etc., Faventiae 1770), Venetiis 1770 in 4. — Ambrosius Manchi O. S. Aug. disputavit *de superno adjutorio innocenti creaturae supernecessario,* Neapoli 1770 in 4., ejusque sodalis Mansuetus a s. Felice *de discordia systematis rationis sufficientis cum libertate humana,* libertate, omnipotentia et sapientia divina, mysteriis gratiae et praedestinationis, Cremonae 1775 in 4.

[1]) Cf. de hoc auctore ex opulenta familia Mussita nato ejusque operibus Ant. Maria a Vicetia, Scriptores O. Min. strict. Observ. provinciae s. Antonii Venetiarum, Venetiis 1877 p. 137—41.

5. Celeberrimus tamen ex Italis est Bernardus Maria de Rubeis O. Praed., qui insigniter de s. Thoma meruit. Natus est de Rubeis in Cividale Forojulii (Friaul) 8. Jan. 1687 et in baptismate Joannes Franciscus appellatus. Admodum juvenis (a. 17) ingressus est ordinem Praedicatorum. Expleto studiorum curriculo tribus annis docuit philosophiam, theologiam amplius duodecim. Lutetiam Parisiorum profectus est a. 1722 theologus legatorum venetorum Foscareni et Tieopoli, qui a republica delecti fuerant, ut Ludovico XV. initum regnum gratularentur. Ibidem per quinque menses commoratus amicitiam iniit virorum doctissimorum Lequienii, Jac. Echardi, Montfauconii, Soucetii, Hardouini etc. In patriam redux totum se literis dedit: quibus ut liberius vacaret edendisque libris diligentius insistere posset, cathedrae (1730) renunciavit. Bis tamen munere vicarii generalis suae provinciae fungi debuit. Inter plurima quae edidit opera haec praestant: *Facundi Hermianensis provinciae africanae pro defensione trium capitulorum concilii calcedonensis ll. 12* emendati et suppleti, in t. 2. operum Sirmondi, Venetiis 1728; *de una sententia damnationis in Acacium ep. CP.* post quinquennium silentii lata in synodo romana Felicis papae III. dissert., ubi quam plura ad acacianam historiam pertinentia ex epistola nuper e vetusto cod. veronensi (a Maffei cf. IV^3, 1494) edita eidemque Felici III. adjudicata illustrantur, ib. 1792 in 8. *Monumenta selecta conventus s. Dominici Venetiarum,* ib. 1729 in 8. *Synodus quae acta est in civitate Mantua a. 1327* pro causa s. aquilejensis ecclesiae nunc primum ... edita cum notis, in t. IX. coll. conc., ib. 1729; iterum cum diss. *de schismate ecclesiae aquilejensis,* ib. 1732 in 8; *animadversiones in conc. a Gregorio XII. celebratum Forojulii* seu in civitate Austriae, ib. t. XV. coll. conc. 1731. *Monumenta ecclesiae aquilejensis* comentario histo-

rico-chronologico-critico illustrata, cum appendice, in qua vetusta aquilejensium patriarcharum rerumque forojuliensium chronica emendatiora quaedam, alia nunc primum in lucem prodeunt, Argentinae (Venetiis) 1740 in f.; adjecta est etiam diss. de schismate ecclesiae aquilejensis, quae jam prodierat 1732, sed aucta. Prosequitur autem in illo opere insigni historiam hujus ecclesiae usque ad a. 1734. *De nummis patriarcharum aquilejensium* [1]) diss. 2, ib. 1747 et 1749; discorso istorico-chronologico-diplomatico . . . *sopra una pergamena antica Veneziana,* ib. 1749 in 8., opusculum doctum et eruditum. *De rebus congregationis sub titulo b. Jacobi Salomonii in provincia s. Dominici Venetiarum erectae O. Praed.* commentarius historicus, in quo regularis disciplinae in Ord. Praed. instauratio, primordia ejusdem congregationis et incrementa, vetustae coenobiorum origines novorumque erectiones, viri etiam moribus, dignitatibus, literis illustres, aliaque variae eruditionis argumenta enarrantur, recensentur et illustrantur, ib. 1751 in 4., opus admodum eruditum, in quo multa continentur spectantia ad historiam ecclesiasticam, religiosam et literariam [2]). *Georgii seu Gregorii Cyprii patriarchae CP. vita,* quae . . . nunc primum graece in lucem prodit cum latina interpretatione et notis; accedunt diss. duae historicae et dogmaticae (de processione Spiritus sancti) cum binis ep. ejusdem Cyprii ad amicum et Moschamperis exchartophylacis ad ipsum nunc primum editis, queis byzantina Georgii Pachymeris historia illustratur [3]), ib. 1753 in 4. *De Theophylacti Bulgariae archiep. gestis et scriptis ac doctrina* deque veneta operum ejus omnium editione, t. 1. ed. quae Venetiis 1754 prodiit [1]). Diss. duae, prima de *Turranio* seu *Tyrannio Rufino* monacho et presbytero, altera *de vetustis liturgiis aliisque sacris ritibus,* qui vigebant olim in aliquibus forojuliensis provinciae ecclesiis, ib. 1754. Egerat de Rubeis in suo opere *Monumenta ecclesiae aquilejensis* de Rufino. Prodiit interim *historia literaria aquilejensis* Justi Fontanini (IV[3], 1274), qui in pluribus dissentit ab ipso. Quare accuratius Rufini historiam et res gestas retractandas censuit, ut opiniones a se olim iam prolatas declararet atque tueretur, quod in his doctissimis diss. praestitit [1]): in quarum altera multa quoque habet, quae ad libros liturgicos et sacros ritus spectant. In venetam operum, quae areopagitica dicuntur, editionem (1755. 1756 t. 2) *diss. praevia,* in qua praesertim agitur de scholiis s. Maximi et Joannis scytopolitani ac Germani CP. Patriarchae, in qua ostendit, operum illorum auctorem non fuisse haereticum apollinaristam, neque eutychianum, neque monophysitam, ut Lequien censuit.

6. Opera jam magis theologica, propter quae illum inter scholasticos recensemus, sunt: *De tribus in coelo testibus* Patre, Verbo et Spiritu s., qui tres unum sunt 1. Joan. 5, 7 diss. adversus Crellium aliosque [2]), ib. 1755; iterum aucta inter *diss. variae eruditionis* sub una capitum serie collectas, queis argumenta sive pridem tractata, sive nunc primum proposita diligentius illustrantur ac vindicantur, ib. 1762 in 4; *de peccato originali* ejusque natura ac traduce et poena deque multiplici statu hominis innocentis, lapsi reparatique ac de possibili purae na-

[1]) Cf. N. A. E. 1949 p. 139—41.
[2]) Cf. Storia Letter. d'Italia III, 374-81.
[3]) Cf. ib. VIII, 398—404, ubi impense, sed merito, laudatur solidissima auctoris nostri eruditio. Quaedam appendicula ad res tractatas in illis duabus diss. habetur in praef. tr. *de peccato originali,* de quo infra.

[1]) Cf. ib. IX, 188—94.
[2]) Cf. ib. X, 543—49.
[3]) Cf. ib. XIII, 271—79.

turae statu tr. theologicus, in quo haeresum historia diligentius enarratur, vindicantur fidei catholicae dogmata ac solidiores quae agi solent in scholis juxta s. Thomae Aquinatis doctrinam dirimuntur quaestiones, ib. 1757 in 4; Wirceburgi 1857; *de caritate virtute theologica* ejusque natura, multiplici actu, perfectione, praecepto, vi etiam justificandi hominem et appretiatione Dei super omnia, ordine in subjectis diligendis objectisque, intensione, puritate operumque in Deum relatione ac interitu demum per letale peccatum tr. theologicus, in quo etc. (ut supra), Venetiis 1758 in 4. In primis vero hic memorandus est de Rubeis, quod *s. Thomae Aq. opera theologica* edidit Venetiis 1745—60 t. 28 in t. 4., unde dicitur a Genér[1]) egregius, elegans, pereruditus, criticus s. Thomae adornator, commentator et vindex. Singulis tomis praemisit admonitiones praevias, in quibus res gestas doctoris angelici explicat, operum genuinitatem tuetur, doctrinam adversus Rich. Simonem praesertim, Erasmum aliosque vindicat. Plures (30) seorsim prodierunt ib. 1750 in 4., eaeque receptae fuere in edit. op. s. Thomae, quae sub auspiciis Leonis XIII. Romae coepit prodire ab a. 1882 t. 1. In 30. confutatis iis, qui reprehendere Thomae doctrinam temere aut injuria ausi sunt, disserit de illius latine loquendi stilo, de studio graecarum literarum et operum philosophorum et sanctorum patrum et reliquorum ecclesiasticorum scriptorum, de optima ss. librorum interpretatione, de causa, ob quam Thomas philosophiam peripateticam in tradenda theologia adhibuerit, deque theologiae cum naturalis tum revelatae praeclarissima ab eo tradita methodo et ratione. Ex quibus liquet quantum de Rubeis fugerit otium, nam praeter haec, quorum mentionem fecimus, aliaque quae praetermisimus, reliquit volumina amplius triginta, quae manuscripta sodales sollicite asservarunt. Eo laudabilior erat summa ejus eruditio, quod juncta esset magnae modestiae. Plurimi aestimabatur a republica veneta, quae ipsius sententiam in negotiis saepe requirebat, a patriarchis, legatis pontificiis, a cardinalibus Quirino, Gotti, Passioneo, Orsi, Garampi etc. aliisque viris doctissimis omnis regionis, a quibus persaepe in quaestionibus scientificis consulebatur et quorum literae novem complent volumina. Regularum ordinis erat observantissimus, parce admodum vivebat, triginta annos vino abstinuit. Quinque diebus antequam obiit a. natus 88 de modo praesentiae realis J. Christi in eucharistia componens librum fecit scribendi finem[1]). Non tam morbo quam senectute consumptus in pace quievit 2. Febr. 1775.

7. In *Hispania* magnam nominis celebritatem adeptus est Henricus Florez, de quo infra opportunius disseremus. — Bartholomaeus Sarmentero O. Min., episcopus vicensis (26. Sept. 1752; † 6. Dec. 1775) cum sodali Francisco de la Lanza Vallis oletanae doctore et theologiae lectore composuit *cursum theologiae scholasticae* in via subtilis marianique doctoris Joan. Duns Scoti, 1750 t. 4. — Joachim Navarro S. J., n. 5. Aug. 1705 in oppido Villa Palacios, diu admodum illustravit academiam complutensem primarius antecessor. Vir enim erat acutissimi ingenii magnique nominis, quem viri primarii in quaestionibus difficillimis consulebant († 26. Apr. 1780). Exaravit *cursum theologicum* ad mentem doctorum angelici et eximii, stilo ac methodo antiquo-nova compositum, Matriti 1765—67 t. 3 in f. — Alphonsus

[1]) Theol. dogm. sch. I, 187.

[1]) Plura de ipso deque ejus operibus tam editis quam ineditis cf. apud Fabronium XI, 94—144. Cf. etiam ipsum de Rubeis in praef. tr. de peccato orig. et ep. Garampi de ejus obitu, de qua cf. bibl. eccl. frib. 3, 97—104.

Gonzalez de Apodaca O. Praem. vicarius generalis suae Congr. deprompsit *theologiam scholasticam* ex puris fontibus s. Augustini et angelici praeceptoris, 1766. — Josephus ab Exspectatione O. S. Ben. elaboravit *systema theologicum* ad mentem s. Anselmi, Conimbricae 1765 in 4., in quo disserit de summa Dei unitate et simplicitate, de ejus praesentia, de praedestinatione, de efficacia gratiae, de libero arbitrio etc. — Bonaventura Rada S. J. (fl. 1773) edidit *collectionem ex variis autographis theologicis* collegii salmantini et vallisoletani S. J. in ordinem redactis et a mendis quae irrepserant expurgatis, Villagarsiae 1766, scil. de visione Dei auctore Franc. Maldonado († 1689); iterum de visione Dei auctore Mich. Sagardoy, de scientia Dei auctore Bern. Sartolo († 1700) et de scientia media auctore Franc. Miranda. — Vincentius Calatayud[1]) congr. Orat. Hispanus († 10. Jan. 1771) plura edidit opera[2]) de theologia mystica, inter quae eminet: *D. Thomas cum patribus et prophetis locutus* priscorum et recentium errorum spurcissimas tenebras mysticam theologiam obscurare molientes angelice dissipans, sive dissertationes theologicae scholastico-dogmaticae et mystico-doctrinales ad sensum et literam d. Thomae doctoris angelici, Valentiae 1744—52 t. 5 in f., opus rarum (m. 160); *opusculum mystico-dogmaticum pseudo-mysticorum anathematizatas propositiones confodiens,* ib. 1756 in 4; *apologia pro mellifluo Salesio* aliisque vitae spiritualis magistris ib. 1758 in 4; *La verdad acrisolada,* dissertacion Apologetica Teológica-mystica-dogmatica sobre el sentido mas genuino y usual de estas voces: Consumada mortificacion y purgacion contraidas á la descripcion de la muerte mistica, ib. 1753 in 12.

8. Thomas a Charmes (quod est nativitatis oppidum) O. Cap. *Gallus*[1]) (n. 1703; † 3. Jan. 1765) *theologiam universam* t. 7 comprehendit; cujus *epitomen* exhibet t. 8; saepissime utraque prodiit, et quidem merito, utilis enim est, tironibus praesertim, propter expositionis perspicuitatem, dispositionis concinnitatem, aptam methodum et concisum dicendi genus. De ipsis vero editionibus advertit[2]) Jo. Maria a Ratisbona O. Cap.: „Plurimae prodierunt hujus operis editiones. Tres priores Nancaei factae sunt vivente adhuc auctore. Tres aliae editiones prodierunt Augustae Vindelicorum. Item prima venetiana duobus t. in 4. est de a. 1757. Et hae quidem editiones *genuinae* sunt et incorruptae; aliae vero, quae in titulo haec verba exhibent: *juxta principia s. Augustini,* sunt corruptae, vid. ed. prima senensis ex typis Pazzini 1797; item ed. quarta augustana, nec non ed. florentina (typis Pagani) et maceratensis (1828) . . . Similiter tria Brevia apostolica vid. Benedicti XIV. dd. 25. 1751; 24. Sept. 1755 et Clementis XIII. dd. 10. Aug. 1761 ad ipsum auctorem P. Thomam directa, in quibus priores ed. nancejanae laudantur, opus genuinum respiciunt, ut clarum est, minime vero ed. ab ignoto anonymo factas". Hujus theologiae ed. prodierunt adhuc Parisiis 1859; 1876; 1885; 1890; in compendium redactam a. P. Mariano a Novana prodiit Parisiis 1877 ed. 2. in 12; Ratisbonae 1890 — Gregorius Simon Sorbonae doctor tr. *de religione* juxta methodum scholasticam adornavit, Parisiis 1758 t. 2 in 12; 1766 t. 3 in 12.

[1]) Alius a Petro de Calatayud S. J. gente Navarrus celebri missionario (n. 1. Aug. 1689; † 27 Febr. 1773), cujus exstant plura opera ascetica, quae cf. apud Caballero in Suppl. I. bibl. script. SJ. p. 160; Sommervogel, Bibl. des Ecriv. de la Comp. de Jésus II, 524—35.

[2]) Fustèr Bibliotheca Valenciana II, 64.

[1]) In appendice ad bibl. Script. Cap. edita Romae 1852 pag. 38; Eberl KL. 11, 1670.

9. Thaddaeus Polansky S. J. Moravus[1]), philosophiae et theologiae professor, olomucensis universitatis cancellarius (n. 13. Mart. 1713; † 12. Oct. 1770), edidit tr. theologicum de *actibus humanis,* Olomucii 1753 in 8; *de Verbi divini incarnatione,* ib. 1756 in 4; *de sacramentis,* ib. 1758. 1759 t. 2 in 4. — Matthiae Bertis pariter Moravi O. Cist. in monasterio welehradensi, lectoris philosophiae et theologiae tum domi tum in seminario archiepiscopali pragensi, regentis Collegii Bernardini Pragae (n. 1. Febr. 1693; † 28. Febr. 1770) praeter alia[2]) sunt: *Prodromus universae theologiae* ex summa s. Thomae Pragae 1730; *Nucleus theologiae scholasticae* ex 2. 2 Summae s. Thomae, ib. 1731.

10. In *Germania* Dalmatius Kick O. Min. († 14. Apr. 1769) edidit universam *theologiam dogmatico-scholasticam* (sat raram) Augustae Vind. 1665 t. 5 in 6 v. in 4; cum *additionibus* ad theologiam moralem P. Reiffenstuel (IV[3], 930), Pedeponti 1756 in 8. — Alexius M. Planch O. Serv. b. M. V. Oenipontanus (n. 20. Dec. 1725; † 31. Jan. 1774) scripsit *universam theologiam scholastico-dogmaticam* methodo moderni seculi elaboratam, Oeniponti 1770—74 t. 8; *vitam b. Mariae V.* dogmatico-critice, ib. 1762 in 4; diss. historico-scripturistica *de vaticinio Jacobi Gen. 49.,* septuaginta hebdomadibus Danielis 9., sibyllarum oraculis et celebri Flavii Josephi de Christo testimonio, Campiduni 1748; diss. historico-criticam *de controversia inter Stephanum I. R. P. et Cyprianum carth. ep.* in causa reiterandi baptismi ab haereticis collati, Oeniponti 1755; diss. polemico-criticam *de universali et extremo judicio,* signis illud antecedentibus et effectibus consequentibus, ib. 1756; diss. historico-criticam *de magia diabolica* et magorum prodigiis (Ex. 7.) coram Pharaone patratis, ib. 1767; *epitomen theologiae polemicae* quoad quaestiones magis controversas inter catholicos et acatholicos, ib. 1758. — Cornelius a s. Carolo Borromaeo Hornesch schol. piar. litomisliensis (n. 1715; † 1764), theologiae et sacrae jurisprudentiae professor, statuit *assertiones theologicas scholastico-dogmaticas,* Brunae 1753 in 4. — Ejus sodalis Gregorius ab Angelis Beutel Silesius (n. 1714; † 1774), theologiae et iuris canonici professor, concinnavit *theologiam dogmatico-scholasticam* doctrinam moralem, polemicam et speculativam continentem ad mentem s. Thomae, Nicolsburgi 1758 in 4. — Virgilius Sedlmayr O. S. Ben. Bavarus, philosophiae et theologiae professor (n. 2. Mart. 1690; † 1. Febr. 1772), praeter *cursum philosophiae* biennalis[1]), Frisingae 1724. 1725 t. 2

[1]) Alius a Nepomuceno P., Brunensi, pariter S. J., theologiae, exegesis et historiae ecclesiasticae professore (n. 7. Oct. 1723; † 13. Oct. 1775), cujus exstat diss. *de baptismo parvulorum ejusque gratia,* Pragae 1759.

[2]) Cf. Halusa Stud. u. Mitth. aus dem Ben. u. Cist. O. XIX (1898), 46.

[1]) Eberhardus Ruedorfer O. S. Ben. Hoedicollensis (Kitzbühel) in Tiroli n. 5. Febr. 1701, philosophiae et theologiae in academia salisburgensi professor (1730-41, archiepiscopi tamen jussu amotus, quod in controversia de sanctorum invocatione (cf. IV[3], 1488) prudentiae et modestiae limites excesserit, imo etiam ipsa civitate excedere jussus († 5. Maji 1765), praeter *philosophicas disputationes* octo, Salisburgi 1731 et 1752 edidit *philosophiam peripatetico-thomisticam* ad mentem Aristotelis et d. Thomae elucubratam in 5 pp. divisam in 1 t. in f., ib. 1732 ed. altera. — Cui adde Gabrielem Wenceslaum Caspar O. Praem. n. 22. Dec. 1694, qui in archiepiscopali seminario pragensi prius philosophiam, postea theologiam moralem docuit. Electus dein fuit in secretarium vicariatus generalis ordinis et 13. Nov. 1741 in abbatem Strahoviae († 4. Aug. 1764). Edidit: *Spiritus philosophicus* sive quaestiones ex universa philosophia selectiores adjunctis ubivis exstaticis, pneumasophicis et totidem erotematibus politicis tamquam veris spiritibus

in 8. et alia *opuscula philosophica,* edidit [1]) *systema theologiae dogmatico-scholasticae* juxta methodum Thomae Aq., Augustae Vind. 1754 in 8; *theologiam marianam,* in qua quaestiones de gloriosissima Dei parente agitari solitae stilo theologis speculativis proprio discutiuntur, Monachi 1758 in 4. Alia ejusdem opuscula sunt: *Nobilitas b. Mariae V. sine labe conceptae,* ib. 1731 in 8; *Reflexiones practicae in materiam de gratia,* ib. 1726 in 8; *Praedeterminatio infallibilitans ad unum,* Ratisbonae 1730 in 4; *catalogus haeresum* unacum methodo disputandi cum acatholicis, ib. 1733 in 4; *reflexio critica in ideam divini amoris* contra Eus. Amort, Augustae Vind. 1749 in 8; *responsio apologetica* contra animadversiones in reflexionem circa ideam divini amoris etc., Friburgi Brisg. 1749 in 8. etc. — Beda Cachée O. S. Ben. in monasterio ochsenhusano, bibliothecae et archivii praefectus (n. 8. Aug. 1702; † 1. Apr. 1767) composuit *speculum in aenigmate,* in quo Deus cum suis attributis et perfectionibus spectandus proponitur, Constantiae 1743 in 4. — Bertholdus Vogl O. S. B. Salisburgi professor philosophiae deinde theologiae moralis, postea scholasticae, electus est abbas cremofanensis (1759; † 25. Apr. 1771). Publicae luci dedit *philosophiam scholasticam* peripatetico-thomistice expensam 1737 t. 2 in 4., in qua tamen Wolfii et Kantii rationem habet. *Ecclesia* seu appendix introductionis in theologiam, ib. 1744.

11. E societate Jesu Ludovicus Holzäpfel, theologiae moralis et dogmaticae professor (n. 1727) reliquit *institutiones de universa fere theologia dogmatica,* Pragae 1769—73 t. 4 in 4. — Josephus Monschein S. J. Bavarus n. 3. Mart. 1713, Ingolstadii philosophiae et theologiae moralis, dein Dilingae theologiae scholasticae et exegesis professor atque universitatis cancellarius († 3. Mart. 1769), composuit theologiam *dogmatico-speculativam* in praelectionibus publicis traditam, Dilingae 1763—66 t. 8 in 8; 1767; Vilnae 1771; 1775. — Joannes Rupp S. J. (n. 1700; † 5. Jun. 1776), in academia heidelbergensi professor, *praelectiones theologicas,* Heidelbergae 1764-1768 t. 8 in 8. et plures dissertationes: *de satisfactione et indulgentiis,* ib. 1747 in 4; *de peccato veniali* 1752 in 4; *de purgatorio,* 1752 in 4; *de sacerdotio Christi* ad Ps. 109, 4, 1757 in 4; de *obligatione promissionis gratuitae,* 1758 in 4; *de necessitate credendi et credendorum* ad verba Ap. Hebr. 11, 6; *de adoratione Christi latreutica in eucharistia,* 1759 in 4; *de bonis justorum operibus,* 1763 in 4; *de infallibilitate romani pontificis* extra concilium generale, 1763; *de eo cui restituenda sit res furtiva* a fure in alium quovis modo translata, 1765 in 4; super quaestione, *utrum in sua quisque fide salvari possit,* 1766 in 4; exegesis axiomatis theologici *facienti quod est in se, Deus non denegat gratiam,* 1765 in 4. — Ludovicus Debiel S. J. Viennensis n. 20. Sept. 1697, philosophiae et theologiae professor, universitatis graecensis ad mortem usque (1760—2. Nov. 1771) cancellarius, strenuus studiorum promotor, non solum edidit *Bened. Ariae Montani biblia latina* p. 1. (et unica complectens V. T.) Viennae 1743 in 8; *Testamentum V. hebraicum* cum intercalari textu latino ad literam reddito, ib. 1743—47 t. 4 in 8; *T. N. graecum* cum intercalari textu latino ad literam reddito, ib. 1740; 1743—

philosophicis, Vetero-Pragae 1728 in f. (m. 30). — Edmundus Zauner O. S. Ben. in monasterio s. Viti cis Rotham Bavarus, per biennium philosophiae professor Salisburgi, domi prior (n. 1. Jan. 1694; † 5. Aug. 1765) reliquit plures disputationes philosophicas, quas enumerat Sattler Collectaneen-Bl. zur Gesch. der Ben. Universität Salzburg, Kempten 1898.

[1]) Cf. Lindner die Schriftsteller des Benedictiner-Ordens im heutigen Königr. Baiern I, 183; Baader Lexikon verstorbener baierischer Schriftsteller 2. II, 183.

47 t. 4 in 8; sed etiam *assertionum theologicarum* t. 5, Viennae 1740—42, quibus fere universam theologiam complectitur.

12. Ex ex eadem societate de argumentis vel tractatibus *specialibus* egerunt Joannes Klausal Bohemus, philosophiae et theologiae professor et rector universitatis olomucensis (n. 3. Maji 1687; † 15. Sept. 1768). — Joseph Pfriem (Pfriemb) Bambergae professor et, suppressa societate Jesu, Fuldae, scripsit adversus Andream Gordon scholasticae philosophiae adversarium (cf. IV, 1331), et disputavit *de Dei unius exsistentia* per quaestiones dogmatico-scholasticas, Bambergae 1757 in 4; de *essentia div.* et attributis, ib. 1756; *et de festivitatibus hebraeorum,* ib. 1765 in 4. — Georgius Urbanus S. J. Hambacensis, theologiae scholasticae professor († 1780), disseruit *de benevolentia Dei infinita* cum ejusdem oeconomia conciliata, 1773. — *De scientia Dei* plures disputarunt: Georgius Hermann S. J. n. a. 1693 Schwandorfii [1]), neoburgici palatinatus oppido, vir antiqui moris ac genii, cui nihil, quod novum esset probabatur († 12. Nov. 1766). Philosophiam docuit Ingolstadii juratus rigidorum peripateticorum sectator et atomistarum adversarius, quos impugnavit l. *Lapis offensionis atomisticae* a peripateticis motus, Ingolstadii 1730 in 8. Ejus est *Regula* fideliter indicans diversitatem rerum specificam, Monachii 1725: tr. (doctus solidusque) *de Deo sciente,* Ingolst. 1737 in 8; *de Deo volente,* ib. 1739 in 12. — Carolus Gottschlich S. J. (n. 23. Dec. 1703; † 10. Apr. 1770), rector universitatis olomucensis, in op. *Scientia divina simplicis intelligentiae, visionis et media* theologice proposita cum diss. dogmatico-critica de providentia, praedestinatione et reprobatione, Pragae 1751 in 8. Alia ejusdem opera sunt: *Angelus naturae sublimitate, muneris excellentia, attributorum varietate admirandus,* ib. 1750; *continuatio quaestionum theologicarum* dogmatico-critico-historicarum in Gen. c. 1. a. v. 2., ib. 1751 in 8; *dispensatio in lege* et leges dispensationum sive quaestiones et resolutiones de modis relaxandi obligationem ex lege, votis, sacramentis, impedimentis, irregularitate etc., cum casibus ad singulas materias spectantibus, ib. 1752 in 4; *de decretis divinis,* Olomucii 1753 etc. — Inprimis vero memorandus est Franciscus Xav. Mannhart S. J. Oenipontanus (n. 26. Oct. 1696; † 4. Dec. 1773), in patria academia theologiae professor, cujus sunt: Dissertationes theologicae *de indole, ortu ac progressu et fontibus sacrae doctrinae,* Viennae 1750 in 4; *bibliotheca domestica bonarum artium ac eruditionis* studiosorum usui instructa et aperta, Augustae Vind. 1762 t. 12 in 8., quorum 1. agit de artibus et scientiis universe ac de grammatica seu lingua latina; 2. de poesi ac rethorica seu eloquentia sacra et profana; 3. de historia sacra et profana deque re nummaria; 4. de re diplomatica deque philosophia naturali et morali; 5. de mathesi generatim, singillatim de geographia, architectonica civili ac militari deque astronomiae 1 p.; 6. de mathesi ac p. 2. astronomiae deque medecina; 7. de jurisprudentia civili et ecclesiastica; 8. de theologia positiva, polemica et morali; 9. de theologia scholastica, dogmatica et historica; 10. de arte critica et de re antiquaria Hebraeorum; 11. de re antiquaria Graecorum, Romanorum et Germanorum; 12. continet indices. *Idea magni Dei* adversus atheismum hujus aevi, ib. 1765 in 12, *de antiquitatibus Christianorum,* ib. 1767; Wirceburgi 1769, etiam germanice 1779 in 8., liber valde utilis. *Ingenua indoles scientiae mediae,* probabilismi ac gratiae efficacis: opus historicis et theologicis ani-

[1]) Cf. Mederer Annales academiae ingolstad. III, 208.

madversionibus distinctum, Augustae Vind. 1759 in 8., in qua disputat adversus Kaltenhauser (IV³ 1336), etiam in *thesauro* ed. Zaccaria (secundum partes t. 2. 4. et 5) et in *cursu completo theologiae* ed. Migne 11, 1333. Cui opposuit Rupertus Guthrath O. S. Ben. Salisburgensis n. 15. Dec. 1723, theologiae dogmatico-scholasticae (1764), s. Scripturae et dein theologiae polemicae professor, universitatis secretarius, bibliothecarius et 1767 procancellarius († 21. Nov. 1777) *genuinam indolem doctrinae ecclesiasticae* ingenuae indoli scientiae mediae, probabilismi et gratiae efficacis oppositam, Salisburgi 1773 in 4. Alia hujus opera sunt[1]): theoremata dogmatico-polemica *de doctrinae augustinianae et molinistae antithesi* ib. 1772 in 4; *introductio in historiam universam,* ib. 1753 in 4; quaestiones prolegomenales *de locis theologicis,* 1766; διαγραφὴ *studii scripturistici in synagoga,* ib. 1774 in 4., divisa in 5 c., in quorum 1. disputat de canone bibliorum apud Hebraeos, in 2. de aliis Judaeorum ll. ut Talmud, Targum etc.; in 3. de studio scripturistico Judaeorum; in 4. de doctoribus Judaeorum, rabbinis, scribis, legisperitis etc.; in 5. de scholis et sectis Hebraeorum.

13. Ignatius Lechner S. J. Wirceburgensis n. 1. Jan. 1718, theologiae professor († 5. Maj. 1770), *theses* edidit, et *diatribas* de sacramentis poenitentiae, matrimonii, ordinis et extremae unctionis, Bambergae 1765 in 4; *adversus libertatem sentiendi de angelis,* ib. 1766 in 4; diss. *de episcopo in Ecclesia et Ecclesia in episcopo,* ib. 1768 in 4; *de apostolorum olim divo Petro superstitum ad episcopum romanum d. Petri successorum ordine* in praefectura Ecclesiae, ib. 1768; *de cohaerentia doctrinae theol. de fide et statu fidei,* ib. 1769 in 4; *concilia, synodi et comitia sacra bambergensia,* ib. 1770 in 4. ex Hartzheim aliisque excerpta notis historicis et reflexionibus theologicis illustrata. — Antonius Ziegler S. J. Suevus, Dilingae et Ingolstadii professor (n. 1702; † 1773), theologice explicuit dogmata catholica *de incarnatione Verbi,* Ingolstadii 1753 in 4. et *de gratia Christi,* 1761 in 4., in quibus eruditionem historicam cum profunditate theologica pulchre prorsus atque utiliter conjunxit[1]) — Leopoldus Kirsch S. J. Bohemus, diu theologiae professor, disputavit *de gratia actuali et justificante necnon supernaturali,* Pragae 1766 in 4; *de angelis, actibus humanis et beatitudine,* ib. 1765 in 4; *de legibus et legum transgressoribus,* ib. 1768 in 4. — *De angelis et actibus humanis* disputavit etiam Jesephus Carl S. J. Viennensis philosophiae et theologiae professor (n. 30. Dec. 1707; † 7. Mart. 1776), Viennae 1753 in 8., qui etiam op. Apfaltrer *Scriptores universitatis viennensis* adjecit partem priorem p. III. sec. 3. ab a. 1588—1608, ib. 1742 in 8. — Franciscus Swoboda Moravus n. 11. Oct. 1708, philosophiae et theologiae professor, universitatis olomucensis cancellarius († 18. Oct. 1769), reliquit tr. *de sacramentis in genere,* Olomucii 1754 in 4; *de virtute et sacramento poenitentine,* 1755, in 4. — Ignatius Jagerhuber S. J. Austriacus (n. 22. Mart. 1722; † 24. Oct. 1765) theologiae dogmaticae et moralis, juris canonici et s. Scripturae professor edidit diss. *de sacramentis poenitentiae, extremae unctionis, ordinis et matrimonii,* Graecii 1759 in 4; *de ultimo fine hominis* seu de beatitudine, ib. 1757 in 4. — David Krumbhorn S. J. Silesius n. 16. Jul. 1725, juris canonici professor et cancellarius uni-

[1]) Cf. Scriptoris O. S. Ben., qui 1760—1880 fuerunt in imperio austriaco-hungarico p. 155, ubi plura ejusdem scripta philosophica enumerantur.

[1]) Cf. Mederer III, 256.

versitatis wratislaviensis († 1777), dedit institutiones speculativo-dogmaticas *de fide, spe et caritate,* Wratislaviae 1747, 1760 in 4; tr. *de legibus, jure et justitia,* ib. 1747 in 4; de quo argumento disseruit [1]) etiam Franciscus Werner S. J. Viennensis (n. 7. Jun. 1718; † 4. Febr. 1768) et quidem *de jure et justitia* Olomucii 1756; *de legibus,* ib. 1757 in 4., et etiam *de angelis,* ib. 1756 in 4. — Georgii Roman S. J. variis in locis philosophiae et theologiae professoris (n. 16. Apr. 1712; † 25. Aug. 1770) sunt: doctrina theologica *de humanis actionibus et earum ultimo fine,* Viennae 1768 in 8; *de legibus, peccatis et peccatorum poenis,* ib. 1767; *de sacramentis christianae legis,* ib. 1769. 1770 t. 2.

14. Romanus Weixer O. S. Ben. Erdinganus e monasterio weihenstephanensi, professor Frisingae et Salisburgi (n. 4. Oct. 1690; † 1. Maj. 1764), disputavit [2]) *de creatura ab aeterno possibili,* Ambergae 1724 in 4; *creatura actu infinita possibilis,* ib. 1725 in 4., *creatura juxta angelicam mentem praemota,* ib. 1725 in 4; *Umbo peripateticus,* sub quo proteguntur accidentia absoluta, 1730 in 4; *klare Wahrheitsfackel* oder Vernunftschlüsse sonnenklar an den Tag legend, welche die wahre Kirche Gottes sei, Landshut 1737 etc. — Rupertus Sembler O. S. Ben. philosophiae et theologiae professor, Salisburgensis in suo monasterio ss. Udalrici et Afrae augustano archivarius (n. 8. Maj. 1709; † 1778), disseruit docte *de ss. Trinitatis mysterio,* Salisburgi 1760 in 4. — Maurus Ott O. S. Ben. (n. 1. Martii 1712; † 26. Maj. 1775) disputavit in tr. theologico-scholastico-dogmatico *de jure et justitia,* Tegernsee 1751 in 4. Ejus quoque est *Maria Mater Dei et Virgo* i. e. Maria vere Mater Dei, ante, in et post partum inviolata virgo contra haereticos theologice vindicata, Straubingae 1748 in 4. — Romanus Effinger O. S. Ben. in abbatia rhenaugiensi († 30. Jul. 1766) edidit; *Judicium d. Thomae Aq.* in causa maxime controversa sive concordia thomistica libertatis creatae in linea gratiae et naturae cum intrinseca efficacia voluntatis divinae sine praedeterminatione physica et scientia media, Constantiae 1734 in 4. Vindicavit quoque *praedicatum XI.* ad mentem d. Thomae Aq., Ulmae 1730 in 8. — Ex ordine Praem. Ignatius Lentz e canonia sorethana (Schüssenried) reliquit tr. *de actibus humanis* et eorum regula proxima, Constantiae 1762. — Procopius Divisch (Diwisch) ejusdem ord. in canonia Bruck Bohemus n. 1. Aug. 1696, aliquamdiu philosophiae et theologiae lector, dein prior et parochus († 21. Dec. 1665) auctor est op. *Alpha et Omega* seu principium et finis 2 tr. nempe de Deo uno ac beatitudine juxta angelicam mentem s. Thomae, Roetzii 1735 in 4., opus admodum rarum. Ceterum auctor noster erat sagax physicus et musicus. Primus ipse excogitavit fulminis conductorem suaeque aedi imposuit, atque imperatori persuasit, ut ejusmodi conductores alibi ponerentur: sed obstiterunt physici viennenses et rustici. Ipse etiam construxit instrumentum musicum, quod orchestrion appellavit, aequivalens plurimis instrumentis musicis, aliasque invenit machinas utiles [1]). — Mauritius Roncho O. Praed. in suis *quaestionibus selectis* ad mentem s. Thomae, Bambergae 1792 tuetur romanum pontificem esse supremam fidei regulam atque supra concilium generale. — Gregorius Moret O. Min. Romontentis in pago friburgensi, theologiae lector (n. 1693; † 9. Mart 1779) scripsit tr. theologicum *de gratia Christi Salvatoris,* de justificatione et merito

[1]) Alius ab eo est J. F. Werner, qui disseruit *de pharisaismo sectarum judaicarum,* quae tempore Christi floruerunt praecipua, Strassburg 1783 in 4.

[2]) Cf. Linder Schriftsteller etc. 1, 200.

[1]) Cf. Goovaerts 1, 195—77.

cum parergis de sacramentis et peccatis, Friburgi 1741 in 4.

15. Addemus quosdam philosophos iis, quorum jam mentione fecimus vel adhuc faciemus[1]). Bartholomaeus Scardua S. J. Venetiis n. 20. Sept. 1733, extincta Soc. J. dicitur fuisse metaphysicae professor. Reliquit *Lezioni di Metafisica* ossia di Religione naturale sopra l'esser divino contro gli errori de' moderni increduli, Venetiis 1776 t. 2. T. 2. nobilitavit egregia appendice, qua invicte ostendit resurrectionis corporum possibilitatem cum sermone de necessitate ac veritate religionis revelatae. *Prediche* sopra diversi argomenti di religione et di morale cristiana, Ferrara 1806 t. 2 in 4. — Raphael Pastore S. J. n. 8. Dec. 1732 edidit La *Filosofia* di Tito Luccrezio Caro e Confutazione del suo Deismo e Materialismo col poëma di Ant. Paleario dell'immortalità degli animi, Venetiis 1776 t. 2 in 8. — Franc. Ant. Piro O. Minim. s. Franc. de Paula Italus adhaesit principiis Lockii. Contra Bayle discussit quaestionem della origine del male Neapoli 1778 († 1778). Auctor est et op. Riflessioni *intorno all' origine delle passioni* e sull'economia della umana volontà esaminata secondo i principii della natura e della grazia, prob. 2. Jul. 1742. — Josephus Agricola S. J. Hübstattensis, Heidelbergae philosophiae professor (n. 1729; † 7. Jan. 1777) praeter diss. philosophicas statuit thesim *Aetatis nostrae incredulus in Deum, rempublicam, seipsum* injurius, Heidelbergae 1774. — Julianus Garcia y Vera S. J. (1712—1764), cujus exstat *cursus philosophicus* compendio digestus, Bilbili 1759 t. 3 in 4. — Vinc. Gonzalez Penna Min. scripsit ad mentem subtilis Scoti *cursum philosophicum*, Palmanticae 1765 t. 3 in t. 4. — Carolus Maria Sanseverino d'Aragona S. J. Placentinus (n. 15. Aug. 1700; † 20. Nov. 1777) auctor est operis in forma dialogi *della morale filosofita* degli antichi filosofi raffrontata all'Evangelica e cristiana filosofia mostrasi la necessità ed eccellenza di questa per la formazion del costume e per la felicità dell'Uomo, Bononiae 1764 in 4. — P. Columbanus Roesser Stochheimensis, O. S. Ben. Banthensis in universitate wirceburgensi philosophiae professor, academiae erfordiensi socius († 12. Dec. 1780) reliquit plura opuscula et dissertationes minoris tamen momenti et pretii[1]). — Alexander Scheffler O. S. Ben. in monasterio Ottoburano, philosophiae in universitate salisburgensi professor (1749—51; † 17. Maj. 1767), plura composuit scripta philosophica, quae recenset Lindner[2]). — Augustinus Ziegler O. S. Ben. in monasterio Altachae inferioris n. Greiffenbergae 11. Apr. 1720, philosophiae Salisburgi fuit professor[3]) et sui coenobii abbas (1764), cui muneri tamen renunciare debuit (1775) cum in expensis faciendis nimis profusus debita contraxerit († 12. Jul. 1778). — Franciscus Xav. Roys (Rois) S. J. Neosoliensis, Hungarus n. (23. Sept. 1713; † 1. Mart. 1768) philosophiae et theologiae professor auctor est op. *Ethica et jus naturae*. In appendice disserit de nexu juris naturae cum theologia naturali et jure civili, Viennae 1755, opus ob stili nitorem et in ferendis sententiis judicii prudentiam classicum. — Thomas Leseur O. Minim. natione Gallus, insignis mathematicus, in universitate romana mathesis, in collegio de propaganda fide theologiae professor, membrum societatis regiae londinensis, academiae berolinensis, instituti bononiensis et aca-

[1]) Cf. n. 10. 14. 19. 21. Add. 26.

[1]) Ea diligenter recensent Rotermund VII, 267; Lindner die Schriftsteller des Ben. O. II, 207.

[2]) Op. cit. II, 79.

[3]) Cf. Lindner op. cit. II, 24, qui ejus recenset opera.

demiae parisiensis (n. 1703; † 27., secundum alios 22. Sept. 1770) praeter alia accommodavit *institutiones philosophicas* ad studia theologica, Romae 1759—62 t. 4 in 5 v. in 12; 1776—77 t. 6 in 3 v. in 8; Venetiis 1762 t. 5 in 12. Cf. Michaud Biogr. univ. 24, 303; Quérard La France Littér. V, 240.

II. Theologia positiva et polemica.

16. Plures in *Germania* cursum seu *institutiones* theologiae positivae et polemicae conscripserunt, quae fere omnes in oblivionem jam diu abierunt. Ita Coelestinus Oberndorfer O. S. Ben., Landshutanus, theologiae professor (n. 20. Sept. 1724; † 18. Sept. 1765), cujus sunt: *Theologia dogmatico-historico-scholastica,* Frisingae, 1762—65 t. 5 in 8; 1777; quam absolvit ejus sodalis Anselmus Zacherl adjiciens alios 7 t., ib. 1768—80. Strenue in ea tuetur primatus praerogativas et inter eas infallibilitatem romani pontificis [1]). *Brevis apparatus eruditionis* de fontibus theologicis, Augustae Vind. 1760, in quo disserit de Scriptura, traditione et Ecclesia; *systema theologico-dogmatico-historico-criticum,* ib. 1762 in 8. cum indice auctorum theologiam solidiorem docentibus vel discentibus necessariorum; diss. theologicae *de caritatis initio* ad attritionem sacramentalem necessario, Ratisbonae 1754 in 4; *de usu formae conditionatae,* Frisingae 1752 in 4; 1757; *de sacramento ordinis* 1759. 1761; *de anima,* animae conditore et corpore physico, Ratisbonae 1758 in 4; *vindiciae continuatae,* quibus J. Bruckeri duo asserta, unum, quo s. Gregorium M. melioris philosophiae ruinam, alterum quo Lutherum reformatae philosophiae ducem scribit, falsa ostenduntur, 1757 in 4; *Auctoritas verbi divini* tum scripti tum traditi methodo polemico-historico-scholastico expensa, Augustae V. 1768 in 8. — Gallus Cartier O. S. Ben. in monasterio d. Ettonis (Ettenheimmünster), Pruntrusinus (Porrentruy) n. 8. Apr. 1693, frater Germani (de quo cf. IV, 1425), philosophiae et theologiae lector, prior et novitiorum magister relicta methodo scholastica conscripsit *theologiam universalem* ad mentem et methodum celeberrimorum nostrae aetatis theologorum ac s. Scripturae interpretum operam conferentibus sodalibus, Augustae Vind. et Wirceburgi 1757—58 t. 5 in 4 p. in 4; tr. theologicum (pro suo tempore utilem) *de s. Scripturae* succinctam et perspicuam illius historiam, nec non praecipua, quae circa eam tradunt theologi, complectentem, ib. 1736; *universalis concionandi scientia,* Augustae V. 1749 t. 2 (supresso nomine); *philosophia peripatetica* secundum Cartesii opiniones, ib. 1756. Vertit latine opus Matthaei Petitdidier (de quo cf. IV, 1109) *de infallibilitate romani pontificis* (1727), quam deinde ipse opere erudito propugnavit: *Auctoritas et infallibilitas ss. pontificum* in fidei et morum quaestionibus definiendis stabilita et adversus ill. D. Ben. Bossuet necnon D. Hon. Tournely (IV³, 1111) vindicata [1]) ib. 1738 in 4. Adjectae

[1]) Cf. histor. pol. Blätter 72, 596 ss.; Lindner I, 111.

[1]) In hoc opere c. 12 § 10 hanc confessionem bene notandam legimus: »Verbo, ea opinio, quae a rom. pontificibus supremam in Ecclesia auctoritatem atque in definiendis fidei et morum quaestionibus infallibilitatem removet, *in odio apud omnes catholicos est.* Certe in *Germania* . . . qui negant, rom. pontificem esse infallibilem, passim *jansenistae* nuncupantur, summumque odium ab universa natione referunt, nec non velut homines traducuntur, quibus *obstinatum supercilium* placen-

sunt duae diss. Matthaei Petitdidier latine versae, in quarum prima examinatur, quaenam mens fuerit concilii constantiensis praecipuorumque qui eidem interfuerunt theologorum circa auctoritatem et infallibilitatem SS. PP., et an SS. PP. in fidei quaestionibus infallibilitas libertates ecclesiae gallicanae evertat. Pro hoc op. a Benedicto XIV. receptus est inter consultores congr. Indicis, et jam antea (1743) honoratus diplomate notarii apostolici. *Series sublimium disciplinarum,* Augustae 1756 (cum sodalibus). — Ignatius Frantz[1]) S. J. Bohemus, n. 16. Dec. 1715, theologiae positivae et polemicae professor († 30. Oct. 1776), reliquit *Institutiones theologicas,* Olomucii 1755—62 t. 7 in 4; *Accidentia absoluta* in systemate peripatetico per mysterium eucharistiae defensa, Pragae 1750 in 4; diss. super illo Jos. 10, 12: *Sol contra Gabeon ne movearis,* ubi quaeritur, an Scriptura repugnat astronomorum sententiae in systemate copernicano, Olomucii 1755; *super formulis graecorum et latinorum de confitenda Spiritus s. processione,* Pragae 1757 in 4. et apud Zaccaria *thes. theol.* III, 348—57; *apologia s. Jo. Chrysostomi* de usu et necessitate confessionis sacramentalis, ib. 1759 in 4; *de pronunciatione tetragrammati,* 1758 in 8. — Zacharias a s. Elisabetha Schubert schol. piar., Moravus (n. 1701; † 1780), theologiae et juris pontificii lector, collegit *theologiam polemicam* pp. 2 Oppaviae 1739; cujus forte alia ed. sunt *controversiae* ab haereticis nostri temporis moveri solitae, Pragae 1759 pp. 6 in 4; *elementa jurisprudentiae theologicae* seu institutionum justinianearum epitome ad pleniorem theologiae moralis cognitionem, Viennae 1744 in 4. — Omnibus tamen videtur praeferendus Carolus Sardagna S. J. Tridentinus, n. 10. Jan. 1731, theologiae dogmaticae et polemicae professor Ratisbonae, et post ordinis suppressionem s. Scripturae interpres Lucernae († 1775), cujus *theologia dogmatico-polemica,* qua adversus veteres novasque haereses ex Scripturis, patribus atque ecclesiastica historia catholica veritas propugnatur, Ratisbonae 1770—71 t. 8 in 8., 1810; Eboraci 1817—19 t. 9 in 8; Romae 1819—20 t. 9 in 8., modo adhuc pretium habet ob ordinem, stili nitorem et rationum, quibus incredulos impugnat, pondus. Adjecit *indiculum patrum* ac veterum scriptorum ecclesiasticorum, qui a primordiis christianae religionis ad tempora usque bb. Thomae et Bonaventurae Ecclesiam scriptis suis illustrarunt ordine alphabetico digestum, Ratisbonae 1772 in 8. — Heinricus Stein Ermolanus S. J. (n. 26. Maj. 1689) cujus est in forma catechismi *Richtiger Wegweiser* zur Wissenschaft und Weisheit der Kinder des Reichs, Freiburg 1748.

17. De theologia *fundamentali* iisque argumentis, quae ad eam referri possunt, disputarunt: Paulus Opfermann[1]) S. J. n. 10. Apr. 1725, philosophiae et theologiae professor, in op.: *Religionis revelatae veritas* testi-

---

dique studium rationis et argumenti loco esse videntur«. Cf. Sax KL. II, 2000; Werner KL. IV, 36.

[1]) Alius ab eo est Ignatius Franz Silesius (n. 12. Oct. 1719; † 1790) archipresbyter, assessor vicariatus apostolici et rector seminarii wratislaviensis, cujus plures supersunt cantus religiosi pro cultu divino et conciones haud paucae. Cf. Meusel Lex. der . . . teutschen Schriftst., Leipzig 1804 t. 3 p. 456—58.

[1]) Alius a Luca Opfermann S. J., cujus *philosophia scholasticorum defensa* contra oratorem academicum erfordiensem (Erfordiae 1748 in 4.) i. e. Andream Gordonum O. S. Ben. († 1331) reprobata fuit ab academia erfordiensi, cujus decretum cf. in N. A. Erud. 1749 pag. 143. Ceterum Gordonum impugnaverant quoque Petrus Eisentraut S. J. philosophiae professor in academia wirceburgensi et Josephus Pfriemb (cf. supra p. 21). Cf. ib. 438—42.

monii methodo demonstrata, Moguntiae 1779 t. 3 in 8. Pauli G. Antoine (IV, 1351) tr. theologicos *de fide, peccatis et gratia* etc. quaestionibus criticis et historicis auxit et illustravit, ib. t. 8 in 8. 1765—67; supplementi instar adjecit tr. *de mysterio Verbi incarnati,* ib. 1768, ediditque praeterea tr. *de jure et justitia,* ib. 1768; *de statu hominis morali* in vita et post mortem, 1769 in 8. — Aemilianus Binder O. S. Franc. Suevus († 1777) disseruit *de vera religione revelata,* Oeniponti 1772 in 4., et *contra christianos sectis novis addictos,* Friburgi 1773. — Franciscus Antonius Neuff S. J. Wirceburgensis n. 16. Dec. 1727, philosophiae et theologiae professor, universitatis bambergensis cancellarius († 1779), disposuit ordine scholis apto *religionis revelatae contra diversos illius hostes defensionem,* Bambergae 1777 in 4., plurimasque theses publice propugnandas statuit. — Mariani Pruggberger O. S. Ben. Landsbergensis (n. 30. Aug. 1726; † 10. Apr. 1770), praeter diss. historico-criticam [1]) *de profanis paganorum oraculis a daemonibus vindicatis* Tegernsee 1764 in 4., exstat l. inscriptus *fontes sacrae doctrinae* seu loci theologici, 1763. — *De locis theologicis* disputavit et Sebastianus Schaaf O. S. Ben. monasterii fuldensis Francofurti 1774 t. 2. — Franciscus Kranz O. S. Aug. Tirolensis typis mandavit tractatus sex *de locis theologicis* ad usum augustinianae juventutis, 1770; diss. theologicam *de natura gratiae actualis et ejusdem efficacia,* 1773. — Hadrianus Jos. Kempter (Kembter) O. Praem. in canonia wiltinensi, Oenipontanus n. 19. Aug. 1705, in universitate patria professor, socius academiae monacensis et roveretanae († 23. Jul. 1774), *Introductionem ad theologiam patrum* praecipue secundum ductum s. Augustini, Augustae Vind. 1761 in 8., in qua disserit de locis theologicis; theologiae patrum praecipue secundum ductum s. Augustini tract. *de sacramentis in genere, de baptismo, confirmatione et ss. eucharistia,* ib. 1761 in 8; *prima et praevia jurisprudentiae sacrae principia* ex genuinis fontibus, Oeniponti 1741 in 4; *Acta pro veritate martyrii,* corporis et cultus publici b. Andreae Rinnensis pueruli . . . collecta, variis notis illustrata, Oeniponti 1745 in 4. — Bohuslaus Joannes Herwig O. Praem. Bohemus n. 12. Apr. 1723, in seminario pragensi theologiae professor, demum abbas strahoviensis († 6. Jan. 1779), composuit *epitomen dogmaticam,* qua (methodo mathematica) vera Christi Ecclesia contra quascunque falsas demonstratur, Pragae 1766 in 8; *antidotum libertinismi moderni* sanis fidelium mentibus in praeservationem, male vero affectis ad reparationem propinati, ib. 1768; *Medicatio cephalica* fatuis libertinorum mentibus salubriter accommodata ad plenius emungendam errorum suorum insaniam, quam adversus Moysen et Christum, sacratissimos illos revelatae religionis institutores tam impie, quam inique conceperunt, ib. 1770 adversus impium l. de tribus praecipuis impostoribus, Moyse, Christo et Mahommete. — Otto Sprugh O. S. Franc., lector et 1775 minister provincialis provinciae croatocarnioliae, disseruit *de Ecclesia, pontifice et conciliis* 1774; *de statu hominis in originali justitia,* et paradiso terrestri, de conditione animae rationalis praesertim post hanc vitam, judicio particulari, resurrectione mortuorum et judicio universali; de supernaturali hominis beatitudine, inferno, purgatorio et indulgentiis, Labaci 1769; Venetiis 1774. 1775 t. 2 in 12; *de*

[1]) Adversus hanc diss. prodiit *epistola* ad D. Joachim schyrensem ab. sub nomine ficto A. Malleoli, Frankfurt 1765, et Ang. Maerz OSB. bibliothecarii et archivarii in monasterio schyrensi (Scheyern, n. 1731; † 3. Febr. 1784) ep. *de oraculis paganorum,* Tegernsee 1765 (?). Cf. Lindner I, 225.

exteriori Dei cultu, adoratione eucharistica, sacrificio, inventione et adoratione s. crucis aliorumque dominicae passionis instrumentorum, de mediatione et oratione Christi, cultu b. V. Mariae, angelorum et aliorum sanctorum, de ss. imaginibus et reliquiis, caeremoniis, jejuniis et festis, Salisburgi 1771. — Hilarion Staffler O. S. Franc. Tirolensis n. 17. Nov. 1637, lector in variis conventibus, linguae hebraice et hermeneuticae in academia oenipontana professor (1674) disseruit *de vera J. Christi militante Ecclesia,* Oeniponte 1771; *de supremo Ecclesiae militantis capite J. Christo,* ib. 1773. Ipsius quoque forte est *Historia literaria theologiae,* ib. 1779, quae alii tribuunt cuidam Michaeli Staffler. Obiit post a. 1779.

18. Praeter jam recensitos theologos plures adhuc de *romano pontifice,* speciatim de ejus *infallibilitate* solliciti fuere. Ita Christianus Liebrecht S. J. Lindaviensis n. 28. Jan. 1703, juris canonici et theologiae Bambergae professor. — Benno Ganser O. S. Ben. Monacensis n. 15. Nov. 1728, philosophiae Salisburgi (1763-66) et theologiae lector, socius academiae literarum († 5. Aug. 1779), in l. *Auctoritas rom. pontificis* a calumniis D. Huthii prof. erlangensis vindicata, Ratisbonae 1759 in 8. Alia ejusdem opera sunt[1]): *Systema s. P. Augustini de divina gratia actuali abbreviatum* et ejusdem continuatio, Ratisbonae 1758 in 8; *Minister sacramenti matrimonii,* Straubingae 1766 in 4; plura scripta *de immunitate clericorum* adversus Lochstein et Osterwald; *de monachorum cura pastorali* per omnia secula tentamen historico-criticum dissertationi intitulatae: *Bona clericorum causa* oppositum 1770 in 4. — Anselmus Molitor (Müller) O. S. Ben., n. 16. Jun. 1723 bavarus, Frisingae theologiae professor (1757—71), in abbatem deggingensem 19. Nov. 1771 electus († 17. Martii 1778), disseruit *de potestate Ecclesiae legislativa, coactiva et declaratoria,* Ingolstadii 1767 in 8., germanice Frisingae 1768, in qua diss. infallibilitatem quidem data opera non probat, sed declarationem gallicanam circa potestatem ecclesiasticam strenue aggreditur et Honorii orthodoxiam in thesibus subjectis tuetur[1]), quem etiam tuetur Benedictus Bucher (Buecher) O. S. Ben. in monasterio oberaltacensi Ratisbonensis, n. 19. Oct. 1706, philosophiae et theologiae professor Salisburgi (1741-48), socius academiae literarum monacensis († 8. Dec. 1780), in duplici diss. *de facto Honorii S. P.* in causa monotheletarum, Salisburgi 1747. 1748 in 4; in qua ostendit nullum exinde cathedrae Petri infallibilitati praejudicium inferri. Ejus praeterea sunt: *Symbolum Quicunque vult salvus esse suo auctori d. Athanasio assertum,* ib. 1746 in 4; *potestas legislativa Ecclesiae,* 1737 in 8. etc.; diss. *de Cepha a s. Paulo reprehenso* (Gal. 2.), num s. Petrus fuerit reprehensus, ib. 1747 in 8., in qua pluribus nititur ostendere Cepham alium fuisse a Petro.

19. Eandem quaestionem expendit quoque Jordanus Simon O. S. Aug. in diss. *Cephas non apostolus,* sed discipulus Antiochiae a Paulo reprehensus, Erfurti 1758. Fuit Simon scriptor admodum ferax, ejusque fama in vita et post mortem varia. Alii omnia in

[1]) Cf. Lindner I, 112 ss.

[1]) Cf. histor. polit. Blätter 72, 603, ubi refertur ejusdem diss. *Von der Macht der Kirche über die Kirchengüter* 1768 fuisse ab auctoritate politica 1769 prohibitam. Alius ab eo est Jo. Molitor S. J. Hadamarensis n. 1703, diu Coloniae concionator, qui reliquit conciones de variis cum protestantibus controversiis. Cf. Sommervogel V, 1183; IX, 604—64. Salvianus Molitor O. Er. S. Aug. in universitate viennensi professor († 6. Dec. 1748) collegit *catalogum scriptorum O. S. Aug.* provinciae austriacae.

eo laudant, alii nihil non in eo carpunt. Natus est Jordanus Neostadii ad Salam in ditione wirceburgensi 5. Nov. 1719, Albanus in baptismo appellatus. Constantiam missus philosophiam ibidem docuit. In multorum tamen odia incurrit audacis novatoris nomine notatus, quod ab antiqua docendi consuetudine deflectens, opiniones quasdam in catholicorum scholis novas traderet easque publice auderet defendere in libello: *Parvulus tyro magni philosophi,* Augustini in schola veritatis magistri redivivi, mundum philosophicum perlustrans; sive principia augustiniano-platonica cum fundamentalibus lullianis, atomisto-chimico-mechanicis concordata, novis et antiquis philosophico-theologico-juridicorum placitis methodo historica illustrata, Constantiae 1746 in 8. Peregrinandi studio illectus et amicorum pecunia adjutus Italiam, Hispaniam, Galliam, Belgium, Germaniam atque etiam Russiae partem per triennium lustravit. Multis acerbis fatis agitatus factique poenitens tandem Erfurtum venit, ubi a sodalibus non amplius fuit agnitus. Diu deinde ibidem haesit atque etiam electoris moguntini jussu theologiam in academia docuit. At ejus gratia paulo post excidit edita commentatione[1]) in ea Christi verba: *Quid tibi videtur, Simon? Reges terrae, a quibus accipiunt tributum vel censum a filiis an ab alienis* (Matth. 17, 24)? Occasionem dissertationi dederant tributa crebra nomine belli borussici clero imposita. Solum propterea vertere jussus Wirceburgum migravit. Mortuo Electore a capitulo solemni decreto loco et pristinae stationi restitutus fuit, provinciaque ei demandata tradendi jus canonicum. Interim variis muneribus ordinis sui honorificis functus est. Ad academiam friburgensem a 1767 theologiam dogmaticam ut doceret vocatus, imbecillae valetudinis excusatione usus Erfurti perstitit. Iterum coorta est in ipsum variis de causis gravis tempestas, quare carceris sibi impendentis metu aegrum se simulavit atque Erfurto excessit. Munnerstadium venit 1770; sed neque hic tranquille ei degere licuit; itaque Romam decrevit confugere a. 1771. At neque illic quod speraverat consecutus est. Roma enim, ne videretur praebere asylum monacho, qui in Germania diversorum criminum reus insimulabatur, eum dimisit. Itaque in Bohemiam fugere constituit ubi ab omni metu atque periculo securus vixit, imo theologiae polemicae cathedram in academia pragensi impetravit, ab archiepiscopo in assessorem consistorii, ab augustissima imperatrice inter regios consiliarios et a Clemente XIV. inter protonotarios apostolicos adscriptus est. Titulo visitatoris generalis auctus monasteria anterioris Austriae visitavit. Vitam agitatissimam apoplexia tactus 2. Aug. 1776 finivit. „Animus ei fuit lenis, benignus in omnes: aequus in rebus adversis, in secundis minime elatus; injuriarum immemor, non beneficiorum; gloriae, postquam aetate longius processerat, nec avidius appetens, nec omnino contemnens; fidus amicis, non infensus inimicis .... Multa scripsit, pleraque theodisco sermone, in quo tamen multi multa carpunt. Plus etiam temporis ac operae alienis vertendis quam proprii ingenii foetibus edendis tribuit. Stilo primum usus tumido et luxurianti, postea mediocre dicendi genus amplexus est[1])". Haec potiora ejusdem scripta: *Concordia* quatuor ss. Evangelistarum in descriptione passionis J. Chr. Erfordiae 1765; Wirceburgi (ger-

[1]) Μελέτημας *verborum Christi* Math. 17, 24 sive politica Ecclesiae potestas et ejus a tributo civili immunitas, Erfurti 1759 in 4.

[1]) Ita ejus sodalis Zitter in ipsius vita, quae exstat in nova bibl. eccles. Friburg; 1780 V, 670—91, qui etiam diligentissime ejus opera (51) recenset. Cf. etiam Klüpfel Necrologii p. 38—44.

manice) 1766; diss. *de poenis parvulorum sine baptismo decedentium*, Erfurti 1758 in 4; *Urtheil über die Seelenlehre einiger Aerzte,* oder die Selbstzernichtung des heutigen Gott und die Seele läugnenden Materialismus, Augustae 1761 in 8; *primitiae studii historico-ecclesiastici* exhibentes primum Ecclesiae christianae seculum, una cum tabulis chronologicis, Wirceburgi 1762 in 8; *Die Nichtigkeit der Hexerei und Zauberkunst*, Francofurti et Lipsiae 1766 in 8. (prodierat jam antea inscriptum *Das Welt betrügende Nichts,* Wirceburgi 1761 in 8.), cum duobus aliis opusculis de hoc argumento; Monitum ad discipulos s. Augustini *de vanitate concilii burgofontani* [1]) sine nota loci 1764 in 8; *delectatio victrix* 1765 in 4. adversus Jos. Carpani S. J.; *brevis juris ecclesiastici germanici notitia,* Erfurti 1768 in 8; *praelectiones historico-canonicae,* p. 1 continens 8 priora secula Ecclesiae et jus canonicum antiquum, ib. 1768 in 8., opus imperfectum; *institutiones juris canonici* sagaciter elaboratae, in quibus pontificem concilio subjicit, sed extra concilium jus ei vindicat dirimendi controversias, Augustae 1768 t. 3 in 8; 1771; *der entlarvte Freigeist* aus Gründen der Religion und Vernunft, Bambergae 1772 in 8. ed. 2; prima prodiit Wirceburgi 1771 inscripta *Philosophie wider die schönen Geister* d. i. Betrachtung über die menschliche Natur und die natürliche Religion pp. 3; *Theologie wider die starken Geister* d. i. Beweise des katholischen Glaubens wider Rousseau, Voltaire und ihre Anhänger, Augustae 1772 in 8, versio ex lingua gallica; *de religione contra libertinos* ll. 3, Pragae 1773—75 t. 5 in 8., praesertim ex vaticiniis messianis; *S. J. A. Die christliche Beantwortung* der unkatholischen Antwort eines Katholischen auf die Frage: Ist das Band der Ehe sogar ohne Ausnahme unauflöslich als es die Canonisten vorgeben [1]), Salisburgi 1776 in 8.

20. Adversus *Judaeos* disputavit Adamus Franc. Walcker O. Praem. in canonia strahoviensi, Eggenburgi in Austria n. 10. Febr. 1709, strenuus in seminario archiepiscopali philosophiae et theologiae professor necnon et rector, protonotarius apostolicus († 13. Jan. 1771), variis editis operibus: *Reflexio theologica* contra spem vanam hebraicae gentis circa venturum Messiam, Pragae 1745 in 8; *reflexio theologica* contra erronea haereticorum dogmata circa Messiam sive Christum verum Deum et hominem quaestiones resolvens, ib. 1746 in 8; cum continuatione, ib. 1748 in 8; *reflexio theol.* errores praecipuos circa Deum in essentia unum enervans, ib. 1750 in 8., *reflexio theol.* simplicitatem et visibilitatem Dei contra erronea haereticorum dogmata vindicans, ib. 1752 in 8, in qua dubia quaedam critica et observationibus historicis illustrata proponuntur, quid circa Dei immaterialitatem Melito Sardicensis, Tertullianus, s. Epiphanius, Audaeus senserint, utrum Gilbertus Porretanus realem in Deo compositionem admiserit; an s. Chrysostomi et Theodoreti doctrina de intuitiva Dei visione ab errore sit immunis; quid Joannes XXII. de piorum animabus hac in re senserit; an s. Bernardus purgatorium negaverit aut cum igne ultimae conflagrationis seu extremi judicii confuderit. *Reflexio theol.* Deum in personis trinum contra erronea haereticorum dogmata vindicans, 1769 in 8. — Elias Liborius Roblik Moravus (n. 29. Jan. 1689; † 1. Nov. 1765), in linguis orientalibus, hebraea praesertim bene versatus, de Judaeorum conversione sollicitus hunc in finem scripsit: *Jüdische Augengläser* d. i. den Juden zur Erkenntniss des Glaubens

[1]) Cf. de hoc concilio supra IV³, 451 a.

[1]) Cf. Klüppel Nova bibl. eccles. frib. I. (1775) 647—60; II (1776), 51—58.

vorgestelltes Buch, Brunae 1741 in f. pp. 2; Znaimae 1743. — Caspar Jac. Friedenheim Judaeus Wirceburgi conversus n. 1734 Kitzingae exposuit *Die Hoffnung Israels* auf die Erlösung durch den Messias, Wirceburgi 1770 pp. 2, quibus adjecit p. 3: *Die Nichtigkeit der Hoffnung* des heutigen Israels, ib. 1772. — Philippus Cordier S. J. Confluentinus (n. 1. Maj. 1716, † 28. Jul. 1779) religionem christianam *ex prophetiis antiquis* demonstravit Augustae Trev. 1775. Disseruit *de induratione voluntatis humanae*, Coloniae 1751; *de numero fidelium praedestinatorum*, ib. s. a., in qua diss. ostenditur, quod in s. Scriptura fundamentum non habeat sententia, plures ex ipsis christianis esse damnandos quam salvandos.

21. Alios praetermittimus ut Josephum de Bandel Villingae in Silva nigra natum, comitem palatinum († 7. Jun. 1771), qui stilo nimis acri et sarcastico protestantes aggressus est, et etiam Febronium in op. *Consilium utriusque medici* ad Justinum Febronium de statu Ecclesiae et potestate papae aegerrime febricitantem, Trajecti ad lacum Acronianum 1764 in 8. — Dominicum Azzoni[1]) S. J. Pragensem (n. 8. Jan. 1728), cujus exstant *positiones polemicae* adversum recentiores cum primis heterodoxos propugnatae, Pragae 1771 in 8; *controversiae fidei*, ib. 1772. — Similes sunt *dissertationes polemicae* ejus concivis et sodalis Antonii Boll (n. 30. Jul. 1721), insignis professoris philosophiae[2]), Pragae 1767. Hic reliquit *institutiones philosophicas*, Pragae 1756. 1768; alias complectentes philosophiam moralem, ib. 1759; *meditationes philosophicas*, ib. 1758, et plurimas *dissertationes* philosophicas. — Reinhardus Pieret O. S. Franc. edidit *resolutiones de theologiae praecognitis*, deitatis natura et persona, Oettingae 1766 in 4. — Bonifacius Schrazenthaler O. S. Ben. (n. 1. Febr. 1707; † 26. Febr. 1775), reliquit diss. *Christus theologice expensus* sive diss. theologicas dogmatico-polemico-scholasticas de Verbo et Verbo incarnato, p. I. Christus Verbum, Graecii 1754 in 4. — H. Knoblauch O. Praem., indifferentismum impugnavit (Coloniae 1773). — Ejus sodalis Philippus de Neri Josephus Straka in canonia strahoviensi, Bohemus, in seminario archiepiscopali philosophiae et theologiae professor († 9. Aug. 1765), expendit *sacramentum poenitentiae* dogmatice, methodice et practice pp. 3, Pragae 1758—60 in 8; *jus objectivum activum et justitia* dogmatice, methodice et practice in compendio, 1759 in 8. — Franciscus Wissinger S. J. theologiae professor (n. 18. Oct. 1696; † 27. Jul. 1773), auctor est op.: *Libella theologico-polemica* veritates catholicas cum fallaciis sectariorum modernorum de Ecclesia salvifica ejusque sacramentis ponderans, Olomucii 1733; *de Deo trino et uno*, ib. 1745; *doctrina practica ratione et auctoritate firmata* injustitiam et juris laesi reparationem compendio exhibens, ib. 1740 in 8. — Quibus adde Casparum Trost S. J. Bavarum philosophiae et theologiae polemicae professorem († p. 1773). — Ferdinandum Balthasar Eckher, philosophiae, theologiae et juris utriusque doctorem, protonotarium apostolicum, ser. electoris palatino-bavari, necnon principum episcoporum eistadiani et ratisbonensis consiliarium ecclesiasticum actualem, canonicum et per 30 annos theologiae polemicae et sacrae eloquentiae professorem in academia

---

[1]) Alius a Francisco Azzoni S. J. (n. 25. Nov. 1717; † 5. Jul. 1775) in provincica quitensi theologiae professore, cujus exstat *epitome selectarum quarundam exercitationum scholasticarum*, quibus diversa philosophorum systemata discutiuntur, Pragae 1752 in 4; et a Petro Azzoni, de quo infra, qui ambo Pragae nati forte Dominici fratres fuere.

[2]) Cf. ejus opera philosophica apud Backer I, 685.

ingolstadiensi, quater rectorem magnificum et annis undeviginti procancellarium († 3. Mart. 1775), qui exposuit [1]) *modum agendi cum convertendis ad fidem romano-catholicam,* Ingolstadii 1754 in 8; *modum rite ac utiliter catechizandi,* ib. 1757; *oratoriam* seu s. eloquentiam, ib. 1765 in 4. — Evermodum (Thaddaeum) Ružiczka O. Praem. strahoviensem, Moravum, Olomucii professorem († 16. Jan. 1780) theologiae scholasticae adversarium, qui contra haereticos disseruit *de indulgentiis et jubilaeo,* Olomucii p. a. 1775 in 4; *de arcani disciplina* ad firmandas traditiones, stabiliendi fidei dogmata et perimendos haereticos perutili ib. 1776; *Isagogia* in universam theologiam dogmaticam de religione naturali et revelata, Scriptura s., traditionibus, auctoritate Ecclesiae in rebus fidei et morum et tandem de ipsa theologia. — Hermann Minetti Pragae n. 1707 ingressus est canoniam teplensem O. Praem. (1725). Plures protesantes reduxit ad veram fidem († 1770). Praeter opuscula ascetica (ut *Grammatica spiritualis,* Waldsassen 1736—37 pp. 4) et *conciones* (Eyrae 1738 t. 2 in f.) composuit *Syntagma romano-catholicum* continens exquisita erotemata theologico-polemica et apophtegmata de supremo capite Ecclesiae necnon de fide cattolica, de b. Maria V. t. 2 in f. Tegernsee 1763; alii duo t. manserunt mss., sicut alia ejusdem opuscula. Pro hoc syntagmate meruit a Clemente XIII. literis colaudari [2]).

22. Matthaeus Weinacht S. J. *Polonus* n. 14. Sept. 1699, philosophiae et theologiae professor († 5. Oct. 1764), *gratiam divinam* omnibus necessariam unicuique sufficientem, non omni efficacem propugnavit adversus Pelagianos, Semipelagianos, Lutheranos, Calvinistas, Bajanos et Jansenistas, Pragae 1747 in 4; *mentita sibi iniquitas* seu propositiones sub diversis olim pontificibus damnatae, nunc breviter declaratae, ordine alphabetico digestae, errorum materia, ut in re qualibet pro tribunali conscientiae occurrat facile quid qua ratione aut sensu sit damnatum, ib. 1747 in 8; *optima male partorum restitutio* in decisionibus practicis quaestionum moralium, ib. 1745. 1748 pp. 3 in 4; *anima immortalis* in corpore mortali theologico-controversistice conformiter ad prop. damnatam a Fabiano papa et Leone X. proposita, ib. 1744 in 4. — Andreas Narolski S. J., n. 18. Oct. 1727, s. Scripturae et juris canonici Leopoli interpres, scripsit *de suprema romani pontificis auctoritate* nec non Polonorum in avita religione constantia adversus Titelii epistolam propugnata, Presmysliae 1759 in 8. — Stanislaus Hieronymus Konarski schol. piar., Polonus e nobilissima stirpe oriundus a. 1700, egregie meruit de Ecclesia, literis et patria, cujus leges, statuta, consuetudines et privilegia collegit, Varsaviae 1732—9 t. 6 in f. Scripsit etiam *de religione honestorum hominum* contra impias deistarum opinationes, ib. 1769 in 4; de *emendandis eloquentiae vitiis,* 1741. Vir erat omni honore dignissimus, et tamen illum sollicite fugiebat infulasque oblatas recusabat. Decessit 3. Aug. 1773 eique defuncto justa persoluta fuere magna procerum omnisque generis hominum frequentia et concursu [1]). — Jacobus Niegowiecki in academia cracoviensi professor disseruit *de reali praesentia Christi* in eucharistiae sacramento, Cracoviae 1775; *de sacramentorum efficacia,* ib. 1775. — In utilitatem catholicorum plura polonice vertit Raphael Skrzynecki n. 20. Okt. 1714, multi annis theologiae professor.

[1]) Cf. Permaneder annal. Ingolst. V, 19.
[2]) Cf. Goevaertz l., 592 ss., qui 28 opera (edita et inedita) ejusdem recenset.

[1]) Cf. Horányi II, 222—37.

23. Petrus Paulus Aaron de Bisztra O. S. Bas. episcopus fogarasiensis († 1765) desumpsit ex antiqua graecolatina translatione *definitionem et exordium s. oec. synodi florentinae,* Balásfalvae 1762. Praesul erat insignis pietatis et zeli indefessi pro fide avita. — Christoforus Akai S. J. *Hungarus* (n. 25. Mart. 1706; † 28. Mart. 1766) in lucem dedit l. inscriptum: *Tractatus Samucis Raby* indicans Judaeorum errorem circa observantiam legis mosaicae et venturum quem exspectant Messiam, Cassoviae 1742 in 12; *immaculata Deiparae conceptio* mille testibus firmata, Tyrnaviae 1733 in 4. — De hac disseruit etiam Joan. B. Damiani de Tuhegli[1]) Bosniensis n. 21. Jun. 1710, qui Firmii studiis vacavit, canonicus posoniensis, vicarius generalis dioecesis vaciensis, archidiaconus et poenitentiarius ecclesiae cathedralis († 1780), in op. *Maria Dei Genitrix V.* in primo suae animationis instanti speculum sine macula, Posonii 1759 in 8. Ejus quoque sunt: *Doctrina verae Christi Ecclesiae* ab omnibus praecipuis antiqui, medii et novi aevi haeresibus vindicata, ib. 1762 in 8; *justa religionis coactio* seu apodixis, quod reges, principes, magistratus et dynastae romano-catholici habita occasione possint ac debeant in suis ditionibus commorantes cogere etiam mediis violentis et extremis (quoties mitioribus non possint) ad amplectendam veram et unice salvificam romanocatholicam fidem, Budae 1765 in 8., quod tamen opus publica auctoritate fuit suppressum, unde admodum est rarum. — Praetermissis Francisco Bene (de quo cf. Roskovány VI, 650), — Joanne B. Simunich S. J. (n. 7. Juni 1723), qui edidit aliquot opuscula adversus graecos schismaticos, contra quos scripsit etiam Antonius Kanislich S. J. Possegae in Croatia (n. 1629; † 24. Aug. 1777) — et Nicolao Szikoray canonico vaciensi, — Stanislaus a s. Stephano rege Köszegi schol. piar. n. 1708, variis in locis philosophiae et theologiae professor, inchoavit *institutiones theologicas,* quarum t. 1. pp. 4 prodierunt Agriae 1761. 1762 in 8; verum amisso uno oculo illas absolvere non potuit.

24. Petrus Dens *Belga*[1]) n. 12. Sept. 1690 tanto successu philosophiae operam dedit, ut in generali concursu 1711 inter 104 concurrentes secundus primae lineae fuerit renunciatus. Absolutis Lovanii theologiae studiis, ad abbatiam affligemiensem destinatur religiosis ibidem commorantibus theologiam explicaturus, mox (1720) in seminarium mechlinense translatus est, cujus etiam praesidem egit a. 1735. Biennio post canonicus in ecclesia metropolitana eligitur atque eodem anno scholastici munus obtinet. Demum a. 1754 archipresbyteri dignitate honoratur. Curis laboribusque fractus placide in Domino obdormivit 15. Febr. 1775 a. aetatis 85. Presbyter erat antiquae simplicitatis, sed prudentis consilii; pauperum verus pater, quorum ingentem turbam singulis diebus dominicis, quamdiu per valetudinem licuit, in fidei rudimentis instruxit. In seminarii directione alumnis pastorali vigilantia necnon singulari probitate praeluxit. Reliquit *theologiam ad usum seminariorum* et s. theologiae alumnorum, saepius editam ut Mosae 1778 t. 7 in 8; 1786 curante Feller; Mechliniae 1810 ed 8. multum emendata; 1830; *manuale theologicum* continens definitiones et divisiones theologiae universae, Mechliniae 1816. — Guilelmus Bachuisen (Bachusius) canonicus brugensis († 1779) primum

[1]) De ejus fratre Guil. Frid. Damiani, qui secundum Wurzbach obiit 1786, egimus IV[3], 1375.

[1]) Cf. Biogr. nat. de Belg. V, 599. Alius est a Theodoro Emmanuele Dens († 1799), de quo cf. ib. V, 601.

factioni jansenianae addictus, ad obedientiam Ecclesiae debitam postea rediit. Scripsit l. (perrarum) de Zegero B. van Epsen, in quo gravia damna per Jansenismum missioni batavae illata describit [1]).

25. Insignis plane theologus erat Joannes Anselmus Mannock in *Anglia* n. 1681. Missus fuit cum fratre Duacum in collegium Benedictinorum. Frater tristi casu obiit, dum urbs obsideretur: ipse vero ingressus est O. S. Ben. Rediit in patriam missionarius atque dimidium seculi in missione transegit. Munere procuratoris provinciae (1729) et definitoris (1755) functus est († 30. Nov. 1764 a. aetatis 83). Composuit *The Poor Man's Catechisme* or the Christian Doctrine Explained with short Admonitions, s. l. 1752; 1762; 1770; 1855 in 12. ed. emendata cum auctoris notitia cur. can. Tierney, qui liber solus sufficeret juxta Gillow IV, 459 ad reddendam auctoris memoriam immortalem. *The Poor Man's Controversy,* opus posthumum in forma dialogi s. l. 1769; Derby 1846 in 32; *The Christian Sacrifice,* s. l. 1726 in 12. — Ex *Anglis* praeterea huc referri possunt Livinius Brown [2]) S. J. (n. 19. Sept. 1671; † 7. Nov. 1764 a. aetatis 94). — Samuel Musson [3]) alias Browne S. J. Londinensis (n. 1686; † 28. Sept. 1769 a. aetatis 83), qui scripsit contra Middleton, et anglice vertit Bossueti opus *Histoire des Variations* etc., Antwerpiae 1742. — *Hiberni* erant Cornelius Murphy S. J. (n. 24. Oct. 1696; † 31. Oct. 1766), cujus est *A Review of the important controversy concerning Miracles* and the Protestant Systems relative to it: to which is added a letter with some Remarks on a late Performance called: The criterion of Miracles examined, Londini s. a. in 8. — Ant. O'Brien O. Min. lector pragensis, qui disputavit *de divina revelatione* seu de naturali ac revelata religione, Vetero-Pragae 1762.

26. In Gallia, ubi incredulitatis et impietatis virus in dies magis magisque diffundebatur, innumeri fuere, qui religionis fundamenta tueri atque dogmatum christianorum apologiam instituere satagebant. Huc spectant: Claudius Julius de Velles (Develles) O. Theat. Augustodunensis (n. 1692; † 8. Aug. 1765), cujus sunt: Nouveau Traité *sur l' Autorité de l' Eglise,* Romae 1736. 1749 in 12; Traité *sur la simplicité de la foi,* Parisiis 1733 in 12; *de l' Immortalité de l' Ame,* 1730 in 12. — Josephus de Menoux S. J. Bisuntinus n. 14. Aug. 1695, regi Stanislao, Lotharingiae duci, admodum carus, missionem Lotharingiae superior († 6. Febr. 1766), edidit: *Défi général à l' incrédulité* ou notions philosophiques des vérités fondamentales de la religion, Avenione 1758 in 8; Nancaei 1758 in 12., opusculum quod aestimatur; *l' incrédulité combattue par le simple bon sens,* Nancaei 1760 in 8; edidit quoque *opera philosophica* ejusdem Stanislai regis Poloniae, Parisiis 1763 t. 4 in 8. — Renatus Franciscus du Briel de Pontbriand [1]), abbas S. Mariani Antissiodori († 1767), scripsit *l' incrédule detrompé* et le chrétien affermi dans la foi par les preuves de la

[1]) Cf. Biogr. nat. de Belg. 1, 603.

[2]) Cf. Gillow I, 322.

[3]) Cf. Gillon V, 158. Hujus tamen auctoris diligentissimus Sommervogel in sua Bibl. non meminit.

[1]) Praetermittimus Léger Mariam *Deschamps* OSB. Pictaviensem (n. 1716; † 1774), cujus sunt *Lettres sur l' esprit du siècle,* London 1769. *La voix de la raison* Bruxellis 1770, scripta spiritu rationalistico imo fere pantheistico infecta. Cf. Kirchl. Handlex. 1, 1076. — Multo magis praetermittendus est Petrus Fr. le Courayer, qui quamvis non aperte defecerit ab Ecclesia catholica, hujus tamen doctrinam impugnavit. Natus est Rotomagi 1681, receptus Parisiis inter canonicos s. Genovefae. Professorem theologiae egit et praefectum bibliothecae abbatiae. Serio pluribusque scriptis defendit valorem ordina-

Religion exposées d'une manière sensible [1]), Parisiis 1752 in 8., opusculum egregium. — Franciscus Picard de Saint-Adon, Scorbonae doctor, suppresso nomine reliquit *Verités sensibles de la Religion; Traité des moyens de reconnaître la vérité dans l' Eglise*, 1759, quod opus fidelibus admodum commendavit Languet; *la raison soumise à l' autorité* en matière de foi, Parisiis 1742 in 12. — Claudius Roussel n. 1. Jun. 1720, academiae cabillonensis socius [2]), edidit *Principes de Religion* ou Préservatif contre l'incrédulité, Parisiis 1751 (auctore inscio): 1753 ed. aucta; *Principes sur l' Eglise* ou Préservatif contre l'hérésie, ib. 1759. — Guilelmus de Maleville n. 1699 doctor sorbonicus scripsit *la Religion naturelle et la révelée* établies sur les principes de la vraie philosophie et sur la divinité des Ecritures, ou dissertations philosophiques, theologiques et critiques contre les incrédules, 1756. 1758 t. 6 in 12; *Mémoires* sur la prétendue défense de la tradition orale; *histoire critique* de l'éclectisme ou des nouveaux platoniciens 1766 t. 2 in 12; *Examen approfondi des difficultés de l' auteur d' Emile* contre la religion catholique, 1769 in 12; *Lettres sur l' administration du sacrement de pénitence,* cum earundem apologia 1750 in 8. — Monnet composuit egregias *Lettres d' une mère a son fils* pour lui prouver la vérité de la religion chrétienne 1768 t. 3 in 12; 1776 (ed. 3). — Nicolaus Carolus Josephus Trublet, thesaurarius ecclesiae nannetensis, dein archidiaconus et canonicus in urbe patria St. Malo (n. 1697; † 1770), proposuit *Pensées choisies sur l' incrédulité* in op. *Essais sur divers sujets de littérature et de morale,* Amstelodami 1755 t. 4 in 12., quod saepius editum et varias in linguas versum prodiit. „Quelque critique qu' on ait faite de cet ouvrage, on ne peut s' empêcher d' y reconnaître l' esprit d' analyse, la sagacité, la précision, qui caractérisent tous les écrits de l' abbé Trublet. Plusieurs de ses réflexions sont neuves, et toutes inspirent la probité et l' amour du bien [1])". — Josephus Robertus Alexander Duhamel Insulensis († 22. Mart. 1769) primus impugnavit (a. 1755 in 4. et 1756 in 12.) Berruyer, (cf. IV[3], 1416); Scripsit quoque *Quatre lettres d' un philosophe à un docteur de Sorbonne* sur les explications de M. Buffon, Argentorati 1751 in 12; *lettres flamandes* ou histoire des variations et contradictions de la prétendue religion naturelle, Insulis 1752, contra de Prades, etiam in *Démonstrations évang.* ed. Migne 12, 9—132; *L' Auteur malgré lui à l' Auteur volontaire,* 1747 in 12. adversus Fleurii diss. de libertatibus ecclesiae gallicanae (cf. IV[3], 1177); *diss. canonique et historique* sur l' autorité du s. siége, Parisiis 1776 cura Maultrot.

27. Henricus Griffet S. J. (n. 1698; † 22. Febr. 1771), insignis literarum humaniorum professor et historicus, ostendit l' *insuffisance de la religion naturelle* prouvée par les vérités contenues dans les livres de l' Ecriture sainte, avec des dissertations sur la version des LXX, sur la Vulgate et sur les nouveaux systèmes du P. Hardouin et de M. l'abbé de Villefroy,

---

tionum anglicanarum atque plura fidei catholicae dogmata in dubium vocavit. Hinc undique impugnatus in Angliam confugit bene exceptus ab Anglicanis: ibique versione malignae historiae concilii trientini auctore Sarpi, et historiae reformationis auctore Sleidano tristem sibi conciliavit famam. Obiit 1676 a. aetatis 95. Cf. Haegele KL. III, 1161—63.

[1]) Cf. Mémoires de Trévoux 1752 a. 65 pag. 1268—1300; Feller VII, 68.

[2]) Cf. Biogr. univ. LXXX, 75.

[1]) Ita Feller VIII, 255. Illas Bossueto dignas censet Weissenbach, *Kritisches Verzeichniss* der besten Schriften, welche in verschiedenen Sprachen zum Beweise ... der Religion herausgekommen, p. 82.

Leodii 1770 t. 2 in 12; 1771. Novam curavit editionem op. *Histoire de France* auctore G. Daniel (IV³, 1081 a.) annotationibus et dissertationibus historicis et criticis (82 doctis et valde utilibus) auctam, eamque continuavit, Parisiis 1755—1760 t. 17 in 4. ed. optima, et op. P. Avrigny (IV³, 890) *Mémoires pour servir à l'Histoire universelle de l'Europe* depuis 1600 jusq'en 1716 avec des réflexions et des remarques critiques, ib. 1757 t. 5 in 12. (quorum ultimus est Griffeti); *Traité des différentes sortes de preuves* qui servent à établir la vérité de l'histoire, Leodii 1769 in 12; 1770 ed. aucta; Rotomagi 1775, „livre soigné, judicieux, solide sur les moyens de connaître la verité, quand on écrit ou qu'on étudie l'histoire [1])"; germanice Augustae V. 1773. Nouveaux éclaircissemens *sur l'Histoire de Marie Reine d'Angleterre,* Amsterdam 1706 in 12, aliaque opera historica; *Année du chrétien* contenant des instructions sur les mystères et les fêtes, Paris 1747 t. 18 in 12, quod opus piis fidelibus plurimum arrisit saepiusque fuit editum; *Sermons* Leodii 1766 t. 4 in 8. inter Orateurs sacrés ed. Migne 56, 1—810; *Meditations* pour tous les jours etc., Paris 1801 in 18; saepissime editum, ib. 1863. — Claudius Maria Guyon, aliquamdiu sodalis Oratorii († 1771), praeter plura opera historica [2]), scripsit quoque adversus Voltaire *Oracle des nouveaux philosophes,* Bernae 1759, 1760 t. 2 in 8., in quo hujus increduli inconstantiam et contradictiones scite aperit; *Bibliothèque ecclésiastique* par forme d'instructions dogmatiques et morales sur la religion, Parisiis 1771. 1772 t. 8 in 12., germanice versa Augustae Vind. 1785, opus minoris pretii. — Petrus Thomas Laberthonie O. Praed. Tolonii natus 7. Febr. 1708 († 1774) vir religiosus, concionator et apologeta insignis, ut testatur ejus *Défense de la religion chrétienne* contre les incrédules et les Juifs etc. 1779; 1787 t. 3 in 12; cum supplemento, in quo refert conversionem et mortem M. Bouguer (quae jam prodierat 1784), et praeter alia reperitur *examen critique d'un esprit spinosiste* sur l'existence de Dieu, 1811 in 12. — Floris innotuit opere praeclaro: *Les droits de la vraie religion* soutenus contre les maximes de la nouvelle philosophie 1774 t. 2 in 12. — Joly[1]) Divionensis, ecclesiae langrensis decanus († 1775), reliquit plura opera, uti sunt: *La Religion chrétienne* éclairée par le dogme et par la prophétie, Divione 1770 t. 4 in 12; *Traité des anges bons et mauvais,* ib. 1770 t. 3 in 12; *traité du mal et de la réparation,* ib. 1757. 1770 t. 2 in 12. — Joannes Bapt. Bullet, decanus facultatis et sodalis academiae bisuntinae et ab a. 1728 theologiae professor († 1775 a. aetatis 76), vir eruditus, scripsit stilo nonnihil neglecto: *Histoire de l'établissement du christianisme* tirée des seuls auteurs juifs et payens, où l'on trouve une preuve solide de la vérité de cette religion, Lugduni 1764 in 4., anglice versa a G. Salisbury, Londini 1782 in 8; germanice auctore Wekers, Moguntiae 1830, opus in quo elucent methodus, nitor et vis argumentorum; *l'existence de Dieu* démontrée par les merveilles de la nature, Parisiis 1768 in 12; 1773; germanice interprete Lory Augustae V. 1795, liber laude dignus; *résponses critiques* à plusiérs difficultés proposées par les nouveaux incrédules sur divers endroits des livres saints, ib. 1773—75 t. 3 in 12, quibus adjecit t. IV *Moïse;* Parisiis 1826 t. 4 in 12.,

[1]) Feller IV, 268. Alia ejusdem opera historica cf. in Biogr. univ. XVIII, 478; Backer I, 228.

[2]) Cf. Biogr. univ. XIX, 255.

[1]) Alius a Lud. Phil. Joly, qui impugnavit Bayle, de quo egimus IV³, 1393. Cf. Biogr. univ. LXVIII, 203.

germanice interprete Lory, Coloniae 1784: quae opera multum laudantur ab eruditione selecta, methodo, ingenii sagacitate et probationis soliditate[1]). *De apostolica ecclesiae gallicanae origine,* Bisuntii 1752 in 12. — Blasius Monestier SJ. physicae et mathematicae professor (1717—1776) scripsit contra Holbach in primis *La vraie philosophie,* Bruxellis 1774, in quo ex accurata naturae humanae consideratione infert animae spiritualitatem et Dei providentiam; *Principes de la piété chrétienne,* Tolosae 1756 t. 2 in 12; 1761.

28. Benedictus Sinsart O. S. Ben. congr. s. Hidulphi Sedanensis n. 1696, ante suum in ordinem ingressum miles, philosophiae et theologiae professor, abbas (1745) monasterii in Alsatia († 22. Jun. 1776), edidit: Recueil de pensées diverses *sur l'immatérialité de l'âme,* son immortalité, sa liberté et sa distinction d'avec le corps, ou réfutation du matérialisme, Colmarii 1756; *défense du dogme catholique sur l'éternité des peines*[2]), où l'on réfute les erreurs de quelques modernes, Argentorati 1748 in 8; *les vrais principes de s. Augustin sur la grâce* et son accord avec la liberté, Rotomagi (Basileae) 1739 in 8., in quo refellit Jansenii systema; *la vérité de la religion catholique* démontrée contre les protestants, Argentorati 1746 in 12., in quo l. refellit responsum Pfaffii ad ep. secundam P. Scheffmacher (IV[3], 1046); *essai sur l'accord de la foi et de la raison* touchant l'Eucharistie, Coloniae 1748 in 8. Secundum Barbier ipsius quoque est *Chrétiens anciens et modernes* ou abrégé des points les plus intéressants de l'histoire ecclésiastique, Londini 1754 in 12. — Henricus Joannes Baptista Fabry de Montcault comes de Autrey, militum dux (1723-77), praeter alia tecto nomine scripsit[1]) *le Pyrrhonien raisonnable* ou méthode nouvelle proposée aux incrédules, Hagae (Parisiis) 1761 in 12; *l'antiquité justifiée,* Parisiis 1766 in 12. adversus Holbach. — Simon Hervaeus de la Boissière (1707; † 1777) edidit[2]) *Traité des vrais miracles,* 1763 t. 1. cum apologia hujus operis 1769; *Traité de l'esprit prophétique,* sur la nature, son objet spécial, moyens, par les quels Dieu, l'a communiqué et fait reconnaître, avec réflexions sur les prophètes inférieurs et sur les faux prophètes, Parisiis 1767; *de la vérité et des devoirs* qu'elle nous impose, 1777. — Marcus Albertus de Villiers Parisiensis, prius advocatus (n. 1730; † 30. Jun. 1778), proposuit *Dignité de la nature humaine* considerée en vrai philosophe et en chrêtien, Parisiis 1778 in 8; *Apologie du célibat chrétien,* ib. 1762 in 12. adversus canonicum Desforges. — Gabriel Gauchat abbas commendatarius intrepidus apologeta (n. 1709; † 1779) scripsit[3]) *Lettres critiques* ou analyse et réfutation de divers écrits modernes contre la religion, Parisiis 1755—63 t. 19 in 12; *Harmonie générale du christianisme et de la raison,* ib. 1768 t. 4 in 12; *rapport des chrétiens et des hébreux,* et un discours préliminaire sur la loi, ib. 1754—57 t. 3 in 12; *catéchisme du l. de l'esprit,* in 12., in quo totum virus hujus libri circa praecipuas veritates proponit; *le temple de la Vérité,* Divione 1748; 1784 in 12; *la philosophie moderne analysée dans ses principes,* in 12. etc.; quae opera laudantur ab eruditione, soliditate, methodo

[1]) Cf. Biogr. univ. VI, 253.
[2]) Mem. de Tr. 1749 a. 37 p. 667—82 et a. 55 p. 1021—37.

[1]) Cf. Feller III, 507; Biogr. univ. LVI, 581.
[2]) Alia cf. apud Feller II, 24.
[3]) Cf. Biogr. univ. XVI, 565; Feller IV, 115, ubi de eo legimus: »Il maniait l'ironie avec finesse, mais il est un peu diffus; du reste il écrit avec facilité, clarté et élégance«.

et perspicuitate — Joannes Josephus Cajot O. S. Ben. congr. s. Hidulphi, Verodunensis, qui eodem anno (1779) decessit [1]), in lucem publicam dedit *les Plagiats de Mons. J. J. Rousseau de Genève* sur l'éducation, Hagae 1766 in 12., liber stilo quidem non laudabili scriptus, in quo pro merito hujus auctoris, quem increduli adeo extollunt, inopiam detegit. — Caspar Franciscus Anna de Forbin, Melitinensis eques [2]), Aquensis (n. 8. Juli 1718; † 1780), se mathesis studio in primis dedit, sed singularis fuit in suis opinionibus. Praeter alia edidit *Accord de la foi avec la raison* dans la manière de présenter le système physique du monde et d'expliquer les differents mystères de la religion, Coloniae et Parisiis 1757 t. 2 in 12. — Denique Joannes Nicolaus Hubertus Hayer O. Min. (n. 15. Jun. 1708; 16. Jul. 1780) philosophiae et theologiae lector, unus ex praecipuis hujus periodi apologetis, ut liquet ex ejus operibus: *La spiritualité de l'âme* avec le sentiment de l'antiquité tant sacrée que profane par rapport à l'une et à l'autre [3]), Parisiis 1757 t. 3 in 12; *la règle de foi* vengée des calomnies des protestans, 1761 t. 3 in 12; *l'apostolicité du ministère de l'Eglise romaine,* 1765 in 12; *traité de l'existence de Dieu* in 12; *l'utilité temporelle de la Religion chrétienne,* 1774 in 12: *charlatanerie des incrédules,* 1780 in 12. Edidit quoque cum Soret fasciculos periodicos inscriptos *la Religion vengée,* Parisiis 1757—61 t. 21 in 12.

29. Adversus *Jansenianos* [1]) disputarunt: Petrus Franciscus Lafitau Burdigalensis n. 1685, aliquamdiu societatis Jesu sodalis, qui Romam in causa Jansenianorum missus Clementis XI. gratiam sibi conciliavit. Sistarcensis episcopus factus (1720), virtutis exemplar suo gregi praeluxit atque acerrime Jansenianos impugnavit

---

[1]) Hujus frater Carolus pariter OSB. († 1807) praeter alia scripsit: *Recherches historiques* sur l'esprit primitif et les anciens colléges de l'Ordre de s. Benoît d'où résultent les droits de la société sur les biens qu'il possède, Paris t. 2 in 8.

[2]) Cf. Biogr. univ. LXIV, 257.

[3]) Feller IV, 377: »C'est un des meilleurs traités et des plus complets que nous ayons sur cette vérité consolante. Il est écrit d'un style clair, net et facile«; A. E. Lips. 1760 pag. 524—45 auctoris diligentiam, eruditionis copiam et disputandi subtilitatem commendant; Biogr. univ. XIX, 522.

[1]) Inter *Jansenianos* referri debent Pean († 1764), de quo cf. Querard VII, 5. — Franciscus de Paula Mariette congr. Or. († 1767), ib. V, 536. — Jo. B. Raymundi de Pavie de Fourquevaux mentionem jam fecimus IV[3], 1129. Natus est Tolosae a. 1695, et factioni jansenianae addictus († 1768) plura edidit, inter quae *Catechisme hisotrique et dogmatique* sur les contestations qui divisent maintenant l'Eglise, Hagae 1729. 1730 t. 2 in 12., proh. 6. Febr. 1732, saepe editus, continuatus a L. Troya d'Assigny Gratianopolitano (n. 1696; † 1772), qui est unus ex primis editoribus fasc. Nouvelles ecclesiastiques, de quo cf. Biogr. univ. XLVI, 598. — Philippus Boucher († 1768), qui sub nomine ficto ab. Delisle pseudomiracula famosi diaconi Paris divulgavit et depraedicavit (IV[3], 1397 a.); P. Tranquillus quondam O. Cap. seu Osmont du Sellier, de quo cf. Biogr. univ. XLVI, 446 († 1770). — Joannes Baptista Le Scene de Menilles d'Ettemare (n. 1681; † 1771), de quo cf. Quérard V, 237. — Dionysius Pilé († 5. Jun. 1772), de quo cf. Feller VII, 1. — Christophorus Coudrette (n. 1701; † 4. Aug. 1774) propter factionis spiritum bis in carcerem conjectus; cf. ib. III, 114. — Alexius Desessarts († 12. Maj. 1774) fanaticus convulsionum fautor (cf. IV[3], 1397 a.), qui cum quatuor fratribus sectam jansenianam pecunia, operibus, consilio etc. plurimum fovit. — Petrus Stephanus Gourlin Parisiensis (n. 1695; † 15. Apr. 1775) cf. ib. IV, 220 et Ludovicus Guidi († 1780), qui duo plurimam operam contulerunt ad edendas *Nouvelles ecclésiastiques;* cf. ib. IV, 303 et de plerisque etiam *Stimmen aus Maria Laach* 1879. XVII, 223 s. et Séché les derniers Jansénistes l. 3. Parisiis 1891. — Jansenianis saltem addictus fuit Franciscus dux de Fitz-James, episcopus suessionensis († 1764), de quo cf. Feller III, 593. — Neque boni spiritus est l. *de la Primauté du Pape,* Londini (Hagae)

(† 3. Apr. 1764). Haec potiora ejusdem opera [1]): *Histoire de la Constitution Unigenitus* 1737. 1738 t. 2 in 4; 3 in 12; Ultrajecti 1789 t. 2 in 12., quae admodum commendatur ab ordine, perspicuitate, nitore et moderatione stili. *Réfutation des anecdotes ou* mémoires secrets sur l'acceptation de la const. *Unigenitus*, Gray 1734 t. 3 in 8. Miram prodit mentis perspicaciam, qua omnes sectae jansenianae artes fraudesque agnoscit et sequelas noxias praevidet. Opus hoc regii senatus decreto fuit suppressum. *Histoire de Clément XI.* t. 2 in 12. — Ludovicus Patouillet S. J. Divionensis, dignus celebris P. Oudin (IV[3], 1433) discipulus (n. 31. Mart. 1699; † c. 1779), reliquit plura suppresso nomine ad quaestiones illius temporis spectantia opera [2]): *Cartouche* ou le scélérat justifié par la grâce du P. Quesnel, Hagae 1731 in 8, cum apologia ib. 1732 in 12; *discours sur le concile de Florence* et sur l'autorité qu'il a en France à l'occassion d'un arrêt du Parlement de Paris du 16. Dec. 1737 in 4; *les progrès du Jansénisme* par Frère Lacroix, Quiloae 1743 in 12; 1753; *la vie de Pélage* contenant l'Histoire des Ouvrages de s. Jerome et de s. Augustin, 1751 s. l.; *Histoire de Pélagianisme*, Avenione 1763 t. 2 in 12; 1767; *Dictionnaire des livres jansénistes* ou qui favorisent le Jansénisme, Antverpiae 1752 t. 4 in 12; 1755, opus P. Coloniae auctum (cf. IV[3], 1388), olim proh. *les entretiens d'Anselme et d'Isidore* sur les affaires du temps, 1756 in 12; *Supplément aux nouvelles ecclésiastiques* s. l. n. d. (1734-48) v. 6 in 4. oppositum fanaticis Jansenianorum *Nouvelles ecclésiastiques*, quo antidotum exhibet, corrigit enim illorum errores, artes detegit, refellit calumnias. Edidit t. 27 et ss. collectionis pretiosae *Lettres édifiants*, et epistolam criticam edidit de celebri op. *l'art de vérifier les dates*, de qua infra loquemur.

30. Contra *protestantes* pugnarunt: Joannes Cochet in collegio mazarino philosophiae professor († 8. Jul. 1771), qui collegit *Preuves sommaires de la possibilité de la présence de J. Christ dans l'Eucharistie*, Parisiis 1764 in 12. — Joannes Urbanus Grisot († 13. Apr. 1772), quem archiepiscopus bisuntinus Antonius Petrus de Gramont merito magni fecit propter insignem pietatem, prudentiam, zelum, modestiam, qua beneficia meritis suis debita recusavit. Reliquit praeter opera ascetica: *Lettre à un protestant sur la cène de Seigneur* ou la divine eucharistie, Bisontii 1767 in 12; *Lettres à une dame* sur le culte que les catholiques rendent à J. Christ dans l'eucharistie, ib. 1770 in 12., quae multum laudantur [1]). — Philippus Vicaire, professor et decanus facultatis theologicae in academia cadomensi et parochus ad s. Petrum (n. 24. Dec. 1689; † 7. Apr. 1775), valde sollicitus fuit in tuenda bulla Unigenitus et in reducendis protestantibus. Horum in gratiam scripsit: *Exposition fidèle et preuves solides de la doctrine catholique*, Cadomi 1770 t. 4 in 12. — Aymé canonicus turonensis et atrebatensis dedit *Catéchisme raisonné* sur les fondements de la Foi, Parisiis 1775 in 12; 1822; 1825. — Cui affinis est l.

---

latine et gallice 1769 vel 1770, cujus auctor est Pinel congr. Or. († 1777), in quo negat primatum jurisdictionis, institutionem divinam, principibus laicis tribuit jus reformandi in rebus ecclesiasticis salvis dogmatibus: hinc opus peracceptum Josepho II. Quare Viennae etiam prodiit 1782. Cf. Quérard VII, 177. — *Belga* erat Franciscus Damianus Meganck (n. 27. Maj. 1684; † 12. Oct. 1775), de quo cf. Quérard VI, 14; fusius Ferd. Loise in Biogr. nat. de Belg. XIV, 286 ss.

[1]) Cf. Feller V, 115; Biogr. univ. XXIII, 121.

[2]) Cf. Sommervogel VI, 251—57; Biogr. univ. XXIII, 133.

[1]) Cf. Feller I, 272.

Pensées sur les plus importantes vérités de la religion et sur les principaux devoirs du christianisme Petri Huberti (Humbert) pii missionarii († 1779), Vesontione 1748, saepius editus auctusque. — Bernardus Maréchal O. S. Ben. (n. 1705; † 19. Jul. 1770) elaboravit opus inscriptum: *Concordantia patrum Ecclesiae graecae et latinae,* fidei, morum et disciplinae difficultates in ipsorum scriptis accurate elucidans, Parisiis 1739 t. 2 in 4. et 1748 (gallice), latine versum Venetiis 1767 t. 2 in 1 v.; Augustae Vind. 1769, in quo accurate expendit doctrinam patrum trium priorum seculorum. Venditio tamen operis fuit inhibita, quoadusque auctor suum erga bullam Unigenitus testaretur assensum mentemque circa plura doctrinae capita clarius enunciaret; quod praestitit edita *Lettre de D. B. Maréchal* à l'occasion de son livre de la Concordance etc., Parisiis 1740 in 4. Emendationes insertae fuere operi jam impresso: nullus vero typographus t. 3. et 4. jam paratos edere voluit.

31. Claudius Ludov. Montaigne[1]), Gratianopolitanus n. 17. Apr. 1689, sulpitianae familiae sodalis Sorbonae erat doctor, seminarii magni s. Sulpicii regens, vir eruditus, pius et modestus, studii et solitudinis amantissimus († 30. Apr. 1767). Praelectiones Tournelii in compendium contraxit, ediditque lectiones theologicas *de opere sex dierum* ib. 1732 in 12; quibus appendicis loco adjecit tr. *de notis theologicis,* quem Migne recepit in suum *theologiae cursum completum* t. 1; *de gratia* 1735 et 1738 t. 2 in 8., cum diss. historicis, opus saepius recusum; 1748, addita diss. de libro et systemate Quesnelli. Partem historicam recepit Migne in 9—816 *theologiae cursus completi. De septem Ecclesiae sacramentis,* ib. 1729. 1738 t. 2 in 12 etc.; *de Trinitate et de angelis* 1732; 1741. 1750 in 12. — Petrus Collet presbyter e congr. missionis s. Lazari, doctor et professor theologiae, filio Ludovici XV. principi hereditario a confessionibus, Ternaci (Ternay) in vindocinensi tractu est n. 31. Aug. 1693. Auctor erat feracissimus, undique consultus († 6. Oct. 1770), qui opera edidit partim biographica (inter quae laudatur ut diligens *La vie de s. Vincent de P.,* Paris 1818 t. 4 in 8. etc.), et historica, partim ascetica pro qualibet hominum conditione et vocatione saepe edita et homiletica, partim theologica, quorum iterum alia sunt dogmatica, alia moralia[1]). Ad illa pertinent: diss. *de Jansenii systemate, propositionibus et censura,* Parisiis 1740 in 12; *Institutiones theologicae,* quas ad usum seminariorum e fusioribus suis editis et ineditis contraxit, Parisiis 1744 t. 5 in 12; et *institutiones theologicae,* quas ad usum seminariorum e Tournelianis praelectionibus contraxit, ib. 1749 t. 2, quae cum prioribus (t. 5) constituunt compendium theologiae dogmaticae et moralis saepissime editum[2]) Jansenianis quam maxima invisum; *de Deo ejusque divinis attributis,* Bruxellis 1769 t. 3 in 8; *de poenitentia,* quem tr. Migne in *cursum theologiae* t. 22. recepit. Opera moralia sunt: Continuatio praelectionum theologicarum H. Tournely sive tr. *de theologia morali universa,* ib. 1733—60 t. 15 in v. 17; 1768 t. 17 in 8., in qua doctrina et eruditione praestans est, imo doctor classicus censetur, sed teste s. Ligorio in severiores doctrinas generatim deflectit

[1]) Cf. Biogr. univ. LXVI, 126; Querard III, 482; Bertrand I, 338—48.

[1]) Cf. accuratam de Collet ejusque operibus notitiam in Notices bibliogr. sur les Ecrivains de la Congr. de la Mission, Angoulême 1878 I, 33—81.

[2]) Brevius adhuc compendium concinnavit t. 4 Lugduni 1767; 1768, quod tamen non videtur in usum fuisse receptum.

atque probabilioristam agit[1]); *tr. des dispens* en général et en particulier Parisiis 1742 t. 2 in 12., 1788 t. 3; 1828. 1829 etc. op. insigne et eruditum[2]), saepius editum, et consultum. Cum Collet vel potius aliquis alius respondisset, edidit Collin *Nouvelles observations critiques,* Paris 1770. Notat autem in Colleti tr. judiciorum audaciam, defectum accurationis in citationibuse tc. Traité historique, dogmatique et pratique *des indulgences et du jubilé,* 1759; 1770 t. 2 in 12., ed. optima; *Tr. des saints mystères,* où on resout les principales difficultés qui se rencontrent dans leur célébration, Paris 1768 ed. jam 7. accurata t. 2 (prima est 1752 t. 1), quam pariter Collin rigidae subjecit crisi in *observations critiques,* 1771 in 12. Hinc Caron juxta hanc censuram novam curavit ed. Paris 1817 t. 2. 1848 ed. 12. Prorsus retractatus juxta decreta romana prodiit sub nomine ab. Richaudeau, Paris 1853 t. 1 in 12. *Examen et resolutions* des principales difficultés qui regardent l'Office divin, Paris 1754 in 12; 1763 ed. 6. optima; 1828. *Traité des exorcismes de l'église,* ib. 1770 in 12; *Lettres critiques* sur différents points d'histoire et de dogme, Parisiis 1744; Taurini 1751 contra Jansenistas; *bibliothèque d'un jeune ecclésiastique,* Parisiis in 8., nimis obiter composita; *Abrégé du dictionnaire de cas de conscience* de Pontas (IV[3], 1312), ib. 1764; 1771 t. 2; Lugduni 1770 t. 3 in 12.

32. Ludovicus Legrand[1]) n. est Lusignii in Burgundia 12. Jun. 1711. Sodalis erat congregationis s. Sulpicii, s. theologiae professor et doctor Sorbonae (1746), cujus ipse fere censuras adversus libros et malesanas opiniones, praesertim adversus Berruyer, Rousseau[2]), Marmontel, Buffon redegit, vir vere doctus et modestus († 21. Jul. 1780). Sodalium suffragio in locum defuncti Montaigne (de quo mox egimus) s. Sulpicii studiorum director est constitutus, congregationis assistens et consultor. Elaboratum exaravit opus de *incarnatione Verbi divini,* Parisiis 1750 t. 2, recusum et auctum 1774 t. 3, et in *cursu theologiae* ed. Migne t. 9. *Praelectiones theologicas* D. Lafosse (IV[3], 1352) de Deo ac divinis attributis novis additamentis copiosis exornavit locupletavitque, ib. 1751 t. 2 in 12; *de Ecclesia,* cujus t. 1. tantum 1779 prodiit. Initium t. 2. exhibet Migne in cursu Scripturae s. XXIII, 1099—1126. *De exsistentia Dei,* opus posthumum 1812 in 8., complectens dissertationes duas, unam de atheismo in genere, alteram de argumentis, quibus Dei exsistentia comprobatur. — Carolus (in baptismo Matthias dictus) Chardon O. S. Ben.

---

[1]) Singuli fere t. saepius emendati et aucti prodierunt. Cf. Journ. de Sav. c 1, 291-301. De eo ita legimus apud Feller III, 24: „Cet ouvrage est unique en son genre et rempli de recherches. Il en a paru en 1788 une édition corrigée et augmentée par Compans t. 2 in 8; cette édition a de grands avantages sur la première . . . Son Traité des dispenses est aujourd'hui le plus consulté de ses ouvrages et devenu particulièrement intéressant par les disputes élevées en Allemagne touchant le pouvoir que quelques évêques s'attribuaient de dispenser dans les lois de l'église universelle, nommément dans les empêchements diriments. Cet article est discuté avec une attention particulière". Cf. Hundhausen KL. III, 648 s.

[2]) Quod Nic. Collin rigidae et prolixae censurae subjecit in *Observations critiques* sur le Tr. des dispenses.

[1]) Cf. Feller IV, 229; prae primis Bertrand Bibl. Sulp. 1, 361—94; Weinand KL. VII, 1636. Migne in *vita* praemissa ejus tr. de incarnatione, cursus theol. t. 9. et tr. de exsistentia Dei ed. parisiensis 1812.

[2]) Cf. egregiam solidamque censuram contra Rousseau l. Emile Paris 1763 in 12, 1766; 1776; in Migne theol. cursu compl. II, 1111—1248, qua increduli hujus l. noxius refellitur et prop. 57 erroneae notantur. Cum ea fuerit impugnata, opposuit Legrand *Observations* apologeticas, ib. 1763.

in oppido Ivoi-Carignan natus a. 1695, philosophiam et theologiam docuit, magistrum novitiorum egit, sed a capitulo generali docendi munere a. 1730 fuit privatus, quod bullae Unigenitus se opposuerit († 20. Oct. 1771). Composuit *Histoire des Sacraments,* ou de la manière dont ils ont été célébrés et administrés dans l'église, et de l'usage qu'on en a fait depuis le temps des apôtres jusqu'à présent[1]), Parisiis 1745 t. 6 in 12., recusa *in cursu theologiae* ed. Migne t. 20., opus eruditum, in quo historice refellit sacramentariorum errores; italice versum annotationibusque auctum Veronae 1754 t. 3 in 1 v. in f.; Brixiae 1758 t. 3 in 4; Capite lacus in pago ticinensi 1835 t. 6 in 8., interprete Bernardo a Venetiis O. Min. theologiae lectore, qui antea dictus est Michael Angelus Baffo et egregius fuit concionator († 16. Jan. 1776), cujus quoque sunt: *Difesa del celibato del clero romano* e progetto per la sua riforma, migliore che non è quello del Trattato teologico-politico del C. C. S. R. fatta da Eusebio Filopolita, Venetiis 1766 in 8; *Aforismi del divino Platone* adattati da filosofo cristiano ad arrestare il morbo epicureo, Patavii 1770 t. 5 in 12; Finali 1777; *Gazzetta ragionata* della nuova Abdera, ib. 1773—75 t. 4 in 12. Hos duos libros conscripsit ad detegendas impiorum hominum fallacias et ad catholicam religionem a philosophorum calumniis defendendam. Adversarios soliditate rationum et argumentorum vi perstringit viamque ad eorum insidias vitandas sternit; unde propter eorum utilitatem recusi fuere Venetiis 1828. 1829 cura editorum piae associationis venetae[2]). — Denique huc referri possunt Nicolaus Meusy (n. 1734; † 1772), cujus est *le Catéchisme historique, dogmatique et moral des fêtes,* Vesulii 1771 in 12., liber utilis, ideoque saepius recusus, et Petrus Thomas a s. Barbara O. Carm. († 1766), qui erudite impugnavit declarationem cleri gallicani (opus rarum) ediditque *historiam primorum seculorum Ecclesiae* 1754.

33. In Italia[1]) inter religionis christianae apologetas memorandus est Thomas Vincentius Moniglia (Monelia) O. Praed. Florentinus. Natus is est 18. Aug. 1686 et ingressus adolescens sexdecim annorum ordinem s. Dominici. Peracri ingenio et judicio praeditus magnos in studiis progressus fecit, adeo ut quam primum juxta ordinis consuetudines liceret, philosophiae docendae applicaretur. Familiaritate legati anglici seductus patriam ordinemque deserens Londinum confugit. Triennium fere in ea urbe mansit magnamque temporis partem consumpsit in bibliothecis frequentandis. Agente autem in primis Cosmo III. magno Etruriae duce per suum oratorem apud Britanniae regem ad meliorem mentem et ad suos rediit, apud quos

---

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1745 a. 41 pag. 953—71; a. 66 p. 1364—90; a. 84 pag. 1721—41; a. 108 p. 2169—82; J. des Sav. 145, 199—218.

[2]) Cf. Antonius M. a Vicetia Scriptores O. Min. Prov. s. Antonii Venetiarum, pag. 117.

[1]) Lanterius postr. sec. sex relig. august. III, 353 haec tribuit Joanni Laurentio Papalardi O. S. Aug. opera typis edita: *Expositio et summaria refutatio hypotheseos atheorum; refutatio hypotheseon Pelagianorum,* Semipelagianorum, Arminianorum et Anabaptistarum: *fanaticorum et pseudo-mysticorum hypotheseos refutatio; apologetica concertatio de doctrina morum quatuor ss. Ecclesiae patrum* Ambrosii, Augustini, J. Chrysostomi et Gregorii M. — Alex. Giorgi Zorzi S. J. Venetiis n. 11. Sept. 1747 doctrina praestans opus scientiam omnem omnesque artes complectens, quod opponeretur Encyclopaediae gallicae religionis bono tam noxiae, molire coepit, sed ultra prodromum non pervenit, qui duos ipsius articulos mentione dignos continet scil. *de peccato originali et de harmonia* libertatis cum gratia efficaci, Siena 1780 in 4., sed obiit jam 14. Jun. 1779.

seria virtutum et disciplinae cultura quidquid maculae contraxerat, plane diluit. Minorelli bibliothecae casanatensis praefecto datus est adjutor. Majorum imperio adversus Bollandistas disseruit *de origine ss. precum rosarii b. Mariae V.,* quod s. Dominico vindicavit, Romae 1725 in 8., libellus rarus. Celebri Orsi datus est successor in cathedra theologica coenobii florentini, ubi Mamachium, qui postmodum sua eruditione adeo inclaruit, habuit discipulum. Recentiorum methodum praeferebat suisque praelectionibus quaestiones historicas criticasque inseruit: inde natae diss. duae *de annis J. Christi Servatoris et de religione utriusque Philippi Aug.,* Romae 1741 in 4., in quarum priori tuetur operose et erudite Christum J. natum esse a. mundi 4709, anno Augusti Caesaris 40, a. 5. exeunte ante vulgarem aeram: baptizatum vero a. 28 aerae communis ineunte, et a. 30 crucifixum; in altera negat contra plurimos eruditos utrumque Philippum Augustum fuisse christianum. Anno 1741 declaratus est a Francisco II. magno Etruriae duce ecclesiasticae historiae professor in academia pisana. Ad promovenda discipulorum studia literarios habuit apud se conventus, in quibus studiosi exercebantur in sacra profanaque historia et geographia, tum in humanioribus literis atque etiam in theologia naturali. Inde enati varii libri: *Dissertazione contra i Fatalisti,* Lucae 1744 t. 2 in 8., in qua praesertim Lockii, Leibnitii, Collinii, Hobesii et Spinosae opiniones examinat, solideque atque eleganter suo more confutat [1]); *Diss. contra i Materialisti ed altri increduli,* Patavii 1750 t. 2 in 8., opus eruditum et accuratum [2]); *Osservazioni critico-filosofiche contra i Materialisti,* ib. 1760 in 8., quo in l. artem criticam et philosophiam adhibet contra recentiores, qui stant ab Epicuro et Lucretio. Qua occasione quasdam criticae artis atque dialecticae regulas explicat et quaenam sint contra incredulos usurpandae ostendit; de quibusdam quoque libris agit de humana mente multa complexis et in eo praesertim, cui titulus *l'Esprit,* confutando versatur. *La mente umana spirito immortale* non materia pensante, Patavii 1766 t. 2 in 8. Decessit hic vir laboriosus 15. Febr. 1767, qui prae studendi ardore solitudinem ita amabat, ut nemini pedem inferre in cubiculum permitteret, unde difficilis et morosus nonnunquam videbatur. Eruditio tamen ipsi summorum virorum conciliavit amicitiam atque gratiam benevolentiamque Benedicti XIV. Inter praecipua vero ejus merita illud referri debet, quod e primis fuerit, qui incredulitatis impietatisque opiniones jamjam Italiam ex Gallia invadentes patefaceret, impugnaret, refelleret [1]).

34. Protestantium errores impugnavit Ludovicus Lipsin O. Min. in suo *catechismo historico-theologico-dogmatico,* in quo symbolum apostolorum et praecipui christianae fidei articuli explanantur, Venetiis 1766 in 4; Augustae V. 1769. — Laurentius Fusconi O. Min. disseruit *dell' autorità della Chiesa,* Romae 1776, de quo argumento disputarunt etiam Evasius Bonafons O. Vall. Umbr. in exercitatione dogmatico-polemica *de Ecclesia militante,* Romae 1778 — et Bartholomaeus Carrara O. Theat. Bergomas n. 22. Mart. 1707, vir vere religiosus et eruditus († 15. Sept. 1778), ut testantur ejusdem opera [2]): *Del rispetto alla ss. Communione,* Operetta che ha tratta da vari insigni Autori Carlo Bromato da Erano (nomen anagrammaticum) per uso de Parochi e Confessori e delle anime da loro dirette,

[1]) Cf. A. E. lips. 1747 pag. 499—507.
[2]) Cf. Storia Letter. d'Italia III, 33-40.

[1]) Cf. Fabronius, vitae italorum doctrina excellentium XI, 144—70.
[2]) Cf. Vezzosi I, 222 ss.

Venetiis 1743 in 12; *Storia di Paolo IV. P. M.,* Ravennae 1748 et 1753 t. 2, sub eodem nomine; *dell' antica preeminenza del Cardinalato* diss., ib. 1756 in 4; *il primato del romano Pontefice* difeso contro il libro intitolato: Della Podestà de' Vescovi circa le Dispense composto dal P. Antonio Pereira e tradotto in italiano (a D. Marcolino) nel 1767, ib. (Romae) 1769 in 12. Prodiit Pereirae (de quo infra plura) opus lusitane Olisipone 1766, cum appendice 1768; dein 1769 latine inscriptum *Tentamen theologicum,* in quo demonstrare conatur, ubi apostolica sedes adiri non possit, devolvi ad episcopos facultatem dispensandi in publicis impedimentis matrimonii providendique spiritualiter in ceteris rebus omnibus rom. pontifici reservatis, quoties id publica urgensque necessitas postulabit. Auctori nostro respondere nisus est Pereira opere: *Anonymi romani,* qui de primatu papae nuper scripsit, *vana religio et mala fides* h. e. defensio tentaminis theologici, Olisipone 1770, qua a se depellere satagit haeresis ignominiam et schismatis labem. *Della autorità della Chiesa* discorsi nove che suprema la dimostrano ai cattolici ed agli eretici, Ravennae 1777 in 4., quibus refellit propositionem ejusdem Pereirae: „Pontificem seu episcopum in spiritualibus et Deo et regi seu Deo et Ecclesiae subdi agnovit tota antiquitas christiana;" Romae 1776 ed. emendata. — Sanctius Veronese Venetus n. 1684, quem Clemens XIII. sibi successorem a. 1758 in sede episcopali patavina selegit et anno sequenti cardinalem dixit († 1767), disseruit *de necessaria fidelium communione cum apostolica sede,* Brixiae 1783 in 4., opus egregium posthumum. — Joannes Jacobus Pegna sacerdos romanus scripsit *S. Pietro Ap. Capo et Principe della Chiesa,* Romae 1778. — Ferdinandus Ughi statuit *de romanis appellationibus* prop. criticocanonicas, Ferrariae 1779.

35. Andreas Cottone O. Theat. Panormitanus (n. 1690; † 6. Jun. 1772) aliquamdiu in collegio leopolitano, et post reditum in Italiam Panormi lector, proposuit exposuitque *universae theologiae scholasticae, polemicae, dogmaticae et moralis theses,* Leopoli 1719; *positiones historico-polemicas, canonicas, selectas ex l. 1. decretalium* Gregorii IX., Panormi 1730. — Antonius Genuensis (Genovese) natus Castellione parvo salernitanae provinciae oppido 1. Nov. 1712, philosophiae praesertim studio se addixit, sed scholasticas subtilitates aversabatur. Munus docendae metaphysicae in academia neapolitana adeptus a. 1741, mox edidit *disciplinarum metaphysicarum elementa* mathematicum in morem adornata, Neapoli 1743 p. prima in 8; Venetiis 1748, quae multorum animos commoverunt. Quare jussis Spinellii cardinalis et archiepiscopi parens appendicem emisit anno sequenti, qua quaedam paulo obscuriora clarius explicantur et argumenta scepticorum fusius diluuntur. Postea plurima delevit, mutavit, addidit et cum 1. p. 2. et 3. vulgavit Neapoli atque Benedicto XIV. nuncupavit. Adjecit 1751 p. 4., quae est *de principiis legis naturalis* et officiorum humanorum[1]), Venetiis 1753. Cum opus impugnasset Paschalis Maglius, pro defensione elementorum in lucem emisit: *Lettere filosofiche* ad un amico provinciale, Neapoli 1759 in 8. Eadem elementa prodierunt alio ordine disposita Neapoli 1760 pp. 5; *Elementorum artis logico-criticae ll. 5,* ib. 1745; novam ed. auctam curavit Ildephonsus Schwarz O. S. Ben. Augustae V. 1796 in 8; utrumque opus in compendium redegit et italice edidit sub titulo: *Instituzione de metafisica* per li princi-

[1]) Cf. Zaccaria Storia Letter. d'Italia XI, 82—100: Feller IV, 135; Fabronius XV, 278—328; Reusch II, 991; Galanti Elogio storico del S. Ab. A. Genovesi, Neapoli 1772.

pianti 1766; *Instituzione di Logica* per li principianti 1766. Cum vero liberior et audax ejus philosophandi ratio multis displiceret, animum convertit ad studia, quae non facile in controversia et contentione versari poterant atque primus cathedram commercii et mechanices regendam a. 1754 suscepit deque oeconomia varia edidit opera († 24. Sept. 1769). Haec alia ejusdem opera: *Meditazioni filosofiche sulla Religione e sulla Morale,* Neapoli 1758. 1766, opus parvi pretii: *della Diceosina* o sia della Filosofia del giusto e dell'onesto, ib. 1776 t. 3 (primus jam prodierat 1766); *universae christianae theologiae elementa dogmatica, historica, critica,* Venetiis 1771 t. 2 in 4, Coloniae 1778 t. 2 in 1 v., opus posthumum adversus quod Antonius Vetrani scripsit *animadversiones theologico-criticas* in universam A. Genuensis theologiam, Neapoli 1775. *Lezioni di Commercio* o sia di Economia civile, Bassani 1769 pp. 2 ed. aucta, proh. 23. Jun. 1817, opus spiritu liberalismi moderni infectum. — Joannes Franciscus Conforti paravit universae theologiae dogmaticae institutiones mathematicum fere in modum adornatas, quarum saltem vol. parasceuasticum *de veritate religionis christianae et theologicis locis* excusum [1]) est Neapoli 1771; *Anti-Grotius* qui complectitur prolusionem et exercitationes XII totidem grotianis capitibus oppositas, una cum exercitatione in Blondellum, Neapoli 1780, in quo tuetur adversus illos primatum pontificis. — Jacobus Gravina O. Theat. Panormitanus, insignis religiosus, qui ardenter optabat missiones inter Indos, philosophiae et theologiae lector, composuit *synopsin theologiae veterum patrum* ad mentem b. Joseph card. Thomasii (cf. IV[3], 983), quae tractatus scholasticos saniores, fidei dogmata sacramque historiam criticam complectitur, Panormi 1734 in f. Edidit quoque *opuscula canonica et critica* b. card. Jos. Thomasii annotationibus interpuncta, Panormi 1763. 1764 in 4., excerpta ex t. 7. op. ejusdem cardinalis. — Jacobus Facciolati n. Tauriliae parentibus pauperibus 4. Jan. 1682, beneficentia b. Card. Greg. Barbarigo fuit egregie institutus. Theologiae doctor creatus (1704), aliquamdiu in seminario patavino philosophiae professor, totum se demum dedit excolendis literis humanioribus, in quibus vere excelluit, classico enim utebatur stilo latino. Hinc dictus est a Walchio, „lumen latinae linguae, a quo Italia maxime illustratur". In illarum emolumentum multa edidit opera [1]). Ad vacuam logicae sedem designarunt (1723) triumviri literarii universitatis patavinae neque petentem neque volentem eloquentissum hunc virum († 26. sec. alios 24. Aug. 1769 a. aetatis 88). Huc referri potest propter *viatica theologica X,* quibus adversus religionis dissidia catholicus viator munitur, Patavii 1763. Prodierat jam a. 1755 inscriptum: *Viaticum theologicum* nobili adolescenti paratum cum Germaniam et Galliam peragrare constituisset, frugi et honesto hebraicae gentis mercatore itineris comite. In hac ed. tres complectitur epistolas, quibus adolescens ille praemunitur adversus errores Lutheranorum, Jansenianorum et Judaeorum. *Vita et acta J. Christi secundum utramque generationem divinam et humanam,* ib. 1762 in 24; *vita Jesu Christi, Mariae V.* J. Christi matris et s. Antonii Patavinii ib. 1766 in 24. *De gymnasio patavino*

[1]) Quem l. non magni facit bibl. frib. eccles. II fasc. 3 p. 88.

[1]) Cf. Vedova, Biogr. degli Scrittori padov. 374—81. Fabronius XII, 112—35; Adelung II, 996. Inter haec opera (34) eminent: *Calepini Lexicon septem linguarum emendatum,* Patavii 1718. 1726 t. 2, saepe editum, 1758 ed. ceteris praestantior; et *novum lexicon linguae latinae,* opus quadraginta prope annorum, quod cum Forcellino condidit, a quo etiam nomen accepit.

syntagmata XII, Patavii 1752 in 8; *Fasti gymnasii patavini* ab a. 1260—1756, ib. 1757, jejuna narratio, quae eruditis non satisfecit. — Thomas Augustinus Ricchinius O. Praed. († 21. Jan. 1779) praeter vitam card. Gotti edidit ven. Monetae O. Praed. († c. a. 1240), s. Patris Dominici aequalis, *adversus catharos et waldenses ll.*, Romae 1743 in f., praemititur vita auctoris et duplex dissertatio historica de Catharis et Waldensibus (l. 15).

36. His addendi sunt tres alii ceteris longe celebriores: Liberatus a s. Joanne Baptista Fassoni schol. piar. Ligur n. 1720, philosophiae, mathesis, dein theologiae in academiis calaritana et taurinensi magna nominis fama professor, cujus opera latini stili nitore excellunt († 4. Maj. 1775), eaque sunt [1]: *De leibnitziano rationis sufficientis principio* diss. philosophica [2]), Senogalliae 1754 in 4; Budae 1767; *de solis defectu* in morte Caesaris diss. philosophica, Senogalliae 1754 in 4; *de miraculis* adversus Bened. Spinozam diss. theologica, Romae 1754 in 4., breviarium eruditum operis majoris [3]), quod tamen prodiisse non videtur, nisi sit altera ejusdem diss. editio multis accessionibus locupletata, ib. 1755; *de graeca ss. literarum editione* a LXX cognominata interpretibus diss., ib. 1754 in 4; ed. altera mendis sublatis animadversionibusque multis collustrata, ib. 1758; *de voce homousion* diss., in qua ostenditur vocem illam ab antiochenis patribus proscriptam et repudiatam non esse, ib. 1755 in 4., diss. praeclara [1]); *de cultu J. Christo a magis adhibito* adversus R. Simonium et S. Basnagium, ib. 1756 in 4; *de puellarum monasteriis* can. 38 epaonensis conc. celebratis diss. canonico-historico-theologica, ib. 1757 in 4; *de cognitione s. Joan. Baptistae in matris utero exsultantis* adversus Basnagium diss., ib. 1757 in 4; *de veritate atque divinitate historiae magorum* adversus A. Collinsium diss., ib. 1759; *de tempore adventus magorum ad Christum* dialogus, ib. 1760 in 4; *de Leporii libello* atque ejus sententia de conjunctione divinitatis cum corpore triduo mortis Christi diss. apologetica, in qua etiam Ecclesiae hac de re doctrina constituitur et firmatur, ib. 1761 in 4; *de piorum in sinu Abrahae beatitudine* ante Christi mortem, ib. 1760 in f.; *J. Christum ante descendisse ad inferos quam excitaretur a mortuis* diss., ib. 1762; *de morali patrum doctrina* adversus Jo. Barbeyrac et ad disputationes de ecclesiastica doctrina introitus, Liburni 1767; *Vitam s. Josephi Calasanctii* a Matre Dei cler. reg. pauperum Matris Dei schol. piar. fundatoris, quam inchoaverat Franc. M. Bonada, digessit, auxit, perfecit atque edidit, Romae 1764 t. 2 in 8.

37. Alter est Castus Innocentius [1]) Ansaldi O. S. Dom. Placentiae 7. Maj. 1710 natus, qui miro modo vitae periculo ereptus vitam sibi donatam Deo

[1]) Cf. Horányi I, 767—74.

[2]) *De objectionibus v. cl. L. Fassonii contra rationis sufficientis principium* disseruit Joan. Christophorus Gottschedius log. et metaph. p. p. o. academiae reg. bor. electoralis moguntinae et bavaricae, in A. E. 1760 pag. 597—613. Ceterum *de* hoc eodem *principio rationis sufficientis* pp. 2 disseruit etiam Franc. Grassi congr. s. Lazari n. Castiglione dioecesis laudensis (n. 26. Oct. 1715; † 1773), in quarum prima agitur de ipso principio in se ejusque extensione ad causas etiam liberas; in altera de ejusdem principii usu in theologia revelata, Lugani 1773.

[3]) Cf. Storia Letter. d'It. XII, 303—6.

[1]) Cf. ib. XIII, 312—15.

[2]) Alius a fratre suo Carolo Augustino A. pariter O. Praed. Placentiae n. 23. Sept. 1711, philosophiae et theologiae professore († 1767) et a Petro Thoma Ansaldi ecclesiae cathedralis miniatensis praeposito, cujus exstat diss. accurata et erudita *de divinitate D. N. J. Christi*, Florentiae 1754 in 4., de qua cf. Storia Letter. d'Italia XII, 308. Cf. de nostro Bi. univ. 53, 345; Adelung 1, 902.

consecrare statuit. Animum gessit a methodo scholastica aversum, unde sibi molestias concivit, adeo ut fuga per quadriennium superiorum mandatis se subtraxit: sed agentibus card. Quirino et Benedicto XIV. cum ordinis praepositis conciliatus cathedram theologicam Brixiae (1745), Ferrariae (1750), demum Taurini obtinuit, ubi etiam per 20 annos magna nominis fama docuit († 1779). Potiora ejusdem opera sunt: *Patriarchae Josephi religio* a criminationibus Basnagii vindicata [1]), Neapoli 1738 in 8; Venetiis 1741; Brixiae 1747 in 8; *de veteri Aegyptiorum idololatria ac moribus* in collect. calogeriana; *de causa inopiae veterum monumentorum pro copia martyrum dignoscenda* adversus Dodwellum, Mediolani 1739. 1745 in 8; *de traditione principiorum legis naturalis* ll. 3, ib. 1742 in 4., in quo opere cognitionem principiorum legis naturae, e quibus possit inferri exsistentia Dei, certitudo alterius vitae et retributionis, ex revelatione primitiva, cujus summam necessitatem pro hac cognitione inculcat, traditione transmissa repetit [2]). *De diis multarum gentium Romam evocatis* sive de obtinente olim apud Romanos deorum praesidum in oppugnationibus urbium evocatione [3]), Brixiae 1743 in 8; Venetiis 1753; 1761; Oxonii 1765 ed. 4; *de martyribus sine sanguine* altera diss. adversus Dodwellum, in qua nonnulla martyrologii romani loca a criminationibus Bailii vindicantur, Mediolani 1745 in 8; cum priori Venetiis 1756 in 4; *de forensi Judaeorum buccina* [4]), Brixiae 1745 in 4; *Herodiani infanticidii vindicatio* (adversus Jos. Scaliger); accedit diss. de loco Joannis (1, 13) aliter atque habet vulgata a nonnullis patribus lecto[1]), ib. 1746 in 8., quam impugnavit Petrus Barzani [2]) brixianus presbyter epistola edita ad auctorem. Idem Barzani occasione cujusdem assertionis Ansaldi, tuetur patres *memoriter, arbitrario, tumultario* s. Scripturae testimonia citare; hinc scripsit Ansaldi *de authenticis ss. Scripturarum apud ss. patres lectionibus* ll. 2, Veronae 1747 in 4., scriptum eruditissimum ac limatissimum [3]), Brixiae 1749 in 8; *de futuro seculo ab Hebraeis ante captivitatem cognito* adversus Joannem Clericum [4]), Mediolani 1748 in 8; *de diptycho Quirinano* ep. ad Quirinum; ep. secunda, Brixiae 1749 in 4; *ep. de Hercule tarsensi* in viridi jaspide insculpto ib. 1749 in 4; *de baptismate in Spiritu s. et igni* commentarius sacer philologico-criticus: cui accedunt orationes duae in athenaeo ferrariensi habitae, Mediolani 1752 in 4., in quo opere admodum erudito ingeniose quidem, sed forte non adeo probabiliter, explicat [5]) verba Matth. 3, 11. *De sacro et publico apud ethnicos pictarum tabularum cultu* adversus recentiores Graecos [6]), Ferrariae 1752; Venetiis 1755 in 4; Taurini 1768 in 4; *Vindiciae Maupuertuisianae* ab animadversionibus V. ill. Francisci Mariae Zanotti, quibus quantum philosophiae morali stoicorum religio praestet in infelicitate vitae minuenda demonstratur, Venetiis 1754 in 4. Maupertuis († 1759) ediderat *Essai de philosophie morale,*

[1]) Cf. A. E. lips. 1749 pag. 113—118, 1758 p. 568—74 et suppl. VI, 158 s.
[2]) Cf. A. E. lips. 1745 pag. 586—91.
[3]) Cf. A. E. lips. 1745 pag. 107—11.
[4]) Cf. J. des Sav. 150, 40—53.

[1]) Cf. A. E. lips. 1758 p. 424—32, ubi legimus: „Ceterum in his disquisitionibus dominatur doctrina haud vulgaris, acre judicium, circumspecta sagacitas, diffusa lectio antiquorum pariter atque recentium scriptorum, protestantium etiam, erga quos multa utitur moderatione".
[2]) Cf. A. E. lips. 1751 p. 88—90.
[3]) Cf. A. E. lips. 1749 p. 88—90.
[4]) Cf. Storia Letteraria d'Ital. I, 38—41; A. E. lips. 1759 p. 503—11; in utraque vero recensione stili durities et incuria notatur.
[5]) Cf. St. Lett. d'It. V, 328—38.
[6]) Cf. St. Lett. d'It. VIII, 242—46; A. E. lips. 1760 p. 78—82.

Berolini 1749, in quo bene eos refellit, qui doctrinam moralem Zenonis, Epicteti etc. ausi erant conferre doctrinae Christi. Displicuit liber Francisco M. Zanotti, qui ejusdem crisin opposuit: *Ragionamento al Conte Greg. Casali* etc., Bononiae 1754. Ansaldo visus est Zanotti nimis favere stoicis, quare in se suscepit vindicias operis Maupertuisii [1]). Verum non tacuit Zanotti, edidit enim *Discorsi tre* in risposta al libro del P. C. J. Ansaldi intitolato: Vindiciae Maupertuisianae, Neapoli 1755 in 8., quibus respondit Ansaldi publicata *epistola* ad Zanotti Venetiis 1755 in 8. Zanotti iterum se defendit literis sub aliorum nomine editis atque pro ipso prodierunt: *Lettere del S. Giuseppe Antonelli* Messinese Professore di belle Lettere in Palermo al S. D. Luigi Portez Marchese della Valletta sopra le Controversie nate tra il S. Fr. M. Zanotti e il P. C. J. Ansaldi intorno alla Filosofia Morale del S. di Maupertuis, Lucae 1755 in 8. *Della necessità e verità della Religione naturale e rivelata,* Venetiis 1755 in 8., liber compositus ex testimoniis et dictis celebriorum protestantium; *Multitudo maxima eorum,* qui prioribus Ecclesiae seculis christianam religionem professi sunt, ostensa et vindicata, ib. 1765 in 8; *trattato della speranza* di rivedere i cari nostri nell'altra vita, Taurini 1772 in 8; *Saggio intorno alle imaginazioni,* ib. 1775 in 8; *Riflessioni sopra i mezzi di perfezionare la filosofia morale,* ib. 1778 in 8., in quo op. sicut in alio traditionalistis favere videtur; *de theurgia deque theurgicis ethnicorum mysteriis* a d. Paulo commemoratis commentarius, in quo loca quaedam obscura in ep. ad Colossenses (II, 4. 8. 16. 18) illustrat, Mediolani 1761 in 8; *de profectione Alexandri M.* Hierosolymam diss. posthuma, ib. 1780; *praelectiones de re sacramentaria,* Venetiis 1792 pp. 2 in 1 t. in 4., quarum editionem curavit Dominicus Maria Friderici O. Praed.

38. Ultimus est Joannes Baptista Faure S. J. Romae n. 25. Oct. 1702, theologus plane insignis, quem magni fecerunt romani pontifices et in arduis causis etiam consuluerunt. Vitam fere omnem transegit in collegio romano, in quo magna doctrinae, acuti ingenii et acerrimi judicii opinione philosophiam, theologiam scholasticam, polemicam et biblicam est ex ordine professus. Illico a societatis Jesu exstinctione traditur captivus in arcem s. Angeli, quod adversarii acrem ejus stilum timerent. Libertate per Pium VI. recuperata Viterbium secessit decessitque ibid. 25. Apr. 1779, ejusque funus magna pompa fuit elatum. Haec potiora ejusdem opera [1]). All'Autore (Concina) delle due epistole contra la Diss. dei casi riservati in Venezia (auctore Benzi) *Avviso salutevole* acciò conosca se stesso, Neapoli 1744 sine auctoris nomine; *avviso secondo,* s. l. et a. in 4; *Ritrattazione solenne* di tutte le ingiurie, bugie, falsificazioni, calunnie, contumelie, imposture, stampate in vari libri da Frà D. Concina ... contra la ven. Compagnia di Gesù da aggiungersi per modo di Appendice alle due infami Lettere teologico-morali ultimamente publicate contro il R. P. Benzi, ib. 1744 sine auctoris nomine, qui ab aliis alius a Faure censetur proh. 17. Jun. 1744; *commentarium in bullam Pauli III. »licet ab initio«* datam a. 1542, qua romanam inquisitionem constituit, et ejus regimen non regularibus, sed clero seculari commisit. Ostenditur quam opportunum ac necessarium hujusmodi consilium sit ad fidem catholicam conservandam ac propagandam etc.; denique demonstratur v. fr. Bartholomaeum

[1]) Cf. de hac controversia St. Lett. d'It. X, 160—81; XIII, 139—47.

[1]) Cf. Sommervogel III, 558—68, qui eorum ultra 40 resenset.

a Martyribus . . . una cum aliis patribus in conc. tridentino eandem sententiam habuisse; accessit appendix historico-theologica de proscriptione sub a. 1725 extorta contra duacenam sanctae romanae sedi addictissimam, 1750 in 8. proh. 21. Jul. 1757. Curavit novam editionem *theologiae dogmaticae M. Becani* sive manualis controversiarum in 6 ll. distributi cum diss. de socinianismo et const. Unigenitus notis doctissimis illustrata, Coloniae (Romae) 1750 in 4., ex qua nonnulla recepta fuere in novam ed. *medullae theologicae* Ludovici Abelly (IV³, 602), cui addita sunt Phil. Phebaei S. J. (cf. IV³, 934) *controversia* de iis, penes quos est auctoritas definiendi sine erroris periculo ea, quae ad fidem pertinent, et perrarum Aegidii Estrix opusculum inscriptum: *Mens conc. tridentini* sess. 6 cap. 6 et sess. 14 c. 4 dilucidata ex historia tridentina, Venetiis 1757 t. 2 in 8. La dottrina della Chiesa Romana *circa l' impiego del denaro* difesa dalle recenti imputazioni, in qua diss. defenditur Scipio Maffei (IV³, 195), sub nomine Jo. B. Chiarelli edita. *Notizie Storiche della Chiesa di G. Cristo* dal I. Sec. sin. al XIII, Neapoli 1751, quae continuatae usque ad sec. XVIII. prodiere.

39. *Apparatus brevis ad theologiam et jus canonicum,* complectens indicem historico-chronologicum conciliorum, paparum, antipaparum, patrum et scriptorum ecclesiasticorum, nec non haereticorum et compendiosam juris utriusque praenotionem. Accedit appendix de textibus et versionibus ss. Scripturarum, de priscis decretalium compilationibus, de poenitentialium canonum libris, de praecipuis s. generalis historiae scriptoribus, de martyrum aliorumque SS. historia, de liturgicis antiquorum operibus, de auctoribus ecclesiasticae tum geographiae, tum chronologiae Romae 1751 in 12; Venetiis 1753; ex parte (correctus et auctus) in ed. Petavii curante Zaccaria I, 26—63. *Ad Philalethem romanum,* cujus est epistola de justa bibliothecae jansenianae (IV³, 1388) proscriptione data Romae pridie idus Martii 1750, hispani Philalethae responsio, ubi de justa proscriptione Norisii per hispanam inquisitionem, Hispali 1751 in 4., quae tribui solet nostro theologo, proh. 24. Nov. 1751, sed dubium est, num ea sit nostri auctoris. Diss. polemica adversus Richeristas *de ecclesiastica et politica potestate* deque investituris juste proscriptis per s. Gregorium VII. ejusque successores ad Calixtum II., Romae 1752 in 4., etiam in *thesauro theol.* ed. Zaccaria XII, 276—86; diss. polemica *in recentiora quaedam erronea systemata de morum dogmatibus:* 1. de systemate quietistarum; 2. de G. Leibnitii harmonia praestabilita; 3. de regula honestatis sive de theoria actionum humanarum omnisque naturalis juris et obligationis per Chr. Wolfium asserta [1]), Romae 1753 in 4. et in eodem *thesauro* IV, 270—303; diss. polemica nomine auctoris suppresso *de jure regaliae et primarum precum* contra publicistas protestantes ac praecipue Vitriarum, Pfeffingerum, Grübnerum, Bohemerum [2]), Romae 1753 in 4., erudita et docta; theses polemicae *de rom. pontifice* etc., accedit diss. de capitulis s. Coelestino I. olim tributis eorumque dogmatica auctoritate [3]), ib. 1754 in 4. et in cit. *thesauro* t. V, 350—79, in qua docte illa vindicat s. Coelestino. *S. Aur. Augustini enchiridion de fide, spe et caritate,* notis et assertionibus theologicis illustratum, ib. 1755 in 4. Adnotationes pertingunt ad c. 55; reliqua pars operis reperta postmodum fuit, et una cum praecedente cura C. Passaglia et Ballerini prodiit 1847 in 8. Porro hae notae profundae et eru-

---

[1]) Cf. de utraque diss. Storia Letter. d'It. XI, 244—65.
[2]) Cf. ib. VIII, 345—56.
[3]) Cf. ib. X, 410—16.

ditae oppido sunt et quae auctorem ostendunt in d. Augustini operibus apprime versatum, sagacem Jansenistarum adversarium, quos acriter perstringit. *Selectae dissertationes polemicae,* ib. 1771 t. 3 in 12; disputat in iis de Deo, ss. Trinitate, incarnatione etc.; selectae diss. *de sacramentis,* ib. 1771 t. 3 in 12; *Miscellanea* diss. polemicarum, ib. 1772 in 12; *Biglietti confidenziali critici* contro il l. di Cam. Blasi[1]) col titulo: *de festo cordis Jesu* diss. commonitoria, Venetiis 1772 in 4. Cum Blasi opposuisset *Antirethicon,* edidit Faure acres *Saggi teologici* per formare un' errata corrige da aggiungersi a due volumi che per apologia del S. Blasi ... contra l'impugnazione de' tre biglietti confidenziali critici ha recentemente pubblicati Christotimo Amerista, Lucani 1773. 1774 t. 2 in 8. In argumento de cultu ss. Cordis Jesu auctor classicus censeri debet P. Faure. In Arnaldi l. de frequenti communione Mediolani nuper recusum et in alterum ejusdem de traditione Ecclesiae, in quibus quesnelliana ab Ecclesia damnata praxis de absolutionis dilatione adstruitur[1]), *dissertatio posthuma* et imperfecta praeclarissimi theologi ab altero ejusdem perfamiliari e tenebris educta, in ordinem digesta, ad metam usque perducta, Romae 1791 cur. Laur. Stan. M. Mazzetta S. J. († 1801). — *Dubitationes theologicae* de judicio practico, quod super poenitentis, praecipue consuetudinarii aut recidivi dispositione formare sibi potest ac debet confessarius, ut eum rite absolvat, Lucani 1840, cur. Passaglia cum annotationibus P. Ballerini 1843; Lovanii 1843; 1865, cui ed. praemittitur exacta notitia de P. Faure ejusque scriptis. Contra hunc libellum graves prodierunt censurae, quod laxitatem fovere videretur. Ita Steph. Spina O. ss. Red. *confutazioni degli errori del P. F.* intorno al Sacramento della confessione, Neapoli 1854; Jos. M. Moran O. Praed. *Disertacion teologica,* Madrid 1884; *Melanges theolog.,* Leodii 1. ser. 1847—48 p. 77—165.

III. Disciplinae ad s. Scripturam spectantes.

40. Inter eos, qui quaestiones *isagogicas* ad s. Scripturam spectantes excoluerunt, nomen non incelebre adeptus est Josephus Bianchini[2]), ex fratre nepos celebris Francisci Bianchini (de quo egimus IV[3], 1191),

[1]) Contra hunc arripuit calamum et Caesar Scanelli S. J. Foroliviensis n. 2. Febr. 1723, exstincta societate J. canonicus in ecclesia patria ed. *Ragionamenti a Fedeli* sulla nota, che in alcuni calendarj si vede aggiunta alla festa del ss. Cuore de G. Cristo, Venetiis 1773. — Ceterum Camillus Blasi Auximanus n. 5. Nov. 1718 juris utriusque erat doctor (1739) atque Romae advocatum egit. A municipio civitate et nobilitate fuit donatus (1741). Reliquit plura (16) opera edita et inedita, in quibus tractat de argumentis theologicis, de ss. corde Jesu, de immaculata V. conceptione, de gratia, quae cf. in Bibl. pic. II, 268—72. Obiit 25. Aug. 1785. — Eodem fere tempore in Germania cultum ss. Cordis impugnavit Hallerbruck in l. *Die Herz-Jesu-Andacht* nach theologischen und historischen Gründen geprüft, Wien 1771.

[1]) In Indice quondam legebatur prohibita (23. Sept. 1753): »*De praxi Quesnelliana* in dilatione sacramentalis absolutionis ad prop. 87. et 93. ex 101 proscriptis in bulla ‚Ungenitus' diss. dogmatica«. Fertur autem eam fuisse prohibitam dum imprimeretur: impressionem pertigisse tantum ad pag. 80. Num ea sit P. Faure dubitat Sommervogel.

[2]) Alius ab Andrea Bianchini Veneto, qui scripsit *delle cause spirituali ed ecclesiastiche* rapporti ai diritti del sacerdozio e dell'impero, Venetiis 1773; *de reductione missarum* ll. 4, Coloniae 1765 in 4.

Veronensis n. 9. Sep. 1704, canonicus (1725) et praefectus bibliothecae capituli. Sed post septennium canonicatu abdicato ingressus est Romae Oratorium s. Philippi Nerii (24. Jul. 1732). Decreto congregationis approbato etiam a Clemente XII. designatus fuit, qui Baronii annales continuaret; a Benedicto XIV. electus in secretarium academiae historiae ecclesiasticae ab ipso (1740) institutae et receptus inter duodecim socios academiae romanae, tantique factus, ut in bulla (21. Dec. 1757), qua approbatur Oratorii congregatio, a pontifice dicatur filius dilectus „quem ob eximias dotes, religiosas virtutes et praeclara bonarum artium sacrarumque doctrinarum disciplinarumque studia et assiduos ecclesiasticos labores plurimi facimus et diligimus". Decessit doctissimus vir 13. Oct. 1764 (secundum alios 1766). Haec potiora ejusdem opera [1]): *Vindiciae canonicarum Scripturarum vulgatae latinae editionis,* seu vetera ss. bibliorum fragmenta juxta graecam vulgatam et hexaplarem, latinam antiquam italam duplicemque s. Eusebii Hieronymi translationem nunc primum in lucem edita atque illustrata, Romae 1740 in f., opus eruditum quidem et rarum ad tuendam editionem vulgatam elaboratum adversus Th. Jamesii l. bellum papale, sed minoris pretii. Divisum est in duas partes; priori praemissa est praefatio historica generalis de V. T. textu originali et versionibus graecis ac latinis; sequuntur deinde quinque capita: 1. agit de canone s. Scripturae; 2. de libris autographis et apographis; 3. de praecipuis versionibus bibliorum V. T. graeca et latina earumque auctoritate; c. 4. de vetustissimis quae hodie supersunt codd. V. T.; c. 5. historiam textus biblici ac versionum describit. Subjicitur divina bibliotheca seu variantes lectiones V. T. juxta hebraicam veritatem translati et novi graecae fidei redditi a s. Hieronymo nunc primum lucem emissae una cum ep. apocrypha s. Pauli ad Laodicenos; deinde epistolae doctae et prolixae de variis codd. vetustis, fragmenta librorum ss. ex antiquis versionibus, diss. qua l. Judith canonica auctoritas vindicatur etc. In altera parte exhibet in primis duplex psalterium cum canticis sacris ex utroque foedere collectis. Textus est vulgata, graeca LXX interpretum et antiqua latina itala versio. Aliis omissis adjectae sunt operi septem supra decem tabulae aeri incisae, in quibus characteres rariorum quotquot enarrantur codicum msc. oculis subjiciuntur. Promisit sex alias partes, quae tamen nunquam prodierunt [1]). Prodiit tantum *Evangeliarum quadruplex latinae versionis antiquae* seu veteris italicae nunc primum in lucem editum ex codd. msc. aureis, argenteis, purpureis aliisque plusquam millenariae antiquitatis. Accedunt plura specimina characterum ex iisdem et aliis codd. nedum latinorum graecorumque, sed et orientalium, Romae in f. (m. 100), opus si eruditionem spectes doctissimum, si ornatum typographicum, splendidissimum, in quo crisis instituitur multorum codd. veterum [2]). Reperiuntur in eo ep. accurata Philippi Garbelli *de brixiano evangeliario, diss. epistolaris* Laurentii del Torre de codice evangeliario forojuliensi, quae notis illustrata iterum prodiit Venetiis 1753 in 4., aliorumque virorum doctorum epistolae eruditae. *Epistolae duae s. Gelasii P.* antehac ineditae cum adnotationibus, in prolegomenis editionis Anastasii

[1]) Cf. Villarosa, *Memoria della Scrittori Filippini*, Neapoli 1837 pag. 60 ss., qui etiam plurima ejusdem opera msc. recenset; elogium hist., Romae 1764; Mangénot in Vigouroux Dict. de la Bible I, 1774.

[1]) Cf. J. des Sav. 130, 101—18. Joannes Christianus Mittenzwey illi opposuit *Disputationem antiblanchinianam,* Lipsiae 1760 in 4.

[2]) Cf. Storia Letter. d'It. I, 4—17, et A. E. lips. 1753 p. 1—18.

bibliothecarii t. 3. pag. LI. a patruo suo adornatae Romae 1728; in *supplemento acaciano* a Maffeo edito Venetiis 1728, et inter opera Sirmondi t. 4., Veronae 1729.

41. *Enarratio pseudo-athanasiana* in symbolum antehac inedita et *Vigilii tapsitani de Trinitate* ad Theophilum l. IV. Accedit symbolum nicaenum cum Symmachi P. vita ex vetustissimis membranis capituli veronensis, Veronae 1742 in 4. *Anastasii bibliothecarii de vitis rom. pontificum* editioni a patruo inchoatae adjecit t. 4. Romae 1735 in f., in quo reperiuntur: Vitae romanorum pontificum a b. Petro ad s. Paulum [1]) ex praestantissimo cod. capituli veronensis; codex sacramentorum cum vetus rom. Ecclesiae a s. Leone papa confectus [2]), primum prodit ex msc. libro ante mille annos conscripto (etiam apud Migne P. L. LV, 21 ss.), genuinum Gelasii I. decretum ante ineditum; aliud Chifletii ex cod. furensi et vaticanum a Fontanino vulgatum; fragmentum insignis catalogi pontificalis in Vigilio desinens una cum multa narratione rerum, quae falso jactabantur de Anastasio papa ac vita b. Symmachi a schismaticorum factione conficta; invectiva in Romam pro Formoso P. nondum edita; appendix ad cod. sacramentorum rom. ecclesiae seu martyrologium ven. Bedae recognitum ad codd. veronenses; psalterium cum canticis juxta antiquam latinam italam versibus prisco more distinctum ex incomparabili cod. msc. graecolatino veronensi. *B. Thomasii opera omnia* qua edita, qua nondum vulgata nunc in unum collecta prolegomenis (eruditis), tractatibus, notis, appendicibus et vetustissimis anecdotis monumentis ad divinam psalmodiam et res liturgicas pertinentibus aucta, Romae 1741 t. 1. in f. in 2 pp., quae tamen editio ultra non processit. *Demonstratio historiae ecclesiasticae quadripartitae* comprobatae monumentis ad fidem temporum et gestorum, Romae 1752—54 pp. 3 in f. Cogitavit nimirum ipsius patruus universam historiam ecclesiasticam monumentis illustratam exhibere, ideoque singulis seculis subjicere tabulas aeneas, in quibus expressa sisterentur nummi, lucernae, vitrea vascula, cimelia, inscriptiones aliaque monumenta archaeologica ad confirmanda historiae facta. Tot aliis laboribus detentus morteque praeventus consilium exsequi non potuit. Illius exsecutionem in se suscepit Josephus noster cum Jos. Antonio Barbazza chalcographo tabulasque sex aeneas in lucem edidit, quibus illustrandis laudatum Blanchinii opus inservit; sed duo tantum priora Ecclesiae secula complectitur uno volumine in duas pp. diviso. Primae p. sunt ll. 4, chronologicus, historicus, criticus et antiquarius; alterius vero chronologia pontificia, caesarea et consularis, et explicatio 3 tabularum sec. I. Parte 2. continetur

[1]) Notas ad eas recepit, quae sunt Thomae Aceto Consentini n. 24. Oct. 1687 viri docti et socii plurium academiarum doctarum (fl. 1750).

[2]) Editus quoque fuit a Muratorio in *liturgia romana* Venetiis 1747 et a Ballerini inter *opera s. Leonis* t. 2. De eo quoque disseruit Comes Acamus, ut diximus IV[3], 1575. Num revera sit s. Leonis an Gelasii (Orsi, Merati, Assemanus), vel alterius controvertunt eruditi. Bayerus in sua diss. hist. *de Damaso et Laurentio*, Romae 1756 l. 2 c. 7 (apud Migne patrol. lat. cursus 74, 637 ss.) sacramentarium Leoni abjudicat, codicemque censet esse seculi VIII. vel initii IX. Muratori vero in diss. liturgiae rom. praemissa c. 2 illud dicit »egregium sane ac pretiosum venerandae antiquitatis monumentum, cui par in hoc genere non reperias, utpote quod in eo exhibeatur omnium vetustissima liturgia, quae Romae olim in usu fuit. Dolendum tantummodo quod non integrum opus ad nos pervenerit, cum multa exciderint, et praesertim orationes pro compluribus dominicis diebus«. Probst Katholik 1879, II, 478—503 sagaci crisi illud subjicit censetque Gelasio I. antiquius esse ac Felici III. († 492) tribuendum, complecti autem plures missas a s. Damaso et Leone I. compositas. Cf. Kössing-Kaulen KL. VIII, 27.

indiculus et descriptio rerum, quas tabulae aeneae seculi secundi exhibent. Potiora ex illis exhibet Cajetanus Cenni (cf. IV[3], 1515) in l.: *Breve dichiarazione delle sei tavole incise in rame* da A. Fr. Barbazza romano, che rapresentano la Storia ecclesiastica del I. et II. secolo etc., Romae 1753 in 4. ed. 2; prodierat enim jam in *Giornale de' letterati di Roma.* Opus ultra non est prosecutus Bianchini; neque mirum: cum enim methodice non sit dispositum, farraginis quasi indigestae ideoque minus utilis speciem prae se fert[1]). Operam quoque suam contulit ad editionem s. Hilarii Veronae 1730 et Facundi Hermianensis inter opera Sirmondi Venetiis 1728 adornatam. *Liturgia antiqua hispanica, gothica, isidoriana, mozarabica, toletana mixta* illustrata adjectis vetustis monumentis cum additionibus, scholiis et variantibus lectionibus ad vetustissimorum codd. fidem exactis, Romae 1746. Reliquit plura opera docta manuscripta.

42. Joannes Franciscus Marchini Vercellis 1713 natus, in liberalibus theologicisque disciplinis necnon in linguis orientalibus egregie excultus delectus est a. 1745 s. theologiae professor et regiis scholis in patria praefectus. Vercellensis antistes Joan. Petrus Solarius eum ob insignes dotes in familiam adscivit, voluitque sibi esse a consiliis. Lustrata tota dioecesi ipsi negotium dedit, ut synodicas leges, quae plus uno seculo siluerant, literis consignaret; qua ratione latae olim a s. Carolo Borromaeo per synodos provinciales et deinceps ab aliis vercellensibus episcopis per synodos dioecesanas, quae paene abierant in desuetudinem, revocarentur et in pristinam vim restituerentur. Anno 1755 ss. literarum interpretatio et orientalium linguarum institutio in regia taurinensi academia ipsi demandata est. Vigiliis, perpetuis laboribus, iteratis membrorum doloribus acutis attritus mense Julio brevi sed vehementi morbo correptus decessit 9. Sept. 1774. Disputavit[1]) docte et erudite *de divinitate et canonicitate ss. bibliorum,* sive in communi sive in particulari, atque de diversis Scripturarum editionibus, Taurini 1777 in 4; propter suam utilitatem etiam in Migne *Scripturae s. cursu completo* III, 1—492. *Essais de poésie hébraique,* Taurini 1755 in 8; *praelectio ad studia sacrae Scripturae* (inauguralis) habita in regio athenaeo, ib. 1756 in 4., docta et eleganti stilo elaborata; *de chronologia sacra* et de nonnullis apparenter sibi contradicentibus ac frequentioribus in ea occurrentibus idiotismis, ib. 1763 in 4; *tr. in loca difficiliora N. Testamenti,* ib. 1767 in 8. — *Vindicias librorum deutero-canonicorum V. T.,* quibus traditionis et concilii tridentini mens de eorum auctoritate accurate ed admodum erudite dilucidatur[2]), Parisiis 1730 in 12., elaboravit Josephus Barre de Beaumarchais can. reg. s. Genovefae, universitatis parisiensis cancellarius (n. 1692, † 23. Jun. 1764); edidit quoque praeter alia *Examen des défauts théologiques,* Amstelodami 1744 t. 2 in 12., stilo neglecto conscriptum; *Oeuvres de Bernard van Espen* avec des notes, ib. 1753 v. 4 in f. *Histoire générale de l' Allemagne,* Paris 1748 t. 11; germanice Lipsiae 1749—53 t. 8, quae tamen non omnibus arrisit; diss. *apologetica* adversus Jocherum, Paris 1751 in 12; symbolum quoque contulit ad opus d'Auvrigny († 1743) *Vies des hommes illustres de France,* Amsterdam 1739 t. 26. — Andreas Pauly O. Min. Recol. lector et suae provinciae bis praepositus († 1764) ex variis auctoribus collegit, digessit et usui studiosae juventutis accommoda-

[1]) Cf. Storia Let. d'It. XI, 307—10; J. des Sav. 140, 413—19.

[1]) Cf. Biogr. univ. 73, 79.
[2]) Cf. J. des Sav. 94, 208—220.

vit *prolegomena bipartita in s. Scripturam* cum appendice de vindiciis librorum deutero-canonicorum V. et N. T., Lovanii s. d. (1759); *Epitome itinerarii Filii Dei* ordine harmonico ex IV evangelistis contexta, commentariis illustrata, variis appendicibus locupletata, Antwerpiae s. d. (1765). — Ignatius Schunk S. J. Straubinganus [1]), Ambergae in lyceo exegesis, theologiae dogmaticae et polemicae professor, praeter controversias generales *de religione legis naturae et positivae divinae,* literis salemitanis 1766, auctor est op. *Notio dogmatica s. Scripturae* utriusque T. complectens ll. utriusque T. auctores, themata, canonem, idiomata, versiones, veritatem, divinitatem, authentiam, interpretationem, sensum, lectionem usibus eorum, quos s. Scripturae studium vel oblectat vel obligat, accommodata, Landishuti 1772 in 4. — Vincentii Penzi O. Praed. exstat apparatus theologicus *de s. Scriptura* et arte eam exponendi, de auctoritate traditionis, conciliorum, patrum, pontificum, jurisconsultorum, philosophorum et historicorum, Augustae V. 1774 in 4. ed. 2, opus potius de locis theologicis.

43. Josephus Pasini Patavinus n. 18. Oct. 1687. in seminario patavino humaniorum literarum et linguarum orientalium, dein (a. 1720) in regio taurinensi lyceo divinarum literarum et linguae hebraicae professor, s. Mariae in Monte Cinisio praepositus (1727), postea bibliothecae universitatis praefectus et (1745) regi Carolo Emmanueli a consiliis († 7. Jul. 1770), haec inter alia [2]) reliquit opera admodum erudita et stilo eleganti puroque conscripta: *De praecipuis ss. bibliorum linguis et versionibus* polemica diss., cui accedunt quaestiones aliquot ex ipsarum linguarum interpretatione ortae, Patavii 1716 in 8; adversus eam scripsit Scharbano animadversiones in Parergis, Lubecae 1726; *decem diss. selectae in Pentateuchum,* Augustae Taurinorum 1722 in 4; *codices msc. bibliothecae regii taurinensis Athenaei* [1]), ib. 1749 t. 2 in f. cum Rivautella et Berta custodibus ejusdem bibliothecae; *Storia del N. T.* con alcune riflessioni morali ed osservazioni storiche ad uso dell' uomo cristiano, Venetiis 1751 in 12. ed. 2. — Chrysanthus Plattner O. S. Franc. Tirolensis, theologiae, ss. Scripturarum et linguarum orientalium lector († 1766), auctor est operis: *Clavis verborum Domini* sacram illius Scripturam quadrupliciter aperiens h. e. grammatica sacra, rhetorica sacra, logica sacra et arithmetica sacra, Viennae 1766; *introductio in s. Scripturam,* Oeniponti 1764; *Polyonymia divina* seu diss. de nominibus Dei hebraicis, Augustae 1764. — Dom. Czerny O. Pr. dedit *institutiones hermeneuticae N. T.,* Brunae 1780 ll. 2. — Gulielmus de Villefroy, theologiae doctor et linguae hebraicae, quam sicut et alias linguas orientales egregie callebat, in collegio regio Parisiis erat professor (n. 5. Mart. 1690; † 4. Apr. 17. Apr. 1774), cf. Feller IV, 163; Adelung II, 1444; in primis Biogr. univ. 17, 293 et Moroni Dizionario 30, 200. Ejus sunt: *Philonis enarratio in cantica canticorum,* graecum textum adhuc ineditum quam plurimis in locis depravatum emendavit, Romae 1772 in 4; *de Paulo Samosateno* deque illius dogmate et haeresi, ib. 1741; *Patris nostri Modesti* archiep. *encomium* in dormitionem ss. V. Mariae; Prosperi card. Lambertini (postea Benedicti XIV.) *commentarii duo de D. N. J. Christi matrisque ejus festis et de missae sacrificio* retractati atque aucti etc. — De Jo. Bapt. Giuganino congr. Som. Fossanensi († 1778) cf. Less. eccles. II, 643.

[1]) Alius ab eo est Jo. Petrus Schunk, de quo infra erit sermo.

[2]) Cf. Suppl. ad A. E. lips. 7, 71—75; Vedova Biogr. degli Scrittori pad. II, 59—62. De Michaele Angelo Giacomelli Pistoriensi n. 1695, Clementi XIII. ab epistolis ad principes, archiepiscopo chalcedonensi in partibus, viro literatissimo († [1]) Cf. St. Lett. d' It. II, 276—294; A. E. lips. 1752 p. 433—43.

1777). Instituit Société des Capucins hébraïsants pro studio promovendo literarum orientalium, cui praesertim sodales O. Cap. se dicabant. Ad hos excitandos scripsit *Lettres* (16) ... *à ses élèves* pour servir d'introduction à l'intelligence des ss. Écritures et principalement des livres prophétiques, relativement à la langue originale, Parisiis 1751—54 t. 2 in 12., in quibus tuetur duplicem sensum literalem in prophetis [1]). Eas impugnarunt et refutarunt Ladvocat (n. 48), P. Houbigant, Leroy, Besoigne, Dupuy et Martinus Augustinus Leonard († 1768) cujus sunt: *Réfutation du l. Règles pour l'intelligence de ss. Écritures,* 1727 in 12; *Traité du sens littéral et du sens mystique des saintes Écritures,* 1727 in 12.

44. Plures suppetias tulerunt ad accuratius solidiusque s. Scripturas exponendas, inter quos eminet Blasius Ugolini [2]), qui laudanda sedulitate collegit *thesaurum antiquitatum sacrarum* complectentem selectissima cl. virorum opuscula, in quibus veterum Hebraeorum mores, leges, instituta, ritus sacri et civiles illustrantur. Opus ad illustrationem utriusque Testamenti et ad philologiam sacram et profanam utilissimum maximeque necessarium, Venetiis 1744—69 t. 33 et uno, qui copiosus totius operis est index (m. 1800). Nimium autem tribuit Ugolini in suis dissertationibus rabbinorum fabulis naeniisque pro illustranda s. Scriptura pluraque illorum scripta sine ullo scientiae damno praetermittere potuisset. — Joanni Bouget († 1775) linguae hebraicae et literaturae graecae professori debemus *Lexicon hebraico-chalduico-biblicum* [1]), Romae 1773 t. 3 in f., opus quod magni fecerunt eruditi. — Etiam Joannes Maria a s. Joseph Dollon Carm. conflavit ope Muselli rabbini germani *Lexicon hebraico-chaldaico-latino-biblicum* observationibus grammatico-criticis illustratum. Avenione 1758—65 t. 2; Lugduni 1770 t. 2 in f. — Landfridus Heinrich O. S. Ben. (n. 3. Maj. 1721; † 20. Maj. 1773) philosophiae professor elaboravit *introductionem historico-chronologicam in V. T.,* Ratisbonae 1759—61 pp. 3 in 4. Praeter opera philosophica [2]) edidit: *Hierarchia angelorum ad mentem Dionysii* in compendio expensa, ib. 1760 in 4; *Joannes Cassianus presb. massiliensis pelagianismi postulatus* a R. D. Prospero Prantner [3]) C. R. beurbergensi, sed contra historico-critice-theologico-dogmatice vindicatus, Monachii 1767 in 4. — Robertus de Vaugondy Parisiensis

[1]) Cf. Kihn KL. XII, 968; Feller III, 108 (ed. paris. 1845): »Sa méthode d'expliquer l'Ecriture peut être considérée comme une espèce d'harduinisme qui tend à transformer l'Histoire sainte en roman, et à faire de la parole de Dieu un systême grammatical. Les capucins, dépositaires de ses écrits et exécuteurs de son plan, ont donné un commentaire sur Job et d'autres ouvrages, où l'on voit une érudition plus singulière qu'utile, plus recherchée qu'assortie à la simplicité sublime des livres saints«. Biogr. univ. 49, 10. Aliqua ex codd. armenis recens Parisios allatis vertit ediditque.

[2]) Cf. St. Letter. saepius praesertim 12, 434 ss.; J. des Sav. 138, 389—415; 141, 245—262; 142, 20—26; Meusel bibl. hist. 1, 118—42, qui conspectum totius operis exhibet. Mentionem hic facere licet Jacobi Maciejowski S. J. Fuldensis (n. 10. Mart. 1713), Wirceburgi ss. Scripturarum et linguae sanctae professoris (1760), cujus est *Masora* sive critica Hebraeorum sacra ad primaevos fontes examinata una cum analysi polemica dogmatica, Wirceburgi 1716 in 4. „Commentatio, inquit Ruland *Series et vitae professorum s. theologiae,* qui Wirceburgi docuerint p. 152, omni, cui res, quae hic tractatur, cordi est lectu jucunda«.

[1]) Cf. de hoc viro erudito, qui miro providentiae consilio a Comite Albani puer Romam deductus ibidemque excultus fuit, Biogr. univ. 59, 80.

[2]) Cf. Lindner 1, 137.

[3]) In diss., in qua *mens s. Joan. Cassiani de divina gratia expenditur,* Frisingae 1765 in 4.

(n. 1688; † 1766), geographus regius in lucem publicam dedit: *Géographie sacrée et historique de l' Ancien et du Nouveau Testament;* à laquelle on a joint une Chronologie et des principes et observations pour l' intelligence de l' Histoire sainte avec plusieurs Dissertations de sieurs (Nicolai et Guilelmi) Sanson et autres, Parisiis 1747 t. 3 in 12. In diss. sermo est de situ urbium pentapoleos, de Judaeorum commercio cum Ophir et Tharsi, de variis regiminis populi judaici formis, de ejus legibus, viris illustrioribus[1]) etc., opus accuratum et exactum. Ejus filius, qui pariter Robertus appellabatur atque regii geographi munere fungebatur (n. 1723; † 1786), inter opera geographica concinnavit *Atlas ecclésiastique,* civil, militaire, politique et commerçant de la France et de l' Europe, 1785.

45. Camillus Durante cler. reg. O. Theat. Brixianus, Olisipone theologiae scholasticae apud sodales lector, animi erat fervidi, sed singularis, inconstantis et irrequieti, probabilista in theoria inexorabilis, in praxi vero plus quam probabiliorista[2]). Decessit nonagenarius 8. Dec. 1776. Reliquit: *La sacra Storia antica della Bibbia,* Romae 1747—49 t. 6 in 4. Distribuit universum opus pro periodorum numero, in quas distinguit historiam V. T. in 9 ll., quos inscribit *Schola et propagatio Sapientiae.* Adjecit geographiam sacram t. 1. et chronologiam sacram t. 2. Hujus operis praelibationem jam publicae luci dederat libro inscripto: *La Sapienza dimostrata col riscontro delle sacre Lettere,* della natura spiegata quanto all' operar mirabile, dell' intiera sacra antica Storia, della Teologia degli Etnici e del Vangelo in 5 ll., che si dividon l' Esame del di lei concetto, della participazione che ne sortì ogni ente creato, della propagazione e scuola, che il Signore s' è degnato di farne in tutta la Chiesa precorsa al Vangelo; di quanto agli stranieri siasi comunicata, e della perfezione e magistero compito colla Legge di Grazia. Vi sarà in oltre nella descrizione che si fa dell' opera delle sei prime giornate un nuovo filosofico sistema, e sotto d' ogni Capo della Storia sacra la Cronologia corrispondente colle questioni e ragioni d' ogni tempo assegnato, Brixiae 1734 in 4. Prodiit auctum et inscriptum: *La vera idea della Sapienza,* che Dio all' uomo offerisce nelle sacre carte, ib. 1741 t. 2 in 4. Horum operum succum quendam exhibuit in l. *Duodecim demonstrationes* depromptae ex l., qui inscribitur: *Introduzione alla sacra antica Storia della Bibbia,* Venetiis 1745 in 12., quibus pro novo systemate philosophiae condendo adeo fidit, ut omnes provocet, si valeant illarum vim infringere. Iteratis typis illum edidit inscriptum: *Criterium novorum systematum philosophiae* per duodecim demonstrationes, Romae 1754. Cum vero nemo eas niteretur impugnare (forte quod non essent tanti), illas invictas reputans tertio praelo dedit magno adhibito apparatu et adjectis geometricis delineationibus aere incisis, ut eorum vis evidentior redderetur, Romae 1765 in 4. Tertia demonstratio ex. gr. est, terram non moveri circa se et solem, quam seorsim ibid. edidit in 4. s. a.

46. *Prolegomena in s. Scripturam* proposuit praeter multas theses Petrus

[1]) J. des Sav. 144, 170—82. Plura pro geographia sacra vel ecclesiastica (antiqua) reperiuntur in operibus et chartis geographicis Jo. B. Bourguignon d' Anville (n. 1702; † 28. Jan. 1782), celeberrimi hujus temporis geographi, hinc socii plurium academiarum, ut ex gr. in Diss. sur l' etendue de l' ancienne Jerusalem et de son Temple et sur les Mésures Hebraiques de longueur, Parisiis 1746. Cf. Adelung I, 954; Feller I, 214.

[2]) Ita Vezzosi I, 324, ubi etiam de eo legimus: „Fu addetto allo studio quanto altri sia stato mai, senza però riportarne tutto il frutto corrispondente alla smisurata fatica".

van Royen SJ. Antwerpiensis (n. 18. Mart. 1718; † 29. Apr. 1776), Lovanii 1752 et Gandavi 1754. — Benedictus Beeckmans S. J. Antwerpiensis (n. 19. Jan. 1734; † 6. Apr. 1780); s. Scripturae professor Lovanii edidit *prolegomena et commentaria* fere in universam s. Scripturam in forma thesium, Lovanii 1770. 1772. 1773. — Martinus Wouters O. S. Aug., in universitate lovaniensi ss. literarum professor, *dilucidationes* (isagogicas et exegeticas) *selectarum s. Scripturae quaestionum* [1]), in quibus praecipuae ss. librorum difficultates juxta communiorum patrum mentem explanantur, Wirceburgi 1763 pp. 7 in 8; 1773. 1774 t. 6 in 8; Coloniae 1776 t. 2 in 4; Trajecti ad Mosam 1778 t. 2; Lovanii 1779 t. 7 in 8. — Commentariis vel annotationibus *universam Scripturam* illustrarunt Franciscus Wolf S. J. Pragensis n. 1. Dec. 1728, theologiae professor et post societatis Jesu suppressionem episcopo olomucensi a consiliis, pp. 4 in 4., Olomucii 1764. 1768. — Joannes Slesina S. J. Tropaviensis (n. 7. Dec. 1714; † 2. Jan. 1775), in academia pragensi per septem et decem annos ss. literarum interpres, Pragae, 1757—60 t. 4 in 4. — Petrus Azzoni S. J. (n. Pragae 1721; † 1777), Olomucii 1763 in 4. — Placidus Velhorn O. S. Ben. Ambergensis (n. 16. Jan. 1699; † 18. Jan. 1776), cujus *helles und unverfälschtes Licht* göttlicher h. Schrift A. und N. t. 1. prodiit Sulzbacii 1757 t. 1; Ambergae 1761 t. 2. in f., Monachii 1766 ed. 2. — et Martinus Kurzeniecki S. J. Polonus, per 20 annos in Lithuania missionarius, Nieswiecii 1769 pp. 2 in f. (polonice). — Tobias a Nativitate b. V. M. O. S. Aug. Germanus († 1779) collegit *biblia gregoriana* sive commentaria textuum Scripturae s. Gregorii M. ex omnibus ejusdem operibus collecta, Augustae V. 1731 in f. — Sed in primis hic memorandus Guilelmus Smits O. S. Franc. Kevelarii in Geldria n. 1704, qui in ss. literarum studio erat admodum versatus. Ut illud promoveret condidit collegium philologiae sacrae rexitque in conventu O. Min. antwerpiensi († 1. Dec. 1770). Coepit flandrice vertere s. Scripturam, sed cum adderet dissertationes doctas atque praeclara commentaria [1]), tredecim tantum libros dedit scil. Psalterium, Proverbia, Ecclesiasten, Cantica canticorum, Sapientiam et Ecclesiasticum, Judith, Esther, Tobiam, Job et Genesim, Exodem, Leviticum, Antwerpiae 1744—67 t. 16. Versionem continuavit, ut infra dicemus, Petrus van Hove ejus sodalis et discipulus. Alia ejusdem opera (seu potius theses) sunt: *Isagoge romano-catholica ad textum hebraeum,* in qua pctissimum Vulgatae cum originali concordantia et neotericarum translationum dissonantia ostenditur, ib. 1736. 1737 p. 2; *Isagoge . . . ad textum graecum vulgo LXX,* qua potissimum praetensa a neotericis hebraici textus infirmatur integritas, et Vulgatae latine stabilitur auctoritas, ib. 1739. 1740 pp. 2; *Exercitationes criticae in Psalterium,* ib. 1741; *Isagoge rom. cath. ad Vulgatam latinam,* ib. 1742. 1743 pp. 2; *Chronologia* Scripturae et literaturae sacrae historico-critica, ib. 1744.

---

[1]) Alius Augustinianus Franciscus Riambau Hispanus, prius miles, humilitatis studiosus et vir insignis sanctitatis († 14. Oct. 1770), secundum Lanterium postr. secula sex religionis august. III, 251 typis edidit l. *de verbo Dei scripto* sive criterium, ubi divinae literae discutiuntur, explicantur etc.

[1]) De his ita judicat Feller III, 63 (ed. Parisiensis 1845): »On y remarque outre une grande connaissance des langues une critique judicieuse et orthodoxe, beaucoup de zéle contre les faux herméneutes, les mesquineries grammaticales des Buxtorf et d'autres masorettes; un talent distinguè pour venger les anciennes versions des atteintes de la témérité ou de l'ignorance.«

47. *Testamentum V.* lectionibus exposuit Joannes M. Granelli S. J. Genuensis ex illustri familia n. 1703, in literis humanioribus excultissimus, insignis concionator, quem Maria Theresia ob nominis famam Viennam adscivit. Bibliothecae ducalis mutinensis erat praefertus et aulae theologus († 3. Mart. 1770). Saepius prodiit *L' Istoria santa dell' A. T.* spiegata in Lezioni morali, istoriche, critiche e chronologiche, Mutinae 1768 t. 6; Venetiis 1768—1773 t. 6 in 4; 1780, cui editioni Xav. Bettinelli S. J. adjecit[1]) t. 7, inseruitque auctoris elogium et lectiones in ll. Regum, quas ille inchoaverat, et commentaria in ll. Jonae et Tobiae; ib. 1792 t. 12 in 12; Brixiae 1832. 1833 t. 10 in 8., cui editioni adjecta sunt commentaria *in l. Tobiae* Josephi Ludovici Pellegrini S. J. († 1799), commentaria *in ll. Judith et Machaebaeorum* Laurentii Barotti († 1801), de quo infra. — Franc. Tessaneck S. J. Bohemus reliquit *commentarium* in s. Scripturam V. T. academicis usibus accommodatum, Pragae 1773—74 in 4. — Leopold Mauschberger S. J. Kralupensis n. 16. Jan. 1718, diu theologiae Olomucii professor, reliquit *commentarium in Pentateuchum Moysis, ll. Josue, Judicum, Ruth et Regum,* succinctis interpretationibus sensum literalem ac praecipue mysticum indicantem, necnon apparentes antilogias conciliantem in usus academicos concinnatum, ib. 1757 in 4; et *in ll. Paralipomenon, Esdrae Tobiae, Judith, Esther, Job et Psalmos Davidis* usque ad Ps. 80, ib. 1758 in 4; tr. theologicum in 1. p. s. Thomae seu *de Deo uno et trino,* Pragae 1755; 1761 in 4; Olomucii 1760; *de uno ex Trinitate passo,* Pragae 1756; *de gratia, justificatione et merito,* Olomucii 1758; Pragae 1772; *de fide, spe et caritate,* Olomucii 1759 in 4; *de jure et justitia,* ib. 1760; *de opere sex dierum, angelis, beatitudine et actibus humanis,* Pragae, 1761; *de gratia* ib. 1762; *de legibus et legum transgressoribus* ib. 1764; *de sacramento poenitentiae,* extremae unctionis, ordinis, ib. 1763 in 4.

48. Plures praeter hos et Pasini (n. 43) circa *Pentateuchum* solliciti fuere. In primis memorandus est Joannes Astruc pastoris calviniani filius n. 19. Mart. 1681, qui quamvis professione medicus[1]) initium dedit magnae controversiae circa Pentateuchum literariae, quae in dies crevit et nostra aetate facta est vere capitalis. Edidit scil. suppresso nomine *Conjectures sur les memoires originaux* dont il paraît, que Moyse s'est servi pour composer le livre de la Génèse, avec des remarques qui appuient ou qui eclaircissent ses conjectures, Bruxellis 1753. Timide adhuc progreditur, non negat Pentateuchum opus esse Moysis; duplicem tantum fontem principalem discernit, quo usus sit Moyses, ob duplex nomen ĕlohîm et jèhovâ, quod occurrit in l. Genesis[2]), et alia quaedam (12) admittit monumenta, quae Moyses suae inseruerit narrationi. Cum ejus orthodoxia in suspicionem venerit, scripsit Diss. *sur l' Immaterialité, l' Immortalité et la Liberté de l' Ame,* Parisiis 1755 in 12. Obiit auctor non solum propter eruditionem, sed et propter alias animi dotes ab aequalibus et eruditis magni aestimatus 5. Maj. 1766 a. aetatis 82. — Johannes Bapt.

[1]) Natus est Xav. Bettinelli Mantuae 18. Jul. 1718. Vir erat cultus, admodum in literis humanioribus. In universitate mutinensi docebat eloquentiam et duci erat a secretis († 1808). Reliquit quam plurima opuscula ad rhetoricam praesertim spectantia, quae prodierunt collecta. Venetiis 1780—82 t. 8 in 8; plenius cura M. Manenti, ib. 1799—1801 t. 24 in 12. Cf. Sommervogel 1, 1415—25; Caballero Bibl. Script. SJ. Suppl. 1, 96.

[1]) Cf. Feller 1, 295; Adelung I, 1188-92.
[2]) Cf. Kaulen KL. 1, 1531. Guillerau Dict. de la Bible 1, 1196.

Ladvocat n. 3. Jan. 1709, Sorbonae doctor, praefectus bibliothecae, et s. Scripturae secundum textum hebraicum interpres († 29. Dec. 1765), vir comis et candidus, admodum eruditus in omni fere disciplinarum genere, historia in primis et antiquitate ecclesiastica, theses celebres de pentateucho, de l. Job. et psalmis publice propugnandas proposuit ediditque praeter alia [1]): *Notice d'un manuscrit original* apporté à Paris en 1764 in Journal des Sav. 1765 pag. 540. Est codex Pentateuchi sec. VIII., cujus potiores lectiones variantes exhibet cum docta notitia circa ejus auctorem Jacobum Edessenum. *Lettre* dans laquelle l'auteur examine, si les textes originaux de l'Écriture sont corrompus et si la Vulgate leur est préférable, Amstelodami et Cadomi 1766 in 8. Textum hebraicum incolumi ejus authenticitate multis mendis infectum censet; quod in primis inculcat in l.: *Interprétation historique et critique du Ps. 68: Exsurgat Deus* etc., Parisiis 1767 in 12. In ep. praemissa ad P. Houbigant plura magnae eruditionis a se edenda promittit, quae ad artem criticam et interpretationem textus originalis spectant; ea tamen prodiisse non videntur. Dissertation historique et critique *sur le naufrage de s. Paul,* in Recueil, Luxemburgi 1752 p. 19—122, quae est epitome diss. Ignatii Giorgi (de quo cf. IV[3], 1134), in qua tuetur locum naufragii Apostoli Act. 28, 1 non esse insulam Melitam (Malta), sed Meledam prope Ragusam. Pro Melita insula tamen plures steterunt, inter quos Joannes Antonius Comes Ciantar († 1778), de quo egimus ib. Tr. *de conciliis,* Cadomi 1769 in 8. — Mauritius Poncet O. S. Ben. congr. s. Mauri, Lemovicensis, vir eruditus († 2. Dec. 1764), qui sodales strenue juvit sive in componenda *Histoire littéraire de France,* sive in novo tractatu *de re diplomatica* edendo, scripsit *Nouveaux éclaircissemens sur l'origine et le Pentateuque des Samaritains,* Parisiis 1760 in 8. — Michelangeli Galli supersunt Lezioni scritturali *sopra la sacra Genesi,* Anconae 1771 t. 2. — Sturmius Bruns[1]) O. S. Ben., theologiae doctor et professor Fuldae († 19. Nov. 1779 a. aetatis 31), explanavit *primum de futuro hominum reparatore vaticinium,* Fuldae 1774 in 4. Scripsit *Lebensgeschichte des h. Sturmius* occasione memoriae millenarii in ejus honorem, Fuldae 1779; diss. inauguralem *de novae legis sacrificio* ib. 1774 in 4; *Divinitas D. N. J.*

[1]) Inter ejus opera est etiam *Dictionnaire historique portatif des grands hommes* Parisiis 1752 in 8., de quo Feller V, 110: „Les bornes dans lesquelles l'auteur avait circonscrit son ouvrage ne lui ont pas permis de donner à un grand nombre d'articles un développement convenable; mais son impartialité, son attachement aux droits de la religion et de la vertu rendent son Dictionnaire, tout imparfait qu'il est, très préférable à la plupart de ceux par lesquels on a voulu le remplacer«. Saepius prodiit ab aliis auctum bonis et malis additionibus, ut ib. 1777 t. 3, cum supplemento 1789; 1821—22; versum quoque in alias linguas. Melior editio ea est, quam curavit Letronne Parisiis 1813. Cf. Biogr. univ. 23, 99 ss. Rotermund III, 1037; Heurtebize in Vigouroux Dict. de la Bible IV, 31.

[1]) Alius ab eo Raymundus Bruni Hannoverae n. 3. Jan. 1706, qui ingressus est O. Praed. missionarium egit Potsdamii ibique primam aedificavit ecclesiam: curam quoque egit militum catholicorum. Fruebatur gratia apud Guilelmum Borussiae regem, qui eum ad colloquium non raro admisit, sed a Friderico II. calumniose accusatus pro arbitrio in carcerem fuit conjectus 4. Oct. 1742, et nonnisi agentibus Benedicto XIV et Maria Theresia demum liberatus 27. Aug. 1743. Halberstadium secessit, cujus conventus non semel praefuit prior et a capitulo generali in meritorum praemium dictus est theologiae magister (1748; † 1780). Composuit *Unterrichtungs-, Gebet- und Gesangbuch,* Berlin 1738, saepius editus, Halberstadt 1865 ed. 8. *Erklärung des kath. Glaubensbekenntnisses* aus Vernunft und Schrift, Arnsberg 1768. 1769; Frankfurt 1770; Bamberg 1784; Berlin 1843 cur. L. Woller; Münster 1846. Cf. Liesen allg. d. Bi. 27, 180.

Christi ex Jo. 1, ib. 1778. *Exercitatio* in Jo. 4, 24, Fuldae 1775. — Franciscus Zeleny S. J. Moravus (n. 1721; † 1. Febr. 1765) praeter varias diss. de lingua hebraica explanavit praecipua *de Messia Dei Filio* prophetarum oracula selecta, Pragae 1755; *de multum controverso v. Gen. 3, 15 Ipsa conteret* etc., Pragae 1755; *de pronunciatione nominis divini,* ib. 1756, etiam in thes. Zaccaria II, 1—11. — *De vaticinio jacobeo* Gen. 49, 10 syntagma objiciendum Judaeis scripsit Octavius Pace O. Min., Vicetiae 1775 in 4. — Joseph Balthasar Gibert laicus quidem Aquensis in Provincia (n. 17. Febr. 1711; † 12. Nov. 1771) plures reliquit dissertationes: Mémoire *sur le passage de la mer rouge,* Paris 1755; *sur l'histoire de Judith,* ib. 1739 et in Mém. de l'Acad. d'inscript. XXI; *sur la chronologie* des Machabées 1759 ib. t. XXV.; *sur la chronologie* des rois de Juda et d'Israel, 1761 ib. t. XXX. Ob eruditionem suam receptus est in academiam inscriptionum. — Antonius Gachat d'Artigny Delphinas, canonicus totus studiis deditus (n. 8. Nov. 1706; † 6. Maj. 1778) reliquit *Nouveaux mémoires* d'histoire, de critique et de littérature, Paris 1749—51 t. 4 in 12., quarum t. 1 multae reperiuntur diss. de rebus biblicis v. gr. descriptio templi salomonici; de regione Ophir; de deletione exercitus Sennacherib, de Cyro, de versione LXX, de sectis Judaeorum, de Schilo etc.

49. Fr. Martinelli reliquit *Il Davide* ossia il secolo della s. nazione, Lezioni 74, Veronae 1772 in 4. — Franciscus X. Riedel l. Job in XII carmina redegit Pressburg 1779 († 30. Oct. 1773). — Honoratus Ostendanus (Jacobus de Mulder) O. Cap. Psalmos [2]) est interpretatus († 1779). — Bernardus de s. Florentino O. Cap., in seculo dictus Edmund Gondon (Goudon) suppresso nomine edidit *Les Pseaumes* expliqués dans le sens propre ou le rapport des Pseaumes a J. Christ, Paris 1766 t. 2 in 12. — Nicolaus Peregrinus Celotti Patavinus, juris doctor, concertationes literarias habuit cum doctissimis viris Mingarelli et Trombelli, seque demum recepit Casinum. Elaboravit *expositionem Cantici canticorum* literalem et mysticam, Venetiis 1761 in 4; *catenam sacram* quaternae scripturae ss. evangelistarum additis notis ad intelligentiam literalem locorum obscuriorum magis necessariis, ib. 1759 in 4; *de laudibus bb. V. et matris Mariae,* 1764 in 8. — Michael Angelus Carmeli O. Min. n. 27. Sept. 1706, theologiae lector et in universitate patavina linguarum orientalium professor, quamdiu vixit, sibi nominis famam comparavit; valuit enim plurimum ingenio, memoria, eruditione orientalesque linguas optime pernoscebat. Vir pro vitae ratione, quam a juvenilibus annis amplexus erat, a deliciis abhorrens rerumque omnium pauperiem assuetus pati, stipendio suo constantissime usus est in paranda locupletandaque coenobii sui bibliotheca († 15. Dec. 1766). Inter alia ejusdem opera [1]) huc spectant: *Spiegamento dell' Ecclesiastico* sul testo ebreo ossia la morale dell'uman vivere insegnata da Salomone, Venetiis 1765 in 8; *Spiegamento della Cantica* sul testo ebreo, ib. 1767 in 8; *Storia di varii costumi sacri e profani* dagli antichi sino a noi pervenuti [2]), Patavii 1750 t. 2; Venetiis 1761 in 8; 1778 t. 2 in 8; subjiciuntur operi duae dissertationes *de*

[1]) Cf. Regnier Dict. de la Bible III, 236.

[2]) Antonius Maria Azzoguidi O. Min. Conv. bibliothecae conventus bononiensis praefectus (n. 1697; † 24. Oct. 1770) edidit primum ex autographo s. *Antonii* olysiponensis cognomento Patavini *sermones in psalmos,* praefatione et annotatiunculis locupletatos; accedit egregii scriptoris Sicconis Polentanii de sancti vita et miraculis commentarius animadversionibus critico-historicis illustratus. Bononiae 1757 in 4.

[1]) Cf. Vedova I, 225.

[2]) Cf. Storia Lett. d'It. II, 413—15.

Messia scil. de Gen. 49, 10 et Ps. 22, 17. — Victorinus Zink O. S. Franc. Recoll., s. Scripturae lector, reliquit commentarium *in tres ll. Salomonis*, Proverbia, Ecclesiasten et Canticum Canticorum ac in l. Estheris. Praefixa est s. chronologia ab o. c. usque ad jacta templi salomonici fundamenta et prooemiologia in dictum Estheris l., Augustae Vind. 1780 in 4; diss. biblica in Ex. XIV. *de admirabili transitu maris erythraei* maturiori eruditorum judicio subjecta; accedunt ad calcem diss. aphorismi sacri ex Num. 20. et ss. cc. una cum chronologia Pentateuchi, ib. 1778 in 4; diatriba *de Melchisedech* Gen. 14, 18, ib. 1769 in 4; diss. *de primo et ultimo paschate*, ib. 1777 in 4; *aphorismi sacri*, ib. 1777 in 4. — De Josephi Khell de Khellburg S. J. Linciensis (n. 13. Aug. 1714; † 4. Nov. 1772), viri in re numismatica insignis, vel a protestantibus magnis encomiis celebrati, quam pluribus doctis operibus illustravit [1]), laboribus in libros Machabaeorum egimus IV^3, 1592. Ejus quoque sunt: *Physica* ex recentiorum observationibus accommodata usibus academicis, Vienna 1752 t. 2; 1754; diss. *de epocha historiae Ruth*, Viennae et Pragae 1756 in 8; 1757; *Ecloge observationum in N. Testamenti libros*, decas I. ib. 1756 in 8; decas II. ib. 1757 in 8., opus ab eruditis laudatum; altera *vita s. Pauli eremitae* ex graeco msc. aug. bibliothecae caesareae vindobonensis nunc primum prodit, inter *acta sincera s. Pauli* Thebaei primi eremitae ed. M. Fuhrmann. — Alius celeber et sagax numismaticus fuit Alexander Xaverius Panel S. J. Gallus, sed saepe singularis opinionis, regiis infantibus (Hispaniae) a studiis, regi catholico a veterum nummorum supellectili (n. 10. Sept. 1699; † 1777), cujus sunt: *Remarques sur les premiers versets du 1. l. des Machabées* ou diss. sur une médaille d'Alexandre le Grand, Lugduni 1739 in 4; Valenciae 1753, etiam hispanice versa a Manuel Gomez y Marco († 1766), Valentiae 1753 in 4. Inter plura opera erudita msc. et illud admodum singulare exstat: *De la vérité de la religion* (prouvée?) par celle des Anciens, expliquée par les médailles, in quo numismata ultra 640 tam graeca quam romana accurate et sagaciter explicat. — Josephus Conradi S. J. Bohemus (n. 1714; † 17. Jul. 1767), cujus exstat *commentarius in sensum literalem tum prophetarum V. L., tum in N. T.*, Olomucii 1759. 1760 in 4; commentarius *in Paralipomenon et reliquos ll. usque ad prophetas* succinctis explicationibus sensum literalem et praecipuum mysticum indicans, ib. 1758; tr. theologicus *de opere sex dierum, angelis, actibus humanis et beatitudine*, ib. 1761 in 4; *de gratia, justificatione et merito*, ib. 1762 in 4.

50. *Novo Testamento* illustrando operam dederunt praetermisso Christophoro Salzmann (Luxemburg 1778 in 8), Joannes Bapt. Laet Belga (n. 1700; † 8. Mart. 1773) theologiae professor in seminario mechlinensi et examinator prosynodalis, qui reliquit *scholia in s. d. Matthaei Evangelium* atque in ss. ceterorum dd. evangelistarum codices secundum eorundem concordiam commentariola, Bruxellis 1779 in 8. — D. Degen Wirceburgi 1762 in 4. — Innocentius Schmid *Synopsin vitae J. Christi* quoad praecipua mysteria chronologice et philologice deduxit, Viennae 1778 in 8. Disseruit quoque *de prophetis* contra theistas et incredulos, ib. 1777. — F. A. Pauli contexuit *Epitomen itinerum Filii Dei* ordine harmonico ex IV evangeliis, Wirceburgi 1780 in 8. — *De ultimo Christi paschate* disputarunt Matthias Purulich S. J. Zagabriensis, theologiae dogmaticae et exegesis professor (n. 2. Febr. 1721; † 16. Apr. 1768), Tyrnaviae

[1]) Cf. Sommervogel IV, 1026—30; Biogr. univ. 68, 506; Werner allg. d. Biogr. XV, 704.

1765 in 8., diss. erudita. — Ignatius Kreussler S. J. Moguntinus (n. 31. Jul. 1728), theologiae professor Bambergae et post societatis Jesu suppressionem vicarius episcopalis spirensis Bruchsali († 14. Nov. 1780), in diss. theologica historico-critica Σταυρώσιμον sive ultimum Christi pascha, Bambergae 1769 in 4. Alia ejusdem opuscula sunt: *Illustre Flavii Josephi Judaei testimonium de Christo* a nota sublestae fidei contra intemperantes criticos Gifanium, Osiandrum, Casaubonum, Blondellum, Salmasium, Montacutium, Capellum, Tanaquillum Fabrum etc. vindicatum, ib. 1770 in 4; *character jansenisticae factionis* in doctrina et moribus breviter adumbratus, ib. 1770 in 4. — Joan. Henricus Drümel Norimbergensis quondam protestans n. 12. Apr. 1707 post vitam sat vagam et varia obita munera ad Ecclesiam catholicam rediit (1762), obiitque professor juris civilis in universitate salisburgensi 29. Jul. 1770. Plurima reliquit scripta, sed fere omnia ante suam conversionem: inter ea duo, in quibus miram tuetur sententiam *daß Christus an einem Mittwoch gestorben* und folglich drey völlige Tage und drey völlige Nächte in dem Grabe gelegen ist, Regensburg 1746. Contra eam prodiit J. C. Schaeffer *Schriftmäßiger Beweis,* daß Christus an keinem Mittwoche, sondern an einem Freitage gestorben sei, ib. 1746.

51. Jo. Bapt. Havor S. J. Hungarus (n. 25. Nov. 1708; † 28. Oct. 1773), philosophiae et theologiae Tyrnaviae professor concinnavit ex pluribus scriptoribus *Historiam apostolicam,* Tyrnaviae 1749; *Epitomen* historiae byzantinae, ib. 1741. — Laugeois de Chanteliers reliquit *Concordance des principes et de la doctrine de s. Paul,* Romae s. d. (1775); *Traduction nouvelle des Epitres de s. Paul* avec un commentaire, 1772 in 12., opus speciatim prohibitum a Clemente XIV. 3. Sept. 1773; *Traduction nouvelle des Psaumes* de David faite sur l'hébreu justifiée par des remarques sur le génie de la langue, Parisiis 1772 t. 2 in 12. — De Philippo Boucher († 1768) Jansenista, cujus exstat *analysis* epistolae s. Pauli ad Hebraeos, egimus IV³, 1397 a. et supra p. 56 a. — Bartholomaeus Peverelli S. J. Veronensis († 1766) reliquit *Le lezioni sacre e morali sopra il santo libro degli Atti Apostolici,* Veronae 1766 t. 2 in 4. — Joannes Josephus Guyaux Belga n. 1684, s. Scripturae Lovanii professor (1723), theologiae doctor et canonicus ad s. Petrum (1727), praeses collegii pontificii (1731), dein canonicus ecclesiae gandavensis (1734), demum decanus capituli s. Petri († 8. Jan. 1774), edidit commentarium *in Apocalypsim,* Lovanii 1781 in 8., in quo quoad historiam sequitur Bossuetum, quoad explicationem mysticam Fromondum, impugnatque opiniones Kerkherderi [1]), de quo cf. IV³, 1135; Praelectiones *de s. J. Christi Evangelio* deque actis et epistolis apostolorum cura Gerardi prof. philosophiae, Lovanii t. 7 in 8. Partem habuit in ed. s. Scripturae, quam curavit du Hamel Lovanii 1740 pluresque adjecit annotiones. — Tobias Ferentzy O. Min. Transilvanus n. 1701., philosophiae et theologiae lector, bis suae provinciae praepositus († 1767), praeter *quaestiones scripturisticas* in selecta V. et N. Testamenti loca eorumque resolutiones adjecta morum doctrina, Claudiopoli 1761 in 8., edidit: *Selecti s. Scripturae textus,* in quo apparentes eorum antilogiae conciliantur, 1744 in 8. — Idem praestitit Wenceslaus Kraus S. J., universitatis olomucensis rector (n. 1. Mart. 1707; † 1. Nov. 1772), in opere: *Verbum Dei scriptum* verbis et doctrinis patrum, interpretationibus doctorum ab apparentibus contradictionibus defensum pp. 2, Olomucii 1750 in 8.

[1]) Cf. Feller IV, 329.

Alia ejusdem opera sunt: *Augustinus dogmaticus* sive praecipua Aurelii dogmata, praecipuas morales et polemicas materias illustrantia, ib. 1750; *consilia casuistica* quadruplici conscientiae dirigendae adaptata, ib. 1750; *curae pro cura animarum* animose obeunda theologice, didactice, polemice et ascetice consignatae et animorum curatoribus accommodatae, ib. 1751; *cura polemica* seu rerum in fide controversarum doctrina, 1752; *cultus omnium sanctorum* theologico-dogmatica crisi interstinctus, ib. 1752; *summaria conciliorum notitia,* ib. 1752. — Franciscus Blyth O. Carm. Anglus relicta secta amplexus est fidem catholicam atque ingressus ordinem Carmelitarum, in quo docuit theologiam et praefuit munere praepositi provincialis († 31. Dec. 1772). Una cum Challoner, de quo infra, edidit *The Rheims Testaments* with Annotations and Proofs of the Doctrines of the Catholic Church etc., Londini 1738 in f.

IV. Patrologia.

52. Inter eos, qui patrum operibus edendis illustrandisque insudaverunt[1]), est par nobilissimum fratrum, qui instar multorum sunt, Petrus scil. et Hieronymus Ballerini[2]). Natus est Petrus 7. Sept. a. 1698, Hieronymus vero a. 1702 Veronae. A prima juventute viribus unitis magnaque alacritate studiis atque deinde edendis operibus se dederunt, ita tamen inter se partito labore, ut Petrus sibi ea seligeret, quae spectant ad theologiam et jus canonicum: Hieronymus vero iis delectabatur, quae referuntur ad historiam et criticam. Nihil tamen nisi omnibus accurate discussis et in quod uterque consentiret, consilio communi ediderunt. Primus hujus studii fructus prodiit inscriptus: *Il metodo di s. Agostino negli studj,* Veronae 1724; Romae 1754; gallice Parisiis 1760, quo l. rationem declarant ab ipsis adhibitam in tanta et tam varia doctrinae copia sibi comparanda. Secuta est editio omnium operum celeberrimi card. Norisii (IV³, 855), Veronae 1733 t. 4 in f.; in qua ordinarunt perfeceruntque *historiam Donatistarum,* adjeceruntque Norisii *vitam et observationum* libros tres eruditissimos ad omnia ejusdem cardinalis opera illustranda atque defendenda, praesertim adversus Garnerium, qui norisianam diss. de V. synodo deque Origenis causa perdocte impugnaverat; necnon diss. *de origine patriarchatus aquilejensis,* in qua confirmant Norisii sententiam, qui illam repetiit ab Aquilejensium schismate. Amore patriae ducti pariter ediderunt: *Jo. Matthaei Giberti ep. veronensis* (II³, 1468) *opera* nunc primum collecta et ineditis ejusdem opusculis aucta, celeberrimi auctoris vita, dissertatione variisque monumentis illustrata, ib. 1733 in 4; Hostiliae 1736.

53. Prodiit interim posthuma *Lettera di Paoli Segneri* della Comp. di Gesu . . . su la Materia del Probabile, Coloniae 1703; Neapoli 1726 et Veronae 1730. Huic occurrendum censuit Petrus[1]), qui propterea scripsit: *Risposta alla lettera del P. Segneri* su

[1]) Mentio hic fieri posset Emmanuelis Vidal O. S. Aug., Matritensis, theologiae et s. Scripturae in academia salmanticensi professor († 1770), qui curavit absolutissimam *operum s. Thomae de Villanova* editionem t. 5 in f. 1761—64.

[2]) Cf. Fabronius XVIII, 104—135; Mazzuchelli II, 178 ss.; Federici Elogi istorici de' più illustri Ecclesiastici Veronesi, Verona 1819 III, 516 s.; Scherer KL. I, 1895—97.

[1]) Secundum alios haud immerito ipse huic controversiae occasionem praebuisse

la materia del probabile; ove si propongono li veri principij della theologia morale e si stabiliscono certe regole per decidere delle controverse opinioni, ib. 1733; 1735 ed. 2. recognita et aucta in 8. Cui cum anonymus (Jos. M. Bianchi S. J. † 1756) et in publicis praelectionibus dictatis 4 diss. et edita ep. respondisset, opposuit idem *ep. quatuor theologico-morales* adversus dissertatorem S. J. seu censura 4 dissertationum, adjecitque *Confutazione della Lettera di un Teologo* all'autore dell'opera intitolata Risposta etc., ib. 1734 in 8., ediditque praeterea *Saggi della Storia del Probabilismo* nella descrizione del cangiamento di sei insigni Probabilisti in Probabilioristi, ib. 1734 in 8. Priorem l. anonymus (Richelmi IV^3, 1634) impugnavit; quare Ballerini scripsit *Lettera al Teologo Autore del Saggio d' annotazioni sopra l' opera*, che ha per titolo: *Confutazione* etc., ib. 1736 in 8. Post plures annos de eodem argumento prodiit ejus *Moralium actionum regula in opinabilibus* sive quaestio de opinione probabili cum duplici appendice, Venetiis 1756 in 4. Ad theologiam moralem, cujus factus est praeceptor, illustrandam edidit *S. Antonini archiep. florentini O. Praed. Summam theologicam* in 4 pp. distributam ad vetustiores libros exactam et ab innumeris mendis correctam, et posterioribus conciliorum, praesertim tridentini, ac pontificum rom. decretis, adnotationibus aliisque observationibus ac praelectionibus illustratam, Veronae 1740. 1741 t. 4 in f. *Praelectiones in 2. p. Summae* separatim prodierunt, ib. 1740 in 8. *S. Raymundi de Pennafort O. Praed. Summa* cum praefatione et vita auctoris, ib. 1744.

54. *Cautiones adhibendae defensionibus literarum cambii civicarum aliorumque ejusmodi contractuum* qui in usurae suspicionem veniunt, ne in haereticorum usuras patrocinantium sententiam abeant, ib. 1734 in 8. *La Dottrina della Chiesa Cattolica circa l' usura*, Bononiae 1744; 1747; Roboreti 1745 in 4. Verum Scipio Maffei in opere *Dell' impiego del Denaro* (IV^3, 1495) renovavit Nic. Broedersenii sententiam, et prolata a Ballerinio argumenta leviora infirmioraque existimavit; quare plura alia in suae sententiae defensionem edidit Petrus: *De jure divino et naturali circa usuram ll. 6*, Bononiae 1747 in 4; *vindiciae juris divini et naturalis circa usuram* adversus opus novissime editum de usuris licitis et illicitis Nic. Broedersen, ib. 1747 in 4; addita est diss. de conc. viennensi sub Clemente V. ejusque decretis. *Appendix trium opusculorum in materia usurarum*, ib. 1747 in 4. (cum praeced. ll. 6); pluraque contra usuram edidisset, nisi senatus venetus utrique parti silentium imposuisset illa usurpans verba, quiescant disceptatores et hoc in lucro ponant, si pergant porro novis operibus patriae lumen animi, ingenii consiliique sui ostendere. Ceterum Benedictus XIV. controversiam diremit datis a. 1745 literis ad omnes Italiae episcopos, quarum est initium: *Vix pervenit*. Porro in re morali teste s. Ligorio fratres Ballerinii sunt „rigidae sententiae moderati sectatores".

55. Sequuntur jam splendidae editiones operum patrum: *S. Zenonis ep. veron. sermones* nunc primum qua par erat diligentia editi, alienis nimirum separatis ac in appendicem rejectis, codd. compluribus (9) consultis ac dissertationibus perpetuisque adnotationibus illustrati [1]), Veronae 1739 in 4; *Ratherii ep. veron.* († 974) *opera* nunc primum collecta, pluribus in locis

dici debet paragrapho, quam suae methodo inseruit, de modo se gerendi, cum occurrunt, praesertim in theologia morum, diversae opiniones.

[1]) De qua ed. cf. des Sav. 125, 411—20 et Schoenemann bibliothecae historico-literariae patrum latin. t. 1 (apud Migne 11, 247 ss.). Cf. etiam l. *In editionem trac-*

emendata et ineditis aucta, praefatione generali, vita auctoris, animadversionibus notisque illustrata, ib. 1756 in f. *S. Leonis M. opera* post Pasch. Quesnelli recensionem ad complures et praestantissimos codd. ab illo non consultos exacta, emendata et ineditis aucta, praefationibus, admonitionibus et annotationibus illustrata; adduntur etiam quaecunque in quesnelliana ed. inveniuntur eaque ad crisin revocantur, t. 1. sincera s. pontificis opera continens, Venetiis 1753 in f.; t. 2. continens opera s. Leoni tributa, quae nec ad sermones, nec ad epistolas pertinent. Accedunt s. Hilarii ep. arelat. opuscula ad codd. exacta et aucta; subjiciuntur diss. XI Quesnelli in s. pontificis opera, ejusque notae in epistolas, criticis observationibus appositis, ib. 1756; t. 3. Appendix ad s. Leonis M. opera seu vetustissimus codex canonum ecclesiasticorum et constitutionum s. Sedis ap. a Quesnello ejusd. pont. operibus adjectus, nunc autem ad praestantissima msc. exemplaria recognitus et in meliorem multo formam restitutus; cui alia subjiciuntur rarissima vel inedita antiquissimi juris canonici documenta et V diss. Quesnelli in eundem canonum codicem ad criticen revocatae. Praemittitur tr. de antiquis tum editis, tum ineditis collectionibus et collectoribus canonum ad Gratianum usque, ib. 1757. Aggressus est Petrus (cum fratre Hieronymo) tam ingens opus suadente et hortante Benedicto XIV., cum Romae nomine senatus veneti degeret ad componendas controversias, quae jamdiu fuerant Caesarem inter et rempublicam causa aquilejensis patriarchatus. Novem illi impendit annos incredibili sedulitate omnes excutiens codices quotquot tum intra, tum extra Italiam reperiri potuerant. Talis autem prodiit editio, quae priores omnes obscuravit, et quali post Coustantii epistolas pontificum rom. nullus ex latinis scriptoribus ecclesiasticis gavisus fuit. Ea si non superat, sane assequitur, ratione habita methodi et ordinis, judicii critici et eruditionis, praestantissimas etiam maurinas ss. patrum editiones. „Tot sunt profecto, inquit Schoenemann[1]), tamque illustria artis atque sagacitatis horum virorum documenta, ut, si in aliis non sane vulgarium scriptorum operibus evenire soleat, ut usu atque consuetudine diuturniori opinio ab initio concepta minuatur, aut etiam peccata et errores auctoris passim oculis retegantur, hoc opus contra, quo magis assiduo studio versaveris, tanto impensius admirare necesse est".

56. Finem libris edendis duplici classico opere imposuit Petrus, quod edidit pro primatu romani pontificis non tam contra protestantes, quam contra eos catholicos, in primis Febronium, qui primatus quidem institutionem in Ecclesia admittunt, verum ejus jura adeo imminuunt, ut subinde vix a protestantibus dissentire videantur. Primum inscribitur: *De vi ac ratione primatus rom. pontificum* et de ipsorum infallibilitate in definiendis controversiis fidei l. singularis, in quo utraque deducitur et constituitur ex principiis concessis ab iis ipsis adversariis, contra quos disputatio futura est, Veronae 1766 in 4; alterum: *de potestate ecclesiastica summorum pontificum et conciliorum generalium l.*, una cum vindiciis auctoritatis pontificiae contra opus Justini Febronii; accedit appendix de infallibilitate eorundem pontificum in definitionibus fidei, ib. 1768 in 4., Augustae Vind. 1770 t. 2 in 4; Taurini 1822; Monasterii cura Westhoff 1845; etiam in *cursu theol.* ed. Migne t. 3. Decessit Petrus laboribus confectus et

tatuum vel sermonum s. Zenonis a fratribus Ballerinis adornatam correctiones; accedit animadversionum in eandem retractatio, Veronae 1775 in 4.

[1]) Opere cit. ap. Migne 54, 102 s. Cf. St. Lett. d'It. XIII, 280—91.

exhaustus, sed meritis in Ecclesiam et theologiam plenus 27. Mart. 1769. Reliquit manuscriptorum t. 36. Magni fecit ipsum Benedictus XIV., qui saepe literis eum consuluit de negotiis ad bonum Ecclesiae universalis spectantibus; magni eum fecerunt episcopi veronenses, quibus erat a consilio, et senatus venetus, qui illum et fratrem honorarunt dono aureorum numismatum, quae testarentur praeclara illorum merita in patriam atque in rem literariam universam. Petro superstes fuit Hieronymus decessitque 23. Apr. 1781.

57. Alius de patribus insigniter meritus est Andreas Gallandi congr. Orat. Venetus n. 7. Dec. 1709, discipulus M. de Rubeis, Concinae et Cuneliati, quibuscum et postmodum familiariter est conversatus. Optime institutus erat in patrum operibus, archaeologia et chronologia († 12. Jan. 1779, secundum Wurzbach 1780), qui edidit egregiam plane atque accuratissimam *bibliothecam graeco-latinam patrum et veterum scriptorum ecclesiasticorum* (380 ex prioribus VII sec.), Venetiis 1765—81 t. 14 in f., 1788; opus rarum[1]) (index prodiit Bononiae 1863 in 12), quod maximi aestimatur ab eruditis propter doctissimas diss. et annotationes (fr. 1400); *de vetustis canonum collectionibus diss. sylloge*, quibus virorum doctissimorum cura et studio elucubratis de juris ecclesiastici origine atque progressu luculenter disseritur, ib. 1778 in f.; exhibentur scil. diss. (10) P. Coustantii, P. de Marca, fr. Balleriniorum, Berardi, Quesnelli (3), Car. Blasci, Fr. Florentis et A. Augustini. Reliquit ineditum thesaurum antiquitatis ecclesiasticae historico-apologetico-criticum complectentem ss. patrum gesta et scripta doctissimorum virorum diss. asserta et illustrata ac juxta seriem XII sec. digesta. — De *s. Leone* praeter Ballerinios meruit Petrus Thomas (in baptismo dictus Petronius Caesar) Cacciari O. Carm. Bononiae n. 5. Oct. 1693, theologiae lector in academia patria et Romae in collegio de Propaganda fide († 28. Febr. 1769). Edidit enim ejusdem *opera omnia* ad msc. codd. emendata, novis monumentis aucta, notis et observationibus adornata, Romae 1753—55 t. 2 in f., quae editio pariter opposita est editioni quesnellianae[1]). Praemisit doctas *exercitationes in universa s. Leonis M. opera* pertinentes ad historiam haeresum Manichaeorum, Priscillianistarum, Pelagianorum atque Eutychianorum, quas summo studio et labore ss. pontifex evertit atque damnavit, in sex ll. distributas, ib. 1751 etiam in patrol. Migne 55, 768 ss. Sed haec editio prorsus obscurata fuit a longo accuratiore editione balleriniana, de qua jam supra egimus. Edidit quoque *ecclesiasticae historiae Eusebii Pamphili ll. 9* Rufino aquilejensi interprete, ac duos ipsius *Rufini ll.* ad vaticanos msc. codd. exactos notisque illustratos; accedit historica diss. de vita, fide ac eusebiana ipsa Rufini translatione, ib. 1741, ed. optima.

58. Nicolaus M. Antonelli Senogallensis n. 8. Jul. 1698 nobili genere, in historia ecclesiastica, jure canonico linguisque orientalibus eminuit. A Benedicto XIV. designatus est a. 1743 aliquot congregationum secretarius, et a Clemente XIII. creatus a. 1759 cardinalis. Anno 1761 successit defuncto card. Tamburini in praefectura congregationis institutae ad corrigendos libros liturgicos ecclesiae orientalis et card. Passioneo in munere secretarii brevium apostolicorum († 24. Sept. 1767). Edidit *s. Athanasii Alex. interpretationem*

[1]) Cf. Nova biblioth. eccl. friburg. I, 310-30; 512—28; 603—637; 2. I, 8—50; II, 27—64; III, 66—88; IV, 40—69; 3, 33-61; 246—73; 433—62; 5, 465—88; 665-86.

[1]) Cf. St. Lett. d'It. V, 346—70; VII, 363—74; XII, 279—86.

Psalmorum sive de titulis Psalmorum graece et latine, Romae 1746 in f. Eam genuinum esse s. doctoris commentarium docte et fusiori stilo in praefatione admodum erudita contendit, in quam multa ad historiam antiquam interpretationis ss. librorum utilia contulit [1]). *Sermones* (18) *s. P. Jacobi ep. Nisibeni* (armenice et latine) cum praefatione, notis et diss. de ascetis, ib. 1756 in f.; *vetus Missale romanum monasticum lateranense* cum praefationibus, notis et appendice, Romae 1752 in 4., in qua appendice continentur duo opuscula: de ritu inspergendi cineris super caput romani pontificis, et consultatio de commemoratione romani pontificis in publicis supplicationibus et sacrosancto missae sacrificio apud Graecos (seorsim Romae 1746 in 4.); prodiit tamen hoc missale sub nomine Emmanuelis de Azevedo S. J.[2]), ed. plane erudita. Diss. *de titulis*, quos s. Evaristus presbyteris romanis distribuit, Romae 1725 in 8., in qua de parochiarum origine disserit [3]). Novum curavit *compendium Summae s. Thomae* pro alumnis collegii de propaganda fide. — Jac. M. Paitoni congr. Som. Venetus (1710—1774) condidit *Biblioteca* degli autori greci e latini volgarizzati Venetiis 1766—67 t. 5; continuationem aliquam habes in Opuscoli Scientifici e Filologici, ib. 1775, opus multum laudatum.

59. Praestantissimam *operum s. Hieronymi* [4]) editionem curavit, opera etiam Maffei [1]) adjutus, Dominicus Vallarsi presbyter veronensis, vir summae eruditionis sed parcus alienae industriae laudator (n. 13. Nov. 1702; † 14. Aug. 1771), Veronae 1734—42 t. 11 in f.; recusa et emendata, ib. 1766—72 t. 11 in 4., repetita in *patrol. cursu completo* cur. Migne 1845—46 t. 11 in 8., quae tamen recentiori aetate censore Reifferscheid non amplius tanti aestimatur. *Tyranni Rufini Aquilejensis opera* cum notis et observationibus, Veronae 1745 t. primus, alter non prodiit. — Stanislaus a Placentia O. Min. edidit *s. Prosperi Aquitani opuscula,* Venetiis 1768 t. 2 in 4. Est forte idem cum eo, cujus mentionem fecimus IV[3], 678. — Corbinianus (in baptismo Franciscus dictus) Thomas O. S. Ben. in monasterio elchingensi, Augustae 24. Sept. 1694 natus, studia theologica Salisburgi insigni disputatione publica absolvit. Quocirca ab universitate expetitus primum mathesin, postea (1731) theologiam dogmaticam, exegesin primusque linguas orientales docere est jussus. Sex et quadraginta a. in cathedra regenda desudavit eoque tempore 30 annos vicerectoris et 26 annos procancellarii academici munere est functus. Facundus erat concionator, sermone latino plane classico utebatur; humilitate, comitate aliisque virtutibus erat clarus († 15. Jun. 1767). Notis eruditis illustravit [2]) Septimii Florentis Tertulliani *l. de praescriptionibus* adversus haereticos, Salisburgi 1752 in 8., et ejusdem ll. *de baptismo*

---

[1]) Cf. A. E. lips. 1758 pag. 650—4.

[2]) Cf. St. Lett. d'It. IX, 272—92.

[3]) Mich. a s. Joseph bibliogr. crit. I, 247—56; Bibl. picena I, 175; cont. HE. Fleurii l. 252 § 149.

[4]) Sebastianus Dolci O. Min. Ragusinus n. 1699 († c. 1770) auctor est operis: *Maximus Hieronymus vitae suae scriptor* sive de moribus, doctrina ac rebus gestis d. Hieronymi commentarius ex ipsismet ejus operibus decerptus, editus, illustratus. Accedunt ejusdem s. Patris vindiciae adversus Dallaeum aliosque, Anconae 1750 in 4; *ragusini archiepiscopatus antiquitas* ejusque antistitum chronologia, ib. 1761; *fasti literarii ragusini* usque ad a. 1766, Venetiis 1767.

[1]) Maffei editionem hanc impense laudat in Osservazioni letterarie v. 1 p. 1 II, 21; III, 93; V, 110. Cf. de Vallarsi plura in Biogr. univ. 47, 357; Betti, Elogi storici de' più illustri ecclesiastici Veronesi: Zeck KL. XII, 567.

[2]) Cf. Veit biblioth. august. I. 190—200; Lindner II, 160. Eundem l. *de praescriptionibus* brevibus notis illustravit Innocentius Deixlberger O. S. Ben. in

et poenitentia, ib. 1755 in 4., quibus adjecit tres diss. scil. 1. de auctoritate Tertulliani; 2. de affinitate baptismum inter et poenitentiam, libri auctore et tempore; 3. de recto usu Tertulliani. Potiores adnotationes recepit Migne in suam operum Tertulliani editionem, Parisiis 1844. Alia ejusdem opera sunt: *De quaestione super celebrando paschate* inter catholicos et acatholicos exorta, Salisburgi 1724 in 4; *jus naturale gentium* theologice deductum, ib. 1737 in 4; *theologiae dogmaticae prolegomena,* ib. 1750 in 4; *spicilegium theologicum de Ecclesia Christi,* ib. 1751 in 4; tr. *de verbo Dei scripto et tradito,* ib. 1765 in 4., etiam inscriptum: *Introductio in hermeneuticam sacram utriusque T.;* accesserunt *principia theologiae patristicae* (P. Lory), ib. s. a. etc.

60. Joannes Nep. ex nobilissima familia Herberstein S. J. Brunensis (n. 16. Oct. 1723; † 4. Jul. 1766) reliquit animadversiones historico-chronologicas *in vitam s. Aur. Augustini a Possidio calamensi conscriptam* ejusdemque s. doctoris opera omnia, p. 1. continens vitam et opera, quae scripsit laicus, Olomucii 1759 in 4., quod opus non videtur fuisse continuatum. In oratione habita 8. Dec. 1763 nisus est ostendere s. Thomam docuisse immaculatam V. conceptionem: quare anonymus sat acrem epistolam ad eum scripsit, Alethopoli 1764. — J. Culino scripsit *Storia* della vita e degli scritti di s. Agostino, Brixiae 1775—6 t. 3 in 8. — Sed praeprimis de s. Augustino meruit Laurentius Alticozzi (Alticotius) S. J. Certonensis (n. 27. Mart. 1689; † 1777), vir eruditus, pius et comis, qui diligentia laudabili composuit *Summam augustinianam* ex collectis, ordinatis, disputatis explicatisque sententiis d. Aur. Augustini, Romae 1744—61 t. 6 in 4. cum diss. accurata de Pelagianismo; Diss. historico-critica *de antiquis novisque Manichaeis,* ib. 1763 in 4; Viennae 1765; diss. *de mendaciis et fraudibus Is. Beausobrii* calviniani gregis pastoris in historia critica Manichaei et Manichaeismi, Romae 1767 in 4; *La storia delle antiche persecuzioni* ai primi secoli della chiesa, Romae 1879 in 8. ed. Josepho Paria. — Stephanus Dzian S. J. (n. 29. Dez. 1695; † 11. Maj. 1779) edidit *b. Sulpitii Severi ep. bitur. s. historiae ll. duos,* Cassoviae 1732 in 8; Claudiopoli 1733, quae tamen editio tribuitur a Stoeger Josepho Nemai S. J. Transilvano (n. 1705; † 1. Oct. 1772); *de vita b. Martini* l., ejusdem (Sulpitii) ep. 3 et dialogi tres, Cassoviae 1731. — Bonifacius Finetti O. Praed., qui aetatis suae aequales omnes linguarum peregrinarum cognitione superavit († 1776), cum de Rubeis (supra p. 11), edidit *opera omnia Theophylacti Bulgarorum* archiepiscopi, accedit diss. de ejus vita, scriptis, doctrina; etiam Euthymii Zigabeni commentarius in Psalmos, Venetiis 1754—63 t. 4 in f. (m. 230); *de principiis juris naturae et gentium,* ib. t. 2 in 4; diss. apologetica *sullo stato ferino de' primi uomini,* ib. t. 2. — Theophilus Heimb O. Cist. edidit: *Bernardus Gutolphi monachi* seu vita ss. P. N. Bernardi . . . olim per M. Gutolfum s. O. Cist. monachum ad s. Crucem in Austria professum XIII. sec. metrice conscripta nunc vero ob venerandam antiquitatem eruditionisque elegantiam e pervetusto msc. eruta et publici juris facta ac qua additionibus historicis qua miscellaneis notis illustrata, Norimbergae 1743 t. 2 in 4. Collegit quoque notitiam historicam *de ortu et progressu abbatiae s. O. Cist. B. M. V. ad s. Gotthardum dictae,* Viennae 1764 in f.

---

monasterio mettensi († 20. Sept. 1777), Salisburgi philosophiae prof. (1747—49), dein (1749—59) theologiae, ib. 1752. Reliquit plura scripta philosophica et theologica, quae diligenter recenset Lindner II, 32.

61. Huc referri potest Benedictus Bonelli seu a Cavalesio O. S. Franc., Cavalesii in Tiroli meridionali nobilibus parentibus n. 26. Dec. 1704, philosophiae et theologiae lector, definitor generalis germanicae nationis, visitator commissarius provinciae mediolanensis et examinator prosynodalis Tridenti († 28. Oct. 1773), multis operibus clarus, quorum 30 ex 107, quae composuisse dicitur, prodierunt. Huic ab ordinis ministro generali munus commissum fuit novae editionis omnium operum s. Bonaventurae adornandae, cum in arte critica et antiquitatis monumentis evolvendis plurimum esset versatus. Magna alacritate ad opus se accinxit Bonelli, et summo studio, incredibili labore et maxima diligentia, corrogatis undique, quotquot ad rem suam habere potuit, documentis, opus edidit insigne, quod inscripsit *Prodromus ad opera omnia s. Bonaventurae,* Bassani 1767 in f., in quo de ejus vita, doctrina, animadversionibus circa scripta, canonibus pro judicio de illis formando, indiculis catalogisque operum, editionibus et mscr. codicibus totidem libris agens, tandem l. 8. omnia expendens et in utramque partem latius disceptans sententiam profert suam tum de editis tum de anecdotis s. Bonaventurae operibus a se inventis. Hunc prodromum excipere debuisset absoluta editio omnium operum s. Bonaventurae: ast vir ipse jam aetate longaevus ac pene laboribus confractus, timens, ne opus immensum imperfectum relinqueret, anecdota quae collegerat (scripta 45 partim inedita, partim praepostere abjudicata), edi curavit *supplementi operum omnium s. Bonaventurae* nomine inscriptum, Tridenti t. 3 in f. 1772—1774 (fr° 100), notis illustrata copiosissimis [1]). Variis operibus illustravit historiam ecclesiae tridentinae et brixinensis: *Diss. intorno alla santità e martirio del b. Adelpreto* o Albreto vescovo di Trento, Tridenti 1755 in 4. Quare Tartarotti majus jam opus (rarum) elaboravit scil. *Notizie intorno al Vescovo Adelpreto di Trento* (c. a. 1160) etc., de qua controversia supra IV[3], 1532 egimus. Diss. apologetica (contra Wagenseil et Basnage) *sul Martirio del b. Simone* a Trento nell'anno 1475, Tridenti 1747 in 4; *Notizie istorico-critiche della chiesa di Trento,* ib. 1762 t. 3 in 4., cum plurimis instrumentis latinis, ib. 1765. Partes quoque habuit in controversia de magia cum Maffei. *Epitome qua theoria praxisque exhibetur sanioris morum doctrinae,* Tridenti 1737 in 8. contra Jos. Maria a Roboreto: *condemnatio theologiae moralis a P. Busenbaum et la Croix editae* a 1757 Tolosae publicata et exsecutioni mandata, ib. 1758 in 12. italice, Venetis 1760; *diss. adversus sententiae de sufficientia servilis attritionis* ad obtinendam gratiam in sacramento patronos ei certitudinem perperam attribuentes, prodroma in t. 1. Bartholomaei Franciscani op., cujus titulus: *Necessitas dilectionis Dei,* Venetiis 1759 in 8. *Breves notitiae* ad bonam directionem animae et salutarem instructionem studiosorum morali doctrinae addictorum, Tridenti 1758 ed. notis illustrata, Neapoli 1762; Graecii 1768. Stetit ipse pro rigidiori in theologia morali praxi. Hinc a capitulo generali ei demandatum fuit, ut literas ad Clementem XIII. componeret contra irrepentes in theologiam moralem laxitates et contra probabilismum. Magnum ejusdem opus contra profanas opinionum novitates incendio periit.

---

[1]) Fidelis a Fanna in ratione novae collectionis operum omnium S. Bonaventurae, Taurini 1874 pag. 26 s. De aliis ejusdem operibus cf. Greiderer Germaniae francisc. II, 561; Wurzbach II, 46; in primis Cenni intorno alla vita ed agli scritti del P. B. Bonelli, Tridenti 1881 et praef. gener. novae ed. opp. s. Bonaventurae t. I p. VII.

62. Joannes B. Morel presbyter antissiodorensis († 1772) scripsit diss. *sur le véritable auteur des commentaires sur les Epîtres de s. Paul* (Tychonius) faussement attribuées a s. Ambrois et sur deux autres ouvrages qui sont dans l'appendix du III. t. de s. Augustin, Antissiodori 1752; *Eléments de critique* ou Recherches des différentes causes de l'altération des textes latins, Parisiis 1766, l. non sine pretio. — Tecelinus Wethy O. Cist. in monasterio Fons b. V. Mariae ad Zaram, in archiepiscopali seminario pragensi theologiae professor, auctor est libri inscripti: *Examen apum in ore leonis favum sponsae mellificans* seu doctrinae ss. Ecclesiae catholicae patrum auctoritas, utilitas et harmonia coagmentatae et contra ejusdem Ecclesiae ac patrum hostes apologetice vindicatae, Pragae 1773 in 8. — Mich. Ant. Blanck Caldariensis O. Praem. in canonia wiltinensi, in universitate oenipotana theologiae professor (n. 17. Jan. 1720; † 20. Jan. 1771) concinnavit theologiam patrum positivam *de Trinitate,* Oeniponte 1770. — Denique [1]) huc referri potest Petrus Carpentier Carolopoli natus a. 1697, aliquamdiu congregationis s. Mauri sodalis, quam sub infirmitatis praetextu reliquit transiens ad cluniacenses, ita tamen ut semper Parisiis degeret nulli monasterio addictus († 1767). Dum in illa urbe degeret socius erat Mauri Dantine (IV^3, 1595) in curanda nova editione *glossarii* Ducangii (de quo cf. ib. pag. 483), et post egressum totus ei perficiendo erat intentus. Quare magna sedulitate tabularia atque bibliothecas scrutatus est fructumque suae diligentiae publicavit inscriptum: *Glossarium novum* ad scriptores medii aevi cum latinos tum gallicos seu supplementum ad auctiorem glosarii cangiani editionem. Subditae sunt ordine alphabetico voces gallicae usu aut significatu obsoletae, quae in glossario et in supplemento explicantur. Accedunt varii indices praecipue rerum extra ordinem alphabeticum positarum, vel quas ibi delitescere non autumaret lector, atque auctorum operumve emendatorum: his demum adjuncta est Cangii diss. *de inferioris aevi aut imperii numismatibus* etc., Parisiis 1766 t. 4 in f., opus admodum eruditum, sed et rarum. *Alphabetum tironianum* seu notas Tironis (liberti Ciceronis) explicandi methodus cum pluribus Ludovici Pii chartis, quae notis iisdem (compendiariis) exaratae sunt et hactenus ineditae, ad historiam et jurisdictionem cum ecclesiasticam tum civilem pertinentibus[1]), ib. 1747 in f., etiam in *Recueil des Historiens de France* t. 6.

V. Historia ecclesiastica.

63. Quaestiones ad *chronologiam* spectantes praeter Josephum Pintér S. J. Hungarum (n. 11. Jul. 1717; † 1780), cujus exstat *Chronotaxis Henscheniana* de annis aetateque D. N. J. Christi nati, baptizati, mortui, iterum asserta, explicata, vindicata e probatissimis recentioribus auctoribus retentis plerumque eorum sententiis (Tyrnaviae 1754), tractavit in primis: Eduardus a s. Silvestro Corsini piar. schol. n. Fanani, quod est oppi-

[1]) Hac quoque epocha defunctus est (31. Aug. 1771) Ursinus Durand a. aetatis 91. strenuus et indefessus itinerum et studiorum literariorum socius Edmundi Martène (cf. IV^3, 1152), qui etiam Petrum Sabatier (ib. 1409) juvit in edendis versionibus ss. bibliorum antiquis et Car. Clémencet in componendo op. *L'art de vérifier les dates.*

[1]) Cf. A. E. lips. 1748 p. 477 s.

dum in ditione olim ducum atestinorum, 5. Oct. 1702, vir in disciplinis fere omnibus, praesertim mathematicis et philologicis, historicis et archaeologicis, in latinis denique ac graecis literis excultus. Philosophiam prius, quamvis peripateticam horreret, Florentiae, deinde pisana in academia docendo pluribus annis professus est (1734—52). Quum a nonnullis accusaretur, multa ipsum tradere in exponendis praesertim Gassendi et Cartesii sententiis a recta religione abhorrentia, ad suam defensionem edidit: *Institutiones philosophicae ac mathematicae* ad usum scholarum piarum, Florentiae 1731 t. 6 in 8., quorum ultimus est de mathesi; Bononiae 1741. 1742 t. 5; Venetiis 1743 t. 6 in 12. Postea edidit *institutiones methaphysicas* [1]), ib. 1754. In t. 5. suarum institutionum philosophicarum crisi subjecit Probabilismum. Hinc Franc. Hoffmann S. J. Pragae theologiae professor († 23. Jan. 1773) eum graviter aggressus est in *Fundamento universae philosophiae moralis,* Pragae 1749. Sed mox prodierunt *Vindiciae* pro P. Ed. Corsinio non minus acres, Coloniae 1751. Mortuo L. Muratorio mutinensis dux liberalissime ipsum invitavit qui in illius locum, praefecturam scil. bibliothecae, succederet; verum modeste illustre munus recusavit. Dum a. 1754 comitia ordinis generalia indicerentur, et ipse suffragator a provincia Hetruriae delectus Romam accederet, ob praeclaram scientiae virtutisque famam omnium prope consensu instituti praeses salutatus fuit. Quidquid temporis a muneris negotiis superfuit, diligenter studiis impendit, a quibus avelli nequibat. Expleto praefecturae sexennio peractisque comitiis pro successore deligendo, sine mora rediit ad academiam pisanam et ad studia intercepta. Dum orationem pro studiorum instauratione 1. Nov. 1763 admodum eloquentem haberet, repente apoplexi fuit perculsus. Aegre domum deductus, ibi quatriduo cum morte conflictatus est. Quinto die multis adhibitis remediis levari coepit atque praeter spem paulatim convaluit; omnesque jam vires impendit, ut opus de pisanae academiae ortu, progressu ac vicibus principis jussu biennio fere ante susceptum ad umbilicum perduceret. Iterum illum apoplexis invasit 27. Nov. 1765 reliquitque tribus ferme diebus sine sensu ac demum exstinxit. Vir non solum doctus erat, sed et virtutum ornatu insignis; gravis simul et comes, tantus in eo ordo et constantia et moderatio dictorum omnium atque factorum, ut probitatem et religionem prae se ferret et ad omne virtutis decus natus videretur.

64. Pleraque ejus opera in illustrandis antiquitatis, profanae praesertim, versantur monumentis, in quibus explicandis miram prodebat conjectandi sagacitatem [1]). Ea tantum indicabimus, ex quibus utilitas aliqua in chronologiam historiae sacrae et ecclesiasticae redundare possit: *Fasti attici* in pp. 2 et 4 vol. distributi, in quibus archontum atheniensium series, philosophorum aliorumque illustrium virorum aetas, atque praecipua atticae historiae capita per olympicos annos disposita describuntur novisque observationibus illustrantur, Florentiae 1744—56 t. 4 in 4., opus admodum eruditum et doctum, in quo data opportunitate graecorum scriptorum loca aut vitiata aut minime intellecta, aut mutilata industrie restituit, illustravit supplevitque [2]). Hujus op. veluti supplementum est:

[1]) Cf. supplementa ad nova A. E. lips. 1735 I, 218; II, 546 s.

[1]) Cf. Fabronius VIII, 68—136, et ex eo Horányi Script. schol. piar. I, 399—569.

[2]) Cf. *acta erud. lips.* 1751 p. 200. ss.; 1753 pag. 389—97, quae de hoc opere ita censent: »Nihil hic occurrit, quod sit festinatum, implexum, confusum. Lucernam redolent universa.«

Diss. quatuor agonisticae, quibus olympiorum, pythiorum, nemeorum atque isthmiorum tempus inquiritur ac demonstratur; accedit hieronicarum (i. e. victorum) catalogus editis longe uberior et accuratior [1]), ib. 1747. In extrema libri pagina exhibet seriem mensium macedonicorum, atticorum et duorum corinthiorum, quos cum romanis confert verumque eorum situm determinat. Adeo eruditae eae dissertationes sunt, ut Muratorius dicere soleret, posse eas per se solas aeternum nomen auctori comparare. *Notae Graecorum* sive vocum et numerorum compendia, quae in aereis atque marmoreis Graecorum tabulis observantur, collegit, recensuit, explicavit easdemque tabulas opportune illustravit [2]). Accedunt diss. 6, quibus marmora quaedam cum sacra tum profana exponuntur ac emendantur, ib. 1749 in f. Mille fere notas aut numerorum vocumque compendia exhibet, dum Maffei in op. gemino *de Graecorum siglis lapidariis* tercenta tantum enodat. *Plutarchi de placitis philosophorum ll. 5* latine reddidit, recensuit, adnotationibus, variantibus lectionibus, dissertationibus illustravit, ib. 1750 in 4., ed. admodum accurata et utilis, in qua recenset illustriores etiam sententias, quae propriae dicuntur recentiorum philosophorum, cum earum tamen manifesta appareant vestigia in Plutarchi libris. *De Minnisari aliorumque Armeniae regum nummis et Arsacidarum epocha* diss., Liburni 1754 in 4., in qua solide, sed modeste Usserii, Petavii, Norisii, Spanheimii, Vaillantii et Froelich sententiam, serius Arsacidarum imperium incepisse, refellit. Froelich quidem et Zaccaria nituntur sententiam suam iterum tueri, sed ad eorum exceptiones respondit Corsini in diss., in qua *dubia adversus Minnisari regis nummum et novam Arsacidarum epocham* a cl. E. Froelich S. J. proposita diluuntur [1]), Romae 1757 in 4; et pro eo alius in *Lettere critiche di un Pastore Arcade* (Caroli Antonioli) ad un Academico Etrusco, nelle quali si sciolgono le difficoltà fatte contro un' opera del rev. P. Corsini nel t. 9. (120—28) della Storia letteraria d'Italia, Pisae 1757 in 8. *Relazione dello scuoprimento e recognizione fatta in Ancona* dei sacri Corpi di S. Ciriaco, Marcellino e Liberio Protettori della Città e Riflessioni sopra la translazione (sec. XI.) ed il culto di questi Santi, Romae 1756. Eo in op. excussis antiquitatis monumentis quatuor anconitarum episcoporum nomina in lucem protulit, quae usque ad id tempus fuerant incognita; deque ipso Liberio postea fusius proposuit, quae in antiquitatis monumentis invenerat: *Notizie istoriche intorno a s. Liberio,* Anconae 1764 in 4. *De praefectis Urbis* sive series horum (usque ad a. DC) editis ineditisque marmoribus et collatis emendatisque innumeris veterum scriptorum locis exposita et constituta, qua supplentur fasti ed. a Panvinio, Boucherio, Contelorio, Ameloweenio etc. et augentur CXLIII praefectorum nominibus, et plura proferuntur, quae Pagii et Tillemontii errata corrigant, christianas antiquitates illustrent et legum romanarum interpretationi mirifice inserviant; additur diss. de praefectorum urbanorum origine, dignitate, imperio, jurisdictione, muneribus et de variis eorum ministris

[1]) Cf. A. E. lips. 1751 pag. 401—8.

[2]) Cf. prolixum conspectum eruditissimi op. in actis erud. lips. 1751 p. 385—401.

[1]) Cf. de utroque opere N. A. E. lips. 1758 p. 577—88, ubi in fine legimus: »Utrumque opusculum ob praestantissimae et uberrimae doctrinae copiam lectu et admiratione est dignissimum, utrumque optaremus iterata editione conjunctim in Germania publicari, utriusque auctoris merita pro eo ac par est suspicimus. Si tamen et nobis dicendae sententiae est locus, breviter sic censemus: quantum in literis exuberat, instruit, erudit Corsinius: tantum praecipit, castigat, admonet et cautionem necessariam exemplo docet Froelichius, cui ob usum et scientiam callentem nemo temere comparetur.«

et officialibus, Pisis 1763 in 4. Librum a censura injusta vindicat Cajetanus Marini edita *Difesa per la serie de' Prefetti di Roma* del ch. P. Corsini contro la censura fattale nelle osservazioni sul Giornale Pisano, in cui la detta serie si supplisce anche in assai luoghi e si emenda, Bononiae 1772 in 4. *Ep. ad cl. v. Paulum M. Paciaudum,* in qua Gotarzis Parthiae regis nummus hactenus ineditus explicatur et plura parthicae historiae capita illustrantur [1]), Romae 1757 in 4; Epistola *de burdigalensi Ausonii consulatu,* Pisis 1764 in 4., inserta etiam in A. E. lips. 1774 hac brevi praefatione: „Epistolam bonae frugis plenam tarde ad nos delatam integram lectoribus nostris malumus quam excerptam in manus tradere.“

65. Jeremias a Benettis O. Cap. dioecesis Montis regalis in provincia pedimontana († 1774), vir omnium disciplinarum genere excultus, auctor est duplicis operis admodum eruditi, imo classici: *Chronologia et critica historiae sacrae et profanae,* ubi de veterum populorum et urbium mensibus, annis, periodis, cyclis et epochis: miscellanea item multa de variarum gentium scripturis, transmigrationibus, sacerdotibus, templis, asylis, diis, ritibus, ludis, magistratibus et legibus, pro apparatu ad lectionem sacrorum librorum, Romae 1766 t. 6 in 4; *Privilegiorum in persona s. Petri romano pontifici collatorum vindiciae,* ib. 1756-66 t. 6 in 4. — Carolus Clémencet O. S. Ben. congr. S. Mauri, n. a. 1703 in oppido Painblanc dioecesis augustodunensis, vir eruditissimus, sed, quod dolendum, nimium factioni jansenianae addictus et societati Jesu infensus, operam suam contulit ad praecipua fere opera literaria suae congregationis [2]). Destinatus est qui ederet Photii bibliothecam et continuaret collectionem a Coustantio tam praeclare coeptam epistolarum romanorum pontificum, sed ab utroque opere destitit, continuavitque [1]) *Histoire littéraire de la France,* cujus t. 10. et 11. prodiit Parisiis 1756 et 1759; destinaverat pro t. 12: *Histoire des vies et des érits de s. Bernard et de Pierre le Vénérable,* quae dein seorsim prodiit Parisiis 1773 in 4; praecipue cum Durand prosecutus est opus a Mauro Dantine (IV [3], 1595) inchoatum, cui titulus: *L'Art de vérifier les dates* des faits historiques, des chartes, des chroniques et autres anciens monuments depuis la naissance de N. S. par le moyen d'une Table chronologique, où l'on trouve les années de J. Christ et de l'Ère d'Espagne, les Indictions, le Cycle pascal, les Pâques de chaque année, les Cycles solaires et lunaires etc. Avec un Calendrier perpétuel, l'Histoire abrégée des Conciles, des Papes, des Empereurs romains, Grecs, François, Allemands et Turcs; des Rois de France, d'Espagne et d'Angleterre, d'Écosse, de Lombardie, de Sicile, de Jérusalem etc., des Ducs de Bourgogne, de Normandie, de Bretagne; des Comtes de Toulouse, de Champagne et de Blois, Parisiis 1750 in 4., opus, ut ex titulo apparet, magnae eruditionis et utilitatis [2]), quod tamen ad limam revocavit, in pluribus emendavit, auxit, continuavit atque undequaque perfecit Franciscus Clément, de quo alias. Opus nostri auctoris impugnavit Patouillet, ut supra diximus p. 57, et merito, nam in narrandis et dijudicandis factis haud raro regitur spiritu factionis, ut non nemo

---

[1]) Cf. A. E. lips. 1758 p. 433—40.

[2]) Cf. Biogr. univ. IX, 13 s.; Tassin II, 374—83; Jungmann KL. III, 448.

[1]) Adjutorem habuit sodalem Claudium Franc. Maurum Jourdain Aurelianum († 20. Jul. 1782), cujus praeter alia est: *Eclaircissements* de plusieurs points de l'histoire ancienne de France et de Bourgogne ou Lettres critiques, Parisiis 1774 in 8., liber doctus et valde rarus.

[2]) Cf. J. des Sav. 153, 291—313; 155, 385—414; Tüb. Qtlschr. 1833 pag. 37 ss.

censuerit opus potius inscribendum esse L'art de vérifier les dates et de falsifier les faits. Curavit quoque praestantissimam (atque rarissimam) editionem *operum omnium s. Gregorii Naz.*, quam primum susceperat Jac. de Friche, Franc. Louvard inchoaverat, Prudentius Maranus praeparaverat, imo jam publice annunciaverat a. 1708; demum Clémencet, cooperantibus Patert, Andrea Brion Nanctensi († 29. Sept. 1781) et Dyonisio d'Olive, primum absolvit ediditque volumen a. 1778. In secundi voluminis editione adjutor ei datus est D. de Cosniac, qui lenior animo, at forte ingenio minor, pariter ad errores jansenianos videtur inclinasse. Hinc caute legendi, quando agitur de argumentis, circa quae versantur controversiae cum Jansenianis: secure tamen, cum agitur de linguae graecae peritia, de codicum vetustate, auctoritate et varietatibus, de vi et sensu verborum, de versionis proprietate ceterisque ejusmodi, quibus conflatur editionis ejusmodi labor. Sed dum pararet alterum editionis volumen decessit 5. Apr. a. 1778; illud demum edidit D. A. B. Caillau presbyter soc. misericordiae, Parisiis 1840 in f. Pro secta scripsit *Histoire générale de Port-Royal* depuis la réforme de l'abbaye jusqu'à son entière destruction, Amstelodami (Parisiis) 1755—57 t. 10 in 12; *la vérité et l'innocence victorieuses de l'erreur et de la calomnie:* Lettres à un ami sur la réalité du projet de Bourgfontaine, Coloniae 1758 t. 2 in 12; cum alio opusculo ejusdem argumenti. *Conférences de la M. Angélique* de S. Jean, Abesse de Port-Royal, Ultrajecti (Parisiis) 1760 t. 3. *Histoire générale des Écrivains de Port-royal,* qui contient la vie, le catalogue des ouvrages composés par les Solitaires qui ont habité ce célèbre désert, pour la défense de l'Église et sa doctrine; spécialement de la Grâce de J. C., de la Prédestination gratuite, de la Morale de l'Évangile, des Règles de la Pénitence, de la Hierarchie etc., avec les Éloges historiques des auteurs, la chronologie de leurs ouvrages, des remarques sur les principaux, le dénombrement des différentes éditions. Hujus op. t. 1 edidit Guettée Paris 1868, sed editio ultra non est progressa: complecti debuisset t. 6.

66. *Historiam ecclesiasticam* [1]) t. 26 in 4. Romae 1771 (fr. 100) narravit Caspar Saccarelli congr. Orat. Taurinensis, praefectus bibliothecae vallicellianae, erudite quidem, sed nimis prolixe minusque distincte, cum quaestionibus lectorem fatiget. — Historiam ecclesiasticam in compendium contraxerunt Sylverius a s. Theresia Seyer sch. p. Viennensis (n. 1687; † 6. Febr. 1764) provinciae praepositus, Viennae 1755 t. 5 in 8. (in quibus exhibetur conspectus historiae etiam profanae) — Ignatius Popp S. J. Olomucensis, historiae ecclesiasticae professor (n. 23. Jan. 1697; † 20. Oct. 1765), Olomucii 1755 in 4. — *Rudimenta historica* (historiae biblicae, ecclesiasticae et profanae) tomulis sex dedit Maximilianus Dufrène S. J. Landshuti n. 26. Jul. 1688, a. 25 confessionarius in aula bavarica († 6. Dec. 1765) Augustae V. 1729—49 saepius edita, nam adhibita fuere diu in scholis. Ea minime arriserunt protestantibus. Reliquit praeterea plura opuscula ascetica [2]). — Franciscus Morenas Avenionensis, quondam Ord. s. Francisci (n. 1702; † 1774), cujus est *Abrégé de l'Histoire ecclésiastique de Fleury* [3]), continuée jusqu'en 1750 t. 10 in 12; adversus quam scripsit Clémencet: *Lettre d'Eusèbe Philalèthe à M. Fr. Morenas* sur son prétendu

[1]) Cf. de fatis libelli *Veritas consilii Burgofontii initi* Fleurii H. E. cont. l. 249 § 18.

[2]) Cf. Sommervogel III, 263—70 et app. p. IV; IX, 263 s.

[3]) Cf. Feller VI, 499; Bi. un. 30, 139; Quérard VI, 311.

Abrégé, Leodii (Parisiis) 1753, quae ter prodiit, et Rolland: *Lettres d'un Magistrat à M. Fr. Morenas,* dans lesquelles on examine ce que dit cet auteur dans la continuation de son Abrégé . . . sur ce qui s'est passé en France dans les Tribunaux séculiers au sujet de la Constitution Unigenitus, 1754 in 12. *Dictionnaire historique portatif de la géographie sacrée,* ancienne et moderne; ouvrage utile pour l'intelligence de l'A. et du N. T. et de l'historie de l'Eglise, Parisiis 1759 in 8; *Dictionnaire portatif des cas de conscience,* Avenione 1759 t. 2 in 8; *Précis du résultat des conférences ecclésiastiques d'Angers,* ib. 1764 t. 4 in 12. — Alexius a s. Josepho Gabalowski schol. piar. Litomisliensis († 1775) praeter compendium historiae, Pragae 1755; 1767, etiam *controversias* ex quibusdam ss. evangelistarum necnon historiae ecclesiasticae locis universim CXX ab aliis sparsim et copiose pertractatas in summam redegit, ib. 1774. — Philippi Macquer, origine Scoti, parlamenti parisiensis advocati (n. 1720; † 27. Jan. 1770), est *Abrégé chronologique de l'histoire ecclésiastique,* Parisiis 1751 t. 2 in 8; 1757 ed. aucta. 1768 t. 3 in 8., epitome jejuna, cujus editiones posteriores janseniani suis erroribus infecerunt et cui Dinouart t. 3. spiritu sectae prorsus refertum adjecit; in linguam germanicam a J. B. Rauscher S. J. versa prodiit Viennae 1788 t. 3 in 8. — Huc referri possunt Bartholomaeus Polverelli, cujus exstat *Istoria delle persecuzioni fatte alla chiesa* dagl'Infideli, Venetiis 1775 t. 2 in 4. ed 2. — Petrus Jaubert socius academiae burdigalensis († c. a. 1780), qui exhibet *Anecdotes ecclésiastiques* contenant tout ce qui s'est passé dans les églises d'Orient et d'Occident, Parisiis 1772 t. 2 in 8.

67. Joannes Franciscus Baldini congr. Som., n. Brixiae 4. Febr. 1677, philosophiae et theologiae lector, suae congregationis (1748) vicarius generalis († 1765), illustravit annotationibus *vitas romanorum pontificum Anastasii bibliothecarii* in ed., quae cura Blanchinii Romae 1735 prodiit. — Josephus Piatti Venetus composuit *Storia critico-cronologica dei romani pontefici e dei generali e provinciali concilj,* Neapoli 1765—68 v. 13 in 4. opus indiligens. — Teyssier universitatis avenionensis decanus scripsit *Histoire des Souverains Pontifes,* qui ont siégé dans Avignon, Avenione 1774 in 4. — In Josephi de Hassia-Darmstadt episcopi augustani († 20. Aug. 1768) *basi historiae ecclesiasticae,* Augustae V. 1648, reperiuntur etiam vitae rom. pontificum. — Petrus Corgne canonicus suessionensis († c. 1777), quem clerus gallicanus pro insigni defensione jurium episcopalium (*Défense* des Droits des Evêques dans l'Eglise, 1763 t. 2 in 4.) pingui donavit stipendio, docte et solide scripsit Diss. théologique *sur la dispute entre le Pape S. Etienne et S. Cyprien,* Parisiis 1725 in 12; diss. *sur le Concile de Rimini,* 1732 in 12; diss. *sur le Pape Libère,* ib. 1726. 1733; 1736, quem lapsum esse negat. Eam recepit Zaccaria in collect. diss. H. E. II n. 32. Diss. *sur le Monothélisme* et sur le sixième Concil générale, 1741 in 12; *Mémoire* touchant les Juges de la foi, où on prouve que les Evêques seuls sont Juges de la foi, 1736 in 12. — Petrus Maria Busenello O. Theat. Venetus, successor celebris Facciolati in cathedrae logicae in academia patavina (1733), dein ss. canonum interpres (1739), disseruit *de Joanna papissa,* Patavii 1764 in 8; *de lapsu Marcellini,* ib. 1767; *de summi pontificis eligendi forma,* ib. 1758 in 8; cum additionibus, 1774 in 8; *de anno jubilaei,* ib. 1775 in 8; *de potestate conferendi jubilaeum et poenas superstites remittendi,* ib. 1751 in 4; *de rosa aurea* 1759 in 8. ed. altera; *de ecclesiastica jurisdictione,* ib. 1757 in 8; *de postremo conc. vernen-*

sis canone, ib. 1745 in 8. Obiisse dicitur 1766.

68. Jam ad eum veniamus, qui hac epocha omnium fuit celeberrimus deque Ecclesia atque re literaria optime meritus. Joannes Dominicus Mansi[1]) natus est 16. (sec. alios 17.) Febr. 1692 Lucae parentibus genere et nobilitate illustribus. Puero jam inerant memoriae vis prope singularis ardorque addiscendi mirus, necnon magna morum suavitas, ingenuitas et pietatis indoles egregia. Etsi natu major sexto decimo aetatis anno congregationis, quam clericorum regularium Matris Dei nominant, ineundae consilium cepit atque venia impetrata perfecit (1708). Dum studiis operam daret, scriptoribus in primis historiae ecclesiasticae perlegendis antiquitatisque monumentis perlustrandis diligentissime incubuit, satagens ut omnia quae antiquitatem illustrarent conquireret, et emendationes aut factorum aut temporum acriter introspiceret, ac recto criticae artis usu de genuinis, de suppositis, de incertis prudenter cognoscere assuesceret. Studiorum curriculo de more absoluto mox philosophiae, deinde theologiae morali tradendae applicitus fuit, qua in cathedra successor fuit celebris Roncagliae. Hujus magisterii primus fructus fuit: Tractatus *de casibus et excommunicationibus episcopis reservatis* confectus ad normam tabellae lucanae, Lucae 1724. 1739, quem librum acriter impugnarunt Concina (IV[3], 1625) et Mamachius, quasi laxioribus sententiis faveret. Adeo autem sua doctrina se probavit Fabio Coloredo archiepiscopo lucensi, ut is Mansium in curandis rebus sacris, in instituendis animarum rectoribus, in tota administranda dioecesi non adjutorem, sed quasi ducem habuerit. Interim Calmeti *glossarium biblicum* gallice editum latine vertit, et a pluribus quae irrepserant mendis purgavit, Lucae 1725, cum ejusdem supplemento 1731. Pari deinde studio et celeritate (quam ut adhiberet, aliena etiam opera usus nonnunquam est) ejusdem auctoris *prolegomena et dissertationes* in singulos s. Scripturae libros itemque *commentarium* in universam s. Scripturam latine vertit atque edidit Lucae 1729—38. Insuper recudit Jo. Burch. Menkenii *de charlataneria eruditorum declamationes* duas cum notis (suis tumultuariis, ut eas vocat, et) variorum, Lucae 1726, quas eruditi cum plausu exceperunt; Lud. Thomassini opus *de veteri et nova Ecclesiae disciplina* opportunis animadversionibus illustratum cum auctoris elogio, Lucae 1728 t. 3, quae editio saepius Venetiis fuit repetita.

69. Jam grandius opus aggressus est, novam scil. adornavit *ecclesiasticorum annalium Baronii* editionem una cum critica historico-chronologica Ant. Pagii singulis Baronii paginis adjecta ac eorundem annalium continuatione studio Od. Raynaldi (IV[3], 177), Lucae 1738—59 t. 38 in f. Notas adjecit eruditione plenas et animadversionibus utilibus refertas (quibus praesertim Raynaldi annales emendavit et

---

[1]) Alius a Josepho Mansi Orat. s. Philippi Nerii presbytero, qui collegit utilem et ditissimam *bibliothecam moralem praedicabilem,* Romae t. 4; Venetiis 1666 t. 5; 1735; 1739 t. 4; Moguntiae 1672 t. 5 in 4; Antwerpiae 1701 t. 4 in f., de qua cf. Mém. de Trév. 1718 II, 132—8; *Promptuarium sacrum et morale* h. e. discursus exegetici in omnes anni solemnitates et sanctorum occurrentium festa, prius italice Romae 1658 t. 4, Coloniae Agrippinae 1694 t. 4 in 1 v. in 4; *Aerarium evangelicum* h. e. evangeliorum totius anni elucidatio, Coloniae 1740 t. 3, prius italice Romae 1662 t. 2; *verus ecclesiasticus* vocationem suam cognoscendi avidus ll. 4, accessit l. 5. continens ss. missae expositionem historico-moralem, Ratisbonae 1732, prius italice Romae 1673, de quo cf. J. des Sav. 43, 34—38.

[2]) Cf. des Sav. 98, 74—92; Mém. de Tr. 1732 a. 39 p. 764—84.

perfecit), novis et adhuc incognitis conciliis (c. 60) suo loco interpositis, adnotationesque Dom. Giorgi (IV³, 1565), quae fastos consulares ab anno urbis conditae usque ad a. Christi 567 illustrant. Apparatum ad annales confecit ex plurium auctorum simul congestis opusculis, cui longam eruditamque praefationem praemisit appendicemque subjecit, ut lumen aliquod ad obscuriorem chronologiam sec. IV. Ecclesiae illustrandam afferret. Demum 3 t. indices adjecit. Dum huic operi insudaret, incidit in vetustissimum codicem tabularii canonicorum veronensium, cui innixus concilii sardicensis epocham triennio citius (a. 344), quam vulgo putabatur, statuendam esse censuit in op.: *De epochis conciliorum sardicensis et sirmiensium* ceterorumque in causa Arianorum: qua occasione rerum potissimarum s. Athanasii chronologia restituitur [1]), ib. 1746. Acrius quam par erat Mansi opinionem impugnat Mamachius O. Pr. in romano literatorum diario. Quare ille pro sua de anno habiti sardicensis concilii sententia ad Mamachium *assertionem alteram* scripsit, ib. 1749 in 8., cui Mamachius respondit: *De ratione temporum athanasianorum* deque aliquot synodis IV. sec. celebratis epist. quatuor, Romae 1748. Venetiis eo tempore *conciliorum collectio* cura Coleti (de quo mox) imprimebatur: Mansius plurima concilia in antiquis codicibus necnon epistolas et decreta rom. pontificum hactenus inedita repererat, adeo ut sex tomos replere potuerit: quae prodierunt tamquam *supplementum* illius collectionis, in quo additamenta, variantes lectiones, emendationes ad concilia ac decreta permulta exhibentur: omnia ex editis et msc. codd. undique quaesitis graecis latinisque collecta et digesta, additisque praefationibus historicis, criticis, chronologicis, dogmaticis illustrata [1]), Lucae 1748—52 t. 6 in f. Novam curavit editionem *historiae ecclesiasticae* Nat. Alexandri (IV³, 1180) cum animadversionibus Roncagliae (hujusque vita t. 3.), quibus novas easque selectas adjecit notas adversus Basnagium, Lucae 1749 t. 9 in f.; Bingii ad Rhenum 1785 t. 18 in 4., cum supplemento 1790 t. 2 in 4; Venetiis 1759. Post aliquot annos iterum edidit *historiam ecclesiasticam* Gravesonii, quam luculentis additionibus perpetuisque annotationibus illustravit et continuatione usque a. 1760 locupletavit, Venetiis 1762. Typis quoque dedit Jo. Alberti Fabricii (Lutherani) *bibliothecam latinam mediae et infimae aetatis* admodum utilem cum supplemento Christiani Schoettgenii e msc. editisque codd. correctam (circa mille in locis), illustratam et auctam; accedunt in fine vetera plura monumenta tum a Fabricio olim tradita, tum hic primo adjecta, Patavii 1754 t. 6 in 4; Florentiae 1858 t. 6 in v. 3 in 8. ed. emandata et aucta; Steph. Baluzii Tutelensis (IV³, 837) *miscellanea* novo ordine digesta et non paucis ineditis monumentis opportunisque animadversionibus aucta, Lucae 1761 t. 4 in f.; *theologiam moralem* Pauli Laymann (III³, 884) in epitomen redactam et nunc primum pluribus in locis expolitam, castigatam, auctam et frequentibus luculentisque animadversionibus illustratam; accedunt suis locis accommodatae egregiae omnes regulae in praxi observandae e theologia morali R. P. Const. Roncaglia, Patavii 1760 t. 2 in 1 v. in f.; A. Reiffenstuel (IV³, 929) *theologiam moralem* brevi simulque clara methodo comprehensam cum novissimis accessionibus PP. Kresslingeri et Kicki, Mutinae 1758; accedunt supplementa nunc primum edita, bullae

[1]) Cf. A. E. lips. 1748 pag. 329—36; Storia lett. d' It. I, 173.

[1]) Cf. A. E. lips. 1750 p. 241—51; St. Lett. I, 22; II, 5—10; III, 27—31; V 370—3.

scil. selectae Benedicti XIV. et epitome doctrinae moralis et canonicae, quam composuerat strictim et apto ordine ex operibus ejusdem sapientissimi pontificis. Quae postea *epitome* non paucis illorum operibus, qui de morum disciplina antea scripserant aut scripserunt postea, illustrandis in recentioribus editionibus appendicis instar adjecta fuit; seorsim prodiit Venetiis 1769.

70. Haec omnia tamen, licet ingentia molimina, laboriosissimo et infatigabili nostro editori non suffecerunt. Praecipua ejus consilia et maximi conatus alio prorsus spectabant. Novam conciliorum collectionem meditabatur, ad quam parandam longa et difficilia itinera ingredi minime dubitavit, ut bibliothecas nobilissimas praesens perlustraret, et quae ad rem pertinerent inedita aut varias cod. lectiones recognosceret atque recenseret. Accessit casinense monasterium, petiit Vindobonam, Romam iterato se contulit (1756). Nullus eum deterruit labor, difficultas nulla retardavit aut impedivit, quominus constanter atque enixe in incoepto perseveraret et acutius omnia inspiceret, nec quidquam negligeret, quo in suo genere perfectum absolutumque reddi opus posset. Prodiit Florentiae 1759 t. 1. inscriptus: *SS. conciliorum nova et amplissima collectio,* in qua praeter ea, quae Ph. Labbeus et G. Cossartius S. J. et novissime Nicolaus Coleti in lucem edidere, ea omnia insuper suis in locis optime disposita exhibentur: editio novissima a P. Mansio potissimum favorem etiam et opem praestante em. card. D. Passioneo aliisque eruditissimis viris manus auxiliatrices ferentibus curata, novorum conciliorum novorumque decretorum additionibus locupletata ad msc. codd. vaticanos, lucenses aliosque recensita et perfecta. Accedunt etiam notae et diss. quam plurimae, quae in ceteris editionibus desiderantur. Apparatus instar praemisit Salmonis (IV^3, 1196) opus utile, accuratum et criticum *de methodo studendi conciliis* latine versum notis additionibusque auctum. Tomum primum secuti sunt vivente Mansio alii 14, post ejus mortem 16, omnes simul 31 (t. 30. est rarus, rarissimus 31.); sed dolendum eam collectionem nimis festinanter, parum critice, minus accurate fuisse adornatam, non esse absolutam nam non pertingit nisi ad medium sec. XV., neque satis diligenter a mendis emundatam, atque deesse indices[1]). Modo ea Parisiis iterum inprimitur t. c. 50.

71. Inter hos labores nulli eorum, qui eum frequentes adibant, denegabat aditum, confessiones in templo excipiebat, catecheses et conciones ad populum persaepe habebat. Defuncto archiepiscopo lucensi senatus ipsum in archiepiscopum elegit, quam electionem Clemens XIII. probavit (1765). Ut pro pastoralis officii onere tempori et necessitati serviret, a scriptione et studiis ipsum cessare oportuit; subcisivas tamen aliquoties, cum licuit, horas conciliorum collectioni raptim impertivit. Laboribus demum exhaustus decessit 27. Sept. 1769. Ingens sui desiderium cunctis reliquit: comis enim semper erga omnes fuit omnisque officii diligentissimus, victu parcus, cultu modestus, vultu hilaris, ingenuis moribus, a quavis vel minima ambitione alienus, erga pauperes liberalis; de omni hominum ordine, de omni sacrarum praecipue disciplinarum genere optime meritus. Praecipua ejusdem opera[2]) jam laudavimus, quibus haec alia addantur:

[1]) De ea accurate disserit H. Quentin J. D. Mansi et les grandes Collections Conciliares. Etude d'histoire litteraire suivie d'une correspondence inédite de Baluze avec le Card. Casanate et des lettres de P. Marin, Hardouin, Lupus Mabillon et Montfaucon, Paris 1900, quo ex op. aliqua exhibet Katholik 1900 II, 427—37.

[2]) Cf. plura de ejus vita et operibus in commentario praefixo t. XIX *collectionis concil.*, cujus epitomen exhibet nova biblio-

Diario sacro antico e moderno delle chiese di Lucca composto già da un Religioso della Congr. della Madre di Dio (Gabriel Grammatica), riveduto ed. accresciuto [1]), Lucae 1753 in 8. Prodierat hoc opusculum jam a. 1734 et 1736, cui editioni adjecit Mansi *Dissertazioni* in difesa del primato nella Cristianità di Toscana della Chiesa di Lucca. In ipso l. plura afferuntur ex antiquioribus monumentis deprompta, quae peculiares liturgias ecclesiae lucensis exprimunt et episcoporum chronologiam illustrant. Pii II. P. M. olim Aeneae Silvii Piccolomini Senensis *orationes politicae et ecclesiasticae* (18) ex msc. codd. fere omnes nunc primum eruit; reliquas hinc inde dispersas collegit et ad msc. codd. recensuit, argumentis, adnotationibus et praefatione exornavit, atque appendice aliarum Pii II. lucubrationum ineditarum auxit [2]), 1755 t. 2 in 4; *Memorie della gran contessa Matilda* restituita alla Patria lucchese da Franc. M. Fiorentini, seconda ed. illustrata con note critiche e con l'aggiunta di molti documenti appartenenti a Matilda ed alla di lei casa, Lucae 1757 in 4; *de insigni codice Caroli M. aetate scripto* et in bibliotheca majoris ecclesiae lucensis servato commentarius, inter opuscula P. Calogerà t. 45. p. 73—222. Apposuit quoque animadversiones nonnullas *Dictionario encyclopedico gallico* Lucae recuso ad ea loca, in quibus dogma catholicum declarandum aut ab erroris suspicione vindicandum esse, videri poterat: quas tamen persequi desiit, cum non satis probari omnibus, praesertim Clementi XIII., suam operam intelligeret.

72. Dominico Mansi addimus Nicolaum Coleti presbyterum venetum (n. 1680, † 1765), qui cum fratre Sebastiano [1]) curavit novam editionem *Italiae sacrae* Ferdinandi Ughelli (IV^3, 209) emendatam [2]), auctam et continuatam (non tamen satis a mendis typographicis expurgatam), Venetiis 1717—33 t. 10 in f.; et *Sacrosancta concilia* (usque ad a. 1727) ad regiam ed. exacta, quae olim quarta parte prodiit auctior studio Ph. Labbei et G. Cossartii, nunc vero integre insertis St. Baluzii et J. Harduini additamentis, plurimis praeterea undique conquisitis monumentis, notis insuper ac observationibus, firmiori fundamento conciliorum epochas praecipue fulcientibus, longe locupletior et emendatior, ib. 1728—33 t. 21 in f., quibus accedunt t. 22. *apparatus primus* 1733, et t. 23. *apparatus secundus* 1738, ex collectione labbeana nonnihil auctus [3]). Complexus est Coletus hac collectione quidquid boni et utilis in praecedentibus collectionibus reperierat, omnium priorum editorum notas, animadversiones, dissertationes, illustrationes etc., ut ditissimum conciliorum thesaurum exhiberet, sed mox Mansi, ut vidimus, supplementum t. 6 addere potuit (quocum 1000 fr.). *Monimenta ecclesiae venetae s. Moysis* ex ejus tabulario deprompta, ib. 1758 in 4. Auxit quoque *cremonensium episcopo-*

theca ecclesiastica friburgensis 1, 62—84; Fabronius XIX, 174—213 (etiam in ed. Bibl. mediae et inf. latinit. Fabricii, quae prodiit Florentiae 1858 t. 1); Sarteschi, de scriptoribus congr. cleric. reg. Matris Dei; Zatta Commentarius de vita et scriptis J. D. Mansi, Venetiis 1772.

[1]) Cf. St. Lett. VIII, 430.

[2]) Cf. ibid. XIII, 291—3.

[1]) Sebastianus cum Albrizzi opus utilissimum quoque typis impressit inscriptum: *Thesaurus ecclesiasticus antiquitatis et sacrae et profanae eruditionis*, in quo diss., tractatus, diatribae praeliminares aliaque praestantia monumenta, quae a J. Bollando ceterisque S. J. hagiologis antwerpiensibus in omnibus fere de actis ss. voluminibus conscripta sparsim occurrunt, nunc primum conjunctim edita exhibentur, Venetiis 1751 in f. de quo cf. St. Lett. d'It. III, 353—73. Distingui debet hic Coleti a Jac. et Jo. Dom. Coleti fratribus SJ., de quibus infra.

[2]) Cf. A. E. lips. 1719 p. 137—9.

[3]) Cf. A. E. lips. 1729 p. 49—58; 1731 p. 201—8; 1732 p. 193—205; 1733 p. 529-38; 1734 p. 293—308; 1735 p. 346—9.

rum seriem ab Ughellio primum contextam, quam deinde Zaccaria restituit, emendavit pluribusque ineditis documentis locupletavit, adjecta diss. de Cremonae origine, amplitudine, veteribus aedificiis, caede, instauratione deque catholicae fidei et episcopalis sedis apud Cremonenses principiis; menologium quoque SS., quorum reliquiae in cremonensi patrum S. J. ecclesia asservantur, annotationibus illustratum ac tandem triplex calendarium cremonensis ecclesiae ex totidem msc. codd. erutum et animadversionibus explicatum[1]), Mediolani 1749 in 4. — Hermannum Scholl S. J. Confluentinum (n. 1706; † 1768) collectionem conciliorum Germaniae a *Schannat* coeptam et ab *Hartzheim* continuatam tribus tomis 6—8. Coloniae 1764—1769 auxisse jam diximus IV[3], 1518.

73. De *historia ecclesiastica* integrarum *nationum* vel *regionum* viri plures iique subinde eruditissimi meruerunt. Marcus Hansiz S. J. Carinthius n. 25. Apr. 1683, postquam philosophiam Graecii (1713—17) docuit, totum se studio historiae, qua maxime delectabatur, impendit; variasque propterea lustravit bibliothecas et archiva non solum Viennae sed et per Austriae provincias. Italia sacra Ughellii a Coleto iterum edita occasionem dedit, ut Hansizius, impulsu praesertim Joan. Benedicti Gentilloti, bibliothecae caesareae praefecti, consilium ceperit componendae Germaniae sacrae, cujus scopus esset, ut ipse in praefatione t. 1. testatur, »laudare Deum et sanctos, viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua, quibus posteri salutem ferimus acceptam; efferre in lucem praeclara pontificum exempla, religionis initia, progressum, casus, hostes, defensores; suscitare memoriam fundatorum, aliorumque virorum misericordiae, quorum pietates non defuerunt etc.« Prodiit opus inscriptum: *Germaniae sacrae* t. 1. metropolis lauriacensis cum episcopatu pataviensi chronologice proposita, Augustae Vind. 1727 in f.; t. 2. archiepiscopatus salisburgensis chronologice propositus[1]), ib. 1729, opus eruditum et accuratum, laudanda ingenii sagacitate, sinceritate et crisi conscriptum, vel a protestantibus recentioribus collaudatum. Interim Romam profectus est, ut ibidem tabularia scrutaretur, quo in itinere maximos illos omnis eruditionis ecclesiasticae viros Muratorium et Maffejum invisit. In patriam redux (1731) sollicite tomo tertio de episcopatu ratisbonensi componendo institit innumeraque monumenta collegit, quae plura collectaneorum tomos (13) implent (qui in bibliotheca caesarea asservantur), sed nonnisi illius perfecit *prodromum* seu informationem summariam de sede antiqua ratisbonensi innovantem omnia necnon salisburgensem et frisingensem plenius illustrantem, Viennae Austriae 1755 in f. (m. 70). Adversus ejus sententiam de fratribus Ruperto et Trutperto deque aetate episcopatus salisburgensis (toto seculo recentiore quam plures tuebantur), scripsit celeber Bern. Pez epistolam, in qua *acta s. Trutperti M.* publici juris facit illamque refellere nititur (cf. IV[3], 1144); cui opposuit Hansiz modestissimam *responsionem super vita s. Trutperti M.* in Brisgavia

[1]) Cf. A. E. lips 1752 p. 448—55. St. letter. d'It. I. 158—63.

[2]) Hieronymus Forchondt S. J. Viennensis (n. 1701; † 19. Febr. 1768) *Historiam regni Hungariae* ab a. 1601—1637 narrat Tyrnaviae 1737 in f.

[1]) A. E. lips. 1729 p. 193—8, ubi inter alia legimus: »Historia, quam recensuimus, laureacensis lectores satis superque docebit, labores Hansizii doctos non modo, sed assiduos quoque esse atque elegantes. Res laureacensium, temporum injuria pene deletas, ab oblivione vindicat, chronologiam frequenter emendat; Bruschii Hundique rationes saepius sub examen vocat et candide satis notat« etc. Cf. Duhr Zeitschrift f. k. Th. XIII (1889), 80.

ex cod. Zwifaltensi productam [1]), ib. 1731 in 4. Neque haec controversia literaria vel minimum turbavit amicitiam inter doctissimos hos viros. Diuturniorem controversiam excitavit ejus de episcopatus ratisbonensis origine et aetate sententia cum sodalibus monasterii ad s. Emmeranum, cujus occasione tria adhuc edidit scripta, inter quae etiam *illustrationem apologeticam* prodromi episcopatus ratisbonensis, ib. 1734 in 4. (cf. IV[3], 1552). Verum per aetatem non amplius licuit Hansizio opus semel coeptum ulterius prosequi, neque sodalibus appropinquante jam ea tempestate, quae societati Jesu excidium attulit. Episcopatum tamen neostadiensem a se elaboratum cessit doctissimis patribus benedictinis s. Blasii, qui saltem ex parte opus ab ipso coeptum continuarunt; de qua continuatione alias. Decessit[2]) optimus vir 5. Sept. 1766 a. aetatis 84. Post ejus mortem prodierunt *Analecta* seu Collectanea pro historia Carinthiae continuanda, Klagenfurt 1782; plenius Nürnberg 1793.

74. Franciscus Rzepnicki S. J. Polonus (n. 10. Sept. 1710; † 1780), archivorum praefectus [3]), auctor est operis admodum accurati: *Vitae praesulum Poloniae et magni Ducatus Lithuaniae,* res praecipuae illorum temporibus gestae ad a. 1760, origo ecclesiarum cathedralium 4 ll. comprehensae, Posnaniae 1761—63 t. 3 in 8. — Georgius Papanek parochus olasziensis disseruit *de regno regibusque Slavorum* [1]) atque cum prisci civili et ecclesiastico tum hujus aevi statu gentis slavae, Quinque-Ecclesiis 1780 in 4. Hoc opus compendiavit Georg Frandly illustravitque Georgius Szklenar S. J. (n. 28. Febr. 1745; † 30. Jan. 1790), Tyrnaviae 1793. — Joannes Carolus Rohn O. reg. crucig. Bohemus (n. 21. Jun. 1711; † 28. Nov. 1779) coepit colligere antiquitates ecclesiarum, capellarum et monasteriorum, aliarum aedium sacrarum districtus boleslaviensis et in parte Lusatiae superioris, districtus curimensis et comitatus glacensis, Pragae 1774 in 4; districtus zatecensis, ib. 1775 in 4; districtus lazaviensis, ib.; reginohradecensis, ib. 1777 in 4. — Daniel Farlati S. J. n. 22. Febr. 1690 in oppido St. Daniel in Foro Julio (Friaul), Romae s. theologiae operam dedit, qua absoluta socius adjunctus est Philippo Riceputi foroljuliensi, qui consilium ceperat conscribendae historiae ecclesiasticae illyricae jamque prospectum ediderat Illyrici sacri Patavii 1720. Postquam per 20 annos immensam supellectilem literariam (300 vol. msc. comprehensam) collegerant, decessit Riceputi a. 1742, totusque labor recidit in Farlati, qui socium operis adhibuit sodalem Jacobum Coleti. Prodiit demum opus inscriptum: *Illyrici sacri* t. 1. ecclesia salonitana ab ejus exordio usque ad sec. IV. aerae christianae, complectitur autem prolegomena historica, geographica, chronologica ad historiam Illyrici sacri atque ecclesiae salonitanae, Venetiis 1751 in f.; t. 2. ecclesia salonitana a IV. sec. aerae christianae usque ad excidium Salonae; accessere vita Diocletiani imp., acta SS. ex ejus genere et marmora salonitana (a Fr. A. Zaccaria in ordinem digesta ac brevibus

[1]) Prodierunt in Westenrieder, *Beiträge zur vaterländischen Historie, Geographie, Statistik* etc. Monachii 1785—1806 II, 30—50 aliae *tres ep.* Hansizii antea ineditae de eodem argumento. Cf. Sommervogel IV, 74—78.

[2]) Cf. plura de ejus vita et libris editis ineditisque in Commentario accurato Henrici Hermann, qui exstat *Neue theol. Zeitschrift* ed. Pletz, Viennae 1734 I, 13—33 et 161—182.

[3]) Cf. Wurzbach 27, 337.

[1]) Historiam veteris Moraviae sub Marcomannis et dein sub Slavis narrat Marianus Ulmann O. Praem. in canonia hradicensi, eloquens concionator (n. 1694; † 1765) Olomucii 1762 pp. 2. in f.

observationibus illustrata), ib. 1753; t. 3. ecclesia spalatensis olim salonitana, ib. 1765; t. 4. ecclesiae suffraganeae metropolis spalatensis, ib. 1769; t. 5. ecclesia jadertina (Zara) cum suffraganeis, ib. 1775, cui praemissa est vita Farlati. Dum editionem hujus t. curaret decessit Farlati 25. Apr. 1773 a. aetatis 84; prodiit cura Coleti, cujus diligentiae debemus reliquos tres tomos: t. 6. ecclesia ragusina cum suffraganeis et ecclesia rhiziniensis et catharensis, ib. 1800; t. 7 ecclesia diocletiana, antibarensis, dyrrhachiensis et sirmiensis cum earum suffraganeis, ib. 1817, et 8. ecclesia scopiensis, sardicensis, marcianapolitana, achridensis et ternobensis cum earum suffraganeis (qui est solius Coleti) cum appendice de responsis Nicolai I. ad consulta Bulgarorum et de Simeone rege Bulgariae et martyrologium illyricum, ib. 1819, opus laboriosissimum, exquisitae eruditionis, rarum admodum et carum (integrum m. 1500). De eo ita censent A. E. lips. 1759, 593: »Magni opus ingenii, multi laboris, copiosae doctrinae, plurimi in historia ecclesiastica usus nostris lectoribus indicamus . . . Toto quidem in opere elucet amabilis quaedam modestia, sibi plerumque diffidens, multa lectorum arbitrio relinquens, non plus novis ut opinionibus concedatur postulans, quam rationes et conjecturae, quibus res quaeque suffulciatur, mereantur, saepissime suam assensionem cohibens et rem relinquens in medio. Est denique scribendi genus satis elegans et quod veterum auctorum diligentem lectionem redolet;« et p. 635: »Haec de Farlati labore, quem eximium et praeclarum totum fere per opus elucere, intelleximus. Nihil hic fortasse aliud quam nimiam copiam reprehendas [1]).« Aliud ejusdem opusculum (posthumum) est: *Artis criticae inscitia antiquitati objecta* l. singularis, annotationibus Coleti illustratus, ib. 1777 in 4. adversus artis criticae principia statuta a Baillet, Dupin etc., quorum errores plures patefacit Farlati.

75. Non minus eruditus, laboriosus et accuratus fuit Flaminius Cornelius (Cornaro, Corner), senator venetus (n. 4. Febr. 1693; † 27. Dec. 1778), vir pius, comis, inexhaustae beneficentiae erga pauperes, cujus exstant opera plane pretiosa: *Ecclesiae venetae et torcellanae antiquitates* monumentis nunc etiam primum editis illustratae [1]) et in decades distributae cum supplementis et indicibus [2]), pp. 24 in v. 9, Venetiis 1749 in 4. opus rarissimum, quod in compendium contraxit et italice edidit, Patavii 1748 in 4; *Creta sacra* seu de episcopis utriusque ritus graeci et latini in insula Cretae; accedit series praesidum venetorum illustrata, Venetiis 1755 t. 2 in 4; opus rarum [3]); *hagiologium italicum,* Bassani 1773 t. 2 in 4; *Flos sanctorum italicorum,* Venetiis 1775 t. 2 in 4., rarum, alia forte prioris op. editio. Propter insignem Cornelii eruditionem et de ecclesia praesertim patria merita clerus venetus nummum ejus honori cudit et Benedictus XIV. ipsum prolixa epistola honoravit, quae prodiit [4]) Romae 1753 in 4. *Opuscula quatuor* quibus illustrantur gesta b. Franc. Quirini, patriarchae gradensis, Venetiis 1758 in 4; ad A. L. Muratorii rerum italicarum scriptores t. 8. *appendix,* Venetiis 1758

[1]) Cf. Storia Lett. d'It. 4, 107—16; 8, 405—18; Bi. un. 63, 543; Faber zur Entstehung des Illyricum s., 1895.

[1]) Non diu postea Zinelli collegit *Notizie ecclesiastiche di Venezia* 1796.

[2]) Cf. St. Lett. d'It. 1, 163—67; 2, 259-65; 3, 450—6; 4, 123—6; 5, 651—60; 6, 584—86; 7, 553—7; 8, 428—30; 9, 436—43; 10. 562—66; 12, 426—8; 13, 386—8.

[3]) Cf. ib. 13, 367—71.

[4]) De qua cf. A. E. lips. 1757 p. 97-100. Cf. Ans. Costadoni *Memorie della vita di Fl. Cornaro,* Bassani 1780 in 8: Biogr. univ. 9. 604.

in 4; *Catharus Dalmatiae civitas* in ecclesiastico et civili statu documentis illustrata; accedit episcoporum methonensium et coronensium series expurgata, Patavii 1759 in 4. — Petrus Paganetti edidit *Della istoria ecclesiastica della Liguria* descritta e con dissertazioni illustrata, proh. 29. Aug. 1774.

76. Joannes Lami plura collegit ad illustrandam Etruriam sacram in op. *Sacrae ecclesiae florentinae monumenta,* quibus notitiae innumerae ad omnigenam Etruriae aliarumque regionum historiam spectantes continentur, Florentiae 1758 t. 3 in f. Natus est Lamius 9. Febr. 1697 in oppido, cui nomen Sancta Crux haud multum distans a Florentia. Studio mathesis, historiae, literarum graecarum et juris in primis, se dedit, nec mediocrem sibi comparavit eruditionem. Aliquamdiu judicis munere perfunctus est, sed mox ad mansuetiores musas rediit. In apathistarum, ut dici solebat, academia de multis variisque argumentis disserebat. Cum Joanne Luca Pallavicino, cujus bibliothecae praefuit, Germaniam peragravit, ex quo itinere magnam percepit utilitatem sive bibliothecas, sive musea sive doctos viros invisens: praesertim ex bibliotheca vindobonensi plura in rem suam seposuit. Postea in Galliam solus secessit, pecuniae vero defectu in Italiam remeare cogitavit: sed nimio desiderio aestuans novas visendi terras nomen militiae in cohorte itala, quae in Belgio degebat, dedit (1729). Captus Lutetiae pulchritudine et abundantia rerum, quae ad disciplinarum artiumque cultum conducunt, per Etruriae legatum solutionem a militiae sacramento impetravit, totumque se dedit studio rei numismaticae, diplomaticae et chronologicae. Post biennium per Bataviam ad suos remeavit ineunte vere a. 1732. Vinc. Maria Riccardi senator eum praefecit suae bibliothecae, curavitque ut muneri praeesset docendae ecclesiasticae historiae in lyceo florentino, quam cathedram rexit ad mortem usque. Interim adversus Jo. Clericum disseruit *de recta patrum nicaenorum fide,* Venetiis 1730; Florentiae 1770 ed. auctior et emendatior, quam dissertationem post aliquot annos secuti sunt *de recta christianorum in eo quod mysterium divinae Trinitatis attinet sententia* ll. 6, Florentiae 1733 in 4., quo in opere obscuro et indigesto (secundum Zaccaria in annot. ad Petavium de Trinit. I, 1 n. 3) inquirit, quam de Trinitate notitiam habuerint Hebraei, quid ab iis hauserint Aegyptii et Chaldaei aliique orientis populi; unde Plato didicerit quae de Deo, de Verbo, imo et Trinitate secundum plures effatus est; qua in re ab eo veteres christiani dissenserint, ac demum quid hi divinitus instructi constanter retinuerint nobisque retinendum docuerint [1]). Offendit quosdam inscriptio l. 5 c. 10 de Joannis evangelistae rusticitate et imperitia. Quibus ut responderet opus vulgavit a. 1738 inscriptum *de eruditione apostolorum* l. singularis, quo totum id complexus est quod conducere posse videbatur ad probandum apostolos eorumque sectatores fuisse imperitos omnisque rei literariae rudes ignarosque. Qua occasione judicat de stilo scriptorum N. T. deque codicibus, qui Florentiae exstent [2]). Plures hoc opus sunt aggressi, ita anonymus quidam sex editis literis [3]), et

[1]) Cf. A. E. lips. 1739 pag. 400—6.

[2]) Cf. Bibliothèque raisonnée 22, 243—78; A. E. lips. 1740 p. 110—3.

[3]) Tribuuntur hae literae *(Lettere di Atromo Traseomaco* Calabrese all' Autore del Testamento Politico sul L. de eruditione ap., Venetiis 1741 in 8) Hieronymo Lagomarsini S. J. Genuensi (n. 30. Sept. 1697; † 18. Maj. 1773) ob stilum latinissimum ubique celebri literisque humanioribus cultissimo, quas plurimis etiam scriptis illustravit, et quem Benedictus XIV. magni fecit. Cf. Sommervogel IV, 1364—75; Caballero bibl. script. S. J. suppl. 1, 169; in primis Mazzolari de vita et studiis H. L. Venetiis 1801.

Alamannus Antonius Pecchioli in tr. *peregrinarum recentiumque quaestionum* occasione accepta a singulari l. de eruditione apostolorum et a commentario de recta christianorum in eo quod mysterium div. Trinitatis attinet sententia, Venetiis 1748 in 8. Illis respondit Lamius *binis ep.* a. 1742, huic occurrit acrius quam par est *Esame di alcune asserzioni* del S. Ant. Alamanno, quod prius prodiit in *Novellis florentinis*, dein in unum l. collectum [1]), Florentiae 1749 in 12; neque enim molliter solet Lamius suos adversarios tractare, ut liquet. ex cap. ult. op. de eruditione apostolorum, quod inscribit: De meorum calumniatorum rusticitate et imperitia. Ut vero omnibus responderet novam curavit editionem inscriptam: *De eruditione apostolorum* l. singularis, in quo multa, quae ad primitivorum Christianorum literas, doctrinas, scripta, placita, studia, conditionem, censum, mores et ritus attinent, exponuntur et illustrantur; critice sacra juvatur et promovetur; Prima b. Pauli Ap. ad Corinthios ep. passim edisseritur, plura proferuntur inedita, atque diss. quaedam interseruntur, ut de re vestiaria christiani hominis primitivi; de artibus, opificiis et ministeriis veterum christianorum; de nobilitate, dignitatibus, muneribus et honoribus primitivorum christianorum, de doctrina et eruditione eorundem; de scriptione ipsorum, de codicibus mss. N. F., qui in bibliothecis florentinis asservantur, Florentiae 1766 in 4.

77. Ex eo tempore, quo Florentiam remigraverat Lamius, consilium cepit in lucem edendi multa quae latebant in bibliothecis antiquitatis monumenta, ex quo fructus uberes pro iis, qui rei diplomaticae operam dabant, sperabat. Inscripsit collectionem *Deliciae eruditorum* seu veterum ἀνεκδότων opusculorum collectanea [1]), cujus t. 1. Michaelis Glycae graeci schismatici epistolas quasdam complectens prodiit Florentiae 1736. Praebuit et hic tomulus acri concertationi occasionem, nemini enim impune Lamium carpere licebat. Secuta sunt illum usque ad a. 1769 volumina alia 17, proinde simul 18 in 8. Multa utilia et ad eruditionem spectantia in ea collectione reperiuntur, ut historiae pontificum, Nicetae heracleensis in ep. 1. ad Corinthios enarrationis p. 1; catalogus graecus codd. msc. etc. Ut liberius posset sua defendere, nova in medium afferre, aemulos et adversarios vexare, quod copiose et acriter faciebat, hominum ingeniosorum studia ad communes utilitates excitare etc., condidit *Novelle Letterarie,* ib. ab a. 1740—70 t. 30, quo in opere socios laboris habuit Jo. Pamphilum Gentili, Ant. Franc. Gori, Joan. Targioni et Barth. Biamucci, qui tamen, cum vidissent rem esse periculi plenam, post triennium recesserunt. Immortuus est 5. Febr. 1770 magno operi, quod mente conceperat et ad historiam spectabat omnium Orientis ecclesiarum, initio ducto ab iis temporibus, quae post concilium florentinum consecuta sunt. Laicus semper mansit vitamque duxit exemplarem. Egenos supremis tabulis heredes ex asse instituit bonis omnibus. Vir certe erat eruditus, laboriosus, cui cordi erat promovere literas, excitare juniorum ingenia eosque etiam consilio et opera juvare, sed acerbioris animi: unde turbis literariis haud laudandis praebuit occasionem. Alia ejusdem opera sunt [2]): *Lezioni*

[1]) Cf. Storia Lett. d'It. 1, 41—3. Etiam Gottlieb Camentz edidit *de dono linguarum et eloquentiae* cum primis Ecclesiae doctoribus communicato, in primis contra J. Lamium commentationem, Fridericostadii in 4., de qua cf. A. E. lips. 1758 p. 648—50.

[1]) Cf A. E. lips. 1742 p. 511—15; St. Lett. d'It. 10, 345—47; 12, 470—82.

[2]) Plura praetermittimus, quae ad nos non spectant. Cf. de ipsius vita atque

(18) *d' Antichità toscane* t. 2, Florentiae 1766, quae ad antiquitates etruscas referuntur, ex quibus quatuor complectuntur errores Paterinorum de catholica religione male sapientium, remedia ad eos sanandos vel coercendos adhibita, factiones inde ortas etc.; *Atti del Martirio di s. Genesio romano* nell' Originale latino e col volgarizzamento allato, illustrati con note ed osservazioni [1]), ib. 1751 in 8. Curavit etiam novam admodum eruditam editionem operum Meursii [2]) t. 12 in f., Florentiae 1741—63. *Memorabilia italorum eruditione praestantium* (53), quibus vertens seculum gloriatur, ib. 1742—8 vol. 2 in t. 3; *chronologia virorum* eruditione praestantium a mundi ortu usque ad sec. christianum XVI. deducta, Jo. Lamii juvenilis et itineraria lucubratio, opus posthumum, ib. 1770 in 8; *catalogus codicum* msc., qui in bibliotheca riccardiana Florentiae servantur, Liburnii 1756 in f. Reliqua quoque sunt 40 vol. epistolarum, quas scripserat vel acceperat a viris eruditis.

78. Mentione dignissimus est Henricus Florez O. S. Aug., in sacra doctrina, historia, re antiquaria, arte critica celebratissimus. Natus is est in oppido Villadiego dioecesis burgensis ex nobilibus parentibus 14. Febr. 1701, secundum alios 21. Jul. 1702. Adolescens optima indole atque raro ingenio erat praeditus. Cum quadam die coenobitarum choro interesset atque illa Completorii verba (Ps. 4, 3) audisset: *Filii hominum usquequo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem et quaeritis mendacium?* statim interiori Dei voce ad monasticam vitam amplectendam vocatum se sensit: cui vocationi reluctantibus licet parentibus constanter paruit (1718). Salmanticae theologiae operam dedit tanto profectu, ut inter 40 condiscipulos parem non habuerit. Fuit regalis complutensis collegii rector, ejusdem universitatis theologiae doctor (1729) atque professor, academiae regiae socius, censor necnon visitator bibliothecarum ex parte s. inquisitionis, atque apud sodales provinciae praepositus. Humilitatis studio episcopalem dignitatem recusavit. Decessit piissimus vir 5. Maji 1773. Praecipuum ejusdem opus [1]) est: *España sagrada.* Theatro geográfico-histórico de la Iglesia de España. Origen, divisiones y terminos de todas sus provincias. Antigüedad, traslaciones y estado antiguo y presente de sus Sillas en todos los dominios de España y Portugal, Matriti 1747 t. 1., 1754; quem ad a. 1775 secuti sunt alii t. 28 in 4; t. 1—27 iterum prodierunt 1755—1824. T. 1. continet clavem geographicam et geographiam ecclesiasticam patriarchatuum cum origine dignitatum pontificiarum contractam ad ecclesiam hispanam, divisiones item provinciarum, quae olim in Hispania locum habuerunt. T. 2 chronologiae est distinatus [2]) et aliquot vetera chronica complectitur; 3. occupatur in ipsis originibus Ecclesiae et praedicatione apostolorum, in consti-

operibus Fabronius 16, 271—328 et Franc. Fontanini in commentario de ejus vita edito Florentiae 1789 in 4; Jungmann KL. VII, 1369 ss.

[1]) Cf. St. Lett. d'It. 3, 418—20.

[2]) Cf. ib. 7, 558—71.

[1]) Cf. Mendez *Noticias sobre la vida, escritos y viajes del P. F. H. Florez,* Matriti 1780; 1860 ed. 2. que con notas y addiciones publica la real Academia de la historia; Juan Sempere y Guarinos Ensano de una bibliotheca Española de los mejores escritores del reynado de Carlos III., Madrid 1786 III, 62—84; S. Baranda: Clave de la España sagrada cuyo objeto es dar à conocer esta importante obra y facilitar su uso, ib. 1853; Kerker in Kirchenlex. IV, 1574: Feller III, 605.

[2]) Scripserat Florez jam 1743 introductionis loco: *Clave historical,* qua januam aperit ad historiam ecclesiasticam et politicam exhibetque chronologiam summorum pontificum, imperatorum etc. a Chr. n. opus accuratum, cujus ed. 8. prodiit a. 1794; ed. 9. a. 1817.

tuendis sedibus episcopalibus et provinciis (ad a. 680), et originem liturgiae mozarabicae describit. In t. 4. incipit agere de singulis provinciis [1]). Opus accuratum, stupenda diligentia et sagaci judicio compositum, ditissimus thesaurus monumentorum et diplomatum antiquitatis antea ineditorum, in quo reperiuntur textus emendatus chronicorum aliorumque scriptorum historicorum veterum, diss. historicae et criticae de singularibus personis et argumentis. Illud continuarunt ejus sodales Emmanuel Risco t. 30—42 a. 1774—1801, Antonius Merino et Josephus de Canal, quibus debentur t. 43. 44 ib. 1819; t. 45 et 46, ib. 1836, debentur José de la Canal; 47 Petro Sainz de Baranda: t. 51 prodiit 1886. Edidit Florez praeterea: *La Cantabria*. Disertacion sobre el sitio y extension que tuvo en tiempo de los Romanos, Matriti 1768 in 4; *Medallas* de las colonias, municipios y pueblos antiguos de España, ib. 1757—73 t. 3, opus laudatum; *Memorias de las reynas catolicas,* historia genealogica de la casa real de Castilla y Leon, ib. 1761; 1770; 1790 ed 3; *Elogios del s. rey Fernando,* ib. 1752—54; *theologia scholastica* juxta principia scholae augustinano-thomisticae, ib. 1732—38 t. 5 in 4. — Franciscus Cascales edidit *Discorsos historicos de Murcia*, Murciae 1775, in quibus haud pauca reperiuntur de ecclesia murciana. — Joannes Gomez Bravo *Catalogo de los obispos de Cordova* [1]), Cordubae 1778 t. 2 in f. — Bernardus Dorado *compendio historico de Salamanca* edidit 1766, in quo episcopatus etiam historiam attingit.

79. Carolus Trigan, Sorbonae doctor (n. 20. Aug. 1694; † 12. Febr. 1764) zelum pascendis ovibus sibi commissis, patriae illustrandae studia sua consecravit, quibus in primis debemus *Histoire ecclésiastique de la province de Normandie,* Cadomi 1756—61 t. 4 in 4., usque ad a. 1204, opus eruditum, stilo quidem minus amoeno sed sagaci judicio conscriptum. — Huc forte referri potest Thomas Philips seu Phillips anglus, n. 5. Jul. 1708 qui Soc. J. est ingresus, qua relicta factus est per Angliam missionarius, dein canonicus tungrensis. Iterum 1768 receptus est in ordinem († 1774). Anglice descripsit vitam card. Poli, Oxonii 1764 t. 2 in 8; Londini 1767 ed 2., opus insigne, in quo stilo nobili, vivaci, puro multa narrantur sive quae spectant fata tristia Angliae sive acta virorum illustrium illius aevi. Ediderat auctor t. 1. Oxonii, qui maxime commovit anglicanos in catholicos; quare auctor ad sedandas iras in t. 2. plura suppressit, quae haud parvi erant momenti [2]).

80. Historiam *dioeceseon* et *ecclesiarum particularium* scripserunt: Michael Toussaint Christianus du Plessis prius Orat., dein O. S. Ben. congr. s. Mauri († 23. Maji 1764), cujus plura

[1]) De his prioribus 4 t. cf. A. E. lips. 1751 p. 1—19; de t. 1—31 Nova bibl. eccl. frib. III, 517—36; IV, 291—301. De eo ita censet Gams Kirchengesch. von Spanien II, 407: »Was ich im J. 1868 über die España sagrada geurtheilt, wiederhole ich im J. 1879: Nicht England, nicht Frankreich, nicht Italien oder Deutschland hat ein ähnliches Werk aufzuweisen, das so gediegen gearbeitet, so reich an den wichtigsten Documenten wäre. Es ist ein wahrhafter Schatz für die Kirchengeschichte (Kirchengeschichte von Möhler 3, 548).«

[1]) *Historia general de Cordova* coepit Franc. Ruano S. J. Cordubensis n. 6. Febr. 1704 († 1767), cujus t. 1. pertingens usque ad romanorum occupationem prodiit Cordubae 1764 in f. Alii t. in quibus de universae Boeticae antiquitatibus disserere statuit, manserunt inediti. Vir erat admodum versatus in patria historia, hinc non semel consultus a Florez et a Bollandianis.

[2]) Cf. Backer II², 1939; Feller VI, 527.

exstant opera historica, inter quae *Histoire de l' Église de Meaux* avec des notes ou dissertations et les pièces justificatives; on y a joint un recueil complet des Statuts synodaux de la même Église, divers Catalogues des Évêques, Doyens, Généraux d' Ordre, Abbés et Abbesses du Diocèse et un Pouillié exact [1]), Parisiis 1731. 1764 t. 2 in 4. In hac historia alii alia improbarunt ut Goujet, Lancelot socius academiae inscriptionum, qui etiam auctorem induxit, ut assertionem nimis audacem et calumniosam adversus communitates religosas sec. XI., retractaret (in ep. 4. Mart. 1731), Thomas canonicus meldensis et St. André vicarius generalis ejusdem ecclesiae; imo capitulum ecclesiae cathedralis opus reprobavit. Plura auctor corrigit in *Lettre écrite de Rouen* le 14. Nov. 1731 sur quelques endroits de son Histoire de l' Église de Meaux. Designatus fuit qui scriberet historiam ecclesiae rothomagensis, cui operi praemisit: *Description géographique et historique de la haute Normandie,* ib. 1740 t. 2 in 4. Cum vero haec descriptio, quae pluribus quoque censuris et scriptis occasionem dedit, offenderit archiepiscopum rothomagensem Tavannes, ab opere cessavit. *Nouvelles Annales de Paris* jusqu' au règne de Hugues Capet; on y a joint le Poëme d' Abbon sur le fameux siège de Paris par les Normans en 885 et 886 beaucoup plus correct que dans une aucune des éditions précédentes avec des notes pour l' intelligence du texte, ib. 1753 in 4., qua occasione fuse disserit (adversus Liron) de scholis parisienibus sub Carolo M. et posterioribus temporibus. *Histoire de Jacques* II, roi d' Angleterre, Bruxellis 1740. — De patria ecclesia meruit Joannes Saas Rothomagensis, archiepiscopo a secretis et bibliothecae capituli custos, demum (1751) canonicus († 1774). Vir erat eruditus et bibliographus insignis, magis sollicitus, ut alios in studiis literariis juvaret, quam proprii nominis famam curaret [1]). Dedit in lucem *Nouveau Pouillé de Rouen,* 1738 in 4; *Notice des manuscrits de l' église de Rouen,* 1746 in 4; *Lettres critiques sur le Supplément du Moréri* 1735; *sur l' Encyclopédie,* cujus errores, praejudicia, malam fidem erudite et sagaciter aperit: *sur le Dictionnaire de Ladvocat,* Duaci 1762 in 8. — Petrus Franciscus le Coq (Lecocq) de Villeray Rothomagensis († 1777; secundum Quérard 5, 61 a. 1778) exhibuit *Abrége de l' histoire ecclésiastique, civile et politique de la ville de Rouen,* 1759 in 12. — Gagnard scripsit *Histoire de l'église d' Autun,* Autun 1774. — Mangin theologiae doctor, vicarius generalis lingonensis scripsit: *Histoire ecclésiastique, civile, politique, littéraire du dioecèse de Langres et de celui de Dijon* 1765 t. 3 in 12; *science des confesseurs,* 1757 t. 6 in 12., germanice versa a Moesl, Augustae V. 1779—85. *Introduction au saint Ministère* ou la manière de s' acquitter dignement de toutes les fonctions de l' État Ecclésiastique tant pour le Spirituel que pour le Temporel, Parisiis 1750 t. 3 in 12. — Leo Menard Tarasconensis (n. 12. Sept. 1706; † 1. Oct. 1767), juris consultus et muneribus publicis addictus, propter insignem eruditionem historicam academiae inscriptionum aliarumque academiarum socius, scripsit diligenter quidem et accurate, sed nimis prolixe, *Histoire civile, ecclésiastique et littéraire de la ville de Nîmes* [2]) avec des notes et les preuves, suivie

[1]) Cf. de hoc op. J. des Sav. 95, 211—24; Mém. de Tr. 1732 a. 13 p. 240—80; a. 22 p. 430—45; a. 40 p. 784—803.

[1]) Cf. Feller VII, 369.

[2]) Cf. Mém. de Trév. 1750 a. 86 p. 1620—42; a. 123 p. 2243—55; a. 152 p. 2761—75; J. de Sav. 152, 163—87; 153, 155—81; A. E. lips. 1753 p. 489—96; 1756 p. 348—55; 1757 p. 85—93. Cf. Biogr. univ. 28, 267; Rotermund, 4, 1384.

de dissertations historiques et critiques sur ses Antiquités et de diverses Observations sur son Histoire naturelle, Parisiis 1750—1758 t. 7 in 4., cujus *Abrégé* confecit L. P. Baragnon curiae regiae advocatus, qui et illud continuavit. Nemausii 1831—33 t. 3 in 8. Jam antea ediderat: *Histoire des Evêques de Nîmes,* La Haye (Lugduni) 1737 t. 2 in 12. — Ludovicus Paulus Coliette reliquit *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique, civile et militaire de la province de Vermandois,* Cambraci 1771—72 t. 3 in 4. Pertingit haec historia a Julio Caesare usque ad a. 1767. — Stephanus Josephus Poullin de Lumina Aurelianensis, quamvis mercator († 1772), composuit *Histoire de l'Église de Lyon* 1770 in 4., in qua animum non satis a partium studio alienum prodere videtur. — Beccon Anicii director monasterii a s. Francisca de Chantal fundati († c. 1780) reperit in tabulario episcopali *Histoire du diocèse de Genève* (usque ad a. 1666) auctore Bonifacio Dumonal de Cherasson, canonico illius ecclesiae cathedralis, quam complere studuit excussis diligenter omnibus illius regionis tabulariis, ediditque inscriptam: *Mémoires pour l'histoire ecclésiastique des diocèses de Genève, Tarentaise, Maurienne, Aoste et du décanat de Savoie,* Nancaei (Anicii) 1759 in 4. — Antonius Stephanus Mille parlamenti advocatus edidit *Abrégé chronologique de l'histoire ecclésiastique, civile et littéraire de Bourgogne ... jusqu'à 1772,* Divione 1771-73 t. 3 in 8., ex quinque quos promiserat, opus accuratum, diligens, eruditum. — Nicolaus Delahaut O. Praem. jansenianae factioni nimis addictus († 7. Mart. 1774) redegit *Annales civiles et religieuses* d'Yvois-Carignan (suae patriae) et Monzon continuatae et editae a L'Ecuy, Paris 1822. — Maurus Hillar O. S. Ben. Trevirensis († 11. Nov. 1765) dedit *Vindicias historiae trevirensis* sive trevirensem historiam de tribus primis Trevirorum episcopis Eucharo, Valerio et Materno s. Petri ap. discipulis ab eodem Treviros ablegatis vindicatam contra impactam recentius crisim. Metis 1763 in 4. adversus Jo. B. de Marne S. J. (IV^3, 1537), qui in sua Histoire du comté de Namur censuerat illos floruisse sec. 3. exeunte et ineunte 4. — Joannes Car. Dierxsens Antwerpiensis (n. 1702; † 1779) auctor est op. *Antwerpia Christo nascens et crescens* seu acta episcoporum antwerpiensium (ad a. 1625), Antwerpiae 1747—63; secundis curis (usque ad sec. XVIII.), ib. 1773 t. 7 in 8.

81. In Italia Alexander Borgia Veliternus n. 6. Nov. 1682, internuntius apud electorem coloniensem (1712), episcopus Nuceriae (1766), dein (1724) archiepiscopus firmanus († 14. Febr. 1764), reliquit *Vita di s. Geraldo* vescovo et protettore di Veletri, Velitris 1698 in 8; *concilium provinciale firmanum,* Firmii 1727 in 4; *prima synodus dioecesana* a. 1728, ib. 1728 in 4; *secunda synodus firmana* a. 1738, ib. 1739 in 8; *Raccolta di scritture* concernenti la diminuzione delle Feste, Lucae 1748 in 4. (in qua habentur ejus cum card. Quirino disputationes de hoc argumento); *Benedicti XIII. R. P. ex O. Praed. vita,* Romae 1741 in 4., quam hortante Benedicto XIV. conscripsit; *Istoria della Chiesa e Città di Veletri,* Nuceriae 1723 in 4. — *De Ecclesia et episcopis veletrinis* edidit quoque Faustus Antonius a s. Josepho Marroni (Maroni) schol. piar. commentarium, in quo ughelliana series emendatur, continuatur, illustratur, Romae 1759 in 4. Natus est Marroni in ducatus Montis ferratensis urbecula juxta Bormidam fluvium a. 1704. Philosophiam et theologiam Romae docuit, multumque pro scholarum incremento, et excitanda discipulorum alacritate, pro decore instituti regularumque custodia, pro referendis

personis piis in sanctorum catalogum laboravit († 1774). Edidit praeterea: *De ecclesia et episcopis papiensibus* commentarius, in quo ughelliana series emendatur, continuatur, illustratur, Romae 1757 in 4; *de ecclesia et episcopis anconitanis* commentarius, in quo etc., ib. 1758 in 4; *de ecclesia et episcopis rheatinis,* ib. 1760 in 4; *de ecclesia et episcopis sabinensibus,* ib. 1761 in 4; *de ecclesia et episcopis auximatibus* etc., ib. 1762 in 4; *de ecclesiis et episcopis ostiensibus et veliternis,* in quo etc., Romae 1766. — Dissertationem *de metropolitana ecclesia ravennatensi* praemisit editioni operum s. Petri Chrysologi venetae 1750 Josephus Aloysius Amadesi Bononiensis Liburnii tamen 28. Aug. 1701 natus, tribus archiepiscopis ravennatensibus a secretis, archivi praefectus, in antiquitatibus hujus ecclesiae bene versatus, hinc in causis ejusdem decies et quater ab archiepiscopis Romam missus († 8. Febr. 1773). In diss. laudata quaerit 1. utrum mediolanensi ecclesiae subjecta fuerit ecclesia ravennas quatuor prioribus aerae christianae ceculis, et negative respondet. 2. de literis Clementis II. R. P. praeeminentiam in conc. ravennati episcopi super mediolanensem asserentis, eas genuinas probat; 3. de origine metropoliticae dignitatis in ecclesia ravennate [1]). Opus vero principale condidit inscriptum: *In antistitum Ravennatum chronotaxin* ab autiquissimis ejus ecclesiae exordiis ad haec usque tempora perductam disquisitiones perpetuae, Faventiae 1783 t. 3 in 4; opus posthumum cum notis et correctionibus Leopoldi Bertoldi et Andr. Zanoni — Ecclesiae pisanae historiam narrat Ant. Fel. Mattei O. Conv., Lucae 1768—72 t. 2 in 4. *Sardinia sacra* seu de episcopis sardis, praecedit diss. de Sardinia et illius ecclesiis, Romae, 1758; 1761 in f. — Hieronymus dal Buono Bononensis n. 13. Dec. 1689, aliquamdiu a secretis cardinali Gazzadini, episcopo imolensi, in academia casalensi (1733), deinde in taurinensi humaniorum literarum professor et academiae (1739) socius († 22. Dec, 1765), edidit [1]) *de casalensis ecclesiae origine atque progressu,* tum de episcopis ejusdem a. salutis 1474 usque a. 1732 dissertationes, Taurini 1734, quas tamen impugnavit Joan. Andres Irrico in sua historia tridinensi et in diss. de s. Oglerio. — Gaudentius Locali typis dedit *Istruttiva narrazione* d'alcune Memorie della Vita di s. Agabio († 447) e de' vescovi sucessori (in dioecesi novariensi), Vercelli 1789.

82. *De episcopis eugubinis* [2]) perurudite et accurate disseruit Maurus Sarti Faventiae 1755 in f., praecedit diss. de civitate et ecclesia eugubina. Natus est Sarti (in baptismo Christophorus dictus) Bononiae 4. Dec. 1709. Juvenis ingressus est Ord. Camulensium. Professus est in ea philosophiam, sed adversarius erat philosophiae peripateticae, dein et theologiam. Ab abbate generali munere auctus est cancellarii ordinis (1753), factus abbas s. Gregorii Romae et electus in comitiis procurator generalis. Decessit apoplexia correptus 23. Aug. 1766. Disseruit *de veteri casula Dyptica* [3]), qua occasione plura emendat quae spectant ordinem episcoporum verenensium, Faventiae 1755 in f.; *de antiqua Picentum civitate* Cupra Montana deque Massatio oppido Agri Aesini in collect. Calogeriana t. XXXIX; ed. aucta, Pesaro 1748, cum apologia 1752. Jubente

[1]) Alia ejusdem op. de juribus hujus ecclesiae cf. Fantuzzi I, 198.

[1]) Cf. de ipso ejusque operibus editis et msc. Fantuzzi, Notizie degli Scrittori bolognesi II, 377.

[2]) Cf. St. Lett. d'It. 13, 165—67.

[3]) Cf. ib. 8, 367—72; Gieti hist. Jahrb. XVIII (1987) 492. Cf. de auctore Fantuzzi VII, 327—33.

Benedicto XIV. coepit opus *de claris archigymnasii bononiensis professoribus* a sec. XI—XIV, quod continuavit absolvitque Maurus Fattorini († 1789, juxta alios 1790), Bononiae 1769—71 t. 2 in f., opus pretiosum, etsi plura in eo desiderentur, quod iterum ediderunt Car. Albicinius Foroliviensis († 28. Jul. 1891) et Carolus Malagola Ravennas in eodem archigymnasio palaeographiae et diplomaticae publicus lector et regii tabularii bononiensis praefectus, Bononiae 1888—96 t. 2. Monumenta negligenter admodum a Fattorini adducuntur in t. 1., quem defectum Malagola in t. 2. pro viribus emendare nititur adductis documentis ad originalia fidelitur expressa. T. 1. novae ed. mendis non caret. — Pompejus Compagnoni Maceratensis juris doctor in antiquitate ecclesiastica admodum versatus, a viris summis ut Maffaeo, Ap. Zeno, Muratori, etiam a cardinabus magni aestimatus (n. 11. Mart. 1693; † 25. Jul. 1774), episcopus auximensis (Osimo), sedem suam illustravit [1]) opere *Memorie istorico-critiche della Chiesa e de' vescovi di Osimo,* Romae 1782 t. 5 in 4., opus posthumum, cujus editionem curavit Philippus Vecchietti, qui auctoris vitam quoque scripsit 1784. — Antonius Ludovicus Antinori congr. Orat. Aquilanus (n. 26. Aug. 1704; † 3. Mart. 1778), vir eruditus, archiepiscopus ansanensis (Lanciano 1745), dein Acherontiae et Mateolae (Acerenza e Matera 1754), quo tamen munere scrupulis agitatus se abdicavit, illustravit *catalogum pontificum aquilanorum* ab a. 1244—1472, et *ad historiam aquilanam introductionem* dedit sive monumentorum Furconii et Amiterni comitatuum a sec. V. fine ad a. usque 1265 collectionem, quae prostant in *Antiquitatum Italiae medii aevi* t. VI, 488 ss. et 825 ss. ed. Muratori. — Lucas Fanciulli n. 1728, episcopo auximano a secretis, in seminario theologiae professor, canonicus theologus et vicarius generalis reliquit *Osservazioni critiche* sopra le Antichità cristiane di Cingoli, Osimo 1796 t. 2 in 4., cum triplici diss., ib. 1771, in quibus ostendit apocryphum esse legendam de s. Exsuperantio hujus urbis protectore. Operam suam contulit ad l. *Vico-aequensium episcoporum series* a F. Ughellio primum contexta, deinde a N. Coleto aliquantulum aucta, nunc novis curis restituta et illustrata, Romae 1778. — Joannes Bapt. Josephus Biancolini Veronensis (n. 10. Mart. 1697; † 1780), etsi mercator, valde versatus erat in historia patria, quam illustravit op. *Notizie storiche delle chiese di Verona* [1]), Veronae 1749—52 t. 6 in 4; *dei Vescovi e governatori di Verona* diss. due, ib. 1757 in 4; *Serie cronologica* dei Vescovi e governatori di Verona, ib. 1760; *Cronica della Città di Verona* descritta da Pier. Zagata, ampliata et supplita, annessovi un trattato della Moneta antica veronese insieme con altre utili cose, ib. 1745—49 t. 4.

83. Franciscus Maria Pratilli (Pratelli) canonicus capuanus, vir in antiquitatis monumentis, archaeologia, numismatica et enucleandis inscriptionibus admodum versatus († 1770, secundum alios 1763, imo 1786), disseruit adversus Pompejum Sarnelli *della origine della metropolia ecclesiastica della Chiesa di Capoa,* Neapoli 1758 in 4. Curavit [2]) quoque editionem *historiae principum longobardorum,* auctam annotationibus, monumentis antea ineditis et dissertationibus, Neapoli 1749—1754 t. 5 in 4. Admodum eruditum et accuratum est ejus opus *Della via Appia* riconosciuta e descritta da Roma a Brindisi ll. 4, Neapoli 1745 in f., in quo multas exhibet inscriptiones antea ineditas. Conferri tamen

[1]) Cf. Bibl. pic. III, 276—82.

[1]) Cf. St. Lett. d'It. 3, 458—65; 6, 586—8.

[2]) Cf. Biogr. univ. 36, 10.

debent Erasmi Gesualdo Osservazioni critiche *sopra la storia della via Appia,* ib. 1754. — Franc. And. Granata episcopus suessanus (1757—1771) edidit *Storia s. della chiesa metrop. di Capoa,* Napoli 1766 t. 2 in 4; *Ragguaglio istorico della città di Sessa* sin all'a 1760, ib. 1763. — G. Sparano collegit *Memorie storiche* per illustrare gli atti della s. neapolitana Chiesa, Neapoli 1768 t. 2 in 4. — Caroli Josephi di San Fiorano O. Min. exstat dissertatio: *Origine della fede cristiana in Malta,* Mediolani 1759 (m. 6). Ejus quoque est *Scoti philosophia* nunc primum recentioribus placitis accommodata, Mediolani 1771—82 t. 7, opus rarum. — Joannes Josephus Liruti n. Villafreddae Forojuliensis 1697 eques nobilis et dives, bene meritus erat de historia patria, nam pluribus eam illustravit operibus: *Notizie delle cose del Friuli* scritte secondo i tempi, Utinae 1776—77 t. 5 in 4., in quibus etiam exhibet illius regionis historiam ecclesiasticam usque ad a. 1762; t. 5. adnexa est Diss. *de Monasteri e Badie* antichi di s. Benedetto in Friuli: *Notizie delle vite ed opere scritte dai letterati del Friuli* t. 4, Venetiis 1760; t. 4. prodiit 1830 cura virorum eruditorum suae patriae; *de Aquileja* diss. in Miscellanea di varie operette, Venetiis t. 3 p. 331—426; *Dell' origine del patriarcato d' Aquileja* in Nuova raccolta d' opusculi, ib. 1773 t. 24. Decessit vir eruditus 1780, secundum quosdam 1770. — Marcus Antonius Laugier Manoscae (Manosque) in Provincia 25. Jun. 1711 natus ingressus est Soc. Jesu 21. Jun. 1727. Eloquentia maxime floruit, unde Parisios vocatus est concionator, ejusque concionibus haud semel aderat rex. Societate J. relicta se addixit artibus liberalibus: et receptus est socius plurium academiarum. Legato regio apud rempublicam venetam erat a secretis: hinc occasionem nactus est scribendi *Histoire de la république* de Venise, Paris 1759—68 t. 12 in 12; italice Venetiis 1778; 1832, quae completa et accurata est [1]). Eam tamen impugnavit Victor Sandi opusculo edito Venetiis 1769; in compendium redegit Eugenius Labaume, 1812 t. 2 in 8. Obiit auctor noster 7. Apr. 1769.

84. Georgius IV. Wolfgangus Chiolich de Levensberg episcopus (a. 1749) Modruss-Corbaviae (Zengg) recenset (1747) episcopos suae sedis in op. Matthiae Bél *Scriptores rerum hungar.* p. 3. († 3. Jan. 1764). — *Historiam episcopatus, dioecesis et civitatis vaciensis* una cum rebus synchronis et catalogo praesulum descripsit Josephus Innocentius a d. Thoma Aq. Desericius, Pestini 1763. Natus est Desericius Nitriae e nobili Hungarorum stirpe a. 1702. Adolescens ordinem scholarum piarum est ingressus, et absoluto studiorum curriculo theologiam dogmaticam Jaurini clerum docuit. Romae dum assistentis munere penes supremum ordinis praesidem fungeretur, subsecivis horis bibliothecas Urbis, vaticanam in primis, conciliata sibi benevolentia et amicitia celebris Jos. Simonis Assemani, diligenter lustravit atque inde multa sane singularia et anecdota in sua adversaria retulit. Incredibili studio aestuabat patriae ornandae, quem in finem plura edidit opera admodum erudita. Ita *de initiis et majoribus Hungarorum commentaria,* Budae 1748—60 t. 5 in f., opus (completum) valde rarum, cujus t. ultimus complectitur s. Stephani regis res, acta gestaque inde a prodigiosa nativitate usque ad gloriosissimam apotheosin moderata cum crisi et confutatione evidenti cavillatorum et sugillantium cum triplici libello apologetico (Pestini 1763) adversus Georgium Pray S. J., quocum literariam habuit controversiam de origine Hunnorum, de martyrio d. Ursulae et sociarum virginum, de rebus

[1]) Cf. Backer II, 660.

ab Attila gestis et de Turcarum incunabilis. Roma missus fuit gravibus de causis non sine Benedicti XIV. voluntate in transalpinam Daciam, indeque majori conatu quam successu apud Constantini Maurocordati principis Moldaviae curiam negotiis confectis viribus pene attritis rediit. Decessit vir doctus et laboriosus 1765; sed secundum Horányi [1]) decessisse videtur jam a. 1763, cum ejus opus supra laudatum dicatur posthumum. Alia ejusdem opera sunt: Tr. *ad probandam piacularium flammarum existentiam,* Taurini 1743 in 4; *Lapis angularis* sive praemotio physica thomistica primum ac potissimum scholae d. Thomae fundamentum dilucide exposita, quod profecto sit germanus angelici doctoris partus legitimis vindiciis asserta adversus Jac. Spreng S. J., Tyrnaviae 1741 in 4. — Nicolaus Schmitth S. J. Hungarus (n. 6. Dec. 1707; † 24. Aug. 1767), philosophiae et theologiae professor in academia tyrnaviensi, cujus etiam erat cancellarius, recensuit *seriem archiepiscoporum strigoniensium,* Tyrnaviae 1752 in f.; 1758 t. 2 in 12; et *episcopos agrienses* fide diplomatum concinnatos, ib. 1768 t. 3 in 8. Composuit quoque *institutiones theologicas dogmatico-scholastico-morales* (ut videtur non integras) scil. de jure et justitia, de virtutibus theologicis, de augustissimo Verbi divini mysterio, de divina gratia, ib. 1756—1762 t. 4 in 4. — Franciscus Borgia Kéri S. J. Hungarus, insignis astronomus et theologiae professor variis in collegiis (n. 10. Oct. 1702; † 1. Dec. 1768), opus accuratum edidit inscriptum *Epitome historiae byzantinae* e compluribus maxime graecis scriptoribus concinnata, ib. 1738 pp. 9 in 8., recusum sub inscriptione: *Imperatores Orientis compendio exhibiti* e compluribus graecis praecipue scriptoribus a Constantino M. ad Constantinum ultimum et expugnatam per Turcas Constantinopolim, ib. 1744. Illud deinde continuavit hac inscriptione *Imperatores Ottomanici* a capta Cp. cum epitome principum turcarum, ib. 1749 t. 9. Hoc iterum edidit auctor noster 1760. 1761 t. 2 in f. *Epistolae s. Augustini ad s. Hieronymum* et hujus responsoriae, Graecii 1744. Ejus quoque est diss. *Immaculata Deiparae conceptio oppugnata illustrior,* ib. 1731 in 4. — Balthasar Adamus Kercselich (Kerčelić) Corbaviae in confiniis militaribus n. 1715, canonicus zagabriensis et praelatus infulatus chasmensis, in patria historia [1]) versatus († 1778), incepit *historiam cathedralis ecclesiae Zagabriensis* p. 1. t. 1. praemissis praeliminaribus, quae pars continet seriem episcoporum ab a. 1091 ad a. 1603, Zagabriae 1770 in f. Operis hujus rari continuatio non prodiit. *De regnis Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae* notitiae praeliminares periodis quatuor distinctae, Zagabriae 1770 in f; *de archidiaconi officio* ex jure communi canonico, municipalibus quoque legibus securior tutiorque deductio ad parochos et ecclesiasticos archidiaconatus chasmensis cum catalogo archidiaconorum chasmensium ab a. 1660—1770 ib. sine a. in 4.

85. Joannes Baptista de Gasparis (de' Gaspari) Levici in ditione tridentina 1702 natus [2]), archiepiscopi salisburgensis consiliarius et historiographus, demum in universitate viennensi professor historiae et consiliarius caesareus († 28. Oct. 1768), *archiepiscoporum salisburgensium res ad usque westphalicos conventus in lutherianismum gestas* narravit. Accedit oratio de optima forma episcopi, opus a fratre Lazaro Venetiis 1780 editum. *Breviarium vitae s. Theodori episcopi papiensis* curavit pro actis SS. t. 5. Maji. De alia

[1]) Cf. Script. schol. piarum 1, 637—58.

[1]) Cf. Wurzbach 11, 171.

[2]) Cf. Petr. Alex. Paravia, Elogio di G. B. de' Gaspari, Venetiis 1770 in 8: Meusel Lex. der deutsch. Schriftst. IV. 27.

ejusdem controversia, quam Salisburgi habuit cf. IV[3], 1488 annot. — *Die Bischöfe und Erzbischöfe von Wien* [1]), Graecii 1777; 1785, exhibet Sixtus (al. Paulus) Schier O. S. Aug. Bruggae ad Laytham in Austria n. 19. Jul. 1728, bibliothecae monasterii viennensis praefectus, historica in primis eruditione insignis, quam etiam inter sodales promovit et fovit. Vir erat vere religiosus, per totam vitam abstemius, qui ultimis vitae annis semel dumtaxat in die corpus reficiebat [2]). Cecidit cum socio Charo Kare caritatis victima in obsequio infirmorem febre, uti vocabant, putrida infectorum 21. Mart. 1772. Ultra centum lucubrationes elaboravit, e quibus plurimae manserunt ineditae; ex editis huc spectant ex. gr.: *de v. Hildeberti* primum cenonanensis episcopi, dein turonensis archiep. *operibus,* eorum genuinitate, integritate, editionibus, Viennae 1769 in 4; *Buda sacra* sub priscis regibus, 1774 in 4; Commentatio *de primis Vindobonae typographis* cum variis ad rem adnotationibus, ib. 1764 in 4; diss. *de regiae budensis bibliothecae Matthiae Corvini ortu, lapsu, interitu et reliquiis*, ib. in 4; *Specimen Styriae literatae* ad subsidia operi faciendo necessaria impetranda eruditis inclitae gentis viris exhibitum, ib. 1769 in 4; *Memoria antiquae provinciae hungaricae augustinianae,* cui per editorem accessit brevis notitia de monasteriis provinciae modernae Austriae et Hungariae, ib. 1776 opus posthumum. — Joannes Leonhardus Mayr breviter descripsit *modernam ecclesiam augustensem* sive dioecesim augustanam in suis locis, ecclesiis et personis ecclesiasticis, Augustae Vind. 1762 in 8; 1766; 1774.

86. De *historia ordinum* meruit in primis Michael Kuen can. reg. S. Aug. congregat. lateran., n. 9. Februario 1709 in oppido Weissenhorn in Austria anteriore, abbas wengensis († 10. Jan. 1765), qui collegit [1]) *scriptores rerum historico - monastico - ecclesiasticarum* variorum religiosorum ordinum t. 6 in 3 vol., Ulmae 1755—66, collectio pretiosa (fr. 90), qua continentur ex. gr. Stengelii monasteriologia in Germania cum mantissa, Miraei origines benedictinae, Carthusianorum, canonicorum reg. s. Aug., ord. Praem. chronicon; Francisci Petri Germania canonico-augustiniana; Bayrhamer O. Praem. historia canoniae roggenburgensis [2]) etc. *Wenga* sive informatio historica de exempti collegii s. archang. Michaelis ad insulas wengenses, ib. 1766 in f.; Disquisitio critica *de variis gestis s. Augustini* falso attributis, Augustae 1764; *Lucifer wittenbergensis* oder der Morgenstern von Wittenberg d. i. vollständiger Lebenslauf der Cath. von Bora des vermeinten Eheweibes Dr. M. Luthers ans Licht gestellt, sub nomine Eusebii Engelhard, cujus ed. 1. Ratisbonae suppressa fuit, Landsbergae 1747; 1749 in 8. ed. aucta, cui Walch respondere nisus est; ei tamen opposuit Kuen *Freundschaftliche Erinnerung* an CW. F. Walch in Göttingen wegen übel gebutztem Morgenstern zu Wittenberg etc. Augustae 1752 in 8. — Joan. Antonius Zunggo Can. reg. Lateran. in canonia Voraviensi (Vora in Stiria) n. 11. Nov. 1686, Warasdini in Croatia, notarius publicus juratus et poenitentiarius apostolicus, bibliothecam suae canoniae in ordinem redegit († 11. Jul. 1771)

[1]) Cf. Nova bibl. eccl. frib. V, 82—88.

[2]) Plura cf. in ejus vita auctore Martino Rosnack praefixa ejus operi *de reginis Hungariae primae stirpis,* Viennae 1776; inde derivata in novam bibl. eccl. frib. V, 233—251; Klüpfel in necrologio 8—19; apud Lanterium 3, 318; Wurzbach 29, 280. De *Buda sacra* cf. Nova bibl. eccl. frib. I, 490—9.

[1]) Cf. Meusel Lexikon der deutschen Schriftsteller 7, 403; Stanonik d. Biogr. 17, 375; et t. V. p. 2 suae Collectionis.

[2]) Cf. A. E. lips. 1758 pag. 362—6.

scripsitque[1]) *Historiae generalis et specialis de ordine can. reg. s. Augustini prodromum,* in quo praemissa eorum, quae ad pleniorem hujus notitiam conferunt, summaria exegesi omnium in Germania ecclesiarum, abbatiarum, praeposiurarum, prioratuum tam abolitorum quam translatorum, tam actu existentium et sub hoc instituto florentium ortus, progressus aliaque eorum fata breviter enarrantur, Ratisbonae 1742—45 t. 2 in f. Est hic prodromus specimen futuri operis grandis, quod tamen ob iniquitatem temporum nunquam prodiit. Reliquit et *vitam v. Thomae a Kempis* Venetiis 1762. — Albertus de Maderna perduxit ab a. 1369 usque ad sua tempora *historiam canoniae sanct-hipolytanae,* in qua Müller de Prankenhaimb (hujus canoniae abbas † 7. Febr. 1715) de canoniae fundatione atque urbis origine deque successione ac gestis praelatorum a sec. VII continuis egerat (IV[3], 911), Vindobonae 1779 in 4.

87. Michaeli Blondeau O. S. Ben. congr. s. Mauri († 27. Febr. 1774) debemus prolixam memoriam *de abbatia Ivriacensi,* quam fere ad verbum et magna ex parte recepit F. J. Mauduit in suam *Histoire d' Ivry — la Bataille,* Evreux 1899. — Socius laborum Marq. Herrgot OSB., de quo egimus IV[3], 1554 fuit Rustenus (in baptismo Christianus dictus) Heer ejus in celebri s. Blasii monasterio sodalis natus in Klingnau Argoviae oppido 19. Apr. 1715. Aliquamdiu fuit bibliothecae praefectus. Cum Herrgott in magnum suum opus *Genealogia* diplom. augustae gentis Habsburgicae receperit *Acta Murensia* eorumque authentiam in dubium vocaverit, et Fridolinus Kopp murensis abbas (cf. IV[3], 1552) *Vindicias actorum murensium* ediderit, Muri 1750, pro sodali stetit Heer in op. *Anonymus Murensis denudatus* et ad locum suum restitutus, Friburgi B. 1755. His opposuit Jo. B. Wieland OSB. in monasterio murensi *Vindicias vindiciarum Koppianarum* 1760. Partem habuit in altero Herrgotti op. *Monumenta* aug. domus Austriacae, praesertim in t. 3. *Pinacotheca* principum Austriae, Friburgi 1760 pp. 2. T. IV. illius op. *Topographia* principum Austriae ipse fere composuit, sed triste incendium (1768) manuscriptum consumpsit: ipsum quantum licuit post Heeri mortem (2. Apr. 1769) restituit et continuavit magnus Gerbertus s. Blasii 1772 t. 2 in f. cum (13) incisionibus[1]). — Bernardus (in baptismo Simon dictus) Lidl OSB. primam lucem adspexit Ischlii 27. Oct. 1690. Studiis gymnasii absolutis ingressus est monasterium lunaelacense (Mondsee) et professionem emisit 21. Sept. 1710. In coenobio munera egit lectoris, magistri novitiorum, prioris et 6. Martii 1729 unanimi consensu electus est abbas. Omnium coenobii abbatum nemo rem domesticam majori cura, fructu ac emolumento administravit quam ipse et quidem laborum ac vigiliarum tolerantia plus quam herculea. Ingravescente aetate 18. Febr. 1767 subito luminis utriusque usu destitutus fuit, sed strenue munus suum exercuit vitamque communem adeo servavit, ut ad mensam communem, quum ne repere quidem amplius pos-

[1]) Lauchert Allg. d. Bi. XLV, 489.

[1]) Schumann allg. d. Bi. XI, 241. — Bonav. Pitter OSB. in monasterio Brevnoviensi n. est 5. Nov. 1708. Praeter alia munera archivarium et bibliothecarium necnon totius congr. moravico-bohemicae secretarium et procuratorem egit. Unanimi sodalium suffraggio electus est in praepositum raihradensis monasterii (1756; †15. Maj. 1764). Diligentissimus erat archivorum scrutator, innumerabilia monumenta excerpsit ad Monasticon moraviense concinnandum, sed morte praeveniente consilium exsequi non potuit. Pauca typis edidit, plurima reliquit msc. ad illustranda monasteria Moraviae, Bohemiae et historiam ecclesiasticam, quae diligentissime recenset Kinter in op. Vitae monachorum p. 7—13.

set, se portari jussit. Apoplexia post diuturnas vehementesque convulsiones obiit 4. Sept. 1773 a. aetatis 83. Concinnavit *chronicon lunaelacense* ab a. 748—1748 additis instrumentis fundationis et donationis monasterii, Pedeponti 1748. *Mantissam chronici lunaelacensis* bipartitam, cujus p. prior descriptionem jubilaei millenarii recens celebrati, p. posterior catalogum mscr. lunaelacensium ab aerae christianae sec. IX. ad XVI. proponit, ib. 1749. Reliquit[1]) praeterea multa mscr. — De Thoma Daniel seu nomine ascititio West (Watson) S. J. Scoto (n. 1. Jan. 1720; 10. Jun. 1759) cf. Gillow II, 15. Reliquit inter alia *The Antiquities of Furness* or an Account of the Royal Abbey of St. Mary's in the Vale of Nightshade near Dutton in Furness, Londini 1774. Ulverstone 1805 in 8. ed. a Guil. Close; 1813.

88. Michael Angelus Belforti O. Olivet. Perusinus († 1775) praeter alia[2]) composuit Brevem *chronologiam* coenobiorum virorumque illustrium congr. Montis Oliveti, Mediolani 1720 in 4. — Fridericus Kreetz O. Praem. praepositus canoniae Heinsbergensis ex hujus archivio aliisque fontibus concinnavit historiam nobilis Parthenonis Heinsbergensis O. Praem., Coloniae Agr. 1772 in 8. — Ambrosius John O. Praem. n. in Waldsee 3. Sept. 1714 abbas albagiensis (1765; † 1773) typis vulgavit *Historiam imperialis ac exemptae canoniae Minoraugiensis* (Weissenau) O. Praem. ab a. fundationis 1145—1763, Constantiae 1763. — Fridericus Lehner O. Praem. in canonia Schussenried, Augustae n. 1714 († 1779) magna diligentia, accuratione et sagacia composuit *Schussenriedtsche Chronik* ab a. 1183—1733, quae mansit inedita, sed accurate describitur a Ruess in hist. pol. Bl. 117 (1896), 668—675, et 830—37. — Engelbertus a s. Francisco O. Carm. *seriem* exhibuit *omnium capitulorum generalium* in ord. b. M. V. in monte Carmelo habitorum et decretorum ab eisdem emanatorum ab a. 1318—1762 cum annotationibus, Romae 1765 in 4. — Benedictus Tromby O. Carth. scripsit *Storia critica del patriarcha s. Brunone* e suo Ordine, Neapoli 1773—79 t. 10 in 5 v.; *Risposta* alla Scrittura per lo regio Fisco data fuori dal S. Fr. Vargas Macciucca colla quale asserisce falsi quei diplomi della medesima, che si difendono et mostrano veri colla storia critica et diplomatica, ib. 1766. — Thomas de Burgo O. Praed. Dublini n. 1710 adolescens quindecim annorum Romam est profectus, ut habitum indueret s. Dominici. Absolutis studiis scholas sodalium in conventibus romanis aliquamdiu rexit. In Hiberniam redux dictus est episcopus ossoriensis 9. Jan. 1759 († 1776). Composuit opus valde rarum *Hiberniam dominicanam* sive historiam provinciae Hiberniae O. Praed., Coloniae (Hilkenny) 1762 pp. 4 (m. 80), quae plurimis, etiam episcopis, ingrata exstitit ob publicationem quorundam documentorum. Adjecit 1772 *supplementum*, quod tamen rarissimum est[1]). Ejusdem etiam est *A Catechism moral and controversial*, Olisipone 1751. — Jacobus Brouwer O. Praed. Belga ex archivorum documentis plurium sui ordinis per Hollandiam conventuum concinnavit chronicon: verum invasio gallica dissipavit iterum ordinis archiva et labores laboriosi sodalis. Cum tamen pars manuscriptorum conservata fuit, G. A. Mejer O. Pr. nostra aetate edidit *Chronicon Buscoducense O. Praed.* et historia monasterii Worcumiensis, Bois-le-Duc s. d. (1908). — Hierotheus Con-

[1]) Cf. Archiv. für die Geschichte der Diöcese Linz, 11. Jahrg. Sonderabdruck Linz 1905.

[2]) Cf. Vermiglioli Biogr. degli Scrittori Perugini I, 203.

[1]) Cf. Bellesheim Gesch. der katholischen Kirche in Irl. III, 717.

fluentinus O. Cap. rhenanae provinciae moderator († 1769) praeter historiam suae provinciae edidit *Epitomen historicam* in qua ab a. 1208—1525 res Franciscanae generatim, dein vero solae Min. Capuccinorum usque ad a. 1747 in serie chronologica positae fideliter praesentantur, Heidelbergae 1750 in 4. — Sebastianus Dolci O. Min. Ragusinus, concionator clarus (n. 1699; † 1777), de historia literaria patria bene meritus, collegit *Monumenti storici* della provincia Francescana di Ragusa, Neapoli 1744, qua continentur elogia sodalium illustrium; *D. Hieronymus vitae suae scriptor* sive de moribus, doctrina et rebus gestis d. Hieronymi Stridoniensis, Ancona 1750; *de ragusini archiepiscopatus antiquitate* ep. anticritica; accedit ejusdem ecclesiae antistitum chronologia, Ancona 1762; in app. habetur Catalogo dei vescovi di Stagno; *Fasti literarii Ragusini* sive virorum literatorum (ultra 250), qui usque ad a. 1766 in ragusina ditione claruerunt, Venetiis 1767 in 4. — Jacobus *Annales O. Min. thanensium,* quos coeperat Mal. Tschamser (cf. IV³, 1545) continuavit Oswald Montfort O. Min. guardianus († 4. Febr. 1779) fere nonagenarius. Illorum t. II., ut diximus, nondum prodiit: epitomen tamen op. typis dedit Montfort, quae prodiit inscripta Kleine Thanner-Chronik, Colmar 1766; Mühlhausen 1855. — Franciscus Maria Pecoroni O. Serv. b. M. V. († 11. Febr.) scripsit *Storia dell' origine e fondazione del s. ord. de' Servi di Maria V.* colla vita de' bb. Buonfigliolo Monaldi, Bonagiunta Manetti etc., tutti 7 fondatori del medesimo ord., Romae 1746 in 4. — Joannes M. Trocchi dedit *seriem chronologicam* antistitum generalium (71), qui O. Serv. b. M. V. praefuerunt (1233—1762) cum notis, Bononiae 1762. — Antonius Socher S. J. († 18. Mart. 1771) scripsit *Historiam provinciae Austriae S. J.* p. 1, Viennae 1740 in f. Ejus sodalis Fridericus Reiffenberg dictionis trevirensis (n. 1719; † 1764), cujus jam meminimus IV³, 1495, *historiam Soc. J. ad Rhenum inferiorem* e msc. codd., principum urbiumque diplomatis et auctoribus synchronis erutam, atque ad historiam patriae ex occasione illustrandam accommodatam [1]), Coloniae 1764 t. 1. (et unicus). — Tertius sodalis Stanislaus Rostowski Lithuanus (n. 13. Nov. 1711) descripsit Lithuanicarum Soc. J. historiarum provincialium ll. X p. 1. (et unica), Vilnae 1768 in f.; 1792 in f., cura P. Martinow Paris 1877. — Xav. Santagata S. J. continuavit Fr. Schinosi SJ. *Istoria della Comp. di G.* appartenente al regno di Napoli additis p. 3. et 4., Napoli 1756. 1757.

89. Raymundus Duellius can. r. O. S. Aug. et bibliothecarius sanct-hyppolitensis († 1769) vir eruditus concinnavit [2]) *historiam ord. equitum teutonicorum* hospitalis s. Mariae V. hieros. potissimum ex bullis, diplomatibus, chartis, sigillis antiquis, tabulis stemmatologicis etc. tabularii balliviae austriacae illustratam cum appendice bullarum et diplomatum eidem ordini datorum transcriptorum ex msc. fuldensibus [3]), Viennae 1727 in f. In suis *miscellaneis* [4]), quae ex codd. msc. edidit Augustae V. et Graecii 1723. 1724 t. 2 in 4., plura reperies documenta utilia ad historiam ecclesiasticam illustrandam, publicae enim luci dedit 37 scripta partim latina, partim germanica; *Excerptorum genealogico-historicorum* [5]) ll. 2, Lipsiae 1725 in f.; *Biga librorum rariorum,* Francofurti 1730 in f. — Gabriel Kolinovics Hungarus (n. 24. Mart. 1698; † 22. Dec. 1770), rationum

[1]) De ea Feller VII, 223 censet: On désirerait plus de critique, un style plus précis, plus noble.

[2]) Cf. Adelung II, 776; d. Biogr. 5, 450.

[3]) Cf. A. E. lips. 1728 p. 110—12.

[4]) Cf. A. E. lips. 1723 p. 330 ss.; 1724 p. 264—66.

[5]) Ibid. 1725 p. 115—20.

exactor in comitatu posoniensi, vir admodum eruditus [1]), edidit *Chronicon militaris ordinis equitum templariorum* etc.; nunc primum ex autographo desumpsit, notis illustravit, de vita, patria, fatis et scriptis auctoris commentatus est, ejusque et templarii icones praefixit, seriem M. Magistrorum, bullam Clementis V. et puncta inquisitionis in templarios ac denique seriem ordinum religiosorum et equestrium olim florentium, qui jam desierunt, appendicis loco adjecit junctimque edidit, Pestini s. a. in 8.

90. Ut jam aliquid de missionibus dicamus, Bernardus Havestadt S. J. Coloniensis n. 25. Febr. 1714 missionarius in America meriodinali, sed inde ejectus et in Europam deportatus, reliquit opus inscriptum Chilidugo sive res chilenses vel descriptio tum naturalis tum civilis cum moralis regni populique chilensis, Monasterii 1777 in 8; editio immutata a J. Platzmann, Lipsiae 1883 t. 2 in 8. — Ex manuscripto P. Floriani Bauke (Pauke) S. J. Silesii missionarii in Paraquaria (1749—68), edidit Jo. Frast O. Cist. monasterii Zwettl P. Florian Pauke's *Reise in die Missionen* nach Paraguay und Geschichte der Missionen St. Xavier und St. Peter. Ein Beitrag zur Geschichte der Jesuiten in Paraguay, Wien 1829; Regensburg 1870 cur. P. Kobler; opus retractatum ab Aug. Bringmann S. J. Friburgi Br. 1908. — Columbanus Luz OSB. in monasterio elchingensi (n. 31. Jul. 1713; † 11. Jun. 1778) archivarius plura [2]) edidit, inter quae *Benedictiner-Missionen in Engelland* oder kurze doch gründliche Beschreibung auf was Weis Engelland von den Ordenssöhnen des h. Benedicti ehemalen zu dem wahren Glauben bekehrt worden nebst einer Erzehlung und Beschreibung des Lebens und Todes einiger Benedictinischer Missionarien, welche seit Henrici VIII. Königs Zeiten ihr Blut und Leben ausgesetzt und den Tod haben ausstehen müssen, Augsburg 1755 p. 2; Erklärtes und ausgelegtes Leben und Leiden J. Christi aus allen vier Evangelien zusammengezogen, Günzburg 1776 in 8. — Magni momenti pro historia missionis sinensis est *Journal* d'André Ly Prêtre Chinois Missionnaire et Notaire Apostolique 1746—63 Text Latin. Introduction par Adrien Launay de la Soc. des Missions-Etrangères, Paris 1906. Natus est A. Ly in imperio sinensi. Sacerdos erat conversationis exemplaris, egregie institutus, primus regens seminarii suae provinciae. Plenus zelo apostolico tempore illo et propter duras persecutiones externas et turbas internas tristissimo et bono religionis admodum infausto plurimum verbo, scriptis apologeticis, et opere laboravit gravesque persecutiones, imo et carceres est passus. Missionarius erat, cui, teste necrologio, similis non est inventus. Obiit laboribus meritisque plenus 22. Jan. 1774 a. aetatis 82. — Petrus Martialis Cibot S. J. Lemovicensis (n. 14. Aug. 1727; † 8. Aug. 1780) diu missionarius in imperio sinensi plures de hac missione scripsit literas, quae prodierunt in *Mémoires concernant l'Histoire ... Chinois,* quae collectae prodierunt a Batteux et de Brequigni, Parisiis 1776—89 t. 16 in 4. — Petrus Curel Parisot (postea dictus Platel) baroducensis n. 1697, notior sub nomine P. Norberti O. Cap., homo erat inquitus et turbulentus [1]), acer Jesuitarum adversarius, a suo sodalitio ad protestantes confuga et apostata. Postmodum vero rediit ad catholicos († 3. Jul. 1769). Ejus sunt *Memorie istoriche* presentate al P. Bene-

[1]) Cf. Wurzbach 12, 319.
[2]) Cf. Lindner II, 161.

[1]) Cf. Feller VI, 287; Journ. hist. et lit. 1787 p. 340—46; Pfülf KL. IX, 1518; de ejus op. maligno Kirsch, Tüb. theol. Ztschr. LXXXVI, 1904 p. 364—78.

detto XIV. intorno alle missioni dell'Indie orientali, in cui dassi a divedere, che i PP. Cappucini Missionarj hanno avuto motivo di separarsi di communione dai RR. PP. Miss. Gesuiti per aver essi ricusato di sottomettersi al decreto dell'E. Card. di Tournon, Lucae 1744 t. 3 in 4., prius gallice conscriptae, editae etiam sub inscriptione *Mémoires historiques, apologétiques* etc., Londini 1751 t. 3; Olisipone 1766 t. 7 in 4., opus calumniis et vafro spiritu infectum prohibitum gravissimis verbis a Benedicto XIV. decr. 1. Apr. 1745. — Antonius Caulin concinnavit *Historia corographica natural y evangelica de la nueva Andalucia* provincias de Cumana, Guayana y Vertientes del rio Oronico, Matriti 1779 (m. 45). — C. Morelli professor universitatis neocordubensis publicae luci dedit opus (rarum) inscriptum *Fasti novi orbis* et ordinationum apostolicarum ad Indias pertinentium breviarium cum adnotationibus, Venetiis 1776 in 4.

91. *Haeresum origines* et *fata* fuso calamo prosecutus est Petrus Paletta post Soc. J. suppressionem canonicus veronensis (n. 13. Nov. 1746; † p. 1800), Veronae 1795 t. 6. — Cajetanus Maria Travasa O. Theat., Bassani 31. Mart. 1698 natus, tanti a suis concivibus propter eruditionem et concionum fructum factus est, ut in ejus honorem cuderint numisma aureum († 16. Jan. 1774). Scripsit *Storia critica della vita di Ario* primo Eresiarca del IV. sec., Venetiis 1746 in 8., quam consecuta est *Storia critica delle vite degli Eresiarchi del primo secolo,* ib. 1752 in 8; de quo A. E. lips. (1756 p. 696—704): »Opus lucernam olens diligentiamque haud vulgarem ... Diligenter, modeste ac erudite scriptam esse omnem ejus hanc tractationem publice meritoque praedicamus«. *Del secolo secondo* pp. 3, ib. 1754—59 in 8; *del terzo secolo,* ib. 1762. Absolvit hanc historiam vita Manetis, cui praemittit quatuor diss. scil. de historia manichaeismi Beausobrii, de auctoritate actorum s. Archelai, de Scitiano Manetis praecursore et de Terebintho. — Thomas Antonius Contini ejusdem ord. sodalis Venetus, theologiae, juris canonici, deinde in academia patavina historiae ecclesiasticae professor, ex gallico vertit *Dizionario dell' Eresie* (auctore Pluquet, de quo infra), degli Errori e de' Scismi o sia Memorie per servire all'Istoria degli sviamenti dello spirito umano rapporto alla Religione cristiana; aggiuntovi un trattato, nel quale si ricerca quale sia stata la Religione primitiva degli uomini, le mutazioni che ha patito sin dalla nascita del Cristianesimo, le cause generali, la concatenazione e gli effetti delle Eresie, che hanno diviso i Cristiani. Opera... accresciuta di una Diss. preliminare, in cui si dà un Catalogo cronologico di tutti gli Autori, che hanno scritto intorno le Eresie adaumentato di nuovi articoli, note ed illustrazioni, Venetiis 1767 t. 5 in 8. Auctor est etiam operis mali: *Il diritto e la Religione giustificati* dall'Autore delle Riflessioni sulla Bolla in coena Domini contro le declamazioni dello Scrittore (P. Mamachi) del Dritto libero della Chiesa di acquistare e possedere beni temporali sì mobili che stabili, Venetiis 1773 t. 2 in 8. — Franciscus Michael Daller O. Praem. Pragensis n. 12. Apr. 1724, studiis Romae excultus, juris et theologiae doctor hanc docuit in collegio norbertino professor. Electus est 11. Oct. 1764 Strahoviae abbas († 2. Maj. 1777). Edidit *Enchiridion humanae malitiae* seu haeresum et haeresiarcharum, qui ab ipso Christi aevo ad nostram hanc usque aetatem Ecclesiam Dei inquietarunt et perturbarunt historico-chronologica epitome juxta seculorum ordinem in tres pp. divisa, Pragae 1762—1764. — J. B. Tamagnini scripsit *historiam monothelitarum* atque Honorii I. controversiam. Parisiis 1778.

92. Albanus Butler Anglus n. 24. Oct. 1710 Duaci studiis operam dedit tanto profectu, ut ibidem philosophiae, deinde theologiae cathedram rexerit. Aliquamdiu curam animarum gessit in Anglia. Obiit praeses collegii Anglorum Audomari (S. Omer) 15. Maji 1773. Vir erat admodum eruditus et modestus. Scripsit anglice: *The Lives of Fathers*, Martyrs and other principal Saints ... illustrated with the Remarks of judicious modern Critics and Historians (quae tamen desunt in ed. 1.), Londini 1745 t. 5 in 4; 1756—9 t. 5 in 8; Dublini 1779—80 t. 12. ed. aucta ex schedis auctoris, et saepius deinceps cum auctoris vita a Car. Butler conscripta. Magna sinceritate et unctione vitas SS. narrat, easque annotationibus eruditis illustravit. Quae spectant *festa mobilia* prodierunt curante Challoner post ejus mortem Londini 1774; Dublini 1839. Versionem germanicam juxta Godescardi[1]) versionem gallicam (quae ipsa postea 600 vitis sanctorum aucta prodiit Lugduni 1841—42 t. 13 in 12.) curarunt Räss et Weis, Moguntiae 1834—40 t. 23 ed. 2; cum *festis mobilibus*, ib. 1835 t. 2. Ejus agnatus Car. Butler (de quo infra) adjecit: *A Continuation of the R. A. Butler's Lives of the Saints* to the end of the Pontificate of Pius VII, Londini 1823 in 8. — Constantinus Suyskens S. J. Silvaducensis (n. 20. Aug. 1714; † 28. Jun. 1771) operam contulit ad *Acta Sanctorum* a t. III. Sept. usque ad t. IV. Oct. — Romualdus Maria Magnani Faventinus, plurium academiarum socius († 1769) scripsit stilo neglecto *Vite de' Santi*, Beati, Venerabili e Servi di Dio *della citttà di Faenza* con le vite de' 4 Protettori, Faventiae 1741; Vite de' Santi ... *della diocesi di Faenza* ib. 1742. — Carolus Lambardi O. Cap. († 1776) magna diligentia sed forte minori judicio critico collegit *Vite dei Santi e Beati Aretini*, ex cujus msc. specimina lectu digna exhibentur in *Spicilegio* benedictino, quod coepit Romae prodire 1896. — Mattheus Vogel S. J. († c. 1766) praeter opuscula ascetica praesertim pro pia ad mortem praeparatione, et *Katholischer Katechismus*, qui copiosa est expositio Catechismi b. Canisii, Strassburg 1739 t. 5 in 8., saepe editus; collegit pro populi aedificatione *Leben und Sterben der h. Gottes*, Manheim 1764 t. 2 in 4, et saepe postea, Regensburg 1889 t. 2, Münster 1893 etc. — Longaro degli Oddi S. J. Perusinus (n. 6. Mart. 1685; † 1773) vitas composuit plurium sodalium vel aliarum personarum pietate illustrium. Elucent in his biographiis pergrata gestorum dispositio, concinna elegantia, accurata verborum proprietas et sententiarum gravitas.

93. Dissertationes de singularibus argumentis elaborarunt: Benedictus Clemens Arostegni Hispanus Villanovae de Xara n. 1. Apr. 1698, romanae rotae auditor[2]), pluribus legationibus muneribusque publicis functus († 11. Febr. 1774), qui disseruit fuse et

[1]) Jo. Fr. Godescard canonicus et secretarius archiepiscopi parisiensis, revolutionis tempore omnibus spoliatus aegre duxit vitam in plagulis de prelo emendandis occupatus (n. 1728; † 20. Aug. 1800). Ejus versio, in qua subinde emendavit et auxit Butleri opus, prodiit Parisiis 1786—90. Operis confecit *Abrégé de la Vie des Saints*, quod perduxit ad d. 18. Jul., absolvit Jo. B. Bordier Delpuits S. J. Claromontanus (n. 25. Maj. 1734; † 15. Dec. 1811) vir de religione temporibus illis tam calamitosis optime meritus. Prodiit Parisiis 1802; 1825. Lugduni 1815 t. 4 in 12. Curavit quoque Godescard novam editionem *analysis fidei* Holdenii, ib. 1767 et 1786 in 12; *de controversiis fidei* fr. H. et P. Walemburch cum horum vita, ib. 1768 in 12.

[1]) Cf. Sommervogel V, 1864.

[2]) Cf. elogium ipsius rhetorice conscriptum ab Alex. M. Kalephato in ed. Antiquitatnm chron. Selvagii Wirceburgi 1787 t. 1.

eleganter *de adventu et praedicatione s. Jacobi in Hispania,* Neapoli 1763. — Josephus Delisle n. 1690, militia relicta ord. s. Benedicti, abbas s. Leopoldi Nancaei († 24. Jan. 1766), cujus sunt: *Défense de la vérité du martyre de la légion thébéenne* autrement de S. Maurice et de ses Compagnons pour servir de Réponse à la Dissertation critique du Ministre Dubourdieu, avec l'Histoire détaillée de la même Légion[1]), Nancaei 1737 in 8; *Vie de S. Nicolas,* l'histoire de la translation et de son culte, ib. 1745 in 8; *Avis touchant les dispositions* dans lesquelles on doit être selon le coeur pour étudier la théologie, Paris 1745 in 8; Nancaei 1760; *Histoire dogmatique et morale du jeûne,* Parisiis 1741 in 8., opus eruditum, accuratum et utile[2]); *Histoire de l'ancienne abbaye de St. Mihiel et de la ville* qui en porte le nom précédée de cinq Diss. préliminaires, Nancaei 1758 in 4; Traité historique et dogmatique touchant *l'obligation de faire l'aumône,* Neocastri 1736 in 8. — Constantinus Ruggieri disseruit *de portuensi s. Hippolyti ep. et M. sede,* quam diss. posthumam absolvit, adnotationibus auxit ediditque Achilles Ruschius Romae 1771, etiam in Migne P. G. 10, 396—548. Natus est Ruggeri St. Archangeli prope Ravennam a. 1714. Romae advocatum egit, sed admodum delectabatur studio antiquitatis. Praefuit celeberrimis bibliothecis card. Ottoboni et Imperialis et etiam typographiae Propagandae fidei († 11. Nov. 1766). Disseruit quoque *de albanensi s. Innocentii I. patria; de rebus gestis b. Gregorii X. pontificis; de Arnaldo de Fangeriis,* Petro Gomesii, Bertrando, de Deucio episcopis sabinensibus in collectionis *calogerianae* t. 20; diss. 3 *de ecclesiastica hierarchia et de disciplina arcani, diss. critica* circa il numero e l'autenticità degli atti di s. Barbara[1]), aliaeque, quarum plures prodierunt sub nomine ficto Nicetae Alethophili. — Matthias Fuhrmann O. Erem. S. Pauli, Viennensis (natus c. 1690; † 1773) meruit de historia Austriae[2]), digessitque historiam sacram *de baptismo Constantini Max. Aug.* colloquiis familiaribus, p. 1. Romae 1743, quae complectitur fictitium magni hujus imperatoris baptismum nicomediensem[3]); p. 2. Viennae 1747, in quae baptismum ejus romanum probat ex nonnullis aeri incisis monumentis et numismatibus, quae tamen pars abundat mendis typographicis. *Acta s. Pauli Thebaei primi eremitae* sincera graeco-latina cum variis lectionibus et notis variorum; accedit diss. de dubiis haec acta circumstantibus et epist. Sicardi S. J. obscura illustrans, Neostadii 1760.

94. Aliquot hic afferamus, qui de *historia literaria* meruerunt: Vincentius Ximeno, theologiae doctor († 8. Aug. 1764), collegit *Escritores del reino de Valencia* cronologicamente ordenados desde el año 1238 de la cristiana Conquista de la misma Ciudad hasta el de 1748, Valentiae 1749 t. 2 in f. — Didacus Barbosa Machado Lusitanus, membrum regiae academiae pro historia lusitana († c. a. 1770), collegit eruditam quidem sed judicio non adeo critico *Bibliotheca Lusitana historica, critica et cronologica,*

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1743 a. 45 pag. 1021—54. De hoc argumento scripsit etiam Joseph de Rivaz vicarius generalis divionensis *Eclaircissements sur la légion Thébéenne* et sur l'époque de la persécution des Gaules sous Dioclétien et Maximin, Parisiis 1779 in 8., opus egregium.

[2]) Cf. ib. 1741 a. 44 pag. 851—81.

[1]) Cf. Amaduzzi commentarius in vitam C. Ruggerii t. 20. coll. calog.; Biogr. univ. 39, 291.

[2]) Ita inter alia scripsit *Allgemeine Kirchen- und Weltgeschichte Oesterreichs* Viennae 1760 in 4., quae complectitur historiam provinciarum hujus monarchiae per tria priora Ecclesiae secula. Cf. Werner, deutsche Biogr. 8, 189.

[3]) Cf. A. E. lips. 1747 p. 490—9.

na qual se comprehenda a Noticia dos Authores Portuguezes e das Obras que composuerao desde o tempo da promulgaçao da Ley da Graca até o tempo prezente, Olisipone 1741—59 t. 4 in f. — Joannes Maria comes de Mazzuchelli[1]) *Gli scrittori di Italia* cioè notizie storiche e critiche intorno alle vite ed agli scritti de' Letterati italiani, Brixiae, 1753—63 v. 2 in t. 6 in f., opus immensae diligentiae, eruditionis, accurationis, sed dolendum illud nimium dilatasse, adeo ut ultra literam B. non pervenerit. Natus est Mazzuchelli illustri familia Brixiae 28. Oct. 1707. Ophthalmia ad septimum usque aetatis annum sic laboravit, ut lumina amiserit eorumque recuperandorum sine mirabili ope divina nulla spes esset: repentino tamen illa recepit. Jurisprudentiae operam dedit, sed cum Paulus Galeardus eum adhortatus esset ad historiam literariam Italiae illustrandam, coepit magnam sibi comparare librorum copiam, quae ad eam rem non solum utilis, sed etiam necessaria esse videbatur. Juventutis et nobilitatis florem in ipsius domum confluentem sic exercebat, ut octavo quoque die aliquid proferretur, quod ad excolendas literas et studia pertineret. Inde prodierunt: *Dissertazioni istoriche scientifiche ed erudite* recitate da diversi Autori in Brescia nell'adunanza letteraria del Sig. Conte Giammaria Mazzuchelli, Brixiae 1766 t. 2 in 8. Magni factus fuit a civibus et a senatu veneto, qui eum aureo ense donavit. Vir erat religione, morum integritate et liberalitate in pauperes insignis, in patria commoda sollerter intentus atque adeo studiis deditus, ut hortantibus suis ad intermittenda studia respondere solitus esset, etsi corpora interdum defatigatione et exercitatione ingravescant, nunquam non animos se exercendo levari omnesque homines in sua arte exercenda mori debere. Decessit doctissimus vir[1]) 19. Nov. 1765. Scripsit ediditque multas *biographias* quarum plures exstant in *collectione calogeriana* atque etiam curavit editionem op.: *Le vite di Uomini illustri fiorentini* scritte da Filippo Villani ora per la prima volta date alla luce, Venetiis 1747 in 4., quas annotationibus auxit. — Angelus (in baptismo Joannes Demetrius dictus) Calogerà (Calogierà) O. Cam. et abbas monasterii veneti s. Michaelis, Patavinus (n. 7. Sept. 1699; † 29. Sept. 1766), vir antiquae monasticae probitatis et fidei, philologus celeber et laboriosus, de historia literaria in primis meruit variis eruditis collectionibus[2]), scil. *Raccolta di opuscoli scientifici e filologici*, Venetiis 1728—57 t. 51 in 12; *nuova raccolta*[3]) etc., ib. 1755—65 t. 14 in 12, quibus continentur opuscula variorum eruditorum certe utilia, sed subinde tamen etiam minoris pretii; *Giornale dei Letterati d' Europa* per servire di continuazione alla Storia Letteraria d' Europa (quam ipse ex gallico idiomate italice vertit ib. 1726. 1727 t. 2 in 12.), ib. t. 2 in 12; *Novelle della Republica delle lettere* dell'a. 1729—32 t. 4 in 4; *Biblioteca volante* di Giovanni Cinelli Calvoli continuata dal dott. Dionigi Andrea Sancassani, ed. 2. in meliorem formam redacta, aucta et annotationibus illustrata, ib. 1734—47 t. 4 in 4; *Memorie per servire alla Storia letteraria*, ib. 1752—58 t. 12 in 8; *Nuove Memorie* etc., ib. 1759—61 t. 5.

95. Joannes Benedictus (ante Nicolaus Jac. dictus) Mittarelli Venetiis

---

[1]) Alius a Petro M. († 8. Maj. 1829) bibliothecae ambrosianae praefecto, cujus sunt *Osservazioni* intorno al saggio storico-critico sopra il rito Ambrosiano, Mediolani 1828.

[1]) Cf. Fabronius 14, 154—176.

[2]) Cf. Fort. Mandelli Memorie della Vita del P. D. Angiolo Calogerà Abbate camaldolese; et Vedova Biografia degli Scrittori padovani 1, 183—89.

[3]) Cf. St. Lett. d'It. 12, 482—90.

natus est 2. Sept. 1707. Vix pueritiam egressus (1722) Camaldulensium se adjunxit familiae. Post emensum studiorum curriculum philosophiam prius, deinde theologiam sodales aliquamdiu docuit. Ordinis sui historiae illustrandae totus intentus erat. Hinc omnia ordinis obivit monasteria tantique operis socium sibi adjunxit Anselmum Costadonium, virum cum moribus, studiis et natura sua sibi plane congruentem. Horum studiorum fructus prodierunt *Memorie della vita di s. Parisio* e del monastero dei SS. Cristina e Parisio di Treviso, Venetiis 1748. *Memorie del monastero della ss. Trinità* di Faenza, Faenza 1749; prae primis vero *Annales camaldulenses* O. S. Ben, (907—1764), quibus plura inseruntur tum ceteras italico-monasticas res, tum historiam ecclesiasticam remque diplomaticam illustrantia, Venetiis 1755—73 t. 9 in f., opus accuratum ad simile Mabillonii opus expressum, quod commendatur perspicuitate, eruditione et judicio acri et certo, quo ad criticorum trutinam omnia videas exacta. Insertae sunt dissertationes et praefationes eruditae, quae multa illustrant et patefaciunt obscura. Primo t. continetur vita s. Romualdi a s. Petro Damiano conscripta, quam manuscriptam reperit; altero t. exhibentur epistolae et opuscula ejusdem s. doctoris[1]). In praemium tam insignis operis cusum fuit numisma, quod praeter imaginem auctoris habet quernam coronam cum inscriptione: ‚Annalium camaldulen. conditori' et patri suo X viri camald. DD. a. 1754. Edidit quoque *Bibliothecam codicum msc.* monasterii s. Michaelis Venetiarum (cujus per decem annos praepositus fuit) cum appendice librorum impressorum[2]) sec. XV., ib. 1779 in f., opus (posthumum) insigne magnique meriti. Ad scriptores rerum ital. cl. Muratorii *accessiones historiae faventinae,* ib. 1771, quibus dein 1775 adjecit appendicem *de literatura Faventinorum* sive de viris doctis et scriptoribus urbis Faventiae (fr. 150). Propter praeclara virtutis specimina, animi dotes et insignia in ordinem merita electus est in abbatem s. Michaelis de Murano (1760), dein totius ordinis praefectura a. 1765 ei commissa fuit, quam prudentissime et sanctissime per quinquennium administravit: quo absoluto rediit ad suam abbatiam. Decessit[1]) piissimus vir, vere religiosus et insigniter doctus 4. Augusti 1777.

96. Petrus Claudius Goujet, aliquandiu sodalis Oratorii, canonicus s. Jacobi hospitalis et membrum plurium academiarum Galliae Parisiensis (n. 1607; † 1767), auctor fuit laboriosus, sed jansenianis nimis addictus[2]) stetit enim vel l. edito pro veritate miraculorum famosi diaconi Paris. Continuavit Dupinii (II, 814) opus *Bi-*

[1]) Cf. N. bibl. eccles. frib. 1776 t. 2 fasc. 4 pag. 117—24.

[2]) Cf. Ib. IV, 4, 557—72.

[1]) Cf. Fabrionius V, 369—91, cujus commentarius *de vita Mittarellii* praefixus ejus bibliothecae codd. msc., et in compendium redactus exhibetur in bibl. friburg. cit. V. p. 1—12; Bi. univ. 29, 181. Braunmüller KL. VIII, 1662.

[2]) Qua occasione mentionem faciemus Renati Cerveau, presbyteri parisiensis janseniani (n. 21. Maji 1700; † 1780), qui composuit *Nécrologue des plus célèbres défenseurs de la vérité* du 17. et 18. siècle, Parisiis 1769 t. 7 in 12., quo sectarios, qui se opposuerant formulario Alexandri VII. et bullae Unigenitus, encomiis prosequitur, plures etiam viros plane obscuros. Cf. Feller II, 428. Neque melioris spiritus est *Dictionnaire historique,* littéraire et critique contenant une idée abrégée de la vie et des ouvrages des hommes illustres en tout temps et en tout pays, 1758 t. 6 in 8; proh. 1762 auctore Petro Barral ejusdem factionis Gratianolitano († 21. Jul. 1772): cui opposuit Ladvocat *dictionnaire historique,* de quo cf. supra p. ... *Dictionnaire ... de la Bible* specimen Manualis biblici, quod est compilatio levi manu confecta ac plena erroribus, Paris 1779 t. 2 in 8. Cf. Feller I, 409.

bliothèque des écrivains ecclésiastiques[1]), Paris 1736. 1737, t. 3 in 8., quae continuatio tamen nimis est verbosa, judicio critico pretioque caret. Adjecit *supplementum* dictionario Morerii 1735 t. 2 in f., aliosque duos tomos 1749, in quibus corrigit quidem plures errores, sed de viris nullius celebritatis nimis diffuse disserit, neque a partium studio videtur alienus[2]). Juvit quoque Fabrum in continuatione historiae ecclesiasticae Fleurii (IV[3], 1157). Edidit insuper: *Histoires des Inquisitions,* ou l'on rapporte l'origine et le progrès de ces tribunaux, leurs variations et la forme de leur jurisdiction, Coloniae (Parisiis) 1759 t. 2 in 12; *traité de la vérité de la Religion chrétienne* traduit du Latin de Grotius avec des Remarques, Parisiis 1742 in 12; 1754 ed. 2; *la vie du Rufin* par Gervaise mise en ordre et corrigée, ib. 1724 t. 2 in 12; *de l'état des Sciences en France* depuis la mort de Charlemagne jusqu'à celle du Roi Robert, ib. 1737 in 12., quod opus academia praemio dignum censuit[3]); *Bibliothèque Française* ou Histoire de la Littérature française, 1740—56 t. 18 in 12., praecipuum ejusdem opus, sed nimis diffusum, unde ne potiorem quidem hujus historiae periodum attingit. *Discours sur le renouvellement des études* depuis le XIV. Siècle, ib. 1737 in 4; et aliis omissis[1]): *Histoire du Pontificat de Paul V.,* ib. 1765 t. 2 in 12. *La vie des Saints* pour tous le jours de l'année, Paris 1730 t. 7 in 12. (cooperantibus Mésenguy, Roussel et Blondel); 1734 t. 2 in 4; 1740; plures biographiae vel elogia historica virorum aequalium etc. — Jacobus Hébrail dedit *la France littéraire* contenant 1. les Académies établies à Paris et dans les differentes villes du royaume; 2. les auteurs vivants avec la liste de leurs ouvrages; 3. les auteurs morts depuis l'année 1751 inclusivement avec la liste de leurs ouvrages; 4. le catalogue alphabétique des ouvrages de tous ces auteurs, Parisiis 1769 t. 2 in 8., quo in opere accurato socium habuit Jos. de la Porte[2]), sedulum compilatorem († 1779), qui adjecit supplément (primum) 1778 pp. 2 in 8. minus exactum; alterum utroque opere inferius adjecit Jos. Andreas Guiot († 1807) 1784 pp. 2 in 8. — *Histoire de l'Université de Paris t. 7,* Parisiis 1761 (usque ad a. 1600 epitome op. Boulay IV[3], 249) reliquit Joannes B. Ludovicus Crevier Parisiensis (n. 1693; † 1. Dec. 1765) discipulus celebris Rollin, cujus historiam romanam continuavit exacte quidem sed stilo inferiori minusque puro additis aliis 8 tomis, aliisque operibus ad historiam profanam spectantibus inclaruit. — Joseph Thoulier d'Olivet n. 1682 aliquamdiu SJ. (1698—1716) consummatus grammaticus totus incubuit in perficienda lingua gallica et illustrando Cicerone, cujus opera cum eru-

[1]) J. des Sav. 110, 241—52; 113, 3—27.

[2]) Cf. Feller III, 486 ed. par. a. 1845, qui inter alia advertit: »Il fournit plus de deux mille corrections ou additions pour le Dictionnaire de Moreri de 1732, la plus part relatives à la secte dont il plaidait les intérêts; ce qui a changé ce volumineux dictionnaire, que l'impartialité du premier auteur avait rendu d'un usage général, en un ouvrage de parti et un répertoire de convulsionnaires. Dans la même vue, il a fourni plusieurs dissertations des *Mémoires de littérature;* et un grand nombre d'articles au P. Nicéron, auteur des Mémoires des hommes illustres.« Ceterum ad novam ed. dictionarii Morerii ejusque supplementum plurimum contulit Jos. du Mabaret, (1697—83) quondam congr. s. Sulp., quin ejus sufficiens fiat mentio. Perfectiorem meditatus est ed., quae tamen non prodiit. Operam quoque suam contulit ad ed. Dictionarii trivultiensis 1752. Scripsit quoque utilem *Mémoire* sur la vie et les ouvrages du M. du Plessis d'Argentré (cf. IV, 1063). Cf. Bertrand III, 184—88.

[3]) Cf. A. E. lips. 1742 p. 230—2.

[1]) Cf. Adelung II, 1549; Quérard III, 423 s.; Ingold p. 50 ss.

[2]) Cf. Michaud Biogr. un. 34, 142; Feller VII, 80.

ditis comentariis edidit Paris 1740 t. 9 in 4. A viris celebrioribus magni factus et receptus est inter academiae socios. Hujus historiam a Pellisson (IV^3, 433) coeptam continuavit Parisiis 1729 t. 2: quae historia aestimatur [1]). Obiit 8. Oct. 1768.

97. J. François O. S. Ben. congr. s. Hidulphi collegit *Bibliothèque générale* des Ecrivains de l'Ordre de s. Benoit, Bullonii 1777 t. 4 in 4. opus admodum rarum (m. 120). — Renatus Prosper Tassin O. S. Ben. congr. s. Mauri Normannus (n. 17. Nov. 1697; † 10. Sept. 1777) descripsit [2]) *Histoire littéraire de la congrégation di S. Maure,* ordre de S. Benoît, où l'on trouve la vie et les travaux des auteurs qu'elle a produits, Bruxellis (Parisiis) 1770 in 4. (fr. 40), sed dolendum quod spiritu janseniano sit infecta; hinc plura folia debuit omittere et emendatis supplere (14): quamobrem editio originalis est rarissima. Germanice versa cum additionibus a J. G. Meusel Francofurti 1773. 74 t. 2 in 8. Continuavit Tassin opus de re diplomatica a Toustain (cf. IV^3, 1593) coeptum, cujus ipse t. 2—6 curavit. *La notice de msc. de la bibliothèque de l'église métropolitaine de Rouen* par M. l'abbé Saas revue et corrigée. Rotomagi 1747 in 12. — Antonius Touron O. Praed. Gallus (n. 1686; † 2. Sept. 1775) scripsit *Histoire des Hommes illustres de l'Ordre de S. Dominique* c'est à dire des Papes, des Cardinaux, des Prélats eminens en science et en sainteté, des célèbres Auteurs et des autres grands Personnages qui ont le plus illustrè cet Ordre depuis la mort du saint Fondateur jusqu'au Pontificat de Bénoit XIII., Parisiis 1743—49 t. 6 in 4. (fr. 125), opus praeclarum, accuratum, eruditum [1]); *Vie de s. Thomas d'Aquin* [2]), ib. 1737 in 4; italice versa a Bern. de Rubeis, Venetiis 1743; *La vérité vengée* en faveur de s. Thomas même, 1762 in 12; *Vie de s. Dominique* avec l'Histoire abrégée de ses premiers disciples 1739 in 4; *Histoire générale de l'Amérique depuis sa découverte,* 1768-70 t. 14 in 12., in quo praesertim gesta ordinis s. Dominici in regno peruano narrantur; *de la Providence* traité historique, dogmatique et moral avec un discours prél. contre l'irreligion, Parisiis 1752 in 12., opusculum plane egregium, solidum, profundum; *la main de Dieu sur les incrédules,* ou Histoire abrégée des Israélites, 1756 t. 3 in 12; *Parallèle de l'incrédule et du vrai fidèle,* 1758 in 12; *la Vie et l'Esprit de s. Charles Borromée,* 1761 t. 3 in 12; *de ss. Trinitate* juxta mentem Thomae prolegomena 3 cap. comprehensa, Romae 1795 ed. 3. (?).

98. Joannes Felix Ossinger O. S. Aug. Monacensis n. 18. Jan. 1694, s. theologiae lector, provinciae suae bis praepositus et Germaniae assistens († 6. Oct. 1767), laudanda diligentia collegit e variis et plusquam 278 scriptoribus tam exteris quam sui ordinis,

[1]) Cf. Feller 6, 318.

[2]) Cf. M. Plattner OSB. KL. XI, 1229; decem ep. hactenus ineditas exhibent Etudes CXVIII (1909), 381—91.

[1]) Cf. J. des Sav. 131, 3—17; 137, 291-305; 141, 459—79; 145, 303—20; 155, 297—317; A. E. lips. 1759 p. 704—19. Hoc opus hispanice versum fuit a sodali Emmanuele Josepho Medrana, Matriti 1750 in f.

[2]) Cf. suppl. ad N. A. E. lips. 6, 385—9, in quo de hoc op. ita legimus: »Auctor tam copiose, solide et eleganter universam Thomae vitam adornavit, ut lectores in eo nihil sint desideraturi. Felicem etiam eo nomine praedicamus Thomam, quod Turonium obtinuerit dignum et laudabilem laudum suarum praeconem et panegyristen.« Etiam apud Feller VIII, 235 legimus: »Il y a beaucoup d'érudition dans la plupart des ouvrages de ce religieux, d'excellents principes, du zèle et des vues parfaitement sages, les agréments du style y sont un peu trop négligés, mais le ton en est affectueux et plein d'onction.«

e diversis bibliothecis, catalogis atque msc. et secundum ordinem alphabeticum digessit *bibliothecam augustinianam* historicam, criticam et chronologicam, in qua 1400 augustiniani ord. scriptores eorumque opera tam scripta quam typis edita inveniuntur, simulque reperitur, quo seculo vixerint, et de pluribus, quo anno obierint, necnon cujus nationis, patriae, provinciae et coenobii fuerint, Ingolstadii et Monachii 1776 in f. — Martinus Kropff O. S. Ben., clarus mellicensis bibliothecae et nummothecae praefectus (n. 8. Jul. 1701; † 27. Jan. 1779) typis dedit [1]) *bibliothecam mellicensem* seu vitas et scripta inde a sexcentis et eo amplius annis benedictinorum mellicensium, Vindobonae 1747 adjecto catalogo selectorum nonnullorum msc. illius bibliothecae. *Isidorii Clarii* ex monacho parmensis monasterii episcopi fulginatis († 1555) *commentationum in c. 15 ep. prioris d. Pauli ad Corinthios* ad Basilium fratrem ll. 2, nunc primum editi, Styriae 1763 in 4; *Leben und Wunderthaten* des h. Leopold Viennae 1756; *Der entlarvte Mede* d. i. gründliche in den ersten Quellen aufgesuchte Widerlegung und Aufdeckung jener vermummten auf Kosten der Wahrheit ausgeschmückten unsicheren Scheingründe der sogenannten Abhandlung vom Opfer und Altare der ersten Christen. Erstlich von Jos. Mede, einem Engländer († 1638) verfasst, nachmals aber ins Deutsche übersetzt und dem ersten Teil der deutschen Uebersetzung allgemeiner Kirchengeschichte des Cl. Fleury angehangen, den Starken zum Trost, den Wankenden zur Aufrichtung und den Widersachern zur heilsamen Beschämung, Augustae et Oeniponti 1760 in 8. — Vigilio Greiderer O. Min. Reform. debemus [2]) *Germaniam franciscanam* seu chronicon geographo-historicum O. S. Franc. in Germania, in quo primario tractat (stilo neglecto) de provinciis et domiciliis dicti ord. (in Austria et Bavaria) sub stemmate Observantium militantibus, secundario etiam de aliis sub jurisdictione aliorum ordinum repositis, Oeniponti 1777 et 1781 t. 2 in f. (m. 50). Ex hoc op. *Chronica reformatae provinciae s. Leopoldi* tirolensis seorsim prodiit Quaracchi 1894. T. III qui complectitur prov. argentinam mansit ineditus. Natus est V. Greiderer in urbe tirolensi Kufstein 1715, ingressus a. 1736 ordinem seraphicum. In ordine sodales docuit theologicas disciplinas, saepius guardianus constitutus fuit, bis diffinitor, bis custos ac demum vicarius provincialis electus est. Vitae regularis erat exemplar, disciplinae zelator; ab eximia morum comitate, candore animi, probatae virtutis odore omnibus carus. Obiit 26. Dec. 1780.

99. Henricus Schüz S. J. natus est a. 1714 Niccaro-Ulmae in Francovia, atque a. 1747 ad historicam cathedram in academia ingolstadiensi promotus. In legendo et excerpendo assiduus fuit, ut testatur utilis ejus *commentarius criticus de scriptis et scriptoribus historicis* tam antiquis quam novis ad faciliorem et veriorem historiae qua ecclesiasticae qua profanae notitiam concinnatus atque animadversionibus ac dissertationibus illustratus, Ingolstadii et Monachii 1761 in 4. (m. 24); *erotemata historica* in collegiis historico-academicis secundum criticam pertractanda ad a. 1749 et 1750, ib. 1750. 1751, pp. 2. Decessit Schüz [1]) 13. Sept. 1768. —

[1]) Cf. Script. O. S. Ben., qui ab a. 1750—1880 fuerunt in imp. austriaco-hung. p. 529.

[2]) Cf. plura de eo Kirchenzeit. Salisburgi 1891 p. 438, in Monito praemisso t. 2. op. supra citati, in nova bibl. eccl. frib. 6, 321—30; Lauchert Allg. d. Biogr. 49, 532.

[1]) Cf. Mederer annol. ingol. III, 300; Baader *Lexikon* 1, II, 225, qui referunt auctorem nostrum dissertatione *de progenitoribus Luitpoldi Bojariae marchionis*

Ernestus Apfalter S. J. Labacensis (n. 19. Jun. 1707; † 14. Oct. 1767, philosophiae, juris canonici et theologiae dogmaticae professor, recenset *scriptores antiquissimae et celeberrimae universitatis viennensis,* seculum I., Viennae 1740 in 8. Opus continuarunt sodales Carolus Dolenz († 1751), Jacobus Focky Viennensis (n. 17. Febr. 1717; † 1775) ib. 1741; Jos. Carl († 1776) Viennensis et Caj. Rechbach[1]) († 1766), Viennae 1742. Pertingit scriptorum series usque ad a. 1655. — Yvo Maria André S. J. Chateaulinii in Gallia n. 22. Maj. 1675 mathesim a. 39 Cadomi professus est. Carthesianae philosophiae erat addictus ac frequens habuit commercium literarum cum Malebranche: hinc molestias sibi a sodalibus concivit († 26. Febr. 1764 a. aetatis 89). Versatus erat in omni literarum genere. Prodierunt post ejus mortem *Documents inédites* pour servir à l'histoire philosophique, religieuse et littéraire du XVIII^eme^ siècle contenant sa correspondance avec Malebranche (34 ep.), Fontenelle etc., Caen 1857 t. 2 in 8. cur. A. Charma et G. Mancel cum ejusdem biographia; *Essai sur le Beau,* où l'on examine en quoi consiste précisément le Beau dans la Physique, dans la Moral, dans les Ouvrages d'Esprit et dans la Musique, Paris 1741 in 12., complectens 4 diss.; saepe editum; 1770 ed. aucta aliis sex diss.; ed. in Jouve Dictionnaire d'Esthetique chrétienne, ed. Migne 1859, liber enim est accuratus, utilis magnam prodens sagacitatem[2]). Collecta cur. V. Cousin prodierunt *Oeuvres philosophiques* avec une introduction sur sa vie et ses ouvrayes, Paris 1843 in 12. De ejus vita Malebranchii supra egimus IV[3], 733.

100. Plures natione Itali hac epocha illustrarunt haud parum *archaeologiam* christianam. Ita Matthaeus Jacutius O. S. Ben. († 1764), cujus sunt: *Specimina christianorum antiquitatum,* quae in vetere Bonusae et Mennae titulo a Suburana s. Agathae basilicae asservantur, Romae 1758 in 4; *syntagma, quo apparentis M. Constantino crucis historia complexa est universa* a suis ita ab omnibus non priscis modo, quam nuperrimis osoribus vindicata, tempori suo et loco restituta, ceteris tandem gestae rei monumentis illustratur[1]), ib. 1755 in 4. — Jos. M. Pancrazi O. Theat. Cortonensis († 1764; juxta alios 15. Jul. 1760) exhibet *Antichità Siciliane,* Neapoli 1751. 1752 t. 2 inf. — Jos. Ant. Pinzi Ravennas (1713—69) eloquentiae sacrae in seminario patrio professor, amicitia junctus celeberrimis sui aevi viris. Disseruit de nummis ravennatibus pp. VI, opus eruditissimum. — Lucas Paleotomus *antiquitatum ecclesiasticarum Summam* ex probatissimis auctoribus desumpsit, Venetiis 1764 t. 2 in 1 v. in 4. — Contuccius Contucci S. J. Monte Politiano n. 21. Maji 1688 († 19. Mart. 1768), musei kircheriani custos, „quem, teste Francisco Vettori, quotquot suo tempore antiquarii Romae ac tota Italia floruerunt, magnopere suspexerunt et vero etiam per literas consuluerunt.“ Inter ceteros, qui eum plurimi fecerunt, recensendi sunt Boldetti, Ficoroni, Muratori, Gori, Maffei, Capponi, Passeri, Vettori. Non pauca scripsit et castigate summaque eruditione scripsit, quae alieno nomine vulgata iis, quorum gratia scripta fuerant, eruditionis famam commendationemque pepererunt.

praemium 50 aureorum reportasse ab academia monacensi, et pro diss. *de comite palatii* ab academia manheimensi.

[1]) Alius ab eo est Hieronymus Rechbach S. J. Tarvisensis in Carinthia n. 19. Sept. 1721, qui ex Hansizii Germania s. t. III *historiam reformationis* religionis in Styria, Carinthia et Carniola exstraxit, Clagenfurti 1769 in 8.

[2]) Cf. Feller I, 170; Sommervogel I, 334—38. Distingui debet a celebriori Jo. Andrés († 1717), de quo infra agemus.

[1]) Cf. St. Lett. d'It. 12, 401—12.

Musei Kircheriani aerea notis illustravit, Romae 1763—65 v. 2 in f. Scripsit quoque *Vita della s. vergine e imperatrice Pulcheria,* Romae 1754 in 4; Placentiae 1794.

101. Alexius Symmachus Mazochi natus est 21. Oct. 1684 in pago s. Mariae, in quo sita fuit vetus Capua et quae a nova duo ferme millia passuum distat. In prima adolescentia tardi ingenii signa prae se ferebat: verum diligentia et contentione omnino singulari ita profecit, ut universum Aristotelem memoria teneret adeoque perfecte caleret linguam graecam, ut quae de scripto latino traderentur, ipse ex tempore graecum in sermonem converteret. Totum se jam abdidit in literas ingentemque hausit in theologicis disciplinis eruditionem. In neapolitano seminario diu munus studiorum praefecti cum magna solertia et diligentia sustinuit. Campanus canonicus factus, enixis Nicolai Caraccioli archiepiscopi Campanorum precibus compulsus, huius dioecesis seminarii curam quoque in se suscepit; eandemque gratiam pro suo ab eo impetravit episcopus aversanus. Delectabatur in primis studio antiquitatis. Initium operum, quae edidit, fuit *in mutilum campani amphitheatri titulum* aliasque nonnullas campanas inscriptiones commentarius (eruditissimus), Neapoli 1727 in 4., qui ipsius famam confecit. Interim declaratus est canonicus neapolitanus et in regia academia ss. literarum magister, imo a rege designatus anaxanensis archiepiscopus: cui tamen honori renunciavit. Id enim unum ei propositum erat, ut otium ac tranquillitatem vitae sequeretur, quam libris edendis impendere posset. Edidit Fr. Mariae Muscettolae archiep. rossanensis († 1746) diss. theologico-legalem *de sponsalibus et matrimoniis,* quae a filiisfamilias contrahuntur parentibus insciis vel juste invitis, additis commentariis, quibus rem eo perduxit, ut lege praecisa fuerit filiisfamilias licentia ac libertas matrimonio se obligandi parentibus ex aequo repugnantibus, ib. 1742 in 8; 1762; Romae 1766 in 4. cum nova appendice decisionum s. R. Rotae; Venetiis 1772. Eo tempore repertae fuere in basilica s. Joannis Majoris binae tabulae ex marmore, in quibus nomina sanctorum ex mensium ordine disposita indicium faciebant, calendarium inibi esse insculptum, quo antiquitus neapolitana ecclesia uteretur. Hortante et urgente Spinellio cardinali Mazochi illas illustrare est aggressus op. inscripto: *In vetus marmoreum s. neapolitanae ecclesiae calendarium commentarius,* Neapoli 1744 t. 3 in 4., opus vere doctum [1]), sed dolendum illud ultra sex priores menses non progredi. De eodem Calendario doctissime egerat etiam Ludovicus Sabbatini d'Anfora episcopus aquilanus († 6. Jul. 1776) in op. *Il calendario Napoletano* nuovamente scoperto con varie note illustrato, Neapoli 1746 t. 4 in 4., qui tamen complectuntur tantum priores quatuor menses. In eo opere quasdam Mazochii opiniones carpit refellitque [2]). Aegerrime id tulit Mazochi, qui non facile sibi contradici patiebatur, unde acrius quam par esset illum est aggressus in op. sub Philippi Mazochi, filii fratris, nomine edito: *In causa Hilari fide constituti actorum recensio,* Neapoli 1745 in 4. Postea tamen poenitendo emendavit errorem suum et quotquot op. (de quo cf. A. E. L. 1749 p. 627—32) exemplaria invenire poterat, quovis pretio comparabat, ut in ignem conjiceret. Alia vero controversia exarsit inter ipsum et Stiltingium (cf. IV[3], 1565), qui acta hieromartyris Januarii ab illo t. 1. sui Ca-

[1]) Cf. A. E. lips. 1749 pag. 527—31; St. lett. d'It. 3, 436—50.

[2]) Idem Sabbatini disseruit bene de dignitate papae in op. Selectae diss. *de praerogativa et sanctitate status clericalis,* quas ex italico sermone in latinum transtulit Ignatius Kistler, Augustae V. 1741.

lendarii edita et laudata quamvis foeditate sua (mendis enim et lacunis abundant) eum deterrere debuissent, fide indigna censuit, et illis vaticana, quae Mazochio suspecta videbantur, praetulit. Quare auctor noster *actorum bononensium s. Januarii et sanctorum martyrum vindicias repetitas* Neapoli 1759 in 4. edidit.

102. Orta acri controversia inter ecclesiae neapolitanae canonicos et hebdomadarios, qui contendebant, duas olim exstitisse Neapoli cathedrales ecclesias, graecam nimirum et latinam, se vero in locum capituli latini, canonicos in graeci collegii vices successisse ideoque parem in utrisque esse dignitatem, rogatu capituli Mazochius dissertationem elaboravit historicam *de cathedralis ecclesiae neopolitanae semper unicae variis diverso tempore vicibus* [1]), ib. 1751 in 4. Hanc convellere nisus est Jos. Aloisius Assemanus in t. 2. *ital. historiae scriptorum,* sed ad singula nec sine sale quodam respondit auctor noster. Secuti sunt illam mox *de sanctorum neapolitanae ecclesiae episcoporum cultu* (30), ib. 1752 t. 2 in 4., qui etsi valde eruditi [2]), tamen plura properantis et omnino festinantis auctoris prae se ferunt signa. Urgebatur enim a Guevara e ducibus Bovinensium, ut regii herculanensis musei aeneas tabulas heraclienses commentario illustraret, qui revera prodiit 1754 p. 1. et 2. in f. Tanti autem eum fecit Carolus rex, ut jusserit ei ex aerario quotannis pendi ducatos tercentos voluitque, ut in detegendis tot antiquitatis monumentis herculanensis civitatis nihil inconsulto Mazochio fieret; quod tamen decretum regium aemulorum invidia servatum non fuit. Senex non solum rerum memoriam amisit, sed neque satis mentis compos erat et nonnisi interdum ad se redibat. Decessit laboribus morbisque confectus 12. Sept. 1771 a. aetatis 87. Vir erat non solum eruditissimus, adeo ut a discipulis diceretur bibliotheca ambulans et a viris doctis omnis nationis encomiis celebraretur, sed et integerimae vitae et eximiae pietatis. Honores et vel recreationes honestas fugiebat, ne momentum quidem temporis perire sinebat, in loquendo parcus et modestus, erga alios benevolus, beneficus in pauperes, in omni agendi ratione gravis et sobrius. Praeter opera jam recensita, iis omissis quae profani sunt argumenti huc spectant: *Spicilegium biblicum,* Napoli 1763—78 t. 3 in 4., cujus t. ultimus complectitur annotationes eruditas et doctas in N. T.; *de graeco prophetarum codice chisiano* diatriba, in coll. calog.; *opuscula,* quibus orationes, epistolae, inscriptiones, carmina ac diatribae continentur, Neapoli 1771—5 t. 2 in 4. cura Cajetani Migliore, quibus addatur erudita ep., qua ad 30 virorum clariss. *de dedicatione sub ascia* commentationes integrae recensentur, quibus adnotationes aspersit curasque posteriores adjunxit, ib. 1740 in 8., nam illi subjunxit diss. *de s. Josephi et Christi artificio.* Mazochii opera eruditione et notitiarum copia exuberant tanta, ut haec ipsa ubertas ordini saepe et perspicuitati officiat [1]).

103. Aequalis Mazochio fuit alius archaeologus plane eruditus Julius Laurentius Selvaggio Neapolitanus n. 10. Aug. 1728, qui clericus omnes condiscipulos discendi ardore et profectu vicit, et sacerdos factus (1752) totus libris incubuit, quos diligentissime excerpsit. Archaeologiae in primis studio hortante et quasi manu ducente Mazochio se dedit. Cardinalis Sersale eum in juris canonici profes-

[1]) Cf. St. Lett. d'It. 6, 549—61.
[2]) Cf. St. Lett. d'It. 7, 527.

[1]) Cf. Nic. Ignarra, doctissimi Mazochii vita, Neapoli 1778; Fabronius 8, 321—97; Pletz Zeitschr. 1831 pag. 46 ss.; Bi. un. 28, 31.

sorem selegit post Carolum Blascum ipsius quondam magistrum, qui munere docendi se abdicaverat. In discipulorum commodum composuit *institutionum canonicarum ll. 3,* Neapoli 1766; 1770; Patavii 1771; Panormi 1817. Postea ipsi munus fuit impositum tradendi clericis quoque jus civile. Ipse primus est, qui inter catholicos universam archaeologiam complexus est in op. *Institutiones antiquitatum christianorum,* Neapoli 1772 p. 1. Dum operi absolvendo insisteret († 1800) morte inopina e rheda casu 10. Nov. 1772 praereptus fuit; sed ejus amicus canonicus Kalephati, ex ejusdem scriptis illud absolvit 1774 t. 6, cui praemisit commentarium *de vita et scriptis* L. Selvagii; Patavii 1780 t. 3 in 4; Moguntiae 1787—89 t. 6 in 8; Vercellis 1778 t. 6 in 12., opus doctum et utile. Strenuus socius erat doctissimae academiae ecclesiasticae, quam card. Spinelli, Benedicti XIV. exemplum secutus, Neapoli instituerat, et quam viri doctissimi frequentabant ut Mazochius, Sabbatini, Milante, Agnellus Honoratus, Ant. Genuensis, Car. Blascus, Clemens Benedictus de Arostegni etc., et in qua insignes prorsus dissertationes lectae fuere magno emolumento rei literariae [1]). Censor quoque librorum ab archiepiscopo est creatus, quo in munere magnum fastidium ipsi attulit censura historiae ecclesiasticae Joan. Laurentii Mosheim, quam ex anglica versione ab A. Maclaine annotationibus aucta, italicam redditam Neapoli edendam curavit Roselli. Per quatuor circiter annos, dum volumina excuderentur, huic operi insudavit, annotationesque saepe prolixas, quibus illius errores corrigeret veritatemque catholicam tueretur, adjecit. Vir erat pius, comis in omnes, erga pauperes misericors, ab antistitibus, inter quos erat s. Alphonsus Liguori, magni factus et in consilium adhibitus [1]).

104. Joannes Cajetanus Bottari Florentinus n. 15. Jan. 1689, praelatus eruditus, socius fere omnium aca-

[1]) Hujus academiae socii praeter jam laudatos fuerunt: doctus et probatissimus sacerdos Dominicus Jorius, qui tria italice scripta edidit opera sacra eruditione pietateque redundantia: scil. 1. *de ecclesiastici ingenii usu* in animarum salute procuranda, theologica tractatio etc. an. 1761: 2. *de antiqua novaque Ecclesiae disciplina* in apponendo ss. novi foederis sacrificii fructu etc. an. 1769; 3. *caritas catholicae Ecclesiae,* sive argumenta indubia quae erga Ecclesiae doctrinam, ministros, mores et disciplinam semper et ubique exhibuere fideles etc. an. 1774. — Item elegantissimus Paulus Moccia antiqui moris vir, qui non solum linguae graecae prosodiam epistolasque latinas quantivis leporis, sed edidit etiam *divi Basilii vindicias* adversus Joannem Barbeyracium quoad jusjurandum, an. 1764. — Vir quoque clarissimus Benedictus Columna abbas ord. s. Benedicti congr. Coelestin. praeter geographica ejus volumina, italicam dissertationem apologetiam evulgavit *de sincera patrum tertii seculi doctrina* circa statum animarum medium inter mortem et resurrectionem etc., adversus Thomam Burnetum etc. an. 1765. — Ab egregio viro Luca Nicolao de Luca habemus sacrum *Sapientae librum* italica paraphrasi explanatum atque adnotationibus e philosophico penu abunde depromptis illustratum an. 1768. — Et Josephus Rossi doctissime scripsit *de opificio sex dierum*, an. 1767; *de angelis,* an. 1768; *de altera vita* lib. IV, an. 1771 et *de veritate religionis christianae* an. 1775. Alius hic est ab Ambrosio Rossi, cujus exstat *Apologia in difesa de' Padri,* che hanno supposto esser stato s. Pietro il Cefa ripresa da s. Paolo, Venetiis 1768.

[1]) Ejus imaginem Salvator Cavalcante hoc insigni epigrammate ornavit:

Corporis hic parvi spectatur imago,
quod olim
ingentis sedes exstitit ingenii.
Iste brevi est ausus curis distentus
et aeger
quod vacui et validi vix
potuere diu.
Sustulit hunc juvenem terris mors
invida. Cur hoc?
An scripta enumerans credidit
esse senem?

Cf. plura de eo in commentario cit. et in KL. XI², 98 auctore em. card. Hergenröther.

demiarum Italiae, bibliothecae vaticanae custos factus a Benedicto XIV., qui libenter eum cumulasset honoribus, nisi ipsius obstitisset modestia († 3. Jun. 1775 a. aetatis 87), praeter alia plurima opera edidit[1]): *Sculture e Pitture sacre estratte da Cimiteri di Roma* publicate già dagli Autori della Roma sotterranea, nuovamente date in luce colle spiegazioni (minus felicibus), Romae 1737. 1746 et 1754 t. 3 in f. sine editoris nomine, opus admodum rarum et supra meritum carum (fr. 250). Edidit praeterea *de plumbeis antiquorum numismatibus* tam sacris quam profanis diss. Franc. Ficoronii (IV[3], 1448), ib. 1750 in 4; *de imperatorum constantinopolitanorum numismatibus* diss. Car. du Fresne (IV[3], 483), cui praefationem praemisit 1755 in 4; *de lateranensibus parietinis* diss. Nic. Alamanni (III[3], 860) additis quae ad idem argumentum scripserunt Caes. Rasponi et Jo. Simon Assemanus, ib. 1756 in 4; *Storia dei ss. Barlaamo e Giosafatte* ridotta alla sua antica purità di favella, ib. 1734 in 4; *del Museo Capitolino,* ib. 1741—50; *Descrizione del Palazzo Vaticano,* 1750; *Raccolta* di Lettere sulla pittura, scultura e architettura, ib. 1754—59 t. 3. — Multa ad antiquitatem sive sacram sive profanam spectantia reperiuntur in raro et eruditissimo *thesauro antiquitatum beneventanarum*[1]), t. 2 in 1 v. in f., Romae 1754. 1764 Joannis de Vita canonici beneventani, postmodum (1764) episcopi reatini († 31. Mart. 1774), cujus quoque est opus doctum et eruditum *de origine et jure decimarum ecclesiasticarum,* ib. 1757 in 4. — Franciscus Vettori (Victorius) Romanus (n. 1710; † 1778), disseruit *de vetustate et forma monogrammatis ss. nominis Jesu* antiquis emblematibus non ante vulgatis, Romae 1747 in 4; *diss. phelogica,* qua nonnulla sacrae vetustatis ex museo Victorio deprompta aeri incisa tabula vulgantur, expenduntur, illustrantur[2]) Romae 1751 in 4; *historia ss. septem dormientium* ex ectypis musei Victorii expressa, dissertatione et veteribus monumentis illustrata, ib. 1741. — Joannes B. Passeri n. 10. Nov. 1694 versatissimus in antiquitatibus, etruscis praesertim, hinc a Muratori ‚magister antiquarius mundi' appellatus, uxore defuncta sacerdos est ordinatus munusque vicarii generalis Pisauri strenue egit, a Clemente XIV. dictus protonotarius apostolicus, a Leopoldo magno duce Etruriae archivarius. Lapsus e rheda decessit senex 4. Febr. 1780. Illustravit *lucernas fictiles* musei Passerii 1739—51 t. 3; quartum paraverat de lucernis, christianis, qui tamen non prodiit; *picturas Etruscorum* in vasculis, Romae 1767—70 in f. t. 2; adjecit *thesauro gemmarum astriferarum* Gorii (IV[3], 1575) t. 2. et 3; concinnavit ipse thesaurum gemmarum selectissimarum,

[1]) Cf. Mazzuchelli, Scrittori; Adelung I, 2114; Kraus, Roma sotterranea in introd. de eo op. ita censet: Die Roma sotterranea von Bottari ... war ein blosser Wiederabdruck der Stiche aus dem Werke Bosio's. Diese wurde zwar mit grosser Sorgfalt und Gelehrsamkeit erklärt, aber weder in den erforderlichen Zusammenhang gebracht, noch durch Nachträge vermehrt. Ein Nachtrag findet sich allerdings, wäre aber besser weggeblieben. Die Gemälde eines Gnostiker-Grabes, welche fälschlich für christliche gehalten wurden. Diese Gemälde haben bei spätern Schriftstellern grosse Verwirrung angerichtet und besonders Raoul Rochette, welcher auf sie grossentheils seine Theorie vom Ursprung der christl. Kunst stützte, in die Irre geführt.

[1]) Cf. Stor. Lett. d'It. 9, 304—7; A. E. lips. 1746 p. 433—43.

[1]) Cf. prolixum conspectum cum magno auctoris encomio in St. Lett. d'It. 10, 297-324; Biogr. univ. 49, 279.

[2]) Cf. St. Lett. d'It. 5, 525—532. De Josepho Alex. Furietti card. (n. Bergomi 24. Jan. 1685, † 14. Jan. 1764), cujus exstat doctissimus tr. *de musivis vel pictoriae mosaicae artis origine*, Romae 1752, cf. Moroni Dizionario 28, 75. Fleurii H. E. contin. l. 249 § 16.

cujus tantum t. 1. Romae prodiit 1780; inseruitque diss. doctissimas archaeologicas ephemeridibus literariis[1]). Multarum Europae academiarum erat socius. Thesauros antiquitatis et msc. legavit urbi pisaurensi.

VI. Theologia practica.

105. Duo pontifices hac periodo obierunt uterque Clemens dictus. Clemens XIII. Carolus della Torre di Rezzonico antea dictus, Venetiis 7. Martii 1693 natus per varia munera bene obita cardinalis dignitatem intercedente republica veneta a Clemente XII. est adeptus 20. Dec. 1737. A Benedicto XIV. dictus est episcopus patavinus 1743. Sedem suam illustravit vitae piissimae exemplo, studio reformationis, literis pastoralibus vere eximiis, synodo dioecesano 1746 habita. Proventus suae sedis plane opulentos adeo profudit in pauperes, ut semper in pecuniae augustiis versaretur. Ab ovibus suis sanctus habebatur. Defuncto Benedicto XIV. post conclave 53 dierum electus est omnino invitus sed gaudentibus bonis in pontificem 6. Jul. 1758. In tempora plane tristissima incidit ejus pontificatus. In dies invalescebat auctoribus philosophis impiis gallis spiritus incredulitatis et libertinismi, aulae jam regebantur principiis gallicanis et febronianis juribus sedis apostolicae et generatim Ecclesiae a Christo institutae infensis; immanis undique imminebat adversus societatem Jesu tempestas. Nullum non movit lapidem piissimus pontifex, ut jura Ecclesiae vindicaret, ut controversias et turbas cum aulis ex perversorum ministrorum malitia suscitatis componeret, societatem Jesu propter florentes, quas regebat, missiones tutaretur, sed absque fructu[2]). Curis et moestitia oppressus spiritum Deo reddidit 2. Febr. 1769 a. aetatis 76. — Post difficile et longum conclave, cui se nimis arroganter immiscuerunt aulae politicae, electus demum est 28. Maji 1769 Laurentius (in baptismo appellatus Jo. Vinc. Antonius) Ganganelli, cui patria fuit oppidum s. Angeli de Vado dioecesis ariminensis n. 31. Oct. 1705. Aliena ope adjutus studiis incubuit fervore impenso ingressusque est ordinem Min. Conv. 17. Maj. 1723. Lectorem egit philosophiae et theologiae. Sub Benedicto XIV. eruditione et prudentia crevit Romae ejus auctoritas et ex commendatione Riccii praepositi generalis Soc. J. et card. Spinelli a Clemente XIII. purpura honcratus fuit 24. Sept. 1759. Initio quidem plurimum valuit apud hunc pontificem, sed cum in quibusdam negotiis alterius esset ab eo sententiae, decrevit ejus auctoritas. Electus in pontificem voluit dici Clemens XIV. Hunc aulae bourbonicae, quibus suppressio Soc. Jesu consilium erat firmum fixumque, tamdiu verbis, factis minisque fatigarunt, presserunt, terruerunt, donec post diuturnam resistentiam eorum votis, sicut etiam in aliis negotiis Ecclesiae juribus et bono noxiis, cesserit et ordinem illum fidei catholicae hostibus adeo exosum amore pacis et ad avertenda ut sperabat gravissima mala impendentia suppresserit 21. Jul. 1773. Non diu supervixit decreto missionibus praesertim adeo fatali, obiit enim 22. Sept. 1774. Alia ejusdem gesta copiose narrant historici. Scientias et artes promovit, viros doctos fovit, Museum in Vaticano condidit, quod ejus successor Pius VI. am-

[1]) Cf. Adelung V, 1638; Feller VI, 415; Lessico eccles. IV, 139.

[2]) Cf. Hergenröther KG. II, 562 ss.; III, 509; Häusle-Bügger KL. III, 498—503; Ravignan Clemens XIII et Clemens XIV, Paris 1854.

pliavit atque auxit, hinc dictum est Pio-Clementinum[1]). *Lettere, bolle e discorsi* prodierunt Florentiae 1845; *epistolas* et *brevia* edidit Theiner Parisiis 1852, qui et scripsit Geschichte des Pontifikates Clemens XIV. 1853, cui tamen historiae a pluribus fuit contradictum, quia non aliena est a studio partium.

106. In *jure canonico* hac epocha innumeri versati sunt; et quidem circa *praeambula* juris canonici: Franciscus Xaverius Zech S. J. n. Ellingae in Franconia 23. Dec. 1692, philosophiae, theologiae moralis et polemicae, demum juris canonici per 25 annos in academia ingolstadiensi clarus[2]) professor († 15. Martii 1772). Collegit *Praecognita juris canonici* ad Germaniae catholicae principia et usum accommodata, Ingolstadii 1749 in 8; 1766, opus utile; pluraque alia ad jus canonicum spectantia conscripsit: *Compendium juris canonici,* ib. 1750 in 4; *de judiciis ecclesiasticis* ad Germaniae cath. principia et usum pp. 2, ib. 1765. 1766 in 8; *de jure rerum ecclesiasticarum* ad Germaniae cath. etc., ib. 1758. 1762 t. 2 in 8; *hierarchia ecclesiastica* ad Germaniae cath. etc., ib. 1750; 1774 in 8; *decas dubiorum* ad l. 3. decret. tit. XXV. de peculio clericorum, ib. 1752 in 8; *de ambitu* diss. politico-legalis, ib. 1752 in f.; *de sponsalibus academicorum* absque consensu parentum contractis cum append. de in integrum restitutione minorum contra sponsalia, ib. 1754; 1757; etiam in Ant. Schmidt *thesauro juris eccl.* VI, 551—89 et in ed. Muscettulae diss. *de sponsalibus* etc., Venetiis 1772; *de benignitate moderata Ecclesiae romanae* in criminosos ad se confugientes seu de jure asyli ecclesiastici, Ingolstadii 1761 in 4., etiam in *thesauro* cit. V, 284—524; casus ad cap. Scriptum est 40. *de electoris et electi potestate; opuscula minora,* ib. 1761 in 4; *rigor moderatus* doctrinae pontificiae circa usuras a ss. D. N. Benedicto XIV. per ep. encyclicam episcopis Italiae traditus, ab academia ingolstadiensi constanter assertus, diss. I. inauguralis sancti rigoris specimina exhibens, ib. 1747; 1751 in 4; diss. II. inauguralis specimina exhibens moderationis pontificiae a P. Dan. Concina violatae, ib. 1749; diss. III. specimina ulteriora exhibens[1]); simul ib. 1752; Venetiis 1763, etiam in *thesauro theol.* ed. Zaccaria VIII, 518—701; in *cursu theologiae* ed Migne XVI, 765—996 et in Honorati Leotardi l. singulari *de usuris et contractibus usurariis coercendis,* Venetiis 1761. Omnia Zechii opera se commendant accuratione, eruditione et in judicando prudentia[2]).

107. Josephus Biner S. J. Helvetus n. 16. Jul. 1697, diu juris canonici professor in academiis dilingana et (1741—1750) oenipontana († 24. Mart. 1766), composuit *apparatum eruditionis ad jurisprudentiam ecclesiasticam,* in quo reviso auctoque (praeter juris universalis principia) jus naturae, gentium, divinum, apostolicum et provinciale, jus synodale oecumenicum, nationale ac provinciale, una cum pro-

---

[1]) Cf. Hergenröther KG. II, 567 ss.; III, 510 s.; Reumont Ganganelli — Clemens XIV — seine Briefe und s. Zeit, Berlin 1847; Reinerding Clemens XIV. und die Aufhebung der Gesellschaft Jesu Augsburg 1854; Ravignan op. supra cit.; KL. III, 503—8. Lettres interéssantes du P. Clement XIV. a Caraccioli editae fidem non merent: sunt vel spuriae vel turpiter interpolatae, ut infra dicemus.

[2]) Cf. plura ap. Baader Lexikon t. 1. p. 2 pag. 356; Sommervogel VIII, 1474.

[1]) Cf. St. Lett. d'It. IV, 211—224.

[2]) Ipse Schulte Geschichte der Quellen und Literatur des canonischen Rechtes, III, 180 de eo ita judicat: Zech gehört zu den bessern Canonisten seines Ordens und seiner Zeit, hatte eine gute juristische Bildung und trug dem Zeitbedürfniss dadurch Rechnung, dass er die Darstellung des geltenden deutschen Rechtes mit der des canonischen verband. Alle seine Schriften sind recht brauchbar.

vinciarum ac regnorum ecclesiastico et politico statu, disciplina Ecclesiae, haeresibus exortis etc. continua seculorum serie ad praesens usque tempus deductum insertisque in hac praecipue nova ed. pro re nata multis observationibus criticis ac controversiis juridicis, publicis ac polemicis, methodo historico-dogmatica colliguntur et brevi ac clara idea delineantur in utilitatem eruditionis amantium, quibus vasta conciliorum, decretorum, historiarum etc. volumina perlegendi aut occasio aut tempus deficit, Augustae Vind. et Friburgi Brisgojae 1754—66 pp. 12; 1767 t. 8 in 4., quinquies editum, opus vastae eruditionis verusque scientiae canonicae et etiam historicae thesaurus, quippe quod omnia complectitur, quae ex conciliis, ex historiis antiquis, novis, sacris, profanis, ex pacificationibus aliisque publicis conventionibus juris prudentiae ecclesiasticae candidato scitu vel necessaria vel certe utilia esse possunt, dissertationibus doctis auctum, sed dolendum methodo non satis apta esse concinnatum. Desunt etiam in tanta copia rerum indices, nec chronologiae sufficiens ratio habetur. *Diss. juridicae* de beneficiis ecclesiasticis, contractibus, praescriptionibus et testamentis, Oeniponti 1746 in 4. Scripsit quoque plura opuscula polemica [1]): *Kurzer Begriff der heutigen Glaubensstreitigkeiten in* Widerlegung protestantischer Glaubens Bekanntnüs, Augustae Vind. 1765 ed. 4; *Catholische Anmerkung* über die neueste uncatholische Controvers-Schreiber absonderlich sogenannten Urim und Thummim zu Zürich, sammt einem kurzen Begriff der heutigen Controversien und catholischen Glaubens-Wahrheit, Augustae 1739—45 pp. 4; 1751 adversus Perachter, Jo. Henricum Fries et Jac. Henr. Scheuchzer; *Indifferentismus* oder Gleichgültigkeit im Glauben zu heilsamer Warnung sich zu hüten vor dem schädlichen Licht der Indifferentisten, Syncretisten und Libertiner, ib. 1744 in 8; *Heiligkeit der Kirche* oder gründliche Untersuchung, welche Kirche heilig und also mit diesem Kennzeichen der Kirche Christi gesichert; nebst genauer Abbildung der führnemsten Glaubens-Stifteren, ib. 1750 in 8; *catholische Anmerkungen* über den wider aufleben sollenden Luther, ib. 1753 in 4; tr. theologico-juridicus *de summa Trinitate,* fide catholica et hierarchia ecclesiastica, ib. 1765 in 4.

108. Carolus Sebastianus Berardi Uneliae (Oneglia) n. 26. Aug. 1719, in regio taurinensi athenaeo ss. canonum interpres († 1768), sagaci judicio elaboravit opus inscriptum *Gratiani canones genuini ab apogryphis discreti,* corrupti ad emendatiorum codd. fidem exacti, difficiliores commoda interpretatione illustrati. Additur diss. *de variis ss. canonum collectionibus* ante Gratianum, Taurini 1752—66. t. 4 in 4; Venetiis 1767; 1783, „in quo utrum doctrinam magis an diligentiam admireris fere nescias [1]).“ Hinc *compendium commentariorum C. S. Berardi in canones Gratiani,* Venetiis 1778, anonymus concinavit. *Commentaria in jus ecclesiasticum universum,* Augustae Taur. 1766 t. 4 in 4; Venetiis 1778. 1789; Laureti 1847 t. 2 in 8; *institutiones juris ecclesiastici,* Taurini 1769 t. 2; *de rebus ad canonum scientiam pertinentibus,* Mediolani 1846 t. 2 in 4., opera docta. — Josephus Koller S. J. Hungarus (14. Dec. 1703; † 1766) exposuit *regulas juris canonici,* Tyrnaviae 1741 in 8. — Gregorius (in bap-

[1]) Cf. Bauer KL. II, 843; St. Lett. d'It. IX, 295—303. Diss. *de usuris, de jure primarum precum et institutionibus,* receptae fuere a Migne in *cursum theol.* XVI, 895—1008 et XVIII, 775—808, et a Zaccaria in thesaurum theol., ubi (XII, 73—91) reperitur etiam ejus diss. *de rigore poenitentiae sec. III.*

[1]) Ita Richter in proleg. ad Gratiani decretum. Cf. St. Lett. d'It. VI, 468—72

tismo Georgius Adamus dictus) Zallwein O. S. Ben. monasterii wessofontani n. 20. Oct. 1712 Oberviechtachii in Palatinatu, novitiorum magister et prior, socius academiae literariae monacensis, in universitate salisburgensi juris canonici erat professor (1749) et rector magnificus (1759). In tradendo jure canonico utebatur methodo historica et critica ejusque praelectiones a quam plurimis auditoribus, etiam e prima nobilitate, frequentabantur († 6. Aug. 1766). Ejus sunt [1]) *Jus canonicum in genere et praecipue trium priorum seculorum,* seu disp. 1. ex prolegomenis juris canonici, Salisburgi 1753 in 4; *fontes originarii juris canonici* una cum jure canonico IV. Ecclesiae seculi, ib. 1752 in 4; *Fons juris originarius tertius* cum jure canonico V. VI. et VII sec., ib. 1754; *Fons ... quartus et quintus,* ib. 1755; *collectiones juris ecclesiastici antiqui et novi* a primordiis Ecclesiae usque ad decretum Gratiani diss. 1., ib. 1760; *collectiones ...* a decreto Gratiani ad nostra tempora diss. 2., ib. 1760 in 4; *jus ecclesiasticum particulare Germaniae* ab aera Christi usque ad Carolum IV. imp. diss. 1., ib. 1757 in 4; diss. 2. ab aera Caroli IV. usque ad nostra tempora, ib. 1757; diss. *de statu Ecclesiae,* de hierarchia in statu Ecclesiae et praerogativis ecclesiae salisburgensis, ib. 1757 in 4. Ex his demum prodiit: *Principia juris ecclesiastici* universalis et particularis Germaniae, Augustae 1763 t. 4; 1781 t. 3 in 2 pp. cura Kleinmayrn, opus practico judicio elaboratum suoque tempore in pretio habitum [2]). — His addantur Joseph Wach S. J. Olomucensis (n. 12. Mart. 1711; † 1. Febr. 1777), cujus sunt *sententiae generales* plurium legum summam et harmoniam complectentes seu regulae juris in VI. a 9. usque ad 21., Olomucii 1753. — Ignatius Mulzer prius canonicus, dein (1745) S. J., Bambergensis, juris canonici professor († 23. Mart. 1772), dedit *praecognita in jurisprudentiam ecclesiasticam positivam Germanorum,* Bambergae 1770 in 8; et *historiam legum ecclesiasticarum positivarum,* quibus in Germania utimur ib. 1772 in 8.

109. Huc etiam referri ii possunt, qui *jus nature* et *gentium* illustrarunt, in quo exponendo, extollendo, jactando et etiam obscurando multi nostra praesertim epocha, in primis inter protestantes, laborarunt. Anselmus (in baptismo dictus Franciscus Josephus Albertus) Desing O. S. Ben. Ambergae n. 15. Mart. 1699, in historia et geographia erat multum versatus. Hujus studium pluribus editis libris promovit. In universitate salisburgensi philosophiam moralem et historiam docuit (1735). Plurimum juvit consilio et prudentia sua Alexandrum abbatem cremifanensem in erigenda academia pro nobilibus in suo monasterio et observatorio astronomico. Anno jubilari 1750 Romam peregrinatus est ubique lustrans monasteria eorumque bibliothecas, rediitque Passaviam, cujus episcopus Josephus Dom. de Lamberg cardinalis maximi eum fecit et in om-

[1]) Cf. plura apud Kleinmayrn in comment. de ejus vita praemisso suae editioni op. Zallweinii *principia juris eccles.;* biblioth. frib. VI, 444—51; Lindner I, 181; Eberl KL. XII, 1866; Sattler p. 439 ss.

[2]) Schulte p. 219: Z. hat sehr gemässigte Ansichten, wirklich historische Studien gemacht, ist von der Nothwendigkeit geschichtlicher Behandlung überzeugt, kennt die Literatur im weitem Umfange, benutzt auch fleissig, obwohl vielfach sachlich polemisirend, die protestantische, berücksichtigt, da er kein unbrauchbares Recht darstellen will, das partikuläre Recht, er gibt einen sehr anerkennenswerthen Versuch einer Geschichte des deutschen Kirchenrechts. Das Werk, das zumal auch für die Quellengeschichte eine der eingehendsten Compilationen ist, darf als zu den bessern jener Zeit und überhaupt bis auf die neueste erklärt werden.

nibus negotiis consiliarium habere voluit (1746—61). Post praesulis mortem in monasterium suum ansdorfiense se recepit, atque a sodalibus in abbatem 4. Nov. 1761 electus fuit. Bibliothecam auxit, studia promovit et tempore famis 1770—72 manu liberali et benefica innumeros esurie et miseria confectos adjuvit. Decessit vir humilis, pius et misericors usque ad ultimum halitum studiis suique officii curis deditus 17. Dec. 1772. Receptus fuit ab academia monacensi inter socios. Versatus quoque erat in pluribus disciplinis et artibus ut in chalcographia et pictura. Ex plurimis ejusdem operibus[1]), quibus praesertim jus naturae et populorum contra deistas et rationalistas juxta principia religionis christianae tueri et illustrare nititur, mentionem merent: *Regnum rationis hodiernum* nihil praestantius esse vetere, et multos de regno rationis multa crepantes confuse et indefinite loqui, demonstratur, Pedeponti 1751 in 4; *diatribe circa methodum wolfianam* in philosophia practica universali h. e. in principiis juris naturae statuendis adhibitam, quam non esse methodum, nec esse scientificam ostenditur, ib. 1752 in 4; ad em. principem Ang. M. S. R. E. card. Quirinum etc. replica pro cl. Abrahamo Gotthelf Kaesterno super methodo wolfiana scientifica aut mathematica, Augustae V. et Monachii 1754 in 4; *spiritus legum bellus an solidus?* disquisitio contra l. *l'esprit des loix,* Pedeponti 1752. 1754 in 4; *hypodigma politicum juris naturae,* eos, qui ratione sola in jure naturae utendum docent, aut ludere, aut modernum hominum statum demutare et magistratibus ac reipublicae periculum creare, ib. 1753 in 4; *juris naturae larva detracta* compluribus libris sub titulo juris naturae prodeuntibus ut Puffendorfianis, Heineccianis, Wolfianis etc., ib. 1753 in f.; *jus naturae liberatum* ac repurgatum a principiis lubricis et multa confusione per doctores heterodoxos inductis, Monachii 1753 in f.; *jus gentium* redactum ad limites suos, quos novi quidam doctores perruperunt, ib. 1753 in f., quo op. recentiorum philosophorum figmenta de contractu sociali, unde omnis oriatur potestas politica, strenue refellit. *Opes sacerdotii* num reipublicae noxiae? ex rerum natura, sana politica et communi sensu generis humani examinatum, Pedeponte 1753 in 4., etiam germanice Monachii 1767—69 pp. 2 in 4. — Petrus Schwaan (Schwan) S. J. philosophiae Wirceburgi, juris canonici Bambergae professor, societate suppressa parochus, *Ethicam* stilo scholastico concinnavit notisque historicis et criticis illustravit. Wirceburgi 1755 in 8; Francofurti 1771 ed. 4. aucta; diss. *de bonae fidei possessore* fructus consumptos inde locupletior factus restituente, Bambergae 1773 in 4. — Josephus Jurain S. J. Brunensis n. 15. Mart. 1726, societate Jesu suppressa canonicus brunensis praeter alia scripsit commentarium *in jus gentium,* Pragae 1760 in 8.

110. *Jus canonicum* exposuerunt et quidem in *Germania:* Adamus Huth S. J. n. Orbe 17. Mart. 1696, juris canonici in academia heidelbergensi interpres († 1771), bis rector, provinciae praepositus, cujus est *jus canonicum ad ll. 5 decretalium Gregorii IX. explicatum* et per quaestiones ac responsa in methodum brevem et claram redactum, Augustae Vind. 1731 t. 5 in 8; 1732; Venetiis 1738; Ravennae 1758 in 1 v. in 8; *casus juridico-canonici* de sponsalibus et matrimonio in omnes titulos l. 4. decretalium Gregorii IX. publici juris facti, Fuldae 1742 in 8. — Franciscus Salesius Widmann S. J. n. Wissaviae in Ba-

[1]) Lindner I, 279 recenset 32 edita et 13 inedita. Cf. Werner Geschichte der k. Theol. in Deutschland p. 153; Janner KL. III, 1533; Sattler Collectaneen-Blätter pag. 317—327.

varia 29. Jan. 1711, juris canonici per annos 15 Constantiae, Ratisbonae et Oeniponti professor († 26. Jan. 1775), pariter secundum ordinem librorum decretalium redegit *jus canonicum theorico-practicum* utrique foro canonico et civili accommodatum, Augustae Vind. et Oeniponti 1760 t. 5 in 8., ed. 2., quod prodiit ex quinque operibus prius editis 1754—56. — Tertius ex eadem sodalitate Christophorus Ubelacker (Ublacker) Türschenrentensis, juris canonici Monachii, Constantiae et Ingolstadii professor († 1778), *conspectum* dedit *juris canonici,* Ingolstadii 1769 in 8. — Reinhardus Baumgartner S. J. Eichstetensis (n. 14. Dec. 1699; † 9. Febr. 1764), juris canonici et theologiae moralis professor deduxit *Conclusiones* ex V ll. decretalium et ratione et auctoritate breviter illustravit, Monachii 1751; Romae t. 2 in 4. — Wolfgangus Schmitt O. S. Franc. Hummelburgensis [1]), juris canonici apud sodales lector († 19. Nov. 1779), sagaciter collegit *institutiones juris ecclesiastici universalis* ad statum Germaniae catholicum accommodatas ac in quinque libros ad faciliorem juris canonici candidatorum usum distributas et expositas, Fuldae 1768; Wirceburgi 1772 pp. 5 in 4., in quibus pontificis infallibilitatem tuetur. — Huc refer etiam Josephi Azzoni O. S. Aug. Senensis, in universitate vindobonensi s. theologiae (1759) et in senensi historiae ecclesiasticae (1763) professoris, *principia juris publici ecclesiastici* catholicorum ad statum Germaniae accommodata in usum tironum, Vindobonae 1761.

111. Alterius spiritus est Paulus Josephus eques de Rieger (Riegger), n. Friburgi in Brisgoja 29. Jun. 1705. Adolescens 15 annorum jam erat philosophiae magister et a. 1733 institutus est a Carolo VI. in universitate oenipontana professor cathedrae tunc erectae juris naturalis et gentium, juris publici et historiae Germaniae. Octies electus est in decanum facultatis juridicae et bis in rectorem magnificum universitatis. Anno 1753 promotus est ad cathedram juris canonici in universitate viennensi et dictus consiliarius aulicus, mox adjunctus librorum censurae et nobilitate donatus. Praelectionibus et scriptis suis viam aperuit et stravit spiritui et doctrinae juribus Ecclesiae inimicae qui josephinismi nomine designatur, unde hujus velut parens dici potest. Hujus enim theoriis innixa M. Theresia plura emisit decreta, quibus Ecclesiae libertas jam coarctari coepit. Decessit Rieger Viennae 2. Dec. 1775. Ex ejus operibus [1]) ad jus canonicum spectant: *Exercitatio de Scriptura s.* primo juris ecclesiastici fonte, Oeniponte 1755 in 8; exercitatio *de juris ecclesiastici origine, natura et principiis,* ib. 1756 in 8; *corpus juris publici et ecclesiastici Germaniae academicum,* p. 1. et 2. Vindobonae et Pragae 1757. 1760 in 8; 1775 ed. recognita; exercitatio *de conciliis* juris ecclesiastici altero fonte, ib. 1757; *de collectionibus juris ecclesiastici antiqui* sive antigratianei, ib. 1757 in 8; *introductio in universum jus ecclesiasticum* p. 1., ib. 1758, recepta in *institutiones jurisprudentiae ecclesiasticae* pp. 4, ib. 1768—1772; 1777; 1779 ed. curante Martini, quae tamen a regimine fuit suppressa; 1780 in 8; Venetiis 1786; diss. *de sensu can. VI. con. nicaeni,* Viennae in 4., in qua ostendit illum de patriarchis esse intelligendum, eoque non destrui primatum rom. pontificis nec ipsius auctoritatem patriarchalem inter suburbana et suburbicarias aut decem provincias vicario Urbis obnoxias coarctari; *de decreto Gratiani,* ib. 1760 in 4.,

[1]) Cf. Schulte allg. d. Biogr. 32, 48.

[1]) Cf. Wurzbach 26, 129; d. Biogr. 28, 550; Grünwald Biogr. der beiden Ritter v. Riegger, Prag 1797.

etiam in Schmidt *thesauro* juris ecclesiastici t. 1. n. 3; *corpus juris ecclesiastici austriaci,* ib. 1764 in 8; *opuscula juris ecclesiastici* varii argumenti, sparsim antea, nunc collectim edita et recusa ib. 1768 in 8; *specimen corporis juris ecclesiastici regni Hungariae* et partium eidem adnexarum secundum ordinem decretalium Gregorii IX. P. digesti, p. 1. et 2. ib., 1773 in 8; diss. *de poenitentiis et poenis ecclesiasticis,* ib. 1772 in 4; diss. *de magia,* ib. 1773 in 4; *principia juris eccclesiastici Germaniae* cum praefatione J. V. Eybel, ib. 1773 in 8; *elementa juris ecclesiastici* p. 1. et 2., ib. 1774. 1775 in 8; *synopsis juris ecclesiastici* publici et privati, quod per terras hereditarias augustissimae imper. M. Theresiae olim obtinuit et adhucdum obtinet, ib. 1776 in 8; 1779 ed. aucta etc. — Joannes Franciscus Lotharius de Schrodt Herbipolensis (n. 30. Jun. 1727; † 23. Dec. 1777) in universitatis pragensis facultate juridica professor et consiliarius caesareus, composuit animo in romani pontificis jura non aequo *institutiones juris canonici* ad ordinem decretalium Gregorii IX., Pragae 1771-74 t. 3 in 4; *systema juris gentium,* Pragae 1768; Bambergae 1780; *systema juris publici universi,* Pragae 1763; Bambergae 1780 etc. — Joannes Philippus Hahn (n. 1690), in academia moguntina juris civilis professor (1719) ad mortem usque (1774), amisso etiam lumine oculorum [1]), composuit *compendium systematicum* theoretico-practicum universi juris, Moguntiae 1724, innumerasque (65) edidit dissertationes juridicas, etiam de jure canonico, et *commentarium* ad regulam juris canonici, qua sede vacante jurisdictio episcopi transit ad capitulum ecclesiae cathedralis, 1733; *de electione summi pontificis* 1721; *de denunciationibus* ad praescriptum conc. lateranensis et tridentini contractui matrimoniali praemittendis; *de usu moderno* circa insignem effectum consensus parentum in nuptias liberorum, 1747; *de jure principis catholici* circa sacra subditorum suorum protestantium (auctore de Eckard episcopo auxiliari erfordiensi), 1753; *de jure patronatus canonici,* 1755; *de ancipiti* in terris vel civitatibus mixtae religionis *asylorum jure,* 1755 et in *thesauro* Schmidt V, 426.

112. Ex *Italis* occurunt: Ubaldus a s. Cajetano Girardi schol. piar. Romanus n. 1692, praepositus provinciae romanae et bis ordinis moderatori a consiliis assistens generalis († 1775), qui edidit prius *institutiones* Remigii Maschat, de qua editione cf. IV^3, 1603; Caroli Thesauri S. J. (cf. III^3, 1174) *de poenis ecclesiasticis praxim universalem* notis et accessionibus earundem poenarum ab a. 1652—1760 inflictarum locupletatam, Romae 1760 in f.; 1831, et Barbosae tr. *de parocho* (III^3, 1167) multis accessionibus locupletatum, ib. 1762; 1831, hac inscriptione: *Animadversiones et additamenta* ex posterioribus summorum pontificum constitutionibus et s. congregationis decretis desumpta ad A. Barbosae de potestate et officio parochi. Elaboravit insuper *expositionem juris pontificii* juxta recentiorem Ecclesiae disciplinam, Romae 1769 t. 3 in f.; 1829 editio mendosa: opus valde eruditum, in quo diligenter indicat decretales antiquatas. — Joannes Baptista Bartoli Venetus n. 21. Juli 1695, juris utriusque doctor, canonicus cenedensis, juris canonici in academia patavina professor (1731), episcopus deinde feltrensis (1747) et abdicata hac sede (1757), archiepiscopus nazianzenus († 14. Mart. 1776), doctas utilesque hortante Benedicto XIV. in lucem dedit *institutiones juris canonici,*

[1]) Alius ab eo est Modestus Hahn O. Min. Münnerstatensis Bavarus, ferax concionator († 1794), cujus plures sunt conciones, quas recenset Meusel V, 72; Baader 1, 1, 225; Eubel p. 130.

Ansugii (Feltriae) 1749 in 4. et *apologiam pro Honorio I.* Rom. Pont., ib. 1750. in 4., in qua fuse docteque exposita monotheletarum haeresi nititur tueri, primam Honorii ad Sergium ep. ab illis haereticis fuisse adulteratam, penitus vero confictam alteram, neque ipsam synodum oecumenicam, sed episcopos orientales damnasse Honorium[1]). Adversus hanc diss. scripsit Antonius Baldassarri *ep. apologeticam* pro patribus sextae synodi, Fulginii 1756 in 4. — Carolus Gagliardi juris canonici in universitate neapolitana professor, deinde episcopus muranus († 1. Jul. 1778), reliquit *institutiones juris canonici* communis et neapolitani (antiqui et novissimi), Neapoli 1756; 1766—71 t. 4 in 4., ed. auctior et emendatior, 1848; *de beneficiis ecclesiasticis,* ib. 1765 in 4; commentarium *de jure patronatus* cum animadversionibus atque additionibus Jos. Romani, ib. 1850; 1878. — *Institutiones canonicas* reliquit quoque Neapoli 1754; 1756 t. 2 in 8. Josephus Paschalis Cyrillus Campanus n. 1708, qui vix annos 20 natus jam juris pontificii in lyceo neapolitano explicandi munus obtinuit; postea institutiones juris civilis tradidit, et a. 1747 primariam juris civilis cathedram conscendit. Per idem quoque tempus jussu regis in eadem academia jus naturae et gentium feriatis diebus docuit. Excelluit praesertim in jure civili eruditione, antiquitatis notitia, masculae solidiorisque jurisprudentiae scientia, methodo adeo facili perspicuaque, ut nihil pressius aptiusque desiderari queat teste Struvio[1]). Fuit quoque suo tempore celeber advocatus, eloquens in dicendo, sagax in defendendis causis († 20. Apr. 1776). Adversus Muratorii l. *de' difetti* della Giurisprudenza scripsit *Osservazioni,* Neapoli 1743 in 8., et adversus Merillium *vindicias secundum Cujacium* ib. 1739 in 4. — Josephus Seraphim ab immaculata Conceptione O. Carm. Excalc. proposuit *ecclesiastici juris scientiam* a priscis Ecclesiae canonibus, s. Congregationis decretis et s. romanae rotae decisionibus haustam, Lucae 1779 in 4. — Hieronymus Spanzotti edidit *juris ecclesiastici ll. duos,* Venetiis 1769. — Vincentius Lupoli *juris ecclesiastici praelectiones* in usum auditorum suorum concinna methodo quatuor tomis comprehendit notisque illustravit, Neapoli 1777, Venetiis 1787 ed. castigatior et correctior, quae laude sunt dignae et in quibus bene de Ecclesia ejusque juribus disserit, quamvis sit canonista aulicus et placetum regium tueatur [1]).

113. De *singularibus argumentis* disputarunt[2]): Hugo Peraneck O. Praem. in canonia siloensi, Bohemus, theologiae professor apud sodales († 22. Aug. 1771). — Anselmus Erb O. S. Ben. Ravensburgensi n. 29. Jan. 1688, juris canonici Frisingae (1725—34) et in

[1]) Cf. St. Lett. d'It. II, 221—232; A. E. lips. 1754 pag. 316—26.

[2]) Biblioth. juris § 14. Cf. Fabronius 15. 96—123.

[1]) Cf. Vehring lit. Handw. 1876 p. 430.

[2]) Jos. Andreas Zaluski n. 12. Aug. 1711 canonicus cracoviensis et episcopus Kioviensis († 9. Jan. 1774) edidit *conspectum novae collectionis* legum ecclesiasticarum Poloniae seu synodicon Poloniae orthodoxae, quo complecti cogitabat etiam alias collectiones scriptorum ecclesiasticorum Poloniae ineditorum tum et editorum quidem, sed rarissime obviorum, Warsaviae 1744 in 4. Consilium tamen exsecutioni non fuit mandatum. Fuit Zaluski vir doctissimus, de patria et literis optime meritus, qui a prima juventute ita libris colligendis erat deditus, ut a. 15 natus eorum jam possederit ad 3000; neque unquam ab hoc studio quievit tantumque pecuniae in iis acquirendis effudit, ut bibliothecam condiderit biscentorum millium voluminum, quam magna ex parte Russorum vandalismus dissipavit, ea Petropolim translata. Collegit praeterea *Analecta historica* de a rom. pontificibus usitata quotannis caeremonia ensem et pileum benedicendi, ib. 1726 in 4. Cf.

universitate fuldensi (1735—40) professor, strenuus abbas ottoburanus († 21. Maj. 1767), cujus sunt: *forum sacrum casuum reservatorum* seu tr. theologico-canonicus de casibus reservatis in genere et in specie ad l. V. decr. t. 38., Frisingae 1726 in 8; diss. canonico-politica *de matrimoniis coram magistratu* vel ministro protestantium contractis, Fuldae 1739 in 4; tr. *de natura, requisitis et obligatione sponsalium* tum secundum jus commune, cum ad edictum dioecesanum fuldense, ib. 1740 in 4. — Jacobus Marciszewski professor et canonicus cracoviensis († 1773) proposuit *controversas quaestiones juris* ad disputandum, Cracoviae 1771, disseruitque *de praelatis et canonicis,* ib. 1762; *de irregularitate,* ib. 1766. — Thaddaeus Werenko S. J. Polonus n. 10. Oct. 1704, juris canonici et theologiae polemicae interpres Ambergae et Dilingae († 3. Jul. 1779), in lucem edidit *theoremata ex quinque ll. decretalium* aliisque connexis juribus selecta, Ambergae 1756 in 8; *erotemata theorico-practica* ex universo jure canonico selecta, ib. 1757 in 8; *responsa juridico-canonica* ad propositas ex utroque jure quaestiones de ultimis voluntatibus, Dilingae 1761 in 8; *de jure et injuria officialium* tractatus inauguralis juridico-politicus, ib. 1763 in 8; *jus naturae et gentium* commoda auditoribus methodo explanatum, ib. 1763 in 8. — Petrus Gallade S. J. n. 4. Sept. 1708 in Lörchen, in universitate heidelbergensi 1754—69 canonum interpres († 29. Nov. 1780), plurimas (44) *dissertationes* accuratas, sed breves, propugnandas in publico certamine proposuit, quarum aliquas Schmidt in suum *thesaurum juris ecclesiastici* recepit. — Dionysius Kaltner O. Min. s. Franc. de Paula († 1780), canonista liberioris genii (josephinista), sacri et oecumenici *Conc. nicaeni canones* cum suis interpretationibus et illustrationibus Viennae 1772 publicavit, et Bern. van Espen diss. canonicam *de dispensationibus praesertim matrimonialibus,* ib. 1775; *de veterum canonum auctoritate* 1775. — Jacobus Pistorozzi Bononiensis, erudite et historice disseruit *Sul diritto de' sacri asili* ... in risposta al discorso dell' asilo ecclesiastico stampato in Firenze 1763; Romae 1766 in 4. — Bartholomaeus a ss. Martyribus (in seculo dictus Jo. B. Bassi) O. Carm. Mediolanensis († 1779) disseruit *de sodalitiis et confraternitatibus* ecclesiasticis et laicalibus, Romae 1739 in f. — Hier. Baldassini juris consultus Aesii (Jesi) natus († 2. Febr. 1780) typis dedit *Collectanea* doctorum, s. Rotae decisionum et s. congr. Concilii resolutionum ad s. con. tridentinum Aesii 1761; *Clementis V. constitutiones* notis locupletatae et illustratae, Romae 1769; *Memorie istoriche* della antichissima e regia Città di Jesi, Aesii 1765. — Petrus de Osterwald n. 1718, puer ad Ecclesiam catholicam rediit. Apud Jo. Theodorum ratisbonensem episcopum principem, dein in aula bavarica functus est pluribus muneribus honorificis. Membrum erat academiae literariae monacensis et director classis ejusdem philosophicae († 19. Jan. 1778), cleri immunitatem in rebus temporalibus impugnavit argumentis Febronii sub nomine Veremundi de Loch-

---

Wurzbach 59, 126; Biogr. univ. 52, 61—64. — Stanislaus Sebastianus Mamczynski in academia cracoviensi professor, posnaniensis rector († 1769), composuit *praxim commissorialem* fori spiritualis compendiosissimam titulos tres complectentem de observandis ante, circa et post commissionem, Posnaniae 1738 et saepius; disseruit *de vita et honestate clericorum* Cracoviae 1749; *de immunitate* ib. 1759. — Joannes Claudius Garreau S. J., theologiae professor collegit *Manuel Ecclésiastique de discipline et de droit,* ou Sommaire des Mémoires du Clergé redigé par ordre alphabétique contenant tout ce qui concerne la Discipline et le Régime actuel de l'Eglise de France, ses libertés, ses Droits et Privilèges et ceux de ses Membres, Parisiis 1777 in 8.

stein[1]) magnumque propterea excitavit rumorem. — Joan. Andreas Balth. Ditterich[2]) juris professor in academia bambergensi († 1768) cum aliis Bavaris.

114. Inter Bavaros tamen prae primis innotuit Jo. Caspar Barthel filius piscatoris, n. Kitzingae 10. Jun. 1797. Studiorum curriculo absoluto missus fuit a Christophoro Franc. de Hutten principe episcopo wirceburgensi a. 1725 Romam, ut in juris canonici praxi excoleretur. Magistro et duce utebatur celeberrimo Prospero Lambertini (qui postea fuit pontifex dictus Benedictus XIV). Rediit in patriam juris utriusque doctor 1727, atque mox seminarii regens et juris canonici professor in universitate est constitutus, quam cathedram usque ad mortem 8. Apr. 1771 rexit. Ab episcopo selectus est inter consiliarios intimos (1744) et in universitatis procancellarium (1754). Rejecta methodo, quae diu in academiis regnabat, historico-critica utebatur, sequens praesertim vestigia Petri de Marca, Nat. Alexandri, Bossueti, Fleurii, van Espen etc. Nititur distinguere inter jura fundamentalia et accidentalia Ecclesiae, ampliare dominium potestatis politicae circa sacra, extenuare episcoporum a sede apostolica dependentiam, effingere libertates Germaniae etc. Plurima reliquit scripta de argumentis specialibus[3]), ut ex gr. *de pallio*[4]) una cum insertis vindiciis pallii herbipolensis contra impressum nuper librum (1753) sub inscriptione: *Series facti et juris* circa erectionem novi episcopatus fuldensis et concessionem pallii herbipolensis, ac laesa sedis metropolitanae moguntinae cels. Germaniae archiepiscoporum et episcoporum jura[1]), Wirceburgi 1753; 1771 in 4; diss. *de jure asyli,* ib. 1733; 1771 in 4; *diss. historiam et generalia pacificationum imperii circa religionem sistens,* ib. 1736; diss. praeliminaris historico-publico-canonica *de concordatis Germaniae,* 1743; diss. 2. *de conciliis Germaniae,* ib. 1743; diss. 3. *de concordatis* ib.; *de rebus Ecclesiae* non alienandis, 1749 in 4; tr. *de eo quod circa libertatem exercitii religionis* ex lege divina et ex lege imperii justum est, Wirceburgi 1764 in 4. Horum plura continentur inter *opuscula juridica varii argumenti,* Bambergae et Wirceburgi 1765; 1771. *Annotationes in universum jus canonicum* compilatae (a quodam ejus discipulo) in collegiis privatis, Coloniae et Francoforti 1757; 1765 in 4; Wirceburgi 1766.

Hujus amici et collegae fuere Joannes Adamus de Ickstatt Nassoviensis n. 6. Jan. 1702, laicus, acerrimus Jesuitarum adversarius, professor juris in academia wirceburgensi (1731), deinde in Ingolstadiensi (1746), cujus director quoque fuit († 17. Aug. 1776), qui quaedam reliquit ad jus canonum spectantia. — Joannes Jacobus Josephus Sündermahler[2]) Bambergensis n. 1712, Ickstattii in cathedra successor († 21. Jan. 1775) — et Joannes Petrus de Banniza Aschaffenburgensis n. 4. Jan. 1707, juris doctor et professor in academia wirceburgensi[3]),

[1]) Cf. de hac controversia Roskovány III, 1105; Meusel X, 241; Schulte Allg. d. Biogr. 24, 525. Ejus opus prohibitum fuit ab episcopo frisingano et Romae 26. Maj. 1767.

[2]) Cf. Baader 1, I, 112.

[3]) Cf. Baader 1, I, 35; Schulte 3, 184; Stamminger K. I, 2051; Chilianeum 1862. 1, 495—505.

[4]) Laurentio O. Carm. Polono tribuitur l. *de exercitio actuum episcopalis muneris propriorum* ante pallii receptionem archiepiscopis denegato 1764, in quo non solum de pallio agit, sed et ostendit, plenitudinem potestatis romanae sedis super universos orbis ecclesias longe ante isidorianas decretales agnitam fuisse.

[1]) De qua controversia cf. Alex. a s. Joan. de Cruce in contin. H. E. Fleurii l. 240 § 23 ss.; A. E. lips 1755 pag. 97—106. Ceterum haec de pallio diss. vel Romae placuit: hinc vel ibi fuit impressa.

[2]) Cf. Baader 2. II, 201.

[3]) Cf. Wurzbach 1, 30; Schulte 3, 211.

dein pandectarum interpres (1755) Viennae († 11. Jun. 1775), cujus praeter alia sunt Apothegma protestanticojuridicum *cujus regio, ejus religio,* ad naturales, divinas et imperii leges expensum; *de potestate principis secularis* pro suo territorio ferendi leges indirecte etiam personas ecclesiasticas et monasteria concernentes, Wirceburgi 1738.

115. Plures egerunt [1]) *de potestate* et *hierarchia ecclesiastica,* inter quos mentione digni sunt: Andreas Hieronymus Andreucci S. J. Viterbiensis, theologiae professor (n. 1684; † 13. Jun. 1771), qui opuscula plura seorsim prius edita collegit et hortante Benedicto XIV. typis iterum dedit inscripta: *Hierarchia ecclesiastica* in varias suas partes distributa et canonico-theologice exposita, Romae 1766 t. 2 in 4., quibus continentur 26 varia opuscula. Potiora sunt: de episcopo titulari [1]) seu in partibus infidelium, ib. 1732 in 4; de triplici vicario, generali, capitulari, foraneo; de episcopi officio et potestate, de observandis ab episcopo in authenticandis reliquiis, ib. 1739 in 12; de tuenda pace et concordia inter episcopum et capitulum, ib. 1737 in 4; de patriarchis in genere et in specie de patriarchatu antiocheno,

[1]) Praetermittimus Ludov. Tobiam Tittler O. Praem. in canonia strahoviensi, theologicae moralis et juris canonici professorem (n. 18. Mart. 1696; † 26. Oct. 1764) — Venustianum Hiebl O. S. Franc. Bavarum († 1769) — Petrum Leridant (Le Ridant) Bretonem, advocatum parlamenti parisiensis († 28. Nov. 1768), un de ces jurisconsultes du 18e siècle, inquit Feller 5, 244, qui contribuèrent le plus par leurs écrits à corrompre les notions du droit, et surtout à renverser les antiques principes, qui font la base de la société civile et religieuse. Scripsit praeter alia *de matrimonio Examen de deux questions* importantes sur le mariage: comment la puissance civile peut elle déclarer des mariages nuls? quelle est l'étendue du pouvoir des souverains sur les empêchements dirimants le mariage? 1753 in 4., proh. 8. Jul. 1754, secundum principia Launoji, cui Jacobus Clément canonicus gandavensis opposuit: *Traité du pouvoir de l'Église sur le mariage des catholiques,* Leodii 1768 in 4. Diss. théologique et historique *sur la Conception de la Vierge,* dans la quelle on prouve par l'Ecriture et une tradition de tous les siècles de l'Église jusqu'à nos jours, que la s. Vierge réellement a contracté la tache du péché originel (Parisiis 1756); *Dénonciation de la théologie de P. Collet* faite et présentée a Msr. l'Évêque de Troyes par un grand nombre d'Ecclésiastiques de son diocèse le 21. Sept. 1764, t. 2 in 1 v. — Stephanum Mignot Parisiensem, Sorbonae doctorem (n. 17. Mart. 1698; † 1771), academiae socium, multum versatum in antiquitatis historia, factioni jansenianae addictum, cuius plura opera in librorum prohibitorum indicem sunt relata; cf. Quérard VI, 126; Schulte 3, 644; Rotermund 4, 1721. — Petrum le Clerc, vel a Jansenianis ultrajectensibus solemniter damnatum et excommunicatum (1765), de quo cf. Fleurii H. E. continuat. l. 248 § 23. — Ludovicum Philippum Behlen electoris moguntini episcopum auxiliarem et provicarium in spiritualibus (n. 3. Maji 1714: † 22. Jan. 1777), de quo cf. Schulte 3, 221. — Wenceslaum a Purificatione b. V. M. Szokolóczy schol. piar. (n. 1682; † 15. Nov. 1768), cujus est *tribunal ecclesiasticum fori utriusque,* patriae quoque legibus accommodatum, Posonii 1762 in 4., de quo cf. Horányi script. schol. piar. 2, 711. — Jacobum Tailhé jansenianae factionis, cujus sunt: *Traité de la nature du gouvernement de l'Eglise,* 1778 t. 3; *Histoire de Entreprises de Clergé* sur la Souveraineté des Rois, 1767 t. 2 in 12., proh. 19. Jul. 1768; *Remarques succinctes* et pacifiques sur les écrits pour et contre la loi du silence, 1760 in 12; cf. Feller 8, 125; Reusch II, 938 s. — Franciscum de Brézillac O. S. Ben. e congr. s. Mauri († 11. Jun. 1780), cujus est *Dictionnaire ecclésiastique et canonique portatif,* Parisiis 1765 t. 2 in 8. — Montagnacco canonicum patavinum, cujus scripta duo de bonis ecclesiasticis prohibita fuere; cf. Roskovány III, 1104 s. — Antonium Bosi, de quo cf. ib. VI, 676. — Venantium Glavina O. S. Paul., cujus exstat *Conc. tridentinum acceptatum* in dioecesi zagabriensi, imo in tota Hungaria, Zagabriae 1771. — Franciscum de Paula Tomicich (n. 4. Apr. 1729) juris canonici Graecii professorem, facultatis directorem, zelosum josephinastam, de quo cf. Wurzbach 46, 91.

[1]) Cf. suppl. ad N. E. A. 4, 442—5.

ib. 1735; de ritu ambrosiano, ib. 1738 in 12; de matrimonio conscientiae; de privilegio aliquorum canonicorum, quo possunt abesse a choro et lucrari fructus; de praecepto invocandi sanctos, an sit et quale, ib. 1750; de vener. eucharista opuscula theologica quatuor, ib. 1723—35; Venetiis 1736; memoriale confessariorum sive de ministro et sacramento poenitentiae res omnis moralis in breve per assertiones coacta, Romae 1724; 1731; Venetiis 1734 etc.; confessarius recidivi seu de danda vel neganda aut differenda absolutione recidivo diss. theologica [1]), Romae 1754; Lucani 1841; et in ed. Busenbaum Romae 1854; quam acriter impugnavit Concina (IV^3, 1631). Praeterea plura alia opuscula utilia edidit. — Alypius Gartner O. S. Aug. disseruit *de praecellenti ac primigenia episcoporum potestate,* 1779; et *de jure naturae* in genere spectato, 1776. — Horatius Stefanucci S. J. Anagninus n. 10. Oct. 1706 a. 25 jus canonicum in collegio germanico docuit. Tanti a Clemente XIII. fuit factus, ut eum purpura honorare cogitaret; sed sub Clemente XIV. suppressa societate Jesu in carcerem fuit conjectus, ubi moerore consumptus decessit 3. Febr. 1775 funus honorificum curantibus cardinalibus. Reliquit *de appellationibus ad romanum pontificem* diss. canonicam, Romae 1768 in 4; in titulum 41. l. 3. decretalium *de celebratione missarum et de divinis officiis* diss. canonicam (eruditam et accuratam), ib. 1755 p. prima (et unica), alteram de celebratione missarum nunquam absolvit [2]); *synodus tusculana celebrata* a. 1763 (a card. York) cum appendice, Romae 1764 t. 2 in 4., quae est epitome theologiae dogmaticae, moralis et canonicae, opus eximium. — Ignatius Moly de Brezolles, doctor Sorbonae († 1778), scripsit *Traité de la Jurisdiction ecclésiastique contentieuse* ou théorie et pratique des officialités et autres cours ecclésiastiques pour les procédures civiles, Parisiis 1769 t. 2 in 4; 1781; novamque curavit editionem op. Gohardi *Traité des bénéfices ecclésiastiques* (IV^3, 1614), ib. 1763 t. 7 in 4. — Angeli Winkler O. S. Franc. n. 8. Dec. 1722, provinciae Germaniae superioris praepositi (1774-80), deque ea dexteritate et doctrina meritissimi, lectoris canonum Constantiae († 22. Nov. 1780), exstat l. inscriptus *primitiae jurisprudentiae sacrae* principiis juris publici germano-catholici accommodatae, Constantiae 1763; *Potestas hierarchica* in sacra ad principia juris germano-catholici delineata 1763.

116. Huc refer qui Febronium impugnarunt. Praeter Jos. A. de Bandel p. 41 et Ballerini p. 110, Theobaldus Bux O. Min. provinciae bavaricae lector, definitor et custos, *theses canonicas* ex ll. decretalium Gregorii IX. concinnavit, in quibus illius l. de statu Ecclesiae et potestate romani pontificis ad reuniendos dissidentes compositum in statera juris canonici appendit et minus habentem ostendit, Monachii 1765 in 4. — Petrus Camillus Almici congr. Orat. Brixianus theologus insignis, in linguis orientalibus, chronologia, historia et archaeologia tam sacra quam profana, in arte critica et diplomatica necnon in s. liturgia bene versatus († 30. Nov. 1779), reliquit [1]) *Riflessioni su di un libro di G. Febronio,* Lucae 1766 in 4; et praeterea *critica contro le opere del pericoloso Voltaire,* Brixiae 1770 in 8; *diss. sopra i Martiri della Chiesa Cattolica,* in t. 2. op. inscripti *dissertazioni raccolte* da Giov. B. Chiaramonti, Brixiae 1765 in 4; *Meditazioni sulla vita e sugli scritti di F. P. Sarpi,* 1765, in quibus ope-

[1]) Cf. St. Lett. d'It. 10, 459—61.
[2]) Cf. ib. 13, 338—40.

[1]) Cf. Biogr. univ. 1, 603; Villarosa pag. 6.

rum illius crisin instituit. — J. J. Pellizerius Hispanus in ll. 2 *de statu Ecclesiae* contra J. Febronium, Bajonnae 1777, de capite ad caput evertit ejusdem argumenta adversus primatus praerogativas.

117. *Theologiam moralem* composuerunt in *Italia* G. Vattolus cujus *theologia dogmatico-moralis* Romae prodiit 1760—64 t. 3 in 4. — Flavianus Ricci O. S. Franc. Tirolensis, theologiae moralis in universitate oenipontana professor (1762—67) et theologiae dogmaticae in universitate ticinensi (1769), *theologiam moralem* Anacleti Reiffenstuel instauravit (cf. IV³, 929), Tridenti 1765 pp. 2 in 4; Augustae 1777 in 8. — Antonii Mariae Boranga O. S. Hier. probabilioristae sunt *institutiones theologico-dogmatico-canonico - historico - morales*, Venetiis 1766 t. 6 in 4. — Petrus Alcantara a s. Petronio O. Carm. bononiensis (n. 1. Jul. 1690; † 15. Febr. 1774) in lucem dedit *doctrinam morum* ex omnibus operibus d. Thomae Aq. summatim depromptam, s. conc. tridentini decretis, ss. pontificum et patrum sanctionibus sparsim firmatam, in qua novatorum et casuistarum errores praedamnati conspiciuntur, Florentiae 1772 in 4. — Josephus Baldesi congr. Orat. reliquit *Teologia Morale*, Pesciae 1778 t. 6 in 8. — Antonius a s. Joseph O. Carm. Hispanus in romana curia pro sua congregatione hispanica procurator, concinnavit *compendium salmanticense* universae theologiae moralis quaestiones complectens, Romae 1779 t. 2 in f.; Venetiis (Bassani) 1789 t. 6 in 3 v. in 12; Barcelonae 1817 v. 3 in 4. ed. 7; Pampelonae 1791 t. 2 in f. — Fidelis a Plebe Albingae O. Cap. Ligur exprovincialis reliquit *dissertationes theologico-morales* ex purissimis utriusque T. atque divinarum traditionum fontibus haustas, Bononiae et Lucae 1777—79 t. 3 in 4. — Quibus adde Joannem Angelum Serra, probabilistam gravem († 1775). — Joannem Baptistam Arignani, cujus *institutionum moralium epitome* e purioribus fontibus hausta prodiit Augustae Taurinorum 1776 t. 2 in 4.

118. Omnium hac aetate per Italiam notissimus est Joannes Vincentium Patuzzi O. S. Dom. Veronae n. 19. Jul. 1700, Venetiis philosophiae et theologiae professor († 26. Maj. 1769), Concinae apologeta et collega in impugnando probabilismo, quem justo acrius aggressus est, adeo ut fuerit acerbus vel s. Alphonsi Ligorii adversarius atque auctor in re morali rigidus. Excoluit quoque apologiam religionis christianae, pro qua tuenda erudita scripsit opera: Libri tres *de futuro impiorum statu*, ubi adversus deistas, nuperos Origenistas, Socinianos aliosque novatores Ecclesiae catholicae doctrina de poenarum inferni varietate, qualitate et aeternitate asseritur et illustratur [1]), Veronae 1748. 1749; Venetiis 1764 in 4. Hujus op. complementum est *de sede inferni in terris quaerenda* diss. tributa in tres partes: in quarum prima nova refellitur opinio Swindenii doctoris angli sedem inferni in sole collocantis; in altera communis sententia de sede inferni subterranea defenditur et illustratur; in tertia sensus ac doctrina Ecclesiae catholicae de art. symboli apostolici „descendit ad inferos“ propugnatur tum contra Swindenium, tum contra Vossium, Bochartum aliosque heterodoxos, Venetiis 1763 in 4. Ad theologiam moralem spectant [2]): *Ethica christiana* sive theologia moralis ex purioribus s. Scripturae divinaeque traditionis fontibus derivata et s. Thomae Aq.

[1]) Cf. St. Lett. d'It. 1, 34—8.

[2]) Cf. Werner, Franz Suarez und die Scholastik der letzten Jahrhunderte 1, 362; Biogr. univ. 33, 153; Döllinger-Reusch Geschichte der Moralstreitigkeiten in der röm. kath. Kirche p. 310 s.; p. 424 ss.; M. Urbany C. SS. Red. in KL. IX, 1630.

doctrina continenter illustrata (quam absolvit Fantini), opus ejus praecipuum, Bassani 1760 t. 3 in f.; Venetiis 1770 t. 16 in 8; quae in compendium redacta prodiit Bononiae 1788 v. 4 in 4; *Difesa della dottrina dell' angelico dottore* 2. 2. q. 154 a. 4, Lucae 1746 in 4; Venetiis 1765 in 8; *Lettera enciclica* del sommo Pontefice Benedetto XIV. diretta all' Assemblea Generale del clero gallicano, illustrata e difesa da Eusebio Eraniste (sub quo nomine libenter latebat) contro l'autore dei dubbi o quesiti proposti ai Cardinali e Teologi della s. congreg. di Propaganda, Lucani 1759; *trattato della regola prossima delle azioni umane* nella scelta delle opinioni, in cui si dimostra la falsità, improbabilità e assurdità del sistema probabilistico, e il grave pericolo di chi in pratica lo segue, Venetiis 1758, in quo s. Alphonsi systema aggreditur. Hujus op. epitome est Breve istruzione *sopra la regola prossima delle azioni umane* nella scelta delle opinioni, necessaria a tutte quelle anime, che bramano di camminare la via sicura della salute, Venetiis 1759; *Lettere ad un Ministro di Stato* sopra le morali dottrine de' moderni Casuisti e i gravissimi danni che ne risultano al publico bene, alla Società civile e ai diritti, autorità e sicurezza de' Sovrani, ib. 1761 t. 2 in 8; *Lettere apologetiche* ovvero difesa della dottrina dell' ang. Dr. della Chiesa S. Tommaso d' Aq. contro le calunnie de' suoi accusatori sulla materia del tirannicidio. Si aggiugne la difesa del R. P. D. Concina sullo stesso argomento contro l' Autore delle Lettere ad un Conte, ib. 1763; *la causa del Probabilismo* richiamata all' esame da Mons. D. Alf. de Liguori e convinta novellamente di falsità da Adelfo Dositeo, ovvero risposta alla breve diss. dell' uso moderato dell' opinione probabile, Ferrariae 1764; Neapoli 1764, in quo s. Alphonsum non debito tractat honore. Opposuit s. doctor *Apologia* Neapoli 1765; Bassano 1765. Huic occurrit Patuzzi *Osservazioni Theologiche* sopra l'Apologia dell' ill. e rmo Mons. D. A. de Liguori contro il l. intitolato: La Causa del Probabilismo ec., nelle quali si espongono con maggior lume la falsità e insussistenza del nuovo sistema probabilistico da Mons. proposto e difeso, ib. 1765. Scripta utrinque adhuc edita praetermittimus. Alia opera huc spectantia cf. IV[3], 1625 ss. *Instructio circa doctrinam de indulgentiis*, cujus editionem auctam curavit ejus sodalis Udalricus Reiss, Augustae Vind. 1784 in 8. Edidit quoque Drouvenii opus *de re sacramentaria* cum notis et additionibus, Venetiis 1756 t. 2 in f. Cf. IV, 1405.

119. *Hispanus* fuit Bartholomaeus del Valle et Saavedra O. Carm., qui concinnavit usitato in scholis ordine *compendium theologiae moralis*, Romae 1769 in 4. — *Bohemus* Fabianus Niemetz O. Praem. in canonia zabrdovicensi, Zdanicii in Moravia n. 13. Jan. 1727, theologiae professor, cujus exstat *theologia canonico-moralis* auctoritate Scripturae, tum patrum tum decretis pontificum ac ratione intrinseca firmata, Litomislii 1764 pp. 2 in f.

120. Plures reperimus in Germania[1]) eosque haud infimae notae, inter quos celebrior forte est Eusebius Amort can. reg. congr. later. in canonia pollingana. Natus est Amort 15. Nov. 1692 prope Tölz in Bavaria. Absoluto studiorum curriculo sodales docuit philosophiam, dein theologiam atque jus canonicum. Ad promovenda impensius studia condidit academiam literariam, quam appellavit carolo - albertinam. matricem dixeris academiae literariae

[1]) Franciscus Loscani S. J. Viennensis, professor philosophiae Lincii et theologiae moralis Graecii (n. 11. Aug. 1732; † 27. Jul. 1771) reliquit *institutiones philosophiae moralis*, Graecii 1769; Norimbergae 1770 pp. 2.

bavaricae (1759), cujus primus socius etiam ipse fuit. Hujus labores literarii prodierunt inscripti *Parnassus boicus* t. 1—4, Monachii; 5. Constantiae et Weissenburgi 1722—40, sat rarus, quo opere Amortii nomen inclaruit, unde card. Lercari eum suum voluit esse theologum Romamque accivit (forte c. 1733), qua occasione bene est usus ad se excolendum in studio antiquitatis et ad bibliothecas lustrandas. Post reditum in monasterium, in cujus decanum electus fuit a. 1740, totum se literis dedit magnaque solicitudine ejus bibliothecam operibus pretiosis auxit. Decessit senex optimus 5. Febr. 1775 a. aetatis 83. Vir erat in multis disciplinis vere eruditus, in suis operibus eclecticum agit, rationem habet in scriptis philosophicis profectus disciplinarum naturalium. In theologia morali dicitur a Haringer, „a s. Alphonso saepius laudatus ut vir pro suis variis et doctis operibus undequaque perspectus, et sapientia clarus, probabilista moderatus, qui probabilismum egregie defendit, sed in quaestionibus practicis multo severior quam s. Alphonsus exstitit.“ Quanti autem factus fuerit a viris eruditis, liquet ex literis, quas accepit a Benedicto XIII. et XIV., a Clemente XIII., a card. Lercari, Galli, Orsi etc., a Bianchi, Mamacchi, Ricchini, Concina, s. Alphonso[1]) etc. Potiora ejusdem opera (ex c. 70) sunt: *Theologia eclectica moralis et scholastica,* Augustae V. 1752 et Bononiae 1753 t. 4 in f., quam non antea edidisse dicitur, quam illam recognoverit Benedictus XIV. Negat tamen in ea, quod mirum videbitur, Adamum in sanctitate et justitia supernaturali fuisse conditum. *Ethica christiana,* Augustae 1758 in 8; *theologia moralis* inter rigorem et laxitatem media, Augustae V. 1757. 1758 t. 2 in 4; 1777; 1785; *Idea amoris divini* seu expositio distincta primi et maximi mandati, Augustae 1739 in 8., quam impugnavit Virgilius Sedlmayr, de quo cf. supra pag. 18. *Responsio ad scrupulos* G. Linhardi circa primum ac maximum mandatum: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo* etc., ib 1746; *systema doctrinae circa duo praecepta spei et caritatis,* ib. 1749 in 8; *Moralium actionum regula* in opinabilibus seu quaestio de opinione probabili ad unicum et certum inter probabilistas et probabilioristas principium revocata et soluta, Venetiis 1756 in 4. Latine vertit *dictionarium casuum conscientiae* a Pontas gallice jam tertio editum (IV[3], 1312), sed illud expurgavit a spiritu gallicano et probabiliorismo, atque ad breviorem formam redegit omissis iis, quae unam spectant Galliam, ib. 1733 t. 2 in f. Verum editor venetus alterius versionis (1738) acriter Amortium aggressus est et laxitatis accusavit: quare auctor noster ad se tuendum edidit *controversias morales,* Augustae V. 1739. Ab hoc dictionario alterum Francisci Morenas (cf. supra p. 128) 1758 t. 3 in 8. distingui debet, quod Amort latine reddidit Augustae V. 1759 in 4; 1784 t. 3 in 8. inscriptum: *Dictionarium casuum conscientiae* Benedicti XIV. jussu auctum, e gallico versum et ad mores Germaniae accommodatum. *Disquisitiones theologicae* de controversiis in theologia morali insignibus, Venetiis 1745 in 8; *elementa juris canonici veteris et moderni,* ubi jus canonicum modernum Gregorii IX. ex ipsis fontibus legum ordinate et breviter explicatur, jus vero ecclesiasticum primaevum, quod viguit primis octo sec. ex tribus bavaricis msc. sec. VIII. et IX.

[1]) Cf. histor. pol. Blaetter 76, 107—32; Baader gelehrtes Baiern 20—29; Westermayr KL[2] I, 754; Scheeben eum k. Dogm. l. 1. n. 1107 dicit den vielseitigsten Theologen seiner Zeit, der über ein sehr reichhaltiges positives Material gebietet und sowohl die Errungenschaften der Vergangenheit zu bewahren, wie den Ansprüchen der Gegenwart massvoll entgegenzukommen suchte; Wolker Allg. d. Bi. 1, 408.

exaratis editur [1]); Ulmae 1757 t. 3 in 4., Ferrariae 1763; t. 3. continentur vindiciae jurisdictionis ecclesiasticae s. Scripturae testimonio et rationi conformes adversus seculi moderni politicos. Reflexiones et principia meliora *de jurisdictione ecclesiastica* opposita principiis poloni nobilis (P. de la Borde, cujus *Principes sur l' essence* etc. des deux Puissances quidam polonus nobilis cum versione polona Wratislaviae 1753 in lucem ediderat), Francofurti 1757 in 4. absque auctoris nomine. *Vetus disciplina canonicorum regularium et secularium* ex documentis ineditis usque ad sec. XVII. critice et moraliter expensa, Venetiis 1748 t. 2 in 4. Edidit quoque Ruperti Gruber can. reg. *de privilegiis religiosorum* opus posthumum cum additionibus, Augustae V. 1747 in 4. Cum Veremundus de Lochstein impugnasset cleri immunitatem, opposuit ipse tecto nomine *Verschiedene Fragen über Ver. von Lochstein Gründe,* Argentorati 1766. *De origine, progressu, valore ac fructu indulgentiarum,* necnon de dispositionibus ad eas lucrandas requisitis accurata notitia historica, dogmatica, polemica, critica, Augustae V. 1735 in f., cum supplemento Venetiis 1738, opus praeclarum et eruditum, Romae bene acceptum. *De revelationibus, visionibus et apparitionibus privatis regulae tutae* ex Scriptura, conciliis, ss. patribus aliisque optimis auctoribus collectae, explicatae atque exemplis illustratae, Augustae V. 1744 in 4., opus utile, sed a pluribus Franciscanis impugnatum, quia in eo aggreditur Mariae de Agreda revelationes in celebri op. *Ciudad* mistica di Dios, easque spurias declarat. Hinc orta *controversia de revelationibus agredanis explicata* cum epicrisi (non satis aequa) ad ineptas earum revelationum vindicias a. RR. PP. Did. Gonzalez et a Landel. Mayr editas, ib. 1749; *nova demonstratio* de falsitate revelationum agredanarum cum parallelo inter pseudoevangelia et easdem revelationes, addita excussione novae defensionis agredanae a Dalm. Kick etc., ib. 1751 in 4., opus jussu principis electoris suppressum. *Demonstratio critica religionis catholicae nova,* modesta, facilis, ubi ex indubiis primae Ecclesiae documentis verae religionis character demonstratur, Venetiis 1744 in f; *Abhandlung von Anrufung der Heiligen,* ib. 1756 in 8; *Nova philosophiae planetarum et artis criticae systemata,* Norimbergae 1723 in 4; *philosophia pollingana* ad normam burgundicae (scil. du Hamel cf. IV[3], 657) cum 200 figuris aeneis, Augustae V. 1730 t. 4 in 12. et in f.; *wolfiana judicia* de philosophia et leibnitiana physica, Francoforti 1746 in 4; *scutum Kempense* seu vindiciae (eruditae) quatuor ll. de imitatione Christi, quibus Thomas a Kempis in sua possessione stabilitur, Coloniae 1725 in 4; *plena et succincta informatio* de statu totius controversiae, Augustae 1725 in 8; *certitudo moralis* pro v. Th. Kempensi contra exceptiones novi gersenistae ratisbonensis, 1764 in 4., et alia in hac causa opuscula; *basis historico-ecclesiastica* ad usum cleri augustani, ib. 1748 t. 4 in 2 v. in 4. et plura opera ascetica. Inter primos etiam fuit qui Jansenium impugnavit. Ex ipso collegit Joseph Daniel S. J. *L. Amort principia artis criticae,* in quibus continentur regulae criticae ex ss. patribus explicata et demonstrata, Cassoviae 1746 in 12.

121. Reiner Sasserath O. Min. Conv., in universitate colonensi s. theologiae professor, provinciae praepositus et assistens, probabilista, composuit *cursum theologiae moralis* tripartitum, Augustae V. 1771 t. 4 in 8. ed. 4; 1780. Bis impugnatus a theologo leodiensi, bis respondit *replica,* Coloniae 1761; 1762. *Directorium confessario-*

[1]) Cf. A. E. lips. 1758 pag. 319—26 et 397—403.

rum, Coloniae 1781. — Josephus Antonius O. Cap. in provincia Alsatiae lector et provincialis *theologiam moralem* omnes succincte complectentem materias practicas pro utilitate confessariorum et examinandorum proposuit Argentinae 1775 t. 2 in 8; Taurini 1836. — Hermannus Josephus a s. Hilario O. Erem. discalc. S. Aug., s. theologiae et canonum lector et provincialis, prolixum *examen ordinandorum* per quaestiones distribuit, Vindobonae 1779 in 8. — Mauritius Cuer[1]) O. Min. Westphalus, provincialis, edidit *theologiam dogmaticam et moralem* in usum confessariorum et theologiae auditorum O. S. Franc., Monasterii 1778 t. 3, Coloniae 1792. — Corbinianus Luydl O. S. Franc. Augustanus (n. 1718; † 28. Nov. 1778), philosophiae et theologiae lector, guardianus et provinciae custos Firmiani episcopi passaviensis theologus, reliquit *institutiones theologiae moralis christianae et evangelicae* in pp. 4 et diss. 7 tributas, sive locos communes ac fontes, in quibus morum doctrina ad s. Evangelii leges efformata haurienda est, Campidonae 1771 in 8. Mox revera hausit ex s. Scripturae et traditionis fontibus eruditam admodum *theologiam moralem christianam et evangelicam,* quam prosecutus est Bonif. Schneidenbach sodalis[2]), ib. 1772—80 t. 10 in 13 v. Alia ejusdem opera sunt: *De primo maximoque divinae dilectionis mandato* relegato ac revocato diatribe socratica methodo pertractata, qua propositiones diversae ecclesiasticae censura notatae clarius exponuntur et ab ineptis interpretationibus vindicantur, Salisburgi 1760 in 4; *divinarum communicationum ordo ac series* per universam theosophiae doctrinam decurrens praecipuis ex eadem deductis aphorismis, syntagmatis, theorematis explicata, Passaviae 1755 in 8; *Cophinograrii Philalethis a s. Gerontio argentinensis et Entichii neotipisti bresciensis de homologia seculorum* super panis vinique in eucharistia exuviis atque periythlomaton seu de nugamentis, quae recentiores phaenomenosophi s. Ecclesiae ritibus adfingere videntur ep. criticae XI; eas cum eruditis communicavit et adnotationibus epicriticis illustratas adhuc ineditas in lucem protraxit etc., ib. 1756 in 4. — Caspar Saettler doctor argentinensis, probabiliorista moderatus, auctor in doctrina nitidus et concinnus († 1779), scripsit *theologiam moralem universam* v. 5 in 8., quam selectis et copiosis annotationibus illustravit et ad normam hodierni juris gallici exegit perdoctus J. J. Rousselot theologiae moralis in seminario gratianopolitano professor, 1840; *monita ad parochos* aliosque sacerdotes animarum curam habentes, saepius edita, ita Treviris 1831 in 8. — Edmundus Voit S. J. n. 27. Sept. 1707 Neostadii, in academia wirceburgensi ss. literarum interpres, dein theologiae moralis professor, provinciae praepositus († 29. Oct. 1780), concinnavit *theologiam moralem* ex solidis probatorum auctorum principiis et variorum casuum fictorum et factorum resolutionibus, Wirceburgi 1750, sexies deinde ib.; etiam 1860, et alibi recusam ut Bassani, Romae, Parisiis etc. Fuit Voit judice Gury probabilista moderatus, doctrina et in primis practicis resolutionibus commendatus. Nitidior tamen rerum expositio et magis

[1]) Alius a Placido Cuer O. Min. Warendorfensi, cujus exstat: *Bern. Wittii O. S. Ben.* ex celeberrima a Carolo M. fundata abbatia liesbornensi *ab a. saltem 1480 usque ad a. 1520 coaevi historia antiquae occidentalis Saxoniae* seu nunc Westphaliae, cui accedunt appendices quaedam de bello susatensi et monasteriensi, de ortu, abbatissis et abbatibus monasterii liesbornensis ac denique principalioribus O. S. Ben. scriptoribus ex autographo auctoris fideliter transumptae ac nunc tandem ad multorum instantiam primum in lucem editae, Monasterii 1777.

[2]) Hujus est etiam diatriba *de ratione solvendi ac ligandi in sacramento poenitentiae,* Salisburgi 1774 in 8.

ordinata methodus in opere desideratur. — Quirinus Aloisius Mickl O. Cist. Bohemus utriusque juris et theologiae doctor, in seminario pragensi professor, insignis altovadensis abbas (1747; † 23. Februar 1767) innumera reliquit manuscripta[1]), erat enim unus ex doctioribus viris ordinis sui: pauca tantum edidit, inter quae *Apolectus doctrinalis* decisionum theologico-moralium conscientiae et actuum humanorum systema practice explicans atque undique inspersa aliarum materiarum normam recti attinentium analecta theologico-canonico-moralibus resolutionibus elucubrans, Pragae 1747; *Lucubratio* theologico-moralis circa praecipuum moralitatis systema de conscientia et actibus humanis, ib. 1747. Inter manuscripta reperitur ingens opus constans t. 35 per modum encyclopediae de omnibus disciplinis theologicis. — Aug. Tepser Ci. in monasterio velehradiensi, Moravus (n. 25. Jan. 1711; † 17. Sept. 1780) in triplici *fragmento* theologiae moralis universam fere complectitur materiam moralem. Ejusmodi fragmentum magnam complectens theologiae moralis partem edidit et Casimirus Georgius Roth O. Praem. in canonia teplensi (n. 24. Oct. 1720; † 13. Jul. 1765), Pragae 1751.

122. His subjicimus eos, qui de *probabilismo* egerunt. Praeter eos, quos jam laudavimus[2]), huc spectant: Franciscus Neumayr S. J. Monacensis n. 17. Jan. 1697, insignis plane asceta. Puer ob animi levitatem e gymnasio dimissus, hac poena emendatus, post triennium recipi meruit omnibusque condiscipulis virtutis et diligentiae deinceps fuit exemplar. Expletis in Societate J. studiis maximam vitae partem degit in dirigenda congregatione mariana Monaci, in habendis missionibus et concionibus Augustae praesertim, ubi a. 1752—63 magno fructu et plausu in ecclesia cathedrali concionabatur († 1. Maji 1765). Innumera sunt ejusdem opuscula. Operarius enim erat diligens scriptis et verbo. Si deficeret membrorum usus, aliorum manibus adjutus proximorum nitebatur promovere salutem. Inter ascetica utilia sunt in primis *Idea theologiae asceticae* scientiam sanctorum sive quae sanctos facit clare et facili modo exhibens, Augustae 1781, opus posthumum, Romae 1839; Parisiis 1883 etc. Gratia *vocationis sacerdotalis,* Monachii 1757; 1765 ed. 6; *Vir apostolicus,* Ingolstadii 1752; 1779 ed. 6; Schaffhausen 1853 etc. Reliquit et insignes conciones polemicas magna soliditate et vigore logico elaboratas contra protestantes, praesertim adversus Rothfischer, qui ab ordine et fide defecerat, Chladenium etc. Plures ejusmodi conciones collectae prodierunt, Monachii 1757—64 t. 4. Probabilismum attingunt: *Quaestio an probabilismus sive doctrina moralis benignior scholarum catholicarum abominabilis et exsecratione digna sit?* decisa in concione contra acatholicos novellistas[2]), 1760 in 4; prius germanice Monachii 1759; proh. decr. s. Officii 29. Maj. 1760; *notae theologicae pro tutela probabilismi* sine sua culpa graviter incusati in animadversionibus theologicis P. F. Dominici Reichard O. Praed. Monachii 1760. Huius l. inscribitur: *Animadversiones catholicae*

[1]) Cf. Xenia bernardina III, 350.

[2]) Probabilismum tuentur: Nic. Ghezzi S. J. † 1766, de quo cf. IV[3], 1627a; Jo. Philippus Bovio († 1773), de quo cf. IV[3], 1632; Jo. Ant. Lecchi SJ. († 1776), de quo cf. IV[3], 1628; Franc. X. Mannhart S. J. (supra p. 22), Amort (p. 229). Illum impugnarunt: Rup. Gutrath O. S. Ben. (cf. supra 23); Petrus Ballerini (p. 106 ss.); Vinc. Patuzzi (p. 226); Mas (infra p. 239) etc.

[1]) Cf. Sommervogel V, 1654—83, qui recenset opusc. 112; Baader Lexikon 1, II, 80—86; Kneller KL. IX, 187 ss.

[2]) Cf. narrationem hujus prohibitionis in Fleurii H. E. contin. l. 246 § 52 t. LXXXIV, 306—27.

in innocentiam, prudentiam ac utilitatem probabilismi pure defensive et cum moderamine inculpatae tutelae compilatae contra theologum catholicum probabilistam Fr. Neumayr etc., Augustae Vind. 1760 (ed. 2.). Secundum Baader alia quoque edidit opuscula pro probabilismo, sed tecto nomine intra a. 1760—62. — Josephus Herz Kalchenbacensis in Algovia, electoris trevirensis et episcopi augustani consiliarius ecclesiasticus, »parochus fuit zelo, ut legimus in ejus epitaphio, consiliarius prudentia et scientia excellentissimus, in laboribus pro Deo, Ecclesia, proximo infatigabilis; verus contemptor mundi et, quod majus est, sui; in amplissima doctrina modestissimus; cultu, victu, vitae habitu simplex« († 22. Mart. 1772). *Statum quaestionis de probabilismo* in terminis magis restrictis sapientum discussioni exposuit tecto nomine Augustae 1766 in 8. — Hunc prae ceteris defendit Josephus Maria Gravina S. J. Panormitanus, theologiae professor († c. a. 1775; secundum alios 23. Nov. 1780) in *conclusionibus theologicis critico-ethicis* de usu et abusu opinionis probabilis, Panormi 1752, etiam in Zaccariae *thesauro* IV, 335—50, in quibus statuit 1. Probabilismum originis esse thomisticae; eumque 2. Thomistarum cura et armis invaluisse; 3. ceteros ordines religiosos Thomistarum exemplo illum in varias academias induxisse; 4. principia antiprobabilismi originem et diffusionem debere artibus Jansenianorum; 5. Jesuitas probabilismum tantum accuratius determinasse validissimeque propugnasse adversus Jansenianos. Has assertiones impugnavit Vincentius Diez in op. *Antiprobabilismus vindicatus* contra probabilistarum vellicationes, 1753. Non tacuit Gravina editis *Trattenimenti apologetici* sul probabilismo [1]), Panormi 1755 t. 3 in 4., opus ob eruditionem pretiosum, cui opposuit Vincentius Avvocati O. Praed. (cf. (IV[3], 1407) *defensionem scholae thomisticae* O. Praed., ib. 1756 in 4. Pro Gravina respondit Franciscus Burgio S. J. (IV[3], 1484): *Lettera ad un amico,* in cui si dà parere teologico sopra il l. *Defensio* etc., Panormi 1756. Mox occurrit Avvocati in *Riflessioni sopra della Lettera* data alla luce da Ignazio Vivaldi, ib. 1757 in 4. Unde Burgio sub nomine Epiphanii Noti edidit: *Difesa di molti autori della Compagnia di Gesù* attaccati in op. *Riflessioni* etc., ib. 1757, atque etiam Gravina scripsit sub nomine Vinc. M. Marsala: *Il Probabilismo sostenuto e difeso,* ib. 1757 in 4. Egregiae sunt ejus *conclusiones polemicae* de quinque Jansenianorum erroribus in haeresim vergentibus, ib. 1755 in 4., receptae a Zaccaria in *thesaurum theologicum* V, 433—444. Absolvit quoque ediditque diss. anagogicam, theologicam, paraeneticam *de paradiso* Benedicti Plazza, de quo op. cf. IV[3], 361. Utitur tamen subinde stilo acerbiori.

123. Contra probabilismum scripsit insuper Caesar Maria Shguanin *Anatomiam probabilismi* seu qq. et responsa de praecipuo theologiae moralis fundamento h. e. de licito et illicito usu opinionum probabilium, Coloniae A. 1729 ed. 2., sed haec impugnatio non est magni ponderis. Porro C. M. Shguanin n. est in oppido Taufers vallis venustae (Vinschgau) Tirolensis c. 11. Jun. 1692. Vir erat pientissimus, poenitentiarius Vaticani Romae († 19. Sept. 1769). Diligens erat cubiculi custos vix unquam in platea visus. Inde essa solertia multa utilia collegit, quibus complevit 24 t. magni voluminis, quorum plures agunt de reformatione moderni seculi secundum principia theologiae mysticae, in quibus spiritu rapitur prophetico. Eorum censuram pontifex sibi reservavit, cui originalia scripta erant tradenda solo ectypo in

[1]) Cf. St. Lett. d'It. 12, 333—346.

sodalium manibus relicto. Reliquit et utilem tr. beneficiarium pro indemniter salvandis juribus s. matris Ecclesiae quoad beneficia ecclesiastica ex indubitatis (post verbum Dei scriptum) veritatis fontibus, Romae 1751 ed. 2; *Wissenschaft der Heiligen,* d. i. 100 geist- und lehrreiche Punkte oder Herzensseufzer einer Gottsuchenden Seel, Augsburg 1736; 1745; *Gemeines Bussgericht,* d. i. Genaue Erkenntnis der Todt- und läßlichen Sünden etc., Regensburg 1729. — Josephus Antoine de Kayserberg O. Cap. suae provinciae praepositus (1761—66) auctor est op. *Theologia moralis* omnes succincte complectens materias practicas pro utilitate confessariorum, Argentinae 1767; 1777 t. 2 in 12., in quo probabilioristam agit. *Rubricae Missalis* romani cum earum expositione, 1756; *Caeremoniale* ad usum fratrum Min. Cap., ib. 1755 non sine pretio pro historia ordinis in Alsatia illius temporis [1]). — De L. Vinc. Mas cf. n. seq.

124. De aliis argumentis *specialibus* egerunt: Hyacinthus Verdaguer S. J. Barcinonensis n. 2. Jan. 1735. — Ludovicus Vincentius Mas O. Praed. Valentinus († 12. Jan. 1772 a. aetatis 74), cujus sunt *Propositionum canonice damnatarum praedamnatio Augustino-thomistica* sive propositiones a s. Pio V. successoribusque rom. pontificibus usque ad praesens proscriptae, Valentiae 1761 t. 2 in 4; *incommoda probabilismi* deducta ex prop. 45 damnatis ab Alexandro VII. et ex 65 ab Innocentio XI., ib. 1765 in 4., 1767 cum regalibus vindiciis. — Franciscus Cajetanus Incontri per fere 40 annos archiepiscopus florentinus (1741—1780), doctissime disputavit *de actibus humanis.* — Benedictus Hieronymus Feyioo (Feijoo) y Montenegro OSB. decus illustre n. Casmediri 8. Oct. 1676, nostro seculo adhuc celebratus abbas († 20. Sept. 1764), composuit *Teatro critico universal* sopra los errores communes, Matriti 1726—39 t. 8, quindecies editum, in quo nititur secernere verum a falso in opinionibus sparsim vulgatis praesertim apud ruricolas, erroresque confutare, et praeter alia huc non spectantia tractatus continentur de magia, somniis, vaticiniis, chiromantia aliisque ejusmodi argumentis. Ingentem mirantur plures eruditionem, nam de omnis generis argumentis disserit. Hinc etiam in linguam gallicam a d'Hermilly († 1778), et in italam a Marco Antonio Franconi versum fuit. Adjecit *supplementum* t. 5 in 8. 1740—46; et *Illustracion apologetica,* Ovieti 1729 t. 7 in 8., quibus t. priores vindicat [1]) adversus Salvatorem Jos. Mañer, qui ei quam plurimos exprobaverat lapsus. *Cartas eruditas y curiosas,* 1742—60 t. 8 in 8. Opera ejus collecta prodierunt cum vita, Matriti 1780 t. 35 ed. Campomanes. — Daniel Stadler S. J. Ambergensis [2]) n. 10. Jul. 1705, Maximiliani Josephi, filii primogeniti electoris Bavariae, in philosophia et mathesi praeceptor et confessarius († 25. Sept. 1764), auctor est tractatus *de duello* honoris vindice ad theologiae et juris principia examinato, Ingolstadii 1751 in 4.,

[1]) Cf. Straßburger Diöcesanbl. XXVII, (1908), 504.

[1]) Cf. de hoc singulari opere Mich. a s. Jos; qui in sua Bibl. crit. I, 455 ss. ingentem doctoris nostri eruditionem, stili elegantiam magnis encomiis tuetur adversus censuram in A. E. L., qua op. pretium deprimitur. Pro magistri sui opere impense stetit etiam ejus sodalis Martinus Sarmiento n. c. 1695 Tontevedrae in Gallecia († 1772): scripsit enim *Demonstracion critico-apologetica del Teatro critico-universal,* Matriti 1732 t. 2 in 8. Juvit quoque H. Florez in condenda la España Sagrada (cf. supra 150). Ejus sodales ediderunt *Obras postumas,* Madrid 1775. Cf. de utroque Studien und Mittheil. aus dem Bened. und Cisterc. Orden 1884 II, 178. 180; Gams KG. von Spanien 3. II, 411 s.

[2]) Cf. hist.-pol. Blätter 70, 158—69.

opus [1]), in quo minus caute de duello loquitur: quam ob rem Romae delatum fuit, sed non damnatum: occasionem tamen praebuit Benedicto XIV. renovandi decreta conc. tridentini et priorum pontificum circa duellum, et proscribendi quinque de eo laxiores propositiones. — Joannes Gualbertus Reidinger O. Praed. Bohemus, in academia olomucensi theologiae professor (n. 30. Maj. 1730; † 4. Sept. 1778), reliquit diss. theologico-scholastico-moralem ad tr. *de sacramentis* in particulari pertinentem, Olomucii 1769 in 4. — Petrus le Coq congr. eudistarum praepositus generalis (1775; † 1. Sept. 1777), vir piissimus, edidit Diss. théologique *sur l'usure du prêt de commerce* et sur les trois contrats [2]), Rotomagi 1767 in 12; *Lettres sur quelques points de la discipline ecclésiastique,* Cadomi 1769 in 12. — B. A. F. Carletti O. Min. egit *de restitutionibus,* Romae 1771 t. 2 in 4. — Janson parochus in diocesi bisontina proposuit *L'Eucharistie selon le dogme et la morale,* Bisontii 1769 t. 2. — Joannes Sanz Lopez Hispanus scripsit commentarium historico-moralem *de jejuniis ecclesiasticis* una cum compendio universalis circa ea disciplinae cum antiquae tum modernae ac reformatae. — Hyacinthus Campion O. S. Franc. Budensis, philosophiae et theologiae professor († 7. Aug. 1767), animadversiones physico-historico morales *de baptismo non natis abortivis et projectis conferendo* [3]), Budae 1761 in 8. — *De baptismo infantium in utero* disputavit Joannes Baptista Scarella cler. reg. O. Theat., Utini 1769 in 4., qui tamen l. non est nisi ed. 4. retractata op. Gabrielis Gualdi, de quo egimus IV[3], 1639. Vir fuit innocentissimae vitae, magni zeli, et simul insignis geometra et physicus. Eruditorum aliarum gentium studia et inventa sedulitate magna prosecutus est eaque in suae gentis notitiam deducere sategit [1]). Decessit optimus senex 26. Febr. 1779. — Constantinus Rotigni O. S. Ben. in abbatia casinensi, Bergomas, philosophiae, theologiae et juris canonici professor, visitator generalis provinciarum cisalpinarum († 20. Apr. 1776), edidit *Trattato della necessità dell' Amor di Dio* per esser con lui reconciliato nel Sacramento, Roboreti 1749; Vicetiae 1750, adversus quem scripsit Carolus Ignatius Cantova S. J. (de quo infra) *Osservazioni sopra un Estratto di Asserzioni* contenute in un libretto etc. Vi si aggiugne una lettera di risposta alla Lettera apologetica d'esso Libretto [2]), Mediolani 1752; cui opposuit Rotigni *Risposta apologetica e critica* alle Osservazioni e alle Lettere etc.; Venetiis 1753 in 8. Scripsit etiam contra Muratori, ut diximus IV[3], 1490; cf. et IV, 1127. — Jos. Maugis O. S. Aug. Namurcensis n. 29. Nov. 1711 in uni-

---

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1752 a. 19. p. 409—24; Reusch II, 823; v. Oefele Allg. d. Biogr. 35, 381.

[2]) De simili argumento disseruit et Petrus Rulié, cujus etiam est *la Religion chrétienne prouvée* par un seul fait, Parisiis 1766 in 12; Lettre au R. P. P. (Patouillet cf. pag. 57) jésuite pour servir d'introduction, de commentaire et d'apologie à son Dictionnaire des livres jansénistes, Antwerpiae 1755 in 12. Cf. Quérard VIII, 283.

[3]) De quo ait Horányi in *Memoria hungarorum et provincialium scriptis notorum* 1, 383: »Liber non inutilis quidem, sed tamen magis mentis compositae viris quam fluctuantibus ingeniis commendandus.« Cf. Feller II, 317. Scripsit Campion quoque *vindicias pro ordine s. Franc.* adversus quosdam scriptores, novissime opellam posthumam Guil. Frid. Damiani sacerdotis petrini, Budae 1766 in 8., et *vindicias denuo vindicatas* adversus apologiam Jos. Antonii Transilvani, ib. 1766, quibus nititur ostendere, fraticellos, Beguardos et Beguinos nequaquam ex O. Min. prodiise.

[1]) Cf. Vezzosi II, 241—262. Reliquit etiam *Elementa logicae, ontologicae, psychologiae ac theologiae naturalis,* Brixiae 1762. 1763 t. 4 in 4.

[2]) Cf. de hac controversia *Stor. Letter. d' Ital.* 6, 430—39, 7, 447; 8, 556—64.

versitate lovaniensi a. 22 professor diuturnas habuit contraversias cum Petro Wautyer S. J. († 1772) de gratiae efficacia et attritionis sufficientia; cum Billuart (cf. IV³, 1346) de relatione operum ad Deum, et cum Le Plat (de quo infra) de solubilitate matrimonii in casu Ap. 1 Cor. 7. Hinc statutae plurimae theses et opuscula polemica ex utraque parte, quae diligenter recenset F. D. Doyen in Biogr. nat. de Belg. XIV, 88—96. († 22. Mart. 1780). — Em. da Fonseca S. J. Lusitanus, in Italiam cum sodalibus 1759 deportatus († 20. Jun. 1772) elaboravit *Expositionem bullae Benedicti XIV.* „Sacramentum poenitentiae" et alterius ejusdem pontificis „Apostolici muneris" in iis, quae spectant absolutionem complicis cum nonnullis quaestionibus miscellaneis, Olisipone 1757 in 4. — P. Th. Perolius O. Praed. disputavit *de jure propriae existimationis famaeque tuendae,* Florentiae 1767. — Theodorus a Spiritu s. O. Carm. Excalc. s. congregationis rituum, indulgentiarum et ss. reliquiarum consultor, s. congregationis visitationis apostolicae theologus et examinator apostolicus episcoporum et cleri, apoplexia tactus decessit Romae 1764 relictis classico tractatu dogmatico-morali *de indulgentiis,* Romae 1743 (fr. 35), et tr. historico-theologico *de jubilaeo,* praesertim anni sancti, ib. 1750 in f. — *De matrimonio conscientiae* vulgo nuncupato, Romae 1766. 1771 in 4., disseruit Franciscus Mazza.

125. Ad theologiam *pastoralem* [1]) referri possunt: Jos. Maria Saporiti archiepiscopus genuensis († 1767), cujus exstant *Istruzioni pastorali* proposte a'Confessori della Citta e Diocesi colla spiegazione, de' casi riservati ed altre osservazioni, Genuae 1750 in 4. — Joannis de Caule Tolosani n. 1693, episcopi gratianopolitani († 27. Dec. 1771), *dissertation sur les actes de l'assemblée du clergé* en 1765, pp. 3, meruit laudari a Clemente XIII. in brevi ad eum dato. — Claudius Brouas de Boussey pastor vere bonus ecclesiae tullensis († 21. Oct. 1773) suae dioecesi sequendas proposuit valde utiles *Instructions sur les fonctions du ministère pastoral* t. 5 in 12., quae debentur Druchard et Grisot (cf. pag. 58). — Benedictus Sigl O. Min. Straubingae n., diu Lucernae novitiorum magister erat († 1664 a. natus 66) ob suum zelum ‚ter benedictus' a libri cujusdam censore praedicatus. Praeter alia [1]) edidit: *Operarius triplex* i. e. excipere confessiones, loqui de rebus divinis, moribundos animare, Lucernae 1748; *Geistlicher Wegweiser,* ib. 1751; *Neu vermehrter geistlicher Wegweiser,* ib. 1755; *Süsse Gewalt zur Tugend* (pro visitandis infirmis), ib. 1757; Kurzer Bericht *über Anfang und Fortgang des Ordens der minderen Brüder,* ib. 1761, quod opusculum exhibet epitomen op. majoris Ant. Lucci O. Min. ep. Bivinensis (Bovino 1729; † 25. Jul. 1752), quod italice prius Neapoli 1740, dein inscriptum Rationes historicae latine prodiit Treviris 1743. — *Confessarios* instruunt Anacletus Weiler O. S. Franc. Tirolensis, bis minister provincialis († 1767). — Bernardinus Benzi S. J., theologiae moralis professor (n. 16. Jul. 1688; † 28. Febr.

[1]) *Casus* collegerunt David a s. Maria O. Er. disc. s. Aug. († 1766), cujus *casus reservati* in archiep. dioecesi taurinensi prodierunt Venetiis 1740 in 4., cf. A. E. lips. suppl. 6, 21—24. — Aloisius Agelius O. Min. sub titulo *resolutiones quaestionum moralium,* Tridentini 1776. — Morénas, de quo supra egimus p. 128. — Otto Sporer O. S. Ben. († 7. Jan. 1768), cujus sunt *recollectiones morales* extemporaneae super theologiam universam, Augustae V. 1747 pp. 2. — Guilelmus Bombardieri S. J. († 6. Maji 1767) qui typis dedit *decisiones pistorienses* sive responsa theologico-moralia de restitutione, Pistorii 1740 in 4: de contractibus, ib. 1752 in 4 etc.

[1]) Cf. Eubel Gesch. der oberdeutschen Minoritenprovinz Würzburg 1868 p. 131.

1768), cujus tamen diss. *in casus reservatos* venetae dioeceseos multorum animos commovit [1]) atque prohibita fuit, sicut et ejus *praxis tribunalis conscientiae*, Bononiae 1742. — Gabriel Wünhardt dedit *instructionem practicam confessarii*, Augustae V. 1776 in 8. et *subsidia* sacri tribunalis ad instructionem practicam confessarii, ib. 1778 in 8. — Joannes Franciscus a s. Josepho Wlocki sch. piar. Polonus n. 1688, insignis concionator († 1773 anno aetatis 85) reliquit *institutiones confessariorum* ad usum illorum, qui monialibus exaudiendis sunt destinati, Cracoviae 1753 in 4. — Michael del Bono S. J. Panormitanus, in literis humanioribus versatissimus (n. 28. Sept. 1697; † 1775) dedit *Morali istruzioni su i Sacramenti* delle leggi di natura, scritta e di grazia, Viterbo 1775 t. 4 in 4; Morali istruzioni *per risolvere i Casi di Coscienza* ai cinque principali Precetti della Chiesa attinenti, ib. 1771 in 8. sul nome Belnodo. — De *parocho* agunt Franciscus Antonius Rechiusi (Reclusius) in tr. *de re parochiali universa* in 6 pp. diviso, Romae 1734; 1773 in 4; tr. *de concursibus, collationibus et vacationibus parochiarum* aliorumque beneficiorum, ib. 1774 pp. 2 in 4. — Ferrari in l. *Prerogativa del parroco*, diss. istorico-legale sopra il diritto della chiesa parrochiale con descrizione canonico-civile per riconoscere il vero domicilio specialmente parrochiale, Romae 1775 in 4. — et Josephus Antonius Cornaro praepositus villuncensis in op. haud laudando *De' parrochi ll. 6*, Brixiae 1771; Patavii 1788 in 4., in quo parochorum jura exaggerat ambitionemque fovet; *Il pastore istruito* delle sue obligazioni ecc. ovvero instituzione de'parrochi, Venetiis 1785 t. 3 in 1 v. —

[1]) In primis Concinam O. Praed. ad illam impugnandam provocavit. Cf. scripta ejus occasione publicata apud Backer 1, 563. Auctor sententiam suam retractare debuit.

Institutiones theologiae pastoralis composuit Thomas Lechleitner can. reg. lat. O. S. Aug. in collegio beuronensi, ss. canonum professor, Ulmae 1778 in 8; et *systema* positionum theologicarum seu *institutiones theologiae dogmaticae*, ib. 1777; *institutiones theologiae moralis* ex ss. literis deductae, ib. 1776; *Theologische Moral* ... ein Lesebuch für alle Stände, 1789; *institutiones philosophiae*, ib. 1781 t. 2. — Hyacinthus (in baptismo dictus Robertus Franciscus) de Montargon O. S. Aug. parisiensis n. 1706, regis Galliarum et Stanislai I. Poloniae regis concionator († 1770), collegit *dictionnaire apostolique* à l'usage des Curés des Villes et Campagnes et de tous ceux qui se destinent à la Chaire, Parisiis 1755 t. 13 in 8; Parisiis 1840 t. 10, cujus plures habentur versiones in Italia. — Paulus Rulfus [1]) s. theologiae professor in seminario novariensi in diss. ostendit *theatrum modernum bonis moribus exitiosum*, populorum insuper politicae felicitati contrarium, Mediolani 1770 in 8.

126. Sacram *liturgiam* illustrarunt: Paschalis Copeti canonicus in suis *Discorsi di Liturgia* recitati alla presenza di Benedetto XIV. P. M. nella Sala apost. del Quirinale con due diss. fatte altrove, Romae 1766 in 4., quos eruditissimus Fassini in commentario *de priscorum Christianorum synaxibus* inconditi sermonis dicit. Disputat autem in iis de liturgia gallicana ejusque a romana diversitate, de origine et antiquitate ritus dandi benedictionem

[1]) Alius ab eo est Georgius Maria Rulfus S. J. Mondoviensis n. 22. Febr. 1713, qui a. 30 conciones Taurini habuit pro christiana piaque morte obtinenda magno plausu neque minori auditorum fructu († 30. Mart. 1793). Prodierunt ejus *Discorsi sacri e morali*, Taurini 1783. 1784 t. 5 in 8, in quibus omnes sacri oratoris partes cumulate implet in docendo, delectando et movendo.

in forma crucis invocataque ss. Trinitate; de disciplina arcani; de vigiliis neophytorum deque ritu distribuendi cereos agnos Dei; de chrismate; de speciali cultu erga ss. mysteria altaris deque disciplina defectus circa eadem purgandi (sed levissime et inerudite); de missae sacrificio sine adstantium communione et de fidelium communione extra missae sacrificium; de indulgentiis. — Hadrianus Hueber O. S. Aug. Landsbergensis, s. theologiae lector († 27. Jan. 1767), luci publicae exposuit *tr. historiae missae romano-catholicae* seu apparatum praevium, in quo formatur idea praevia totius historiae missaticae, seu in quo datur cognitio omnium liturgiarum orientalium et occidentalium, Monachii 1758 in f. — Joannes Lindner scripsit *institutiones ad susceptionem ordinum*, eorum actus ac mysticum ss. missae sacrificii caeremoniarum significatum ex ss. literis, canonibus, conciliis, patribus, historiis ecclesiasticis et selectioribus auctoribus in usum ordinandorum et sacerdotum collectae, Wratislaviae 1777 in 8. — Franciscus Eötvös exposuit *generales rerum liturgicarum notiones,* Agriae 1780, quo in l. agit de ritibus legis naturae, Hebraeorum, primaevorum Christianorum, de potestate Ecclesiae in ritus, causis occasionalibus, unione primaevae Ecclesiae diversos ritus exercentis, de origine diversitatis, de praecipuo charactere diversitatis orientalium et occidentalium rituum etc. — Matthaeus Caraman episcopus primum auxerensis (Osero 1740), dein (1743) archiepiscopus jadrensis (Zara), Dalmata († 1771), philosophiae et theologiae professor in seminario jadrensi, a congregatione de propaganda fide deputatus fuit revidendis libris liturgicis in lingua slavica conscriptis, quos etiam emendatos edidit. Nova *Missalis slavo-latini* ed. prodiit Romae 1741. Cum ea impugnata fuisset a sacerdote dalmata scripsit l. *Identitas linguae literalis slavae* et eam in ll. sacris retinendi necessitas [1]) 1753. Disciplinae ecclesiasticae admodum tenax a pluribus acriter impugnatus est: cui impugnationi apologiae instar debemus: *Informazione per rapporto a' Serviani di rito greco* esistenti nella Dalmazia, loro derivazione, dogmi, costumi etc., 1750. — Josephus Morisanus professor et canonicus regiensis scripsit *de protopapis et deuteris Graecorum* et catholicis eorum ecclesiis, Neapoli 1768 in 4.

127. Celeberrimus vero in hoc argumento est Josephus Simon ex eruditissima Assemanorum familia [2]). Natione fuit Syrus, ortus Tripoli a. 1687 et Romae in collegio maronitico disciplinis philosophicis theologicisque imbutus. Diu deinde in bibliotheca vaticana occupabatur. A Clemente XI. a. 1717 pro comparandis libris msc. missus fuit in Aegytum et Syriam; quam regionem iterum adivit a. 1735 jussu Clementis XII., ibique delegatus pontificis interfuit synodo, quam Maronitarum patriarcha Josephus Petrus Gazenus 1736 habuit. Codicibus orientalibus aliisque antiquitatis monumentis onustus Romam 1738 rediit. In meritorum praemium factus est bibliothecae vaticanae custos, cubicularius honorarius et canonicus basilicae s. Petri. Decessit archiepiscopus tiriensis in p. i. 14., secundum alios 31. Jan. 1768 a. aetatis 81. Haec potiora ejusdem opera: *Kalendaria Ecclesiae universae,* in quibus tum ex vetustis marmoribus, tum ex codicibus, tabulis parietinis pictis, scriptis sculptisve sanctorum nomina, imagines et festi per annum dies ecclesiarum Orientis et Occidentis, praemissis uniuscujusque ecclesiae originibus recensentur,

[1]) Cf. Fleurii H. E. l. 243 § 1.

[2]) Ex hac enim prodierunt praeter nostrum Josephus Aloisius A. ejus frater († 1782), Stephanus Evodius († 1782), ex horum fratre nepos, Simon A. († 1821), de quibus agemus suis locis.

describuntur notisque illustrantur [1]), Romae 1750—1755 t. 6 in 4. (m. 100); *bibliotheca orientalis clementino-vaticana* recensens msc. codd. syriacos, arabicos, persicos, turcicos, hebraicos, samaritanos, armenicos, aethiopicos, graecos, aegyptios, iberios et malabaricos de jussu et munificentia Clementis XI., Romae 1717—28 t. 3 in v. 4 in f., opus rarissimum et in suo genere vere stupendum (fr. 500), in quo eruditissime disputat de scriptoribus orthodoxis syris, de praecipuis Jacobitarum et Nestorianorum sectis earumque auctoribus, scriptoribus, patriarchis [2]), scripta genuina a spuriis secernit auctorum vitas describit etc. Sed dolendum quod ex quatuor classibus scriptorum, primam tantum absolverit. *Chronicon siculum* ab a. 827—963 e cod. arabico bibliothecae cantabrigensis cum latina versione, in Carusii *bibliotheca Siciliae* p. 1. a. 1720; Abrahami Ecchellensis *chronicon orientale* cum supplementis historiae universalis et versione nova, inter *scriptores historiae byzantinae* t. 17. ed. ven.; diss. *de santis ferentinis* in Tuscia Bonifacio ac Redempto episcopis, presbytero et martyre Eutychio, de quibus s. Gregorius P. scribit, ib. 1745 in 4; *italicae historiae scriptores* ex bibliotheca vaticana collecti et praefationibus notisque illustrati, Romae 1751—53 t. 4 in 4. (l. 100); reliquos tomos, sicut alia pretiosissima opera ad prelum parata, quae 100 fere vol. complesse dicuntur, dirum consumpsit incendium 30. Aug. 1768. *Bibliotheca juris orientalis canonici et civilis*, Romae 1662—66 t. 5 in 4. (fr. 600), opus rarissimum. Magna ex parte ei debemus praestantissimam *operum* s. Ephraemi editionem [1]), quam laudavimus IV, 1463. Cum cognato Stephano Evodio composuit *bibliothecae apostolicae vaticanae codd. msc. catalogum* in 3 pp. distributum, in quarum 1. orientales, in altera graeci, in 3. latini, italici aliorumque europaeorum idiomatum etc. codices describuntur, Romae 1756 t. 3 in f. (l. 150). Quartae partis complectentis codd. arabicos impressae erant pag. 80, cum incendium, de quo diximus, omnia consumpsit [2]).

128. Athanasius Perissiani O. S. Ben. edidit *triodion Graecorum* 1734. — Fridericus Altani ex comitibus Salvaroli Forojuliensis scripsit in quoddam altare portatile *epistolarem diss.*, quae exstat in *sylloge calog.* 46, 201—244; *de kalendariis* in genere et speciatim de kalendario ecclesiastico diss., cui adnectuntur complura pervetusta hagiologia nunc primum edita atque illustrata, index martyrologicus necnon tres epistolicae diss. alia sacra monumenta exhibentes [3]), scil. iter liturgicum forojuliense (Romae 1749 in 4. jam editum); baptismale hieroglyphicum epistolica diss. explanatam (Patavii 1749) et diss. quam supra memoravimus, Venetiis 1753 in 8; *Osservazioni in sulla voce Brevarium*, che serve di nome a nostri ecclesiastici offici, in nova *syll. calog.* t. 25. — Joanni Peregrino Pianacci Mutinensi debemus *dell' officio divino* trattato istorico-critico-morale, Romae 1770 in 8. — Onuphrius Judica edidit brevem *explanationem liturgico-chronologicam ordinis divinorum offi-*

[1]) Cf. St. Lett. d'It. 4, 116, et praesertim A. E. lips., quae prolixum exhibent conspectum a. 1755 pag. 385—94; 1762 p. 344—352; 1763 p. 131—43; 161—73; 363—72, recensionemque hisce absolvunt: »Sed satis de libro, in quo multa erudite, confuse, accurate, negligenter, recte falsoque produntur.«

[2]) Cf. Bibliogr. crit. 1, 524; A. E. lips. Suppl. 8, 1—8; 1723 p. 5—16; suppl. 10 p. 193—209.

[1]) Cf. A. E. lips. 1733 p. 289—92; 1747 p. 673—6.

[2]) Cf. de eo Ang. Mai in script. veterum nova collectione e vatic. codd. edita, t. 3 p. 2 pag. 166 s.

[3]) Cf. St. Lett. d'It. 8, 425—27.

ciorum ecclesiae panormitanae in 4 ll. distributam, Panormi 1771 in 4. et *martyrologium panormitanum* sanctorum civium et patronorum auxit notisque illustravit, ib. 1769. — Dominicus Cajetanus Cavalcanti reliquit *la sacra Liturgia* della Chiesa nel santo Sacrificio augustissimo esposta, Neapoli 1763—66 t. 5. — Josephi Cuppini Bononiensis in ecclesia metropolitana ss. caeremoniarum praefecti, viri in ecclesiasticis disciplinis clarissimi, morum innocentia gravitateque conspicui († 30. Aug. 1777 a. aetatis 85), *instructiones liturgicas* ex ejus Kalendariis (quae quotannis vi muneris publicavit, quibus subjecit dissertationes) collegit Antonius Cuppinus ejusdem consanguineus, additis annotationibus nonnullis ex ipso auctore desumptis et edendas curavit, Bononiae 1781 in 4. — Bertrand de la Tour Tolosanus n. 4. Sept. 1702 Sorbonae doctor congregationi s. Sulpicii se adjunxit. Cum Dosquet coadjutore episcopi quebecensis profectus est in Canadam (1729), ubi factus est capituli cathedralis decanus et vicarius generalis atque omnium communitatum religiosarum superior. Sed jam post biennium rediit in Galliam factusque est canonicus et officialis turonensis (1736). Turone transiit Montalbanum (1740) ibique decessit 19. Jan. 1780 a. aetatis 78. Foecundus plane erat scriptor multaque reliquit sed stilo negligenti concinnata. Plura de argumentis practicis prodierunt collecta t. 25 Coloniae (Montauban) 1761—77; *Reflexions morales,* politiques, historiques et litéraires sur le Théâtre, Avignon (Montauban) 1763—78 ll. 20; *Discours Académiques* (erat enim socius academiae literariae montalbanensis), Coloniae (Montauban), 1768—79 t. 5. Oeuvres (92) ... *sur l' État religieux,* ib. 1777—79 t. 4. Omnia opera simul cur. Migne Paris 1855 t. 7 in 4. Ejus propterea hic mentionem facimus, quod 19 memoriis seu dissertationibus se strenue opposuit pruritui liturgiam et s. officia innovandi, qui, auctoribus praesertim jansenianis, seculo XVIII. Galliam invasit et pervasit [1]). — Ferdinandus Tetamo S. J. (alius a sodali Benedicto T., de quo infra) Siculus n. 13. Jul. 1725, theologiae moralis professor, composuit *diarium liturgico-theologico-morale* sive sacri ritus, institutiones ecclesiasticae morumque disciplina notanda singulis temporibus atque diebus anni civilis et ecclesiastici, Venetiis 1779—84 t. 8 in 4., opus utilissimum et eruditissimum, sed admodum rarum (fr. 140). — Bartholomaeus Colti collegit *Dictionarium ss. rituum,* Pistorii 1772 t. 2 in 1 v.; edidit quoque avunculi sui Caj. Cenni (cf. IV^3, 1516), *Dissertazioni* (22), ut ibidem diximus.

129. Inter *concionatores* hac epocha laudem merent Jacobus Brydaine (Bridaine) n. in Galliae oppido Chusclan 21. Mart. 1701 n., missionarius celeberrimus ultra a. 40 per universam fere Galliam in centum dioecesibus. Mascula sua eloquentia salutarem excitavit in auditoribus commotionem, vel philosophos cultosque viros in admirationem rapuit, peccatores convertit, discordias et inimicitias composuit, ad restitutionem bonorum injuste ablatorum impulit. Auditoribus vero dominabatur eosque ad omne quod volebat permovit: omnibus enim dicendi donis et dotibus erat instructus, ut ‚Bossuetus rusticus' diceretur. Sed efficacia suarum concionum non tam arti rhetoricae qua minus calluit, quam igni, fervori, vivacitati, inventionis felicitati, in primis vitae sanctitati

[1]) Cf. Zaccaria biblioth. ritualis 3, 337; Quérard II, 251.

[1]) Cf. Rohrbacher, histoire universelle de l'Eglise catholique l. 88 ed. parisiensis Vives 1876 XII, 597; Bertrand Biblioth. Sulpic. III, 172—84.

morumque puritati est tribuenda[1]). Decessit apostolicus miles Christi, dum missionem haberet 22. Dec. 1767. Conciones ejus, quae lectae non eam vim habent quam dictae, prodierunt Avenione 1825 t. 5; 1861 ed. 3. — Eodem a. 1767 decessit Car. Jos. Perrin Parisiensis, cujus *Sermons* solidi; qui non carent unctione, prodierunt posthumi Leodii 1768 t. 4; Lugduni 1831 etc. — Antonius Codorniu[2]) SJ. Barcinonensis n. 11. Maj. 1699, philosophiae et theologiae prof., in exsilium inique pulsus obiit Ferrariae 1770. — Carolus Frey de Neuville[3]) S. J. Gallus n. 23. Dec. 1693 inter oratores suo tempore emicuit. Per a. 30 et ultra concionatus est semper libenter auditus et ab aula. Censu regio annuo mille francorum ditatus fuit ad edendas suas conciones, quae collectae prodierunt Parisiis 1777 t. 8; Lille 1829 t. 8 in 12; ed. Migne inter Les Orateurs sacrés t. 57., Paris 1854; etiam in alias linguas fuerunt versae. Piisime decessit 13. Jul. 1774. — Praetermissis Jo. B. de La Roche Sorbonae doctore et concionatore regio († 1780), de quo cf. Feller VII, 292, et Jo. Billot (1709-67), de quo cf. ib. I, 596 — H. Humbertus Gallus n. 1686 piissime a parentibus institutus congregationi missionariorum se adjunxit (1714), seque exhibuit fervidum et diligentem verbi Dei praeconem, qui singulari sibique propria eloquentia vitaeque illustri exemplo ingentem attraxit auditorum multitudinem. Annos 65 consecravit[4]) vitae apostolicae († 1778). Ejus *Instructions chrétiennes* pour les jeunes gens saepissime prodierunt, sicut et *Instructions sur les principales vérités* de la Religion, etiam germanice, Viennae 1831; Sulzbach 1848 interprete Sintzel; Ratisbonae 1848; 1875; Instructions *sur les égarements de l'esprit* et du coeur humain et sur les vertus nécessaires au salut, Parisiis 1770. — Jos. Ignatius Klaus Augustanus n. 1691, parochus et canonicus augustanus (1741; † 25. Jul. 1775), cujus conciones (solidae) ex parte continentur ejus *Spicilegio,* quod egregie retractatum a F. Schmid prodiit inscriptum *Volkstümliche Predigten,* Freiburg 1901-4; 1904—5 t. 4. — Sebastianus (in baptismo appellatus Joannes Valentinus) Sailer O. Praem. in canonia marchthalensi n. 12. Febr. 1714, aliquandiu juris canonici lectorem apud sodales, dein parochum egit. Concionator erat libentissime auditus, ut vix in tota ditione suggestus sacer esset, e quo non annunciasset verbum Dei, ut ‚Cicero suevicus' salutaratur. Prodierunt collecti *Geistliche Reden* bei mancherlay Gelegenheiten und über zerschiedene Materien gesprochen, Augustae 1766—80 t. 3. Sed longe magis apud populum suis valuit poematibus dialecto patrio lepide concinnatis, propter quae haud paucorum censorum nimis rigidorum incurrit censuram[1]). Apoplexia tactus decessit 7. Mart. 1777. — Christophorus Kirschbaum S. J. episcopo spirensi a concionibus edidit solidas *Predigten* über Glauben und Unglauben der damaligen Zeiten, Moguntiae 1780 t. 3 in 8. — Gianbenedetto Taurinensis O. Cap. († 1766) 13 t. concionum, quae suo tempore magni aestimabantur, publicae dedit luci. — Sebastianus Gassmayr

---

[1]) Cf. Keppler KL. 2, 1384; Maury Essai sur l'Eloquence de la chaire; Feller 2, 226 ss.; Carron Le Modéle des prêtres.

[2]) Cf. Sommervogel II, 1260.

[3]) Alius ab eo est Petrus Claudius Frey de N. n. 15. Sept. 1692, hinc senior dictus, pariter Soc. J., bis provinciae praepositus († 1773), cujus *Sermons* prodierunt Rouen 1778 t. 2, etiam inter Les Orateurs sacrés ed. Migne 57, 1—265. — Alius quoque est Anna Josephus Neuville S. J. († 1750), de quo egimus IV[3], 1129.

[4]) Cf. Feller 4, 510.

[1]) Cf. Goovaerts, qui 11, 122—31 plurimas ejusdem conciones et opuscula recenset et P. Beck qui non semel ejus memoriam celebrat ut allg. d. Biogr. XXXVI, 763 ss.

S. J. Tirolensis literarum humaniorum diu professor, dein eloquentiae sacrae et profanae in universitate oenipontana († 13. Aug. 1768) auctor est op. *Scientia eloquentiae sacrae* et profanae ex optimis auctoribus collectae per tabulas et quaestiones oratorias explicata, Augustae V. et Oeniponti 1772 in 8. Collegit etiam *tabulas sacrae et profanae eloquentiae* ex optimis auctoribus et quaestiones oratorias, Oeniponti 1756. — Ignatius Porro congr. cler. reg. Taurinensis († 1780) splendet et abundat in suis concionibus comparationibus et luminibus.

130. Ut ex innumeris hujus periodi *ascetis* aliquos saltem nominemus, mentionem merent Joseph Pergmayr S. J. Bavarus n. 4. Febr. 1713; † 23. Mart. 1765), cujus *Sämmtliche ascetische Schriften* prodierunt Ratisbonae 1783. 1848—52 t. 5 in 8. — Dionysius Xaverius Clement Divionensis (n. 6. Oct. 1706; † 1771) Stanislao quondam regi Poloniae a concionibus, decanus ecclesiae collegiatae ligniensis, vir admodum pius et animarum regimini deditus, qui haud paucos incredulos ad veram fidem reduxit. Inter oratores sacros haud parum eminet. Reliquit sermones et opuscula ascetica, quae plurimum laudantur et usque in praesens lectitantur et commendantur. Prae primis laudatur *La journée du chrétien* santifié par la prière et la méditation, Paris 1768 et saepius alibi[1]). — Benedictus Mezler O. Praem. in oppido Bildstein prope Brigantum ad lacum acronianum 28. Jul. 1697 n. prior et magister novitiorum in sua canonia Schussenried († 2. Jul. 1773), cujus est praeter alia[2]) Consultatio *de modo procedendi* curatorum cum politicis et libertinis hujus mundi, Augustae V. 1746 in 8. — Carolus Van den Abeele S. J. Belga (n. 1691; † 24. Apr. 1776) theologiae professor et suae provinciae praepositus, cujus plura (23) opuscula ascetica lingua patria conscripta junctim t. IV prodierunt[1]), Antwerpiae 1765—71. — Franciscus Faludi S. J. Hungarus n. 25. Mart. 1704; † 18. Dec. 1779, cujus merita de lingua literisque hungaricis quam maxime celebrantur in KL. IV, 1214. — Benedictus a s. Luca O. Carm., qui plura in suo ordine munera honorifica obierat et orator sacer libenter audiebatur, relictis sermonibus multis et libellis asceticis defunctus est Monachii 4. Mart. 1765 a. aetatis 68. — Lud. Fr. Gabriel d'Orleans de la Motte parentibus nobilibus n. 1683, episcopus ambianensis alter fuit suo aevo Fr. Salesius: praesul vitae plane exemplaris, admirabilis humilitatis et modestiae, inexhaustae beneficientiae, zeli apostolici († 10. Jul. 1774 a. aetatis 91). Reliquit pauca, inter quae *Lettres spirituelles*, Paris 1777, quae admodum utiles sunt et lectu jucundae: commendatur enim simplicitate et candore stili et unctione spiritus[2]). — Ascetis insignibus accenseri debet Ambrosius de Lombez O. Cap. e familia La Peyrie (n. 20. Mart. 1708; † 25. Oct. 1778), cujus est *Traité de la paix intérieure:* germanice interprete Bierbaum 1876. 1894 ed. 2. Aestimatur opus hoc quamvis mole parvum propter claritatem, elegantiam et praecisionem dictionis, non secus ac propter soliditatem doctrinae et spiritualem unctionem, quae probant, quam bene cognoverit auctor cor humanum. Traité *de la joie de l'âme* 1797 etc.; Cf. Feller 1, 144. Brück KL. 1, 702.

[1]) Cf. Feller 2, 604.
[2]) Goovaerts I, 586.

[1]) Cf. haec et alia apud Sommervogel 1, 8—13.
[2]) Cf. ejus Eloge auctore L. C. de Machault, ejus in sede episcopali successore, Mons 1774; Mémoires de sua vita, Paris 1785 t. 2 in 12., et ejus Vita auctore Proyart, ib. 1788; Rohrbacher Hist. univ. XIII, 76—84 ed. paris. 1877; Feller 6, 353.

II.

Theologi annorum 1781—1800.

I. Theologia scholastica.

131. Ex paucis theologiae *scholasticae* cultoribus, quos sec. XVIII. ad finem vergente reperimus, *Belgae* erant Fulgentius Bossaert O. Cap., Stenvordianus, quondam canonicus iprensis, theologiae lector, cujus sunt *principia theologiae moralis et scholasticae,* Ipris 1782 pp. 7 in 5 v. et Joannes Franc. Perin Namurcensis n. 1702, in seminario suae urbis professor, vicarius generalis suae dioeceseos, archidiaconus († 24. Maj. 1783). Hic reliquit tractatus haud spernendos [1]) *de actibus humanis,* Lovanii 1774; *de peccatis,* ib. 1774; *de legibus,* ib. 1774; *de virtutibus* in genere, et signanter de fide, spe et caritate, ib. 1775 t. 2 in 8; *de matrimonio* 1776; *de sacramentis in genere,* ib. 1776; et *in specie* ib. 1777 t. 4; cum appendice *de censuris,* de casibus reservatis, de indulgentiis et merito; de virtutibus cardinalibus ad usum confessariorum, ib. 1778 t. 3 in 8. — *Hispanus* est Joannes Franciscus Lopez philosophiae et theologia Mexici professor, dein in Italiam deportatus († 6. Jan. 1786), cujus *theologia dogmatica* prodiit Romae 1757 t. 3; *Manuel de Parrocos,* Mexici 1758 in 4. — *Itali* fuere: Viator da Coccaglio (a Coccaleo) O. Cap., per multos annos philosophiae et theologiae lector, postea definitor et provincialis († 1793), qui plura opera theologica, polemica et critica reliquit. *Tentamina theologico-scholastica,* Bergomi 1768—74 t. 6 in 4; *Italus ad Just. Febronium jurisconsultum* pro supplemento ad tentamina theologica, Tridenti 1774 t. 2 in 4; additae sunt italice *Vindiciae in larvatum Dan. Bertonum; tentaminum theologicorum in moralibus synopsis,* Venetiis 1791 t. 2 in 4; *instituta moralia* theologi lugdunensis O. Cap. aucta et illustrata, Mediolani 1760 t. 2 in 4; *lo spirito filosofico di s. Prospero d'Aquitania* nei suoi Epigrammi, Brixiae 1760 in 4; *Ricerca sistematica* sul testo e sulla mente di s. Prospero d'Aquitania nel suo poema contro gli ingrati, ib. 1756. 1763 t. 2 in 4; *Risposta sul dubbio,* se la sola Messa basti a santificare le feste, Bononiae 1781. Cum P. Viator, utpote factioni jansenisticae addictus, tueretur, Molinae systema adversari doctrinae s. Augustini et s. Thomae, atque praedicatum *regula fidei* a Bene-

[1]) Cf. Doyen Biogr. nat. XVII, 27.

dicto XIII. bullae *Unigenitus* in concilio romano tributum esse intrusum, orta est inter ipsum et Ludovicum comitem Mozzi, canonicum tunc bergomensem, controversia, cujus occasione auctor noster acri bile scripsit *Zoppicamenti del can. L. Mozzi* sulla lettura di un libro intitolato: *Il falso discepolo de' SS. Agostino e Tomaso,* Brixiae 1780, quem scil. ediderat Venetiis 1779 Mozzi, qui propterea illi opposuit: *Breve saggio della rara veracità del P. F. Viatore da Coccaglio* Capucino. Lettera a lui diretta e a lui stesso dedicata, Bergomi 1780; cui respondit P. Viator l. *Ingenua Verità* del Zoppicante difesa dalle false imposture del nobil S. Don L. Can. Mozzi exgesuita in risposta alla seconda Cicalata intitolata: Saggio etc., Bergomi 1781. Huc etiam spectat: *La Bolla Unigenitus non annunciata mai dalla S. Sede Regola di fede.* Risposta di Fr. Viatore al Pistofilo romano in riscontro alla *Difesa dei tre sommi Pontefici Benedetto XIII., Benedetto XIV. e Clemente XIII.* (quod opus est celebris Fr. Antonii Zaccaria, Ravennae 1782), Brixiae 1782. — Josephus Antonius Ferrari O. Conv. composuit *theologiam scholastico-critico-historico-dogmaticam* ad mentem J. D. Scoti. Venetiis 1760; 1770; 1780—88 t. 3 in 4. Jam antea ediderat *philosophiam peripateticam*[1]), ut diximus IV[3], 1369, et *Veteris et recentioris philosophiae dogmata* J. D. Scoti doctrinis accommodata, ib. 1757 t. 3 in 12. *Istruzione* (clara et solida) per un anima fedele sopra le Indulgenze contro i falsi ed erronei principi sparsi nel Trattato delle medesime uscito da Pistoja l'anno 1787, Finarii (Finale) 1787, qui tr. inficitur erroribus synodi ea in urbe a. 1786 habitae. — Ignatius a Cruce O. S. Aug. Castellanetae in Salentinis ortus philosophiae et theologiae lector, praecipue in humanioribus literis enituit. Annos quadraginta et amplius divini verbi praeconem hic illic egit magno animarum fructu. In universitate theologiam e cathedra docuit. Pluries provinciae neapolitanae praepositus fuit, postea visitator generalis, tandem procurator generalis († 1784). Typis edidit: *de Deo gratiae auctore* praelectiones, Neapoli 1782; *de veritate religionis christianae* t. 2 et *revelatae religionis vindicias*[1]). — De gratia pariter disseruerunt Justus Mussita O. Min. Ref., Patavinus (n. 28. Oct. 1728; † 16. Jan. 1798), philosophiae et theologiae lector, in *Ragionamenti tre sopra la gratia attuale di G. Cristo* secondo la dottrina di S. Agostino, Patavii 1781 in 8. — et Josephus Bardarini S. J. Flumii in Illyria n. 8. Oct. 1708, Viennae et Graecii theologiae professor, vir admodum eruditus, post societatis Jesu suppressionem capellanus aulicus et canonicus in urbe patria († 5. Nov. 1791), cujus sunt *theologicorum dogmatum ll. 2 de peccatis et gratia,* Graecii 1754 in 4; *de fide* l. 1, ib.; diss. critica *de cathedra romana,* ib.

132. Ad *Germaniam* transeuntes prius quosdam saltem nominemus, qui philosophiae operam dederunt. Horum haud pauci sunt, sed minoris notae, qui recentiorum inventionum physicarum et etiam opinionum modernarum jam rationem habent. Adamus Contzen SJ. n. 17. Jul. 1739 (distinguendus a celebriori, de quo egimus III[3], 740) philosophiae professor in universitate coloniensi etiam suppressa Soc. Jesu, cujus exstant utiles *praelectiones logicae et scholasticae* Coloniae 1761—75 t. 2 in 8; Mechliniae 1822—23

[1]) Carolus Jos. a s. Floriano O. Min. pariter concinnavit *Jo. Duns Scoti philosophiam,* Mediolani 1777—82 t. 7 (m. 80). — Salvator M. Roselli O. Praed. e contra collegit *Summam philosophicam* ad mentem d. Thomae Aq. philosophiae professor Romae 1777—83 t. 6 (m. 120). In ea sagaciter rationem habet inventionum physicarum recentiorum.

[1]) Cf. Tani, commentaria episc. et scriptorum O. Erem. discalc. S. P. Augustini etc. Romae 1881 pag. 102.

t. 3 in 12. adversus Robinet et Bougeant. — Caspar Sagner SJ. Silesius, mathesis Pragae et Matriti, dein Pragae juris canonici professor (n. 9. Maj. 1720; † 19. Jan. 1781) adornavit *philosophicas institutiones* ex probatis veterum recentiorumque sententiis, Pragae 1755-58 t. 3 in 8; Placentiae 1767 cur. Fr. Grassi, in quibus merito displicuit defensio mundi optimi. — Michael Klaus SJ. Posoniensis (n. 26. Jan. 1719; 1. Dec. 1792) reliquit *primam ac generalem philosophiam* seu metaphyicam pp. 5. comprehensam, Viennae 1755. — Philippus Steinmeyer SJ. Wirceburgensis philosophiae et mathesis professor (n. 6. Oct. 1710; † 23. Jan. 1797), cui nimis sapiebat philosophia wolfiana. Cf. Klüpfel Necrologii p. 178—184. — Materno Reuss OSB. in monasterio s. Stephani wirceburgensi professori philosophiae in universitate (n. 22. Febr. 1751; † 26. Sept. 1798) prae primis sapiebat philosophia Kantii, cujus admiratione adeo abripiebatur, ut superiorum venia Regiomontium se conferret, ut ejus frueretur colloquio. Laudatur tamen ut vir admodum pius [1]). — Carolus John SJ. Bohemus Societate J. suppressa in patrio oppido Brüx parochus et canonicus Reginae-Hradicensis reliquit *institutiones philosophiae* pp. 2 Pragae 1772 in 8. — Franciscus Nic. Steinacher SJ. in academia wirceburgensi philosophiae professor praeter *elementa philosophiae rationalis,* Wirceburgi 1764, et *practicae,* ib. 1779, delineavit *Grundriß* der philosophischen Geschichte, ib. 1785. — De Alex. Aicham OSB. († 1784) cf. Meusel 1, 36. — Romanus Zusner sodalis Carinthius (n. 19. Apr. 1719) aliquamdiu erat Salisburgi philosophiae professor, ultimus monasterii ossiacensis abbas (1753; † 19. Jul. 1788). — Amandus de Grustorf OSB. in monasterio cremifanensi Bertolsgadiensis, lector erat philosophiae et theologiae dogmaticae (n. 30. Oct. 1727; † 25. Sept. 1792). — De Hermanno Osterrieder OSF. Alsata, philosophiae et theologiae lectore (n. 9. Aug. 1727; † 28. Jan. 1784) cf. Eubel Geschichte der oberdeutschen Minoritenprovinz p. 128. 317. — His demum addatur Roger Joseph Boscovich SJ. Ragusanus (n. 18. Maj. 1711; † 12. Febr. 1787), vir ob vastam eruditionem in rebus physicis et astronomicis aliisque disciplinis naturalibus suo aevo celeberrimus, quem academiae literariae londinensis, parisiensis, berolinensis, petropolitana etc. sodalem coaptarunt, et Galliae rex Ludovicus munifice invitavit Parisios, et opticae ad rem maritimam perficiendam praefecit. Reliquit innumera opera de variis admodum argumentis, quorum elenchum exhibet Sommervogel 1, 1828—50 sub n. 108. Inter ea reperitur *theoria philosophiae naturalis* redacta ad unicam legem virium in natura exsistentium, Venetiis 1763; Viennae 1764, in qua viam mediam inter Leibnitium et Newton iniens atomismum dynamicum sectatus est. Nactus est plures admiratores et asseclas inter sodales, sed et adversarios. Fuit etiam insignis poëta († 12. Febr. 1787). — De Mart. Wiehrl sacerdote spirensi et Badenae professore philosophiae (1794), qui plures theses propugnandas proposuit, cf. Lauchert allg. d. Bi. XLIV, 495 ss.

133. Theologi erant Henricus Kilber Moguntinus n. 8. Mart. 1710, theologiae per annos 22 professor [1]), deinde optante Adamo Friderico episcopo wirceburgensi s. Scripturae interpres († 25. Oct. 1783). — Thomas Holtzclau Hadamariensis SJ. (n. 28. Dec. 1716), in eadem academia 23 a. s. theologiae et exegesis professor († 4. Jun. 1783) et Ignatius Neubauer SJ. Bambergensis n. 12. Febr. 1726, theologiae moralis, postea dog-

[1]) Cf. Lindner, II, 199.

[1]) Cf. ejus biographiam in nova bibl. eccl. frib. 1783.

maticae professor, demum Soc. J. suppressa parochus oettinganus († 1795), qui tres composuerunt *theologiam dogmaticam, polemicam, scholasticam et moralem,* quae ab academia quam ornarunt *wirceburgensis* jam audit, atque soliditate se commendat, unde et modo eruditis probatur. Prodiit primum Wirceburgi 1766—71 t. 14 in 8., deinde Parisiis 1852—54 t. 10 in 8. aucta nonnullis additamentis; recentissime in Anglia. Kilber elaboravit tract. de principiis theologicis cum inserto apparatu brevi eruditionis theologicae, de Deo uno et trino, de peccatis et gratia (de gratia, merito et justificatione Lovanii 1878), de virtutibus theologicis (cujus pars de fide exstat etiam in *cursu theol.* ed. Migne), qui tr. seorsim quoque prodierunt. Edidit insuper: *N. Testamenti p. 1* seu *historia* complectens historiam dominicam ex concordia evangeliorum concinnatam et apostolicam ex actis apostolorum descriptam, Wirceburgi 1765 in 8; *Analysis biblica* offerens ss. Scripturarum compendium ad verbi divini scripti uberiorem notitiam, faciliorem intelligentiam, firmiorem memoriam accommodatum, Heidelbergae 1773—79 t. 3 in 12; Parisiis 1856 t. 2 in 8; Viennae 1869 in 4., in qua non tam commentarium exhibet, quam doctrinae summam. — Alter, scil. Thomas Holtzclau, qui sive dogmatum sive ss. Scripturarum interpretationem respicias, ubique se exhibuit profundae et solidae eruditionis[1]), auctor est tract. *de Verbo incarnato,* de jure et justitia, de sacramentis (exceptis sacramentis poenitentiae et extremae unctionis, que exposuit Udalricus Munier, de quo cf. IV[3], 1340). Elaboravit praeterea plurimas dissertationes seu theses, ut *Honorius I. summus pontifex fidelis et innocens* sive diss. theologica, qua Honorius I. in causa fidei contra monotheletas ab omni haeresi, mala oeconomia et negligentia nova methodo vindicatur, Wirceburgi 1762; *historia D. N. J. Christi* ex concordia evangeliorum, ib. 1774; diss. *de Clemente alex. ejusque morali doctrina,* ib. 1779; *harmonia evangelistarum* in enarranda Christi anastasis historia ad illustrandum dogma de resurrectione Christi succincta diatriba aevi nostri incredulis opposita, ib. 1780, qua fragmenta guelferbytana a Lessing edita oppugnare intendit; diatribe scripturistica *chronologiam libri et historiam Judith* sistens, ib. 1772 in 8., commentatio magna cum diligentia exarata; diss. scripturistica *de Assuero Estheris,* 1772 in 8; *institutiones scripturisticae et prodromus* complectens prolegomena in Scripturam s. universam, ib. 1775 t. primus (alter non prodiit), de quibus contumeliosum judicium tulit Klüpfel in *bibl. eccles. friburgensi.* — Tertius i. e. Ign. Neubauer composuit tract. *de vera religione* contra omnis generis incredulos; de legibus; de angelis, beatitudine et actibus humanis; de virtutibus moralibus, praesertim de religione contra aevi nostri incredulos vindicata. Ipsius quoque est *Psalmodiae davidicae exegesis hebraica,* una cum exercitatione polemica in CL psalmos, Wirceburgi 1771 in 8.

134. His addantur: Matthias Linek S. J. Pragensis, theologiae professor (n. 21. Jul. 1722; † 2. Jan. 1784), vir in antiquitate ecclesiastica admodum eruditus, qui disputavit *de fide, spe et caritate,* Pragae 1763 in 4; *de legibus,* ib. 1764 in 4; *de Verbi divini incarnatione,* 1765 in 4; *de sacramentis* cum V. tum N. T., 1766 et 1767 t. 2 in 4; *de Deo uno et trino,* 1768 in 4; *de praecipuis operibus divinis,* angelo et homine, ib. 1769 in 4; *de gratia,* ib. 1770 in 4; *de festis quinque primorum seculorum,* Olomucii 1758 in 8., quae diss. ab eruditione et judicio

[1]) Ruland series et vitae professorum s. theologiae, qui Wirceburgi docuerunt, pag. 148.

critico aestimatur a viris doctis. — Hujus sodalis et concivis Joannes Diesbach[1]), Francisci archiducis, dein imperatoris, in mathesi magister (n. 17. Apr. 1729; † 2. Dec. 1792), disseruit *de fide, spe et caritate; de jure et justitia; de legibus; de angelis et daemonibus, de actibus humanis,* Pragae 1770-73 t. 5 in 4. — Thomas Aquinas Mayer S. J. Alsata n. 8. Mart. 1718, theologiae scholasticae professor et studiorum praefectus in academia friburgensi († 10. Nov. 1799), cujus est: *theologia dogmatica-scholastica* privatis studiis accommodata: prodromus et tr. praevius de vera religione et ecclesia, Friburgi 1771; et hujus appendix *de Ecclesia,* de romani pontificis et conciliorum generalium auctoritate pp. 2 in 1 v., ib. 1771, opus apologeticum eximium pro potestate Ecclesiae et rom. pontificis, argumentorum pondere convellens sic dictos appellantes a pontifice ad concilium generale. — Alius ab hoc est P. Mayer[2]) O. Min. (n. 3. Jan. 1709; † 15. Sept. 1781), cujus exstat *theologia scholastica* ad mentem J. Duns Scoti, Wirceburgi 1751 in 4. — Sebastianus Ames S. J. in academia trevirensi theologiae professor reliquit plures diss. etiam polemicas ut *de generalibus fidei controversiis* inter catholicos et dissidentes ac speciatim de justificatione, Augustae Trevirorum 1790 in 4. — Item Gerardus Fischer[1]) S. J. Düsseldorpiensis (n. 1782) ejus in docendo collega, cujus praeter alia est *Isagoge in theologiam dogmaticam,* ib. 1787 in 4.

135. Coelestinus Trunk OSB. († 11. Nov. 1796) scripsit disquisitionem in veram originem dogmatis christiani *de ss. Trinitate,* Moguntiae 1786 in 8. — Placidus Stürmer OSB. Kronungae n. 13. Jul. 1716, philosophiae et theologiae lector († 24. April 1794 a. aetatis 78, religionis 59) edidit: *Dogma scholasticum de unitate in Trinitate* collatum cum patrum eadem de re doctrina ad explicandum primarium fidei christianae caput et ad elucidandam sententiam nostram de relationibus, Parisiis 1760 absque auctoris nomine; in quo op. auctor tritheismo favet, suamque theoriam patribus tribuit. Quare cum impugnatus fuisset[2]), novam curavit editionem, Venetiis (Fuldae) 1772 in 8. inscriptam *sublime mysterium ss. Trinitatis in unitate collatum* cum Ecclesiae PP. eadem de re doctrina, Bambergae 1773, cui accessit responsio ad oppositas dissertationes et objectiones quorundam theologiae professorum e Soc. Jesu; et diss. apologetica, qua respondetur recentissimi adversarii (Bernardini Baur O. Cist.) objectis contra opusculum: *Dogma scholasticum* etc. a. periodi Jul. 6503. Diss. *de fato et statu theologiae in scholis catholicorum;* subnectuntur alias jam editae (Fuldae a. periodi Jul. 6479)

---

[1]) Ab hoc distingui debet Nicolaus Josephus Albertus de Diesbach, nobilis Bernensis, Calvinianus n. 15. Febr. 1732, professione quondam miles, qui abjurato errore rediit ad Ecclesiam catholicam, hinc spoliatus fuit patrimonio. Defuncta uxore armis et seculo valedixit Societatemque Jesu est ingressus (1759). Sacerdos factus variis in urbibus, praesertim Taurini, strenuum egit operarium († 1798). Scripsit *le chrétien catholique* inviolablement attaché à sa religion par la considération de quelques unes des preuves qui en établissent la certitude, Taurini 1771 t. 3 in 8; Parisiis 1826 in 12., in *Démonstr. evang.* ed. Migne 13, 9—195. In fine operis specimen exhibet de modo diffundendi bonos libros. Cf. Kerz 1826 I. Intelligenzbl. III, 52—54.

[2]) Hujus sodalis Marianus Mayr lector in conventu Mayngen statuit resolutiones et positiones de argumentis scholasticis et de eo quod potest Ecclesia, debet et vult circa pravorum librorum prohibitionem, Oettingae 1775 in 8.

[1]) Alius ab Agapio Fischer O. Min. Bavaro, cujus exstat *Vorteile welche die Religion J. Chr. der Menschheit verschafft hat,* Augustae 1797.

[2]) Cf. ex. gr. *theol. wirceburgensem* supra laudatam t. 2 n. 357.

breves reflexiones ad Billuartum in causa physicae praedeterminationis, auctore Theophilo Alethino O. S. P. B. 1783. — Hermannus Osterrieder O. S. Franc. Bavarus (n. 20. Aug. 1719; † 18. Aug. 1783), edidit praeter opera philosophica: *Tenebrae mysticae luce theologica illustratae* seu tractatus de peccatis, Oettingae 1762 in 4; *lux mystica* ad lumen theologiae expensa seu tr. de gratia, ib. 1762; *septem columnae in domo Sapientiae excisae* i. e. tr. de sacramentis, ib. 1765 in 4. — Geroldus Jost Min. Lucernensis (1719; † 1788) definitor, perpetuus decanus provinciae disputavit *de Deo uno et trino* Wirceburgi 1757; *de incarnatione* 1757; *de legibus* 1757; *de homine* theologice considerato 1758 in 4; *de virtutibus theologicis* ib. 1758; *de amore initiali* ad attritionem requisito, ib. 1756; *de vera nativitatis D. epocha,* ib. 1754 etc. — Bonaventura Wunder OSA. Gentifori in Carinthia n. 1724, s. theologiae magister († 1788), reliquit *assertiones ex theologia scholastico-dogmatico-historica* de peccato originali, gratia Salvatoris in genere et tribus in specie una cum controversiis historico-chronologicis. — Ejus sodalis Joannes Baptista Cortivo, s. theologiae doctor, bis decanus universitatis graecensis et Viennae theologiae moralis professor († 1787 a. aetatis 80), disseruit *de divinis nominibus,* quorum disputantibus de Trinitate frequens est usus; *de prodigio stationis solis et lunae imperante Josue; de dotibus et praerogativis status innocentiae* [1]), juxta Augustini sententiam. — Hilarius Robeck OSA. Lippae Bohemorum n. 13. Jan. 1733, in universitate pragensi 1767 theologiae ad mentem s. Augustini professor († 1785), typis edidit *tr. theologicos* de legibus, peccatis et peccatorum poenis, de Verbo Dei incarnato, de gratia Christi, de quatuor ultimis sacramentis t. 4 in 4; diss. *de matrimonii in infidelitate consummati,* etsi alteruter conjugum christianam religionem amplectatur, *indissolubilitate.* — Ferdinandus Paulus Waczlavick O. Praem. Silesius n. 10. Jan. 1700, philosophiae et theologiae lector, abbas (1741) LVI. et ultimus Gradicii (Hradisch), a consiliis secretis aliisque honoribus auctus († 13. Nov. 1784), scripsit *harmogen angelicam* seu thomisticam harmoniam decreti divini ab intrinseco efficacis cum libertate creata nihil laesa juxta inconcussam mentem angelici D. d. Thomae Aq., Olomucii 1732 in 8. — Thaddaeus Nepomucenus Columbani alter sodalis in canonia strahoviensi Raudnicensis n. 29. Febr. 1729, aliquamdiu magister novitiorum (5. Febr. 1799) reliquit Reflexionem theologicam errores praecipuos *circa Deum in essentia unum* enarrantem 1750.

136. Nicolaus Muszka S. J. Hungarus n. 3. Dec. 1714, theologiae polemicae et dogmaticae professor eximius, et post societatis suppressionem praepositus infulatus, neosoliensis († 1783), edidit *de sacramentis N. L.* diss. ll. 8, Viennae 1754, 1755 t. 2 in 4; 1758. 1759; 1765; *de legibus,* earum transgressione seu peccatis et peccatorum poena diss. theologicarum ll. 3, Viennae 1756; 1759 in 4; *de actibus humanis* et eorum fine seu de hominis beatitudine diss. ll. 2, ib. 1757; 1760. — Andreas Jaszlinsky S. J. Tyrnaviae philosophiae et theologiae professor, societate Jesu suppressa canonicus rosenaviensis (n. 1. Sept. 1715; † 1. Jan. 1784) praeter *institutiones logicas et metaphysicas* Tyrnaviae 1754—61 t. 3, reliquit tr. theologicum *de angelis, beatitudine et actibus humanis,* ib. 1762 in 4; 1769. — Philosophus erat Paulus Makó de Kerek Geda SJ., suppressa Societate abbas s. Margaritae de Béla et director facultatis philosophicae pestinae (n. 17. Jul. 1724; † 19. Aug. 1793). — Joannes Kowalski S. J. Polonus, philosophiae et

[1]) Cf. Lanterius 3, 330 et 351.

theologiae professor (n. 23. Apr. 1711; † 1789) Gabrielis Antoine (cf. IV³, 1351) theologiam moralem et dogmaticam in compendium redegit, Premisliae 1756 t. 2 in 8. et tr. *de fide* elaboravit in 8.

II. Theologia positiva et polemica.

137. In *Germania* cursus theologiae positivae et polemicae composuerunt [1]): Bernardinus (in baptismo dictus Erhardus) Bauer O. Cist. Ebracensis (n. 2. Sept. 1752), bibliothecae monasterii praefectus, theologiae dogmaticae et moralis necnon linguarum orientalium professor, cujus est *theologia universa dogmatica,* historica, critica, genio puriori accommodata, Wirceburgi 1786—92 t. 4, in qua commodo utitur, quod praebent linguae orientales pro studio theologico ac sedulo nititur distinguere pro more illius aetatis inter ea quae sunt de fide et ea quae non sunt de fide. Hujus velut praeambulum fuit *Veritas religionis christiano-catholicae* systematice proposita contra atheos, theistas, paganos, Judaeos, Mohammedanos et pseudoreformatores, ib. 1784 in 8., et *epitome* seu delineatio theologiae universae etc., Ratisbonae 1787. — Ejus sodalis Stephanus Wiest e monasterio aldersbacensi in Bavaria n.

[1]) Praetermittimus Carolum Larcher O. S. Franc. Navissensem, Tirolensem, lectorem linguarum orientalium, postea s. Scripturae et dogmaticae (n. 1741; † 30. Oct. 1786), qui edidit theologiae compendium inscriptum *analysis theologica* ad mentem divinam creationis, conservationis et reparationis ordine manifestata, Oeniponte 1778 in 4. — Jo. Bartholotti in Styria n. 30. Oct. 1729, theologiae lectorem, dein bibliothecarium secundum in universitate pragensi († 14. Dec. 1788), de quo cf. Meusel 1, 188. — Raimundum Joly OSB. Salisburgensem, priorem in monasterio cremifanensi et theologiae professorem (n. 21. Febr. 1720; † 28. Jun. 1792), de quo cf. Guppenberger Bibl. des Clerus der Diöcese Linz. — Franc. Hartmann, cujus est *Christliche Weisheit* oder Beweis von der Göttlichkeit der christlichen Religion, Kempten 1784—85 t. 4 in 8. — Aegidium Bartscherer OSB. (n. 4. Jul. 1730), abbatem (10. Mart. 1783) michelfeldsenem († 12. Nov. 1799), cujus est *systema theologicum genio moderni seculi accommodatum,* Ambergae 1775 in 4. (alia cf. apud Lindner I, 269). — Coelestinum Schirmann OSB. in monasterio cremifanensi professorem theologiae moralis et dogmaticae, facultatis philosophicae Lincii directorem, innovationum in studiis fautorem (n. 17. Jul. 1724; † 31. Maji 1793), qui disseruit *de mundo optimo libertati, potentiae et sapientiae Dei convenientissimo,* Styriae 1756 in 4. — Richardum Tecker O. S. Aug. Viennensem (n. 5. Maj. 1732; † 13. Nov. 1798), theologiae dogmaticae Graecii professorem et bibliothecae custodem, de quo cf. Wurzbach 43, 174. — Leonardum a s. Conrado O. Carm. — Mart. Budislawsky Bohemum (n. 25. Apr. 1755; † 5. Febr. 1793), de quo cf. Meusel 1, 658. — Jos. X. Alb. Hosemann, professorem dillinganum et parochum (n. 15. Nov. 1748; † 20. Mart. 1794), de quo cf. ib. 1, 132. — Jo. Georgium Zeiler S. J. († 1800). — Alexandrum Murarium OSF., ethicae christianae in academia monasteriensi professorem († 1791), de quo cf. Rassmann Nachrichten von dem Leben und den Schriften Münsterländischer Schriftsteller des 18. u. 19. Jahrhunderts pag. 227. — Gmachl, cujus est disp. *de Ecclesia et ejus fundamento,* Salisburgi 1782 t. 2 in 4. — Multo magis praetermittimus Felicem Blau aliquandiu in universitate moguntina theologiae dogmaticae et patrologiae professorem, qui postea secutus est castra libertinorum Galliae spretisque sacramentis decessit 1798, de quo cf. Brück *die rationalistischen Bestrebungen im katholischen Deutschland,* Moguntiae 1865 pag. 65 ss.; Leser Allg. d. Biogr. 2, 699. — Ibidem 44, 731 plura reperies de Andrea Dominico Zaupser monacensi (n. 28. Dec. 1748; † 1. Jul. 1795), laico quidem, qui libenter theologum agebat, sed minime bonum: subjiciebat enim pontificem conciliis, ordines religiosos, Jesuitas nominatim aversabatur, solubilitati matrimonii favebat etc.

est Teisbachii 7. Martii 1748. Ingolstadii studiis operam dedit, ibidemque laurea adepta Sailer successit (1782) in cathedra theologiae dogmaticae, patrologiam quoque et historiam theologico-literariam ad a. usque 1794 tradidit († 10. Apr. 1797). Plura reliquit opera eruditione historica referta, quae magna ex parte referuntur ad historiam dogmatum et errorum recentioris praesertim aetatis, et sub hac ratione non carent pretio, sed pretium dogmaticum non est magnum. Potiora sunt [1]): *Institutionum theologicarum* t. 1. complectens praecognita in theologiam revelatam in genere; t. 2. ejusdem historiam generalem, Eichstadii 1782 in 8. Ed. altera inscribitur: *Praecognita in theologiam revelatam,* quae complectuntur specimen encyclopediae ac methodologiae theologicae, sive institutionum t. 1., Ingolstadii 1788; 1801 ed. 3; *demonstratio religionis christianae* contra aetatis nostrae incredulos t. 1 et 2. sive institutionum t. 2., qui complectitur p. 1. theologiae dogmaticae generalis; t. 3, qui complectitur, p. 2., Eichstadii 1786 in 8; 1788. 1801; *demonstratio dogmatum cath. in specie,* sive institutionum theologicarum t. 4—6, ib. 1788. 1789 in 8. Hujus operis compendium sunt *institutiones theologiae dogmaticae* in usum academicum, Ingolstadii 1791 t. 2 in 8; Landshut 1817. 1825; *Introductio in historiam literariam theologiae revelatae* potissimum catholicae [2]), ib. 1794 in 8; *institutiones patrologicae* in usum academicum 1795 in 8; *de justitia Dei punitiva* contra quaedam asserta Eberhardi et Steinbartii aliorumque, Eichstadii 1787 in 8. *Epistolae* aliquot ejusdem editae fuere in Studien und Mitth. aus dem Ben. u. Cist. Orden XXI (1900), 127—35; 285—306; 535—53. — Josephus Pleyer [1]) S. J. Elnbogensis, philosophiae et theologiae professor (n. 26. Apr. 1709; † 1799) sex elaboravit *tractatus theologicos:* de angelo scil. et homine, de sacramentis, de Verbi divini incarnatione, de legibus et legum transgressione deque virtutibus theologicis, Pragae 1752—58 t. 6 in 4; *lex Dei decalogo comprehensa explanata* per quaesita et responsa theoretico-practica casusque theologico-morales, dialogos polemicos et recentiorum eventuum exempla in primum praeceptum decalogi, ib. 1755 in 8; *an ex daemonum damnatorumque peccatis Jansenius bene intulerit liberum arbitrium cum simplici necessitate consistere,* ib. 1756 in 4; diss. *de libertate ad peccandum in damnatis,* 1760; diss. theologica *de ministro sacramenti matrimonii* ib. 1759; diss. *num majori conciliorum patrumque auctoritate nitatur sententia,* quae affirmat quam quae negat, posse dari inter christianos valide legitimeque contractum matrimonium, quod non habeat rationem sacramenti, ib. 1759; diss. historico-critica, *an Berengarius jam sec. XI. recentioribus haereticis ita praeluserit,* ut realem corporis et sanguinis Christi in eucharistia praesentiam inficiaretur, proinde sacramentariorum parens e vero habeatur, ib. 1760 et in thes. ed. Zaccaria X, 1010—30; *lux legitimam ecclesiasticorum ordinum susceptionem* et munerum ecclesiasticorum administrationem praemonstrata, 1767—71 pp. 3 in 8., Argentorati 1817 t. 4 in 12., opus utile: *universa hierarchia ecclesiastica* per totum orbem diffusa γεω-και τοπογραφικῶς exhibita, 1750; diss. *de controversiis particularibus,* ib. 1750.

[1]) Cf. Baader Lexikon, 1, II, 323.

[2]) De ea ita censet Scheeben kath. Dogm. 1 l. 1 n. 1028; Bis auf die neuere Zeit erstreckt sich Wiest . . . gibt aber meist nur äusserliche literarische Notizen: sein Urtheil zudem ist höchst einseitig und oberflächlich, vielfach dem Protestanten Cramer nachgeschrieben.

[1]) Alius ab eo est Fr. X. Pleyer quondam O. S. Fr. (usque ad a. 1802), dein concionator († p. 1821), cujus est: *J. Christus wahrer Gott und Mensch zugleich,* adversus Socinianos, Augustae (?), 1821.

138. Benedictus Stattler S. J. n. Kötzingae in Bavaria 30. Jan. 1728, absolutis studiis philosophiam, deinde theologiam docuit Solodori, Oeniponti et Ingolstadii (1770). Societate Jesu jam suppressa cathedram continuavit regere dogmaticam egitque universitatis procancellarium. Restitit Ickstattii reformationibus in studiis. Coactus cathedra cedere (1781), factus est parochus urbis Kemnath dioecesis ratisbonensis (examine tamen praemisso): sed paucis post annis Monachium se contulit, consiliarius ecclesiasticus ab electore dictus et membrum collegii deputati pro censurandis libris, quo munere ob controversias cum sede romana se abdicare debuit (1794). Exinde totus literarum studiis et amicis suis deditus vitam transegit, donec apoplexia tactus diem obiit 21. Aug. 1797. Omnem rem suam eamque non tenuem, exceptis nonnullis in servos domesticos per testamentum legatis, scholis publicis atque pauperibus distribuendam curavit. Anno 1773 ab academia monacensi in socium receptus est. Vir erat certe doctus, sagax et laboriosus, sed singularium opinionum, quas pertinaciter tuebatur etiam adversus ecclesiasticam auctoritatem. Philosophiam nitebatur restaurare ratione habita idearum Wolfii seposita forma aristotelica. In impugnandis aliis erat acer, contradictionis impatiens, in theologicis non cautus sanae doctrinae metas excessit, gallicanas, imo et febronianas opiniones quasdam sectatur: hinc plurimis controversiis literariis occasionem praebuit. Plurima (49) reliquit [1]) opera philosophica et theologica. In illis sectatur philosophiam leibnitio-wolfianam, kantianam vero strenue impugnat. Praecipua sunt: *Philosophia methodo scientiis propria explanata,* Augustae Vind. 1769—72 t. 8 in 8; cujus *compendium* prodiit Ingolstadii 1773 complectens quinque partes priores; *ethica christiana universalis,* Ingolstadii 1772 in 8; 1773; Augustae Vind. 1793; *ethica christiana communis,* Augustae Vind., Ingolstadii et Monachii 1782—89 pp. 3 in 8; hujus etiam prodiit versio Monachii 1790 et duplex compendium ib. 1791 et 1793; *Vollständige christliche Sittenlehre* für den gesammten christl. Haus- und Familienstand, Augustae 1791 t. 2 in 8., et gemina opera stilo haud amoeno conscripta; diss. logica *de valore sensus communis tamquam criterio veritatis,* Eustadii et Günzburgii 1780 in 8; *Anti-Kant,* Monachii 1788 t. 2 in 8; cum appendice ib. 1788; pluribusque aliis opusculis de eodem themate, inter quae etiam *Wahres Verhältniß* der Kantischen Philosophie zur christlichen Religion und Moral, München 1793 et *Meine noch immer feste Ueberzeugung von dem vollen Ungrunde der Kantischen Philosophie* und von dem aus ihrer Aufnahme in christlichen Schulen unfehlbar entstehenden äussersten Schaden der Moral und Religion gegen zween neue Vertheidiger ihrer Gründlichkeit und Unschuld, Landshut 1794 in 8; *Demonstratio evangelica* sive religionis a J. Christo revelatae certitudo accurata methodo demonstrata adversus theistas et omnes antiqui et nostri aevi philosophos antichristianos, quin et contra Judaeos et Mahumetanos, Augustae Vind. 1770 in 8; in *Demonstrations évang.* ed. Migne (gallice) t. 10. Hujus op. compendium dedit Mich. Sailer Stattleri discipulus Monachii 1777 in 8. *Demonstratio catholica* sive Ecclesiae catholicae sub ratione societatis legalis inaequalis lege fundamentali a J. Christo Deo homine institutae genuinum systema universum accurata methodo demonstratum cum ostensione felicis nexus potestatis spiritualis cum temporali sacerdotii catholici cum imperio politico, modo soli divinae institutionis regulae et juri

[1]) Cf. Sommervogel III, 1498—1509; Reusch d. Biogr. 34, 498 ss.; Index II, 1000 ss.; Permaneder *annales ingolst.* p. V. passim; Kneller KL. XI, 741 ss.

naturae sociali rite insistatur, Augustae Vind. 1774; Pappenheimii 1775 in 8; Eustadii et Günzeburgii 1781, quam plures impugnarunt ut Wolfgang Fröhlich in sua *reflexione* in eam, Regensburg 1779, et in *responsione* ad Stattleriana responsa, ib. 1780. Stattleri opus fuit proh. decreto indicis 10. Jul. 1780, publicato 29. Apr. 1796, qua de re prodierunt: *Authentische Aktenstücke* wegen dem zu Rom betriebenen Verdammungsurtheil über die Stattlerische demonstratio evangelica, Francofurti et Lipsiae 1796 (pariter prohibitum decr. 10. Jul. 1797). In ea demonstratione, plena opinionibus malesanis, auctor amore pacis nimis indulgens est circa puncta controversa inter Ecclesiam catholicam et protestantes. Ita etiam in *Wahres Jerusalem* oder über religiöse Macht und Toleranz in jedem und besonders im kathol. Christenthume bei Anlass des Mendelssohnischen Jerusalems (Berolini 1783) und einiger Gegenschriften. Nebst einem Nachtrage an H. Nicolai in Berlin, Augustae 1787 in 8., et in op. *Plan zu der allein möglichen Vereinigung im Glauben* der Protestanten mit der katholischen Kirche und den Grenzen der Möglichkeit, sammt einem Anhange gegen einen neuen und weiter fortschreitenden Febronius in Wien (scil. Beda Mayer O. S. B.), Augustae et Monachii 1791 in 8., adversus quem l. plures scripserunt. *De locis theologicis,* Eustadii et Günzburgii 1781 in 8., prohib. decreto 10. Jul. 1797. *Theologia theoretica christiana,* ib. 1760 t. 6 in 8; prohibita eodem decreto; in compendium admodum breve redacta a Bonaventura Brem [1]), Altdorfii ad Vineas 1788. *Responsio amica* data baccalaureo moguntino (Max. Ign. Herzog) nuper de solutione objectionis lockianae et de subjecto activae infallibilitatis in Ecclesia Christi contra ipsum disserenti, cum appendice congrua adversus reflexionem monachi congr. benedictinae bavaricae, Eustadii et Günzburgii 1780 in 8., quam secuta sunt ib. eodemque anno *responsa praecisiora* adversus Wolfgang Fröhlich O. S. Ben., diss. theol. *de bono conjugali et sanctitate coelibatus* in Ecclesia Christi, ib. 1781 in 8; diss. theol. *de duello* [1]), Eustadii et Lipsiae 1782 in 4. *Das Geheimniss der Bosheit des Illuminatismus in Baiern* zur Warnung der Unvorsichtigen hell aufgedeckt von einem seiner alten Kenner und Freunde, Monachii et Augustae 1787, cum aliis scriptis huc spectantibus; *Unsinn* der französischen Freiheitsphilosophie, Augustae 1791, ib.; *liber Psalmorum christianus* seu religio omnis christiana theoretica et practica in exercitium precum sub forma Psalmorum redacta, ib. 1789 in 8., etiam germanice, ib. 1789, 1791. *Wahre und allein hinreichende Reformationsart des katholischen Priesterstandes* nach der ursprünglichen Idee seines göttlichen Stifters, von einem thätigen Freunde der Wahrheit und des allgemeinen Besten, Ulmae 1791 in 8., quem l. merito ejus sodalis P. Merz graviter impugnavit; quare Stattler appendicem ib. 1792 adjecit. *Allgemeine katholisch-christliche Religionslehre* aus hinreichenden Gründen der göttl. Offenbarung und der Philosophie, hauptsächlich für die Nichttheologen unter den Studierenden etc., Monachii 1793 t. 2 in 8.

139. Stattleri collega in universitate ingolstadiana erat Hermannus Scholliner OSB. monasterii oberaltacensis academiae literariae monacensi (1759) adscriptus et bis ab eadem praemio donatus. Natus is est Frisingae 15. Jan.

[1]) Fuit hic Stattleri discipulus Kaufbeuren n. 10. Mart. 1755, ord. Praem. in canonia minoraugiensi (Weissenau), cujus electus est abbas 3. Nov. 1794 († 4. Aug. 1818).

[1]) Ab hoc opere distingue opus D. Stadler S. J., de quo egimus pag. 240. Ceterum de his controversiis cf. Roskovány 3, 776 ss.

1722. Sodales domi docuit a. 1750 jus canonicum et theologiam dogmaticam (1752), simulque constitutus est regens studii communis (1750—57). Salisburgi docuit theologiam dogmaticam a. 1760—66, quo anno ab academia monacensi invitatus primas edendis monumentis boicis manus admovit. Viennam missus praestantissimas per Austriam bibliothecas lustravit et abbatiarum archiva, viros doctos invisit collectaque undique copiosa literaria supellectili rediit. In priorem sui monasterii electus est a. 1771. Suppressa societate Jesu amotisque plerisque professoribus ab academia ingolstadiensi ipse pluribus jam operibus clarus cathedram dogmaticam (cum Stattler) regere est jussus (a. 1773), et in praemium meritorum auctus dignitate protonotarii apostolici et consiliarii ecclesiastici electoris bavarici itemque principis archiepiscopi salisburgensis. Anno 1777 munere quoque fungebatur rectoris magnifici. Publico docendi munere se abdicavit a. 1780 atque in suum monasterium ad sacrum quasi otium, imo vero ad quietiorem laborum palaestram secessit ibique obiit 16. Jul. 1795. Vir erat praeclari ingenii, vastae eruditionis, felicis memoriae, historiarum in primis et rei diplomaticae peritus, propterea ab academia monacensi revisor monumentorum boicorum, ad quae plura contulit, est designatus. Usque ad extremum vitae cum summis intra et extra Germaniam viris literarum fovit commercium, ac locupletissimum, quem suis sibi comparaverat sumptibus, librorum, nummorum et tabularum geographicarum thesaurum reliquit. Ex plurimis (50) ejusdem operibus potiora sunt [1]): *De magistratuum ecclesiasticorum origine et creatione* diss. juridico-historico-critica pp. 2, Straubingae 1751. 1752 in 4; Pedeponti 1757 ed. secundis curis adornata et aucta; axioma theologorum: *Facienti quod est in se Deus non denegat gratiam* dogmatice et scholastice consideratum, Tegernsee 1754 in 4; *de merito vitae aeternae,* ib. 1756 in 4; *disciplina arcani* suae antiquitati restituta et ab heterodoxorum (Dallaei, Albertini, Tenzelii, Binghami et aliorum) impugnationibus vindicata, ib. 1756; *ecclesiae orientalis et occidentalis concordia in transubstantiatione* historiae concertationis a. D. Rud. Kieslingo professore lipsiensi fictae opposita, Ratisbonae 1756 in 4; *de hierarchia Ecclesiae catholicae* diss. duae: 1. de clericorum discrimine; 2. de fictitio laicorum jure sacerdotali, ib. 1757; diss. 3. qua *episcoporum supra presbyteros eminentia* adversus Boehmerum vindicatur, ib. 1758 in 4; *historia theologiae christianae* sec. primi Salisburgi 1761 in 4; *de conciliis ac formulis sirmiensibus et subscriptione Liberii rom. pontificis* diss., qua conciliorum istorum epocha determinatur, plures eruditorum virorum anachronismi modeste emendantur, ib. 1762 in 4; Ingolstadii 1775 in 4. ed. altera, in qua concedit Liberii lapsum, sed eum ab arianae haereseos labe vindicat. Cum anonymus Viennae novam ed. curasset multis animadversionibus auctam, Scholliner *epistolam apologeticam* adversus eum scripsit, Reginoburgi 1776; *de praedestinatianae haereseos ante Calvinum phantasmate* diss., Augustae Vind. 1767 in 8; *praelectiones theologicae* ad usum studii communis congr. benedictino-bavaricae in 12 t. divisae, ib. 1769 in 8. In his eclecticum agit theologum et recedens a thomismo rigidiori ad Augustiniorum accedit sententiam. In theologia morali probabiliorismum sectatur nonnullasque sequitur opiniones, quae modo minus probantur. Ad eas praelectiones edidit etiam *introductionem,* Ingolstadii 1775 in 8. *De synodo neuenheimensi* sub Tassilone Bojariae duce

[1]) Lindner 1, 117—22; Baader 1, II, 220; Mittermüller Studien und Mittheil. aus dem Ben. und Cist. O. V (1884), 1, 147 s.

celebrata[1]), ib. 1777 in 4., quem l. mox secutae sunt tres aliae de eadem synodo diss., et deinde ipsa synodus (a. 774) e cod. msc. benedictoburano recens eruta et idoneis observationibus illustrata in op. Westenriederi *Beiträge zur vaterländischen Historie* 1, 2—30; *de patria, episcopatu et martyrio s. Emmerami* disquisitio critica, ib. 2, 1—29; *indiculus conciliorum* ab a. 776—1770 in Bojaria celebratorum, 1785; *monumenta niederaltacensia* in monumentis boicis 11, 1—340; *monumenta oberaltacensia,* ib. t. 12.

140. Minoris autoritatis est Simpertus Schwarzhuber OSB., Augustanus (n. 4. Dec. 1727), variarum disciplinarum in universitate salisburgensi professor (1774—93), identidem secretarius, bibliothecarius, procancellarius et vicerector (1789), bonae voluntatis novarumque opinionum in theologia strenuus quidem adversarius, qui tamen ipse non satis solide in doctrina catholica fuit institutus (Cf. Studium und Mitth. aus dem B. O. 1884. I, 371) († 30. Apr. 1795), cujus praeter alia sunt: *Praktisch katholisches Religionshandbuch* für nachdenkende Christen, Salisburgi 1784—6 t. 4 in 8; 1794—96 ed. 3., cum appendice: *Gedanken über die bedenklichen Einwendungen gegen die Untrüglichkeit der Kirche* und über die Frage: ob und in wie ferne die kath. oder die christ. Religion für die alleinseligmachende zu halten sei (seorsim ib. 1794 in 8.) contra B. M. Werkmeister latentem sub nomine Th. Freikirch. Ex auctoris schedis addidit Schelle *Vollständige christliche Sittenlehre* 1797 t. 4; 1823 ed. 5. Abhandlung *von der Verehrung der unbefleckten Jungfrau und Mutter Gottes Maria* in den ersten 5 Jahrh., ib. 1772. 1773 pp. 2; *Fortsetzung* von der Verehrung der unbefleckten J., ib. 1783-92; *de celebri inter sacerdotium et imperium schismate* tempore Friderici II. diss. historica; *Ethica* seu jus naturae philosophice expensum, 1768 (cfr. Lindner I, 186).

141. Plures strenue *adversus incredulos* religionis christianae et Ecclesiae catholicae apologiam instituerunt, inter quos eminet Sigismundus Storchenau S. J. n. Hollenburgi in Carinthia 17. Aug. 1751, philosophiae in universitate viennensi professor, qui societate Jesu suppressa Klagenfurtum se recepit totumque studiis et concionibus vixit. Decessit 13. Apr. 1797 vel 1798. Praeter *institutiones logicae et metaphysicae* pp. 5 Viennae 1769—91 in 8. saepius editas quae summopere placuerunt ob stili, ordinis et claritatis excellentiam, scripsit *Die Philosophie der Religion,* Augustae 1775-81 t. 7 in 8; *Zugaben zur Philosophie der Religion,* ib. 1785—88 t. 5; Viennae 1807 t. 12 in 8; Coloniae 1810, opus egregium, in quo omni rigore logico incredulorum in primis Spinozae, Hobbesii, Bayle, Tolandi, Tindal, Rousseau, Voltaire etc. exceptiones naeniasque expendit retunditque[1]). *Seltenere Urkunden aus dem inneren Archive der Religionsphilosophie,* Augustae 1791 in 8; 1806; Moguntiae 1804; *L. T. Spittler's Grundriss der*

[1]) De eadem synodo conjecturas suas occasione hujus disquisitionis proposuit Gerhohus (antea Caspar dictus) Steigenberger can. reg. O. S. Aug. in canonia pollingana, Bavarus (n. 20. Apr. 1741; † 5. Aug. 1787), qui ad excolendum ingenium triennium Parisiis et biennium Romae transegit. Ingolstadium accitus cathedram rexit philosophiae et historiae literarie atque bibliothecae universitatis praefuit (1773—77). Rediens ad suum monasterium lectorem et bibliothecarium egit; donec 1781 Monachium invitatus bibliothecae electorali praepositus est et inter academiae socios receptus. Diss. inseruit Mém. de Trevoux 1764 p. 295 de l. *Flores Psalmorum,* quem tribuit Lietberto abbati s. Rufi. Cf. Bader 1, II, 248; Reusch allg. d. Biogr. 34, 571.

[1]) Fuse de utroque op. disseritur in Litt. des k. Deutsch. VII (1787), 523—56.

Geschichte der christl. Kirche, Viennae 1790, operis scil. Spittleri refutatio; *der Glaube des Christen,* wie er sein soll, Augustae 1792; 1804; Viennae 1805; Friburgi Br. 1895, etiam in alias versum linguas, libellus valde utilis, qui nequit satis commendari. Ejus quoque *sermones,* Augustae 1784 t. 4, et alii sub titulo, *die Moral des Christen* wie sie sein soll, ib. 1793—96 t. 4 in 8. laudem merent. — Cui addantur Simplicianus Umhaus OSA. Tirolensis, lector Salisburgi (n. 7. Mart. 1729; † 14. Mart. 1783), cujus est *Spiritus Augustini* contra spiritus fortes, Salisburg. 1770. — Martinus Raab parochus, cujus est: *Der 109. Psalm Davids,* ein Siegeslied des wahren Glaubens zur Beschämung des Freigeistes, zur Beleuchtung der Juden, zur Zierde und Freude der ächten Kinder Israels in einem Gespräche zwischen einem kath. Pfarrherrn und zween jüdischen Rabinern Phul und Schmul etc., Coloniae 1787 in 8. — et Joachimus a s. Josepho Panstiengl schol. piar., Viennensis († 1789), qui opus edidit in tres partes tributum: *Vernunft und Glaubenssätze von der Erkenntnis Gottes,* der natürlichen und geoffenbarten christlichen Religion wider die ungläubigen und irrdenkenden Philosophen des jetzigen Jahrhunderts in eine systemmässige Ordnung zusammengetragen und vertheidigt, Viennae 1788 in 8. — P. Meinrad Widmann OSB. in monasterio elchingensi, Erringensis (n. 19. Febr. 1733; † 25. Mart. 1793) respondit (nach dem ganzen Alphabet) ad q. *Wer sind die Aufklärer,* Augburg 1780 t. 2; 1787; 1790. — Georgii Vaeth post suppressionem SJ. parochi (n. 12. Febr. 1731; † 3. Jul. 1796) exstat *Anti-Lucretius* seu opus de Deo et natura, Moguntiae 1769.

142. Matthias de Schoenberg S. J., Ehingensis, Suevus, n. 9. Nov. 1732, societate Jesu suppressa consiliarius ecclesiasticus electoris bavari († 20. Apr. 1792), diu praesedit societati ad diffundendos libros utiles institutae. Ipse in rudium et fidelium commodum plurimos libellos utiles (41) composuit [1]); ex gr. *Von dem Kirchenverbote* wider die schädlichen Bücher, München 1784; *die Religionsgründe in ihrem ordentlichen Zusammenhange,* Monachii 1776. 1779; Posonii 1776; S. Galli 1776; Viennae 1777 etc.; *Kurzangezeigte sämmtliche Wahrheitsgründe der göttlichen Christusreligion* d. i. die dogmatische Religionsgeschichte in einer gemeinnützlichen allgemeinfasslichen Kürze, Monachii 1784 in 8; *Wahrheitsgründe des kath. Hauptgrundsatzes* für die Unfehlbarkeit der Kirche, Monachi 1779 in 8; Augustae 1785, adversus Bedam Mayr OSB., Taitingensem Bavarum n. 15. Jan. 1742, theologiae professorem, bibliothecae praefectum et priorem († 28. Apr. 1694), qui bonus quidem fuit religiosus, sed opinandi libertate illius temporis infectus, et nimio conciliationis amore abreptus opera sua hunc in finem conscripta opinionibus malesanis infecit. Primum de unione inter catholicos et protestantes componenda epistolam dedit (1778) ad Dr. Braun, qui illam auctore inscio typis publicavit inscriptam: *Der erste Schritt zur künftigen Vereinigung der kath. Kirche* gewagt — fast wird man es nicht glauben — von einem Mönche, Monachii 1778: proh. 31. Jul. 1783. Propter illam reprehensus fuit ab ordinariatu augustano, ideoque etiam a praelectionibus theologicis in monasterio habendis aliquamdiu suspensus. Eam impugnarunt Al. Merz habita concione Augustae, Stattler et M. Schoenberg op. cit. Post decennium Mayr opus suum praecipuum edidit: *Vertheidigung der natürlichen, christlichen und katholischen Religion* nach den Bedürfnissen unserer Zeiten, Augustae 1787—90. pp. 3, quod scrip-

[1]) Cf. Sommervogel VII, 841—47.

tum in primis ad confirmandos juvenes in vera fide pretio non caret [1]), sed nimium restringens infallibilitatis ecclesiasticae objectum ex desiderio eo facilius alliciendi protestantes ad unionem cum Ecclesia catholica, in eosdem impegit scopulos, unde opus prohibitum fuit decr. 17. Dec. 1792, atque solide impugnatum ab J. E. Hochbichler S. J. in l.: *B. Mayr's Vertheidigung der kathol. Religion untersucht* etc., Augustae 1790 in 8. Respondit Mayr in op. *Apologie der Vertheidigung der katholischen Religion,* ib. 1790 in 8. Ex innumeris (circa 60) scriptis [2]) hujus auctoris huc adhuc spectant: Diss. *de copernicano systemate,* qua illud nequaquam cum sensu Scripturae s. pugnare asseritur, Dillingae 1768 in 4; *Prüfung der bejahenden Gründe* über die Frage: Soll man sich in der abendländischen Kirche bei dem Gottesdienste der lateinischen Sprache bedienen, 1777 in 8; die *Verehrung und Anrufung der Heiligen,* sonderlich Mariens aus der h. Schrift und Vernunft gerechtfertigt, Augustae 1781 in 8; *Grundsätze zur Feststellung und Aufrechthaltung der Eintracht* zwischen der politischen und kirchlichen Macht in katholischen Staaten. Im Verein mit Th. J. v. Haiden, Augustae 1785 in 8; *die kathol. Lehre von den Ablässen für die Verstorbenen* bei Gelegenheit einer kath. Verordnung auseinandergesetzt, ib. 1787 in 16. Absolvit quoque versionem s. Scripturae in linguam patriam a Dr. H. Braun coeptam, ib. 1794.

143. Adversus *protestantes* pugnarunt: Josephus Fitterer S. J., Laufae in ditione salisburgensi natus, vir doctus et sanioris praecipue philosophiae cultor, perpetuus cubiculi custos, qui omne suum tempus, quod a religiosis exercitiis reliquum habebat, legendo consumpsit et quod legisset excerpendo († 1781 a. aetatis 86). Ejus sunt: *Gespräch von den vornehmsten Religionsstreitigkeiten,* Friburgi in Brisgovia 1742 in 8; *Neue Glaubensgespräche von den Religionsstreitigkeiten* unserer Zeiten als ein Controverscatechismus, Augustae 1754 in 4., quem l. cum impugnasset Dalerus superintendens, scripsit: *Gründliche Vertheidigung der christ-katholischen Lehre* etc., Augustae 1763. in 4. — Joannes Hubalek S. J. Pragensis (n. 8. Sept. 1741, † 14. Jan. 1787) — Thomas Aquinas Jost O. Praed., Bavarus, theologiae lector et prior (n. 25. Dec. 1731; † 1797), qui scripsit praeter philosophica et polemica contra J. R. Kiesslingum 1768; *katholischer Catechismus für Convertiten* 1780, et libellos adversus incredulos sui temporis (intra a. 1777—81). *Breviarium ecclesiae lutheranae* a Chr. G. Walchio elaboratum, Deo autem dante nunc confutatum [1]), 1773 — in primis vero Aloisius Merz S. J., Donsdorfii in Suevia 27. Febr. 1727 natus [2]), insignis plane et strenuus concionator in ecclesia cathedrali augustana, cui muneri post 22 annos, quibus illo est functus (1763—85), ob oculorum infirmitatem, imo coecitatem renunciare est coactus († 8. Oct. 1792). Reliquit innumera scripta [3]), in primis solidas conciones de plerisque controversiis contra Lutheranos, nominatim adversus Schade, Kiessling, Jerusalem, Fidler, Dorn, Moser, Becher, Less, Büsching etc., in quibus prima controversiarum principia et fundamenta attingit, profanam sectarum protestantium originem, defectum

[1]) Cf. Werner Gesch. der kath. Theol. p. 237—242.

[2]) Cf. Lindner 2, 137—41; Baader 1, 11, 12—16.

[1]) Cf. Meusel Lexikon VI, 294.

[2]) Alius ab eo est Agnellus Merz, cujus est diss. *de arbore scientiae boni et mali* secundum Scripturas s. et Ecclesiae ac magni patriarchae Augustini doctrinam, Monachii 1765 in 4.

[3]) Haec sub n. 122 recenset Sommervogel V, 984—1019. Cf. etc. infra laudata *Neueste Sammlung* etc. t. 20.

missionis motivorumque credibilitatis ostendit. Quibus adde: *Frag was ist die Kirche?* und welche ist unter so vielen die wahre und alleinseligmachende Kirche [1])? Augustae 1785 in 4; *Systematische Methode* die Protestanten von der Wahrheit der katholischen Kirche zu überzeugen, ib. 1779; 1787 ed 5., cujus novam auctamque editionem curavit pastor protestans (Zetter) sub inscriptione Der christl. Glaube in s. Wahrheit oder der Katholicismus p. 1; der christliche Glaube in s. Verirrung oder der Protestantismus p. 2., Ratisbonae 1844 in 8. t. 2; *hat wohl die Hartnäckigkeit und Verwegenheit der Naturalisten, der Freydenker und aller Unchristen eine ihres gleichen?* Augustae 1787 in 4. Edidit quoque *Neueste Sammlungen jener Schriften*, die von einigen Jahren her über verschiedene wichtigste Gegenstände zur Steuer der Wahrheit im Druck erschienen sind, Augustae 1783—88 t. 40, in quam pretiosam collectionem plures libellos a se conscriptos recepit. Complectitur ea 225 opuscula pro defensione Ecclesiae catholicae ejusque primatus. Continuata ea fuit sub titulo: *Gesammelte Schriften unserer Zeiten* zur Vertheidigung der Religion und Wahrheit, ib. 1789 in 8., quae complectitur opuscula 100.

144. De locis theologicis egerunt [2]) Christianus Claess O. S. Franc., theologiae lector, in *principiis theologiae dogmaticae* ad usum fratrum etc., Monasterii 1781 t. 2 in 8. — Josephus Krapf O. Praem. in canonia sorethana (Schussenried) Suevus n. 19. Febr. 1734, lector philosophiae et theologiae et juris canonici, abbas (1775; † 29. vel 30. Nov. 1791). Prodiit ejus tr. typis riedlinganis 1759. — Joannes Adamus Brandmeyer (Brandmayer) n. Bruchsalii 1746, regens et theologiae professor in seminario ibidem, dein (1782) Badenae capituli decanus, spiritu Josephinismi jam imbutus († 15. Dec. 1796), scripsit *principia catholica introductionis in universam theologiam christianam* methodo demonstrativa academicis praelectionibus accommodata, Rastadtii 1783, qui l. editio est aucta *Schematis introductionis* in universam theologiam christiano-catholicam continens definitiones, axiomata, theoremata, consectaria et corollaria unacum discursu praeliminari de origine, mutatione ac fatis theologiae christianae, Heidelbergae 1778 in 4. Molestiam sibi conscivit auctor ob discursum praeliminarem sine legitima censura et approbatione editum. Quare vendi distribuive fuit prohibitus. Suppressis quibusdam propositionibus, vendi postea potuit [1]). *Theorie von den Wirkungen des Teufels* und der Gewalt wider denselben, Francofurti 1777 in 8. — Philippus Nerius Chrismann O. S. Franc. n. 1751 in Allgovia theologiae lector, guardianus augustanus et (1801) provinciae definitor composuit *regulam fidei catholicae* et collectionem dogmatum credendorum, Campidunae 1792; Augustae 1844; Wirceburgi 1854 curante Ph. Jac. Spindler (proh. 20. Jan. 1869), etiam in *theologiae cursu completo* cur. Migne 7, 877-1070, in qua nimis restringit objectum infallibilitatis ecclesiasticae veritatumque, quae vel credendae vel a theologis omnino tenendae sunt, numerum [2]).

---

[1]) Casp. Car. Walter Wirceburgensis parochus (1799) *Tentamen* proposuit historicum circa notas verae Ecclesiae, Wirceburgi 1792.

[2]) Praetermittimus prorsus Carolum de Günther ode O. Serv. b. M. V. Lombardum (n. 1740; † 1795), theologiae dogmaticae et polemicae, deinde historiae ecclesiasticae in universitate oenipontana professorem, virum liberiorumimo scandalosarum opinionum, unde bis fuit cathedra motus, de quo cf. Wurzbach 6, 15; Probst Geschichte der Universität in Innsbruck § 119; Meusel IV, 649 ss.

[1]) Cf. nova bibl. eccl. frib. 4, 262—68.

[2]) Cf. accuratam censuram cl. Scheeben Katholik 1869 I, 265 s. annot.

— *De censoris judicio in religionis negotiis*, Nicolsburgi 1771 in 4., disseruit Bernardinus a s. Catharina Fritsch schol. piar., Silesius n. Hennersdorfii 1732, theologiae et juris canonici professor et provinciae praeses († 1789), quas diss. (3) Horányi auro cedroque dignissimas censet. — Joachimus Plattner O. Cist. in monasterio stambsensi, Miemingensis n. 6. Jan. 1725, theologiae dogmaticae in academia oenipontana professor annis viginti († 19. Apr. 1789), proposuit in diss. *revelatae religionis cum recta ratione et sensu universarum gentium consensum*, Oeniponte 1779 in 8; ss. Ecclesiae doctorum Augustini et Thomae *de gratuita electorum praedestinatione* sententiam, ib. 1774 in 4; *diss.* (14) in tractatus universae theologiae[1]), 1766 in 4. — *Mirabilia fidei divinae*, quae Deus velut tot miracula in quolibet christiano, qui ex fide vivit, operatur, erudite exponit Udalricus a Gablinga O. Cap., s. theologiae lector († 30. Sept. 1800), cujus quoque est: *Imago Dei* sive anima rationalis ad expressionem rationis aeternae facta lectori benevolo ad jucundum intuitum et libertino philosopho ad salutare documentum exhibetur secundum illud Gen. 1, 26: *Faciamus hominem* etc., Vercellis 1772. — Paulinus Erdt O. S. Franc Bavarus, theologiae lector in universitate friburgensi (n. 7. Jun. 1737; † 16. Dec. 1800), edidit: *Kurzgefasste gelehrte Geschichte der christlichen Religion*, Augustae 1784 pp. 2, in qua praesertim respicit apologiam religionis; eam plurimum auxit latineque vertit ediditque inscriptam *historiae literariae theologiae rudimenta 18 ll. comprehensa* seu via ad historiam theologiae revelatae adnotationibus literariis instructa, Augustae Vindel. 1785 t. 4 in 8; *Versuche über das Hirtenamt in der Kirche* nebst der Gelehrtengeschichte der Pastoral, ib. 1785; *Versuche über moralische Denkungsart* sammt Gelehrtengeschichte der Moral, Brigantii 1795 t. 2 in 8; *Bekenntniss des Glaubens in der wahren Kirche* gegen alle Verirrungen derselben bis auf unsere Zeiten oder hellere Züge einer Gelehrtengeschichte der Gottesgelehrtheit, ib. 1785. 1786 t. 4, specimen historiae dogmatum; *die Religion am Ende des 18. Jahrhunderts*, St. Galli 1787; *Religion und Moral der starken Geister*, ib.; *Anfangsgründe zur allgemeinen Gelehrtengeschichte* als eine Einleitung zur sämmtlichen Gelehrtengeschichte der Theologie, Augustae 1786; *Auch ich will ein Aufklärer sein*, ib. 1791. 1792 pp. 3; *die wahren Wege zur Glückseligkeit des Menschen*, ib. 1793 t. 2; *Fragmente zur Cultur der Religion*, ib. 1794; *das Bild der Religion für ihre Freunde und Feinde*, Brigantii 1796. 1802; *die natürliche Religion* sammt einer kurzen Geschichte derselben, Augustae 1786, aliaque opera pro religione christiana adversus incredulos, illuminatos, libertinos etc. illius temporis partim ipse composuit, partim ex lingua itala vel gallica germanice reddidit[1]). — Adamus Schoen († p. 1793) dedit *philosophische, historische und kritische Untersuchungen* der natürlichen, mosaischen und christlichen Religion nach einem mathematischen Zusammenhang, in forma dialogi popularis Landshuti 1787—95 pp. 6 in 8.

145. *De Deo* disputarunt Casimirus Schnösenberg O. S. Franc., theologiae professor in academia monasteriensi, Monasterii 1783 t. 3 in 8. et Adamus Entzendorfer S. J. Silesius, historiae ecclesiasticae in academia wratislaviensi professor (n. 11. Oct. 1720; † 1790), Wratislaviae

[1]) Cf. insigne ejus elogium in Xeniis bernard. III, 384.

[1]) Cf. Baader *Lexikon* 1, I, 145—7. Alius ab eo est Bertrandus Erdt O. Min., cujus est *Ecclesia Christi regnans* in suo regimine a statu politico independens stabilita atque contra adversarios propugnata, Augustae V. 1783.

1767 in 4. — Maurus Lindemayr OSB. in monasterio lambacensi (n. 17. Nov. 1723; † 19. Jul. 1783) ostendit *die grossen Merkmale der Gottheit Jesu* in seinen Wunderwerken, in seinem Kreutzestode und in seiner Kirchenstiftung, Augustae 1767 in 8. — Leopoldus Beck[1]) Cist. in monasterio ebracensi, philosophiae et theologiae professor (n. 14. Apr. 1714; † 20. Aug. 1785), disputavit *de incarnatione Verbi divini,* Wirceburgi 1745 in 8. — Plures dissertationes (23 et supra) reliquit Josephus Kleiner S. J. ss. theologiae et canonum doctor, Episcopii ad Tuberam in Bavaria 16. Jun. 1725 natus, qui Wirceburgi tanto profectu philosophiae dedit operam, ut inter 170 condiscipulos primum occuparet locum. Docuit philosophiam et theologiam Wirceburgi et Heidelbergae per 23 annos summa cum laude. Exstincta societate Jesu factus est Heidelbergae juris canonici doctor. Rectoris magnifici functus honoribus obiit 11. Maj. 1786 magno illius academiae luctu. Potiores diss. forte sunt: *Observationes summariae* (sed solidae) ad Febronii l. singularem, Heidelbergae 1764 in 4., germanice quoque versae, quas refellendas duxit Febronius edita epistola. At Kleiner programma seu *antithesim parallelam* ad Justini Febronii l. de unione scil. dissidentium in religione christianorum opposuit 1764 in 4., quae reperitur quoque inter *opuscula critica contra J. Febronii l. singularem* 1765. Unde Febronius nescio quo Joanne clerico palatino (Rüster) se excitari fingens, *reflexiones* adversum illas scripsit. *Orthodoxa de necessitate baptismi parvulorum doctrina* ex Scriptura et primis Ecclesiae seculis vindicata, Heidelbergae 1765, diss. optima; *an Liberius S. P. condemnationi s. Athanasii subscripsit,* ib. 1765 in 4; *de origine et antiquitate em. S. R. E. cardinalium,* ib. 1767; *de muniis et praerogativis cardinalium,* ib. 1768, utraque in Schmidt *thesauro* II, 443—504; *de canone hebraeorum,* ib. 1772, et *de canone christianorum,* ib. 1772; *canon Scripturarum N. et V. T.* duplici antehac diss. stabilitus, modo ab adversantium (in primis Valentini Velthemii professoris jenensis) argumentis vindicatus diss. 3. dogmatico-polemica, 1780 in 4. Ipse quoque fuit auctor conclusi theologici in causa isenbiehliana facultatis heidelbergensis auctoritate promulgati[1]). — Georgius Franc. Wiesner S. J., Heidingfeldensis Franco n. 2. Apr. 1731, in academia wirceburgensi theologiae moralis, suppressa vero societate Jesu, theologiae dogmaticae necnon encyclopediae theologicae professor († 11. Sept. 1797), plures quoque commentatiunculas exaravit, ex. gr. *Messiae character a prophetis designatus in Jesu Nazareno expressus* exercitatio publica, Wirceburgi 1775 in 8; *analecta de Messiae charactere* ... una cum appendice polemica de adventu ejusdem, ib. 1776; *popularis Jesu methodus propugnata,* ib. 1792; *de scholis et academiis veterum Hebraeorum* diss., ib. 1782 occasione secundi jubilaei academiae wirceburgensis; specimen historiae opinionum *de sorte infantium sine baptismate mortuorum*[2]), 1783 in 8; *inquisitio critica et exegetica* in difficultates prophetiae Dan. 9, 24—27, 1787 in 8; commentatio exegetica et dogmatica *in ep. d. Pauli ad Hebr. 7.,* qua potissimum verba: *Tu es sacerdos* etc. v. 17 expenduntur, ib. 1793; in ep. 2. Thess. 2, qua d. Pauli

[1]) Alius a Godefrido Beck O. Praed. cujus exstat tr. speculativo-dogmaticus *de fide, spe et caritate* ad mentem d. Thomae, Pragae 1766 in 4.

[1]) Cf. Ruland pag. 153—5; Sommervogel IV, 1108—11.

[2]) Josephus Reindl O. S. Ben., vir vere religiosus (n. 21. Nov. 1721; † 28. Maji 1799), scripsit: *Justificatio parvuli sine martyrio et baptismate in re suscepto* novis conatibus male defensa, Ratisbonae 1757 in 4.

de traditionibus mens atque doctrina declaratur, 1780; *isagoge in theologiam universam encyclopedica et methodologica* necnon meditationibus quibusdam historicis, criticis ac paraeneticis instructa et potissimum theologiae candidatis accommodata, Wirceburgi 1788 in 8, quo opere brevem, sed minus bene dispositum conspectum historiae theologiae antiquioris exhibet[1]). — Electus Ram O. S. Franc., theologiae lector jubilatus et provinciae minister, egit *de necessitate doctrinae revelatae* ex mente doctoris mariani subtilis J. Duns Scoti, Wirceburgi 1754; *de confessione sacramentali jure divino necessaria,* ib. 1757; *de ministro sacramenti matrimonii,* ib. 1762; *error invincibilis dehonestatus* diss. theologico-dogmatico-speculativo-moralis, ib. 1759. — Julius (in baptismo Franciscus) Gusmann can. reg. s. Aug. in canonia voraviensi (Vorau) Viennensis (n. 4. Oct. 1702), bibliothecae praefectus, canoniae decanus et consiliarius ecclesiasticus secoviensis († 11. Dec. 1776), praeter *dissertationes philosophicas* in universam philosophiam Graeci 1756—61 t. 5, in quibus adversarium philosophiae peripateticae agit, scripsit diss. *de divina gratia, praedestinatione ac reprobatione* secundum Aur. Augustini systema, ib. 1786 pp. 2 in 8; *de diversis naturae humanae statibus* atque divinae gratiae, quae in eis correspondent, donis doctrina ib. 1768, aliosque tr. theologicos Neostadii 1760 t. 2 in 8. — Joannes Nep. Schad can. reg. s. Aug. in collegio Wettenhusano apud Suevos († 1777) disseruit *de victrice delectatione* adversus L. Berti. — Quibus addantur Martinus Bürgin O. S. Ben., Friburgi in Brisgovia natus 29. Nov. 1727; † 17. Febr. 1782), philosophiae et theologiae in suo monasterio weingartensi lector et bibliothecae praefectus, cujus est: *de secreta singulorum peccatorum confessione,* Altorfii ad Vineas 1762 in 4., de quo argumento egerunt quoque Willibaldus Lai O. S. Ben. in monasterio isnensi, theologiae et juris canonici prof. († 1795) in l. *die geheime Ohrenbeichte* oder das katholische Busssacrament aus theologischen Gründen bewiesen, Campoduni 1791 t. 2 in 8., cui adjecit appendicem: *Ueberlegung und Beantwortung* der mehr und mehr lüstern werdenden Frage: Ob in der katholischen Bussart, ungeachtet des tridentinischen Kirchenrathes eine Abänderung und hiedurch eine Vereinigung der getrennten Christen getroffen werden könnte — et Ignatius Thonhauser S. J., Viennensis, post societatis Jesu suppressionem parochus, in duplici libello adversus Eybel: *Unterricht über die Ohrenbeicht,* Augustae 1784 in 8; *Wahre Zeugnisse des christlichen Alterthums über die Ohrenbeicht,* ib. 1784 in 4. — Car. de Piesport O. S. Ben. in monasterio fuldensi n. 24. Jun. 1716 († 17. Mart. 1800) philosophiae, dein theologiae[1]) professor condidit bibliothecam publicam Fuldae. Disseruit *de dolore ad sacramentum baptismi poenitentiae neecssario,* qua demonstratur, non esse moraliter certum, nec proinde in praxi tutum, quod attritio ex metu inferni concepta, sine amore benevolentiae saltem inchoato . . . sufficiat, Fuldae 1749 in 4.

146. In *Belgio* Petrus Marant in universitate Lovaniensi historiae ecclesiasticae professor († 12. Sept. 1812) ediderat *discussionem historicam:* An de fide sit aut saltem ita certum et de Ecclesiae mente, b. Virginem matrem anima et corpore in coelum assumptam

[1]) Cf. Ruland pag. 158—61.

[1]) P. Marant Flander n. 30. Jan. 1743 canonicus in facultate theologica lovaniensi innovationes Josephi II. in Belgio pro viribus nisus est promovere neque satis orthodoxe sensit: hinc cum Belgae Josephinismi jugum excusserunt, fugere coactus est et munere docendi privatus obiit 12. Sept. 1812. Cf. Reusens Biogr. nat. XIII, 408—14.

esse, ut haereticum sit aut saltem temerarium de eo coram historiae ecclesiasticae studiosis modeste inquirere, Lovanii 1786: quo in opusculo recoquit argumenta Launoji (cf. IV³, 455). Plures contra eum pro pia sententia steterunt [1]), inter quos Ignatius van den Driesch S. J. Bruxellensis, Gandavi s. Scripturae interpres (n. 18. Mart. 1711; † 1788), cujus est *disscussio discussionis historicae* de assumptione b. V. M., Gandavi 1787. — Item Joannes Albertus Salmon pastor in Mooreghem opposuit *Apologeticum tentamen* pro communi Ecclesiae persuasione qua pie creditur b. V. Dei genitricis Mariae immaculatum corpus in coelos exsistere sive synopsis eorum, quae ejusdem assumptioni objectavit P. J. Marant etc., Gandae 1788. — Joannes Josephus Havelange Leodiensis n. 16. Oct. 1746, Luxemburgi philosophiae professor, sed a Josepho II. cathedra motus; electus a. 1797 in rectorem universitatis lovaniensis testis fuit tantae academiae extinctioni a gubernio gallico decretae, imo ipse Cajennam asportatus mox ex itineris laboribus decessit 5. Sept. 1798. Demonstravit et a Jansenianorum impugnationibus vindicavit *Ecclesiae infallibilitatem* in factis doctrinalibus, 1788 in 8., opus a gubernio prohibitum, sed a Pio VI. collaudatum [3]).

147. Michael Mrugaczewski Cracoviensis († 1794) theologiae professor et canonicus edidit quaestionem theologicam *de justificatione impii,* Cracoviae 1777. multumque meruit de bibliotheca universitatis patriae describendo et in ordinem redigendo cum Putanowicz illius codices. — Antonius Zoledziowski professor et diu rector magnificus in academia cracoviensi, canonicus (n. 1711; † 21. Aug. 1783) praeter alia elaboravit diss. theologicam *de praeadamitis* in 4. — Casimirus Bedekovics S. J. Croata, theologiae et historiae ecclesiasticae prof., post societatis Jesu suppressionem canonicus zagabriensis et director collegii croatici viennensis (n. 1. Mart. 1728; † 4. Maji 1781), *vindicias* edidit *illibati conceptus mariani,* Tyrnaviae 1753 in 4. — Quaedam minoris momenti reliquit Stephanus Hajas S. J. (n. 1733; † 29. Aug. 1798), parochus vesprimiensis. — Franciscus X. Klaus S. J. posoniensis (n. 15. Sept. 1735; † 1797) reliquit conciones polemicas 22, Posonii 1775 in 4. Alius hic est a Mich. Klaus, de quo supra egimus p. 261, et a Jos. Ignatio Claus (n. 1691; † 25. Jul. 1775), qui plura reliquit *Spicilegia* scil. sacroprofanum, concionatorium, catechetico-concionatorium [1]).

148. Lucas Josephus Hooke (Hook), natus Dublini 1716, studiis Parisiis operam dedit [2]), atque inter Sorbonae

[1]) Cf. de hac controversia Backer I, 1656 s. De ea disseruit etiam Jo. Franc. Strozzi S. J. (n. 8. Oct. 1699; † 12. Jul. 1772) Florentinus in diss. *L'Assunzione al cielo* della Madre di Dio etc., Romae 1767.

[2]) Jos. Epiph. Minasowicz polonus, origine armenus (n. 1718; † 1796), regis poloni secretarius, plurimis carminibus e gallico polonice versis incredulos aggressus est. Cf. Backer II, 1308.

[3]) Henricum Franc. Pyrard, qui notior est sub nomine Duval-Pyrau, praetermittimus, quamvis fuerit O. Carm. Ordine enim egressus est vitamque duxit turbis politicis agitatam: neque ejus scripta ad rem nostram sunt (n. 4. Oct. 1737; † 8. Jun. 1800). Fusius de eo agit F. van Ortroy in Biogr. nat. de Belg. XVIII, 387-92.

[1]) Cf. Meusel II, 133.

[2]) Parisiis studiis operam dedit etiam Franciscus Plowden origine Anglus, qui pertinaciter detrectavit se subjicere bullae Unigenitus et subscribere Alexandri VII. formularium († 1788). Edidit *Traité du Sacrifice de J. Christ,* Parisiis 1778 t. 3 in 8. Ejus de sacrificio opinio haud levem excitavit controversiam inter asseclas ejusdem factionis seu appellantes, in primis cum Bono Francisco Rivière, magis noto sub nomine Pelvert, Rotomagensi (n. 1714; † 18. Jan. 1781, Janseniano, qui illi opposuit: *Dissertation sur la nature et l'essence du sacrifice de la messe,* Parisiis 1779 in 12., quam secutus est: *Défense de*

doctores c. a. 1736 receptus, in eadem facultate theologiam docuit. Cum imprudenter approbasset theses Joannis Martini de Prades, imo earum defensioni praesedisset, quibus primum publice incredulorum theoriae propugnabantur, quae deinde reprobatae fuere a parlamento, facultate sorbonica (27. Jan. 1752), archiepiscopo parisiensi, et a Benedicto XIV., cathedra motus fuit, licet palam et scripto approbasset Sorbonae censuram suamque fassus esset imprudentiam. Mox tamen facultatis suffragio aliam consecutus est cathedram, verum archiepiscopus suis clericis vetuit, quominus ejus praelectionibus assisterent, unde auditoribus caruit. Quare expetiit cathedram linguae hebraicae, quam post aliquot annos commutavit (1769) cum munere praefecti bibliothecae mazarinae. Hac vero praefectura privatus fuit (1791) ob detrectatum jusjurandum civicum († 12. Apr. 1796). Scripsit *religionis naturalis et revelatae principia* methodo scholastica digesta Parisiis 1752—54 t. 2 in 8; Venetiis 1762; Parisiis 1774 t. 3 in 8., quibus plures adnotationes adjecit amicus (Jo. Brewer) OSB., cui operis editionem concredidit. Tomo 1. continentur theologia naturalis atque ethices et jurisprudentiae elementa; 2. disseritur de religionis judaicae et christianae divina origine et natura; 3. de Ecclesia Christi et de principiis fidei catholicae [1]). — Eduardus Antonius Hatton O. Praed. Anglus, missionarius in patria sua et provinciae praepositus (n. 1701; † 23. Oct. 1781) edidit *Moral and Controversial Lectures* upon the Christian Doctrines and Christian Practice, s. l. et a; *Memoirs of the Reformation of England* 2 pp. The whole collectet chiefly from Acts of Parliament and Protestant Historians, sub nomine Constantii Archaeophili, Londini 1826 in 8; 1841.

149. Ex *hispanis* laudari merent: Joannes Baptista Genér S. J., philosophiae et theologiae professor († 1781), cujus est *theologia dogmatico-scholastica* perpetuis prolusionibus polemicis historico-criticis necnon s. antiquitatis monumentis illustrata, Romae 1766-77 t. 6 in 4. (fr. 125), quorum t. 1. continetur diss. historico-chronologico-critico-apologetica pro theologia scholastica seu speculatrice adversus obtrectatores ed. altera aucta (prior prodiit Genuae 1766 in 4.). Cap. 4. prodromi primi ordine agit chronologico de scholis, academiis virisque celebribus, a quibus theologia scholastica recepta est, exculta et illustrata. Altero prodromo exhibet theologicam quandam bibliothecam sive catalogum auctorum, qui de sigulis argumentis scripserint. 2. de Deo uno et trino; 3. et 4. de Deo principio et fine creaturarum; 5. et 6. de Deo fine virtutibus obtinendo; cui t. 6. adjuncta est mantissa documentorum e codicibus liturgicis pro inerrantia rom. pontificis in definitionibus fidem moresque spectantibus [1]). Auctor absolvere non potuit opus, quod laudari meret ab eruditione literaria, sagaci judicio critico et usu dogmatico monumentorum archaeologicorum e re numismatica, lapidaria, dypticha et diplomatica, quorum saepe etiam imagines exhibet, sed sat rudes. — Augustinus Cabadés y Magí O. M. V. de Merc., qui cathedram de locis theologicis in academia valentina rexit († 27. Sept. 1797), adornavit *institutiones theologicas* in usum tironum, Valentiae 1784

la Diss. ou réfutation de quatorze écrits, 1781 t. 3 in 12. De qua controversia cf. Biogr. univ. 35, 87. Hujus Rivière etiam sunt Diss. *sur l'approbation* nécessaire pour administrer le Sacrement de pénitence 1755 in 12, *Cinq lettres* sur la distinction de la religion naturelle et revelée, 1770 etc.

[1]) Cf. nova bibl. eccl. frib. 1, 533—41; Feller III, 489; Bellesheim Geschichte der kathol. Kirche in Irl. III. 716; Gillow III, 370.

[1]) Cf. nova bibl. eccl. friburg. 4, 349-62.

t. 4 in 4., quae gubernio illius aetatis arridebant. — Franc. Xav. Allegre (Allegrius) S. J. n. in portu Verae crucis in Hispania Nova 12. Nov. 1729 *Institutiones theologicas* complectitur ll. 18, Venetiis 1789—91 v. 7 in 4, in quibus omnia Ecclesiae catholicae dogmata, praecepta, mysteria, sacramenta, ritus adversus paganos, haereticos et recentiores philosophos asseruntur et explicantur. *Historia de la Compañia de J. en Nueva España* (usque ad a. 1763) Mexici 1841. 1842 t. 3 in 8. Obiit 16. Aug. 1788. — Joannes de Consuegra cum Petro a Matrito O. Min. discalc. concinnavit *cursum dogmatico - historico - polemico - scholastico-theologicum*, Matriti 1778—82 t. 3 in 4. — Josephus Marianus Vallarta y Palma S. J. n. 18. Jul. 1719 Succosae (Puebla), philosophiae et theologiae in universitate mexicana, et post societatis Jesu expulsionem Bononiae professor († 1790), edidit: *Ecclesia romana infallibilis in factorum definitione*, Romae 1777 in 8. sub nomine Jos. Ludovici sacerdotis. *Defensio cleri gallicani* ab imposturis adscriptae Bossueto declarationis, Ferrariae 1785 in 8. sub nomine Jos. Mariani Palma. Ep. ad christianum Philadelphum *de cuniculis philosophorum contra fidem orthodoxam*, sub nomine Juliani Poncii, Lucae 1779 in 8; *de juristictione ecclesiastica*, Romae; *regulae observandae* ut cum catholica Ecclesia vere sentiamus, ib. 1778 in 12; *de deistis c. 9. Apoc. comprehensis*, ib. in 8; *de romani pontificis principatu* adversus J. Febronium, Faventiae 1771 in 8. sub nomine Ennodii Faventini. — Emmanuel Marques S. J. Conimbricensis egregiam reliquit *defensionem cultus ss. Cordis Jesu* injuria impugnati [1]), spectati ut est in se p. 1. Venetiis 1781. Pars altera defensionis cultus ss. cordis ut est symbolum amoris non prodiit. — Vincentius Ferrer congr. s. Sulp. Hispanus (n. 26. Oct. 1721; † 28. Aug. 1789) praeter opuscula ascetica [1]), quae aestimantur, composuit Tr. *sobre las maximas fundamentales de la Religion* y motivos de credibilidad, Barcinone s. a. — Nicolaus Lagua S. J. in oppido Haro dioecesis calagurritanae n. 30. Sept. 1740 in Paraquariam transiit, quam mox deserere iniqua in Italiam transmissione coactus est, ubi et mortem oppetiit. Descripsit *Pregj della Chiesa Cattolica Romana* e del di lei capo supremo indicati dal Profeta Isaia, Romae 1791. Vertit et quaedam opuscula et epistolas pastorales (t. 1. Romae 1793, non autem reliquos) Jos. Antonii a s. Alberto O. Carm. ep. primum tucamanensis, dein archiepiscopi chuquisachensis († c. 1804).

150. In Gallia innumeri admodum strenue propugnarunt [2]) fidem christianam et catholicam adversus incredulos, qui in dies impietatis vexillum audacius extollebant, in primis adversus Voltaire. Inter hos laudari merent [3]): Christophorus de Beaumont

[1]) Cf. Nilles de rationibus festorum ss. cordis Jesu et purissimi cordis Mariae l. 1 p. 3 c. 1. Alius est a Simone Marques S. J. pariter Conimbricensi († 1684; † 5. Jan. 1766) provinciae brasilianae praeposito, qui collegit *Brasiliam pontificiam* sive speciales facultates pontificias, quae Brasiliae episcopis conceduntur et singulis decenniis renovantur cum notationibus, Olisipone 1749 in f. 1758.

[1]) Cf. ejus opus posthumum *de los impedimentos de la perseverancia*, Barcinone 1789 t. 3, in cujus t. 1. legitur elogium auctoris nostri.

[2]) Huc referri potest Gourcy, vicarius generalis burdigalensis et academiae nancaeae sodalis, qui gallice vertit annotationibusque illustravit veteres apologetas christianos, Tertullianum Parisiis 1780 in 12., et postulante clero gallicano alios, ib. 1786 t. 2 in 8. Cf. Feller 4, 218; Quérard III, 429.

[3]) Laudem non meret Y von Sorbonae doctor († 1790), socius in componenda famosa encyclopaedia, qui etsi dein videtur adversus incredulos sui temporis philosophos scripsisse, diligens quidem est in colligendis exponendisque difficultatibus

de Repaire, natus in arce de la Roque 26. Jul. 1703, qui a matre egregie institutus, juvenis jam virtute et religionis zelo excellebat; unde factus est a. 1741 bajonensis episcopus, 1745 viennensis, demum parisiensis archiepiscopus (1746—81), quem tamen honorem diu recusavit. Magna prudentia et animi fortitudine suam rexit ecclesiam; exsilium non semel pro tuendis Ecclesiae juribus est passus necnon et acerrimas insectationes Jansenianorum: quapropter a nonnemine dictus est »clarissimum Ecclesiae lumen, sui temporis Athanasius et Chrysostomus, doctrina praestans, pietate praestantissimus, fortitudine incompa-

contra fidei dogmata, sed in iis solvendis sat levis et frigidus: unde suspicionem praebuit se illis potius connivere. Cf. Feller 8, 455; Quérard 10, 559. — Antonius Leonardus Thomas ausus quidem est aggredi Voltaire, qui tunc in omnium fere ore erat, in *Réflexions philosophiques et littéraires* sur le poëme de la Religion naturelle, 1756, et in Migne *Démonstr. évangél.* 11, 369—452; sed ex censore sagaci factus est postmodum illius adulator, sanaque quae professus erat principia abjecit (n. 1732; † 17. Sept. 1785). — Carolus Joannes Baptista Devienne d'Agneaux OSB. e congr. s. Mauri (n. 1728; † 1792) scripsit quidem *Lettre en forme de dissertation contre l'incrédulité,* 1756 in 12; Lettres *sur la religion* Avenione 1757; *Histoire de la ville de Bordeaux,* Burdigalae 1771 t. 1; 1862 t. 2. in 4, quo continetur historia ecclesiastica illius urbis etc. (cf. Feller I, 54), sed deinde secutus est factiosorum et impiorum hominum principia, et scripsit *Histoire générale* de la France d'après les principes qui ont opéré la Revolution, Paris t. 2 1791 (usque ad a. 1359), opus rarissimum, cum fere integra perierit. Cf. Noveau supplem. à l'Hist. Littér. de la congr. de S. Maur p. 165 ss. — Hadrianus Lamourette congr. s. Vinc. de Paulo n. 1742 scripsit quaedam pro religione christiana, ut *les délices de la Religion* ou le pouvoir de l'Évangile pour nous rendre heureux, Paris 1788 in 12; *Pensées sur la philosophie de l'incrédulité* ou Réflexions sur l'esprit et le dessein des philosophes irréligieux de ce siècle, 1786 in 8., etiam in Migne *Démonstr. évang.* 13, 233—470; *Pensées sur la philosophie de la foi* ou le système du christianisme considéré dans son analogie avec les idées naturelles de l'entendement humain, 1789 in 8. etc., sed misere defecit ad factiosorum castra factus demagogi Mirabeau theologus, dein episcopus constitutionalis lugdunensis (1791). Mox tamen a factiosis capite damnatus opera strenui abbatis Emery errores suos scripto retractavit atque 10. Jan. 1794 mortem subiit magna animi resignatione et sociorum in supplicio aedificatione. Cf. Biogr. univ. 23, 306. Notices bibliogr. sur les Ecrivains de la congr. de la Mission, Angoulême 1878 p. 276—83. — Alius episcopus (rotomagensis) constitutionalis fuit Joannes Baptista Guilelmus Gratien ex eadem congregatione (n. 1747; n. 1799), qui libertatis spiritu abreptus illicitum in constitutionem civicam jusjurandum dedit eamque pluribus scriptis propugnavit. Praeter alia, ex quibus plura reprobanda, scripsit *la Vérité de la religion chrétienne* démontrée par les miracles de J. Christ, Rotomagi 1795 in 8.; *de contractibus foeneratitiis,* Carnuti 1790 in 12. Cf. Notices cit. p. 271 s.

rabilis, exsiliis et persecutionibus religionis causa toleratis celeberrimus Ecclesiae princeps;« et ab ipso Clemente XIII. laudatur »egregius hic singularibus virtutibus armatus Deique zelo flagrans antistes, veteris sanctimoniae et disciplinae episcopalis exemplum, qui nullas in recta fide defendenda acerbitates, nulla etiam graviora pericula recusavit [1]).« Magni quoque factus est a Friderico II. et Russiae imperatrice. Pater erat pauperum, quorum ultra 1500 suis expensis aluit. Decessit plenus dierum et bonorum operum 12. Dec. 1781 relictis magnarum virtutum, quibus fulsit, exemplis. Egregias edidit solidasque instructiones pa-

[1]) Feller I, 468; Biogr. univ. 3, 645—47; et opus celebre: de turbis Galliae modernis sacerdotium inter et parlamentum regium sive *instructio pastoralis* Chr. de Beaumont ... cum brevi apostolico Benedicti XIV. et variis aliis documentis ac scriptis ad praesentem in Gallia controversiam spectantibus de recusatione sacramentorum in articulo mortis erga eos, qui bullam Unigenitus non acceptant, Augustae V. 1757; Brück KL. 2², 158; in primis Regnault in serie articulorum in Études religieuses, philosophiques etc. 1875—80, ejusque vitam, Paris 1882 t. 2; KL. 2, 157.

storales, quibus Ecclesiae auctoritatem atque jura tuetur et pestiferos libellos Rousseau, Marmontelii, Voltaire aliorumque incredulorum damnat. Harum unam de Ecclesiae auctoritate etc. 19. Sept. 1756 parlamentum parisiense igni addixit in loco reorum suppliciis destinato.

151. Laurentius [1]) le François (n. 2. Nov. 1698; † 24. Febr. 1782) plurima edidit adversus incredulos opera, ut *Lettre sur le pouvoir des démons* in 4; *Preuves de la religion de J. Christ* contre les spinosistes et déistes, Parisiis 1751—1754 t. 4 in 12; 1784. *Défense de la religion chrétienne,* ib. 1755 t. 4 in 12; praecedentis continuatio; *Examen du Catéchisme de l'honnête homme* ou Dialogue entre un caloyer et une homme de bien. ib. 1764 in 12; *Réponses aux difficultés proposées contre la Religion chrétienne* par J. J. Rousseau dans la confession du Vicaire savoyard, ib. 1765 in 12; *Examen des faits* qui servent de fondement à la religion chrétienne, précédée d' un court Traité contre les athées, les matérialistes et les fatalistes, ib. 1767 t. 3 in 12. optimus forte librorum hujus auctoris; *Observations sur la Philosophie de l' histoire* et sur le Dictionnaire philosophique, avec des réponses à plusieurs difficultés [2]), ib. 1770 t. 2 in 8. adversus Voltaire. Opera auctoris nostra collecta prodierunt cur. Migne Paris 1857 t. 2 in 4. — Eodem anno (2. Sept. 1782) decessit Vincentius Toussaint Beurrier congr. Eudistarum, Venetus (de Vannes n. 1715), qui edidit *Conférences ecclésiastiques* sur le sacerdoce, les fêtes et les mystères, 1779 in 8., quas exceperunt aliae decem et septem adversus religionis christianae hostes (germanice Augustae 1787 t. 2 in 8.), necnon *Remarques théologiques* sur l'administration des sacrements. — Joannes Baptista Girardin († 13. Oct. 1783) collegit *Réflexions physiques* en forme de Commentaire sur le ch. 8. du l. des Proverbes dequis le verset 22—31. Parisiis 1758, in quo probat stilo simplici et ad populi captum accommodato, sed minus nitido, Dei bonitatem et sapientiam ex ordine mundi. Hujus veluti continuatio est: *L' Incrédule désabusé* par la considération de l'univers contre les Spinosistes et les Epicuriens, Epinal 1766 t. 2 in 12. — Fangouse edidit *La Religion prouvée* aux incrédules, Parisiis 1780 in 12; *L' incrédule convaincu,* suivi d'Analyse de l'Histoire sacrée, ib. 1782 in 12. — Joannes Novi de Caveirac Nemausi n. 6. Mart. 1713, † 1782, inter alia, quae tecto nomine edidit, scripsit *Accord de la Religion et de l' Humanité* sur l'Intolérance, Parisiis 1762 in 12; *La vérité vengée* ou Résponse à la diss. sur la tolérance des protestants, 1756 in 12; *Apologie de Louis XIV.*, et de son conseil sur la révocation de l'édit de Nantes, 1758 in 8. — L. de Marabail scripsit *le Catholique par raison* ou preuves démonstratives de la divinité de la religion Catholique, Parisiis 1791 in 12., in forma dialogi et epistolari inter catholicum et incredulum; germanice 1794. — Solide scripsit Michael Joseph de Laulahnier, episcopus (n. 1718; † c. a. 1788), cujus est: *Essai sur la religion chrétienne* et sur le système des philosophes modernes,

[1]) Alius a sodali Lodovico Josephus François Gallo, qui pluribus opusculis strenue se opposuit juramento, quod a clero contra Ecclesiae jura in civicam constitutionem exigebatur a factiosis viris. Hinc crudeliter necatus est 3. Sep. 1792. Plura ex his libellis plane egregiis recepit A. Barruel in suam *Collection ecclesiastique* (de qua infra). Cf. Notices bibliogr. sur les Écriv. de la Congr. de la Miss. 1, 110—15.

[2]) Feller 4, 25 de auctoris nostri operibus ita judicat: »Ces ouvrages sans avoir le mérite de l'élégance et de la précision, ont celui de la clarté, de la simplicité, de la facilité et de l'onction. Les excellents raisonnements opposés aux erreurs du temps, semblent quelquefois s'affaiblir par la prolixité de l'exposition et la marche grave et modeste de l'auteur; mais pour peu qu'on réfléchisse et qu'on resserre l'ensemble, on en saisit toute la force.«

accompagné de quelques réflexions sur les campagnes par un ancien militaire retiré, Parisiis 1770 in 12., cujus ed. (3.) aucta videntur *Réflexions critiques et patriotiques* pour servir principalement de préservatif contre les maximes de la philosophie, ib. 1780 in 12. — Nicolaus Beauzée, Verodunensis n. 9. Maj. 1717, plurium academiarum socius, operibus ad literas humaniores spectantibus celebrior († 25. Jan. 1789), junioribus nitidam accuratamque proposuit *Exposition abrégée des preuves historiques de la Religion chrétienne* pour lui servir d'Apologie contre les sophismes de l'Irréligion, Parisiis 1747 in 12; in Migne *Démonstr. évang.* 10, 1173—1264. — Sagaciter prorsus solideque philosophorum incredulorum sophismata, figmenta, levitatem, contradictiones fraudesque aperit Ludovicus Athanasius Balbe-Berton de Crillon († 26. Jan. 1789), procuratur generalis cleri gallicani et consultor status, in opere plane egregio *Mémoires philosophiques* ou l'adepte du philosophisme ramené à la religion catholique par gradation et au moyen d'arguments et de preuves sans réplique [1]), 1777. 1778 t. 2 in 8; in Migne *Démonstr. évang.* 11, 593—758. — Petrus Franciscus Muyard de Vouglans, insignis advocatus (n. 1713; † 14. Mart. 1791), praeclare quoque advocatum egit religionis catholicae [2]) in op.: *Motifs de ma foi en J. Christ* ou points fondamentaux de la religion chrétienne discutés suivant les principes de l'ordre judiciaire, Parisiis 1776 in 12., propter quod meruit a Pio VI. epistola collaudari; *Preuves de l'authenticité de nos Evangiles* contre les assertions de certains critiques modernes, ib. 1785 in 12. — Libros omnes s. Scripturae bene et erudite vindicavit Josephus Guilelmus Clémence n. Portu Gratiae 9. Oct. 1717, parochus rotomagensis, linguarum orientalium peritus († 6. Aug. 1792), in op. *l'authenticité des livres tant du N. que de l'A. T. démontrée,* spécialement contre l'auteur de la Bible enfin expliquée par les aumôniers du roi de Prusse (i. e. Voltaire), 1782 in 8; Nancaei 1826, ed. plurimum aucta; *Défense des livres saints de l'A. T.* contre la philosophie de l'histoire (ejusdem Voltaire) 1768 in 8: 1776; *Charactères du Messie vérifiés en J. Christ de Nazareth,* Paris 1776 t. 2 in 8. — Saint Martin theologiae professor in Sorbona edidit inter alia, quae fere agunt de rebus metaphysicis, theologicis et moralibus (Berolini et Lutetiae Parisiorum 1785 t. 9, quorum ultimus errata complectitur): *Principes de la religion naturelle* et de la foi chrétienne, Parisiis 1784 t. 2 in 12.

152. Pro fide catholica non solum scriptis pugnavit, sed et sanguinem fudit Petrus Maria Stanislaus Guerin du Rocher S. J., Normannus n. 1. Mart. 1731, qui post expulsos e Gallia (1764) sodales Italiam, Germaniam peragravit et Poloniam, ubi substitit juris canonici professor et linguarum orientalium studio deditus. Rediit demum in patriam, sed ob detrectatum jusjurandum viris ecclesiasticis impositum cum fratre 3. Sept. 1792 trucidatus est. Fructum studiorum exhibuit in op. *Histoire véritable des temps fabuleux;* ouvrage qui en dévoilant le vrai que les Histoires fabuleuses ont travesti ou altéré, sert à éclaircir les antiquités des peuples, et surtout à venger l'Histoire sainte, Parisiis 1777 t. 3 in 8; ib. et Bisontione 1824 t. 5 in 8. cura ab. Chapelle; 1834 Parisiis t. 3 in 8; Bisontione 1838; Avenione 1841. In hoc opere vastissimae eruditionis et sagacis judicii nititur auctor ostendere, veterum

[1]) Opus impense laudant Feller 3, 138 et Sabat. de Castres, Extrait des trois siècles de la littérature française. Plura de auctore cf. in Vie de Crillon, suivie des notes historiques et critiques, Parisiis 1826 t. 2 in 8. auctore Fortia d'Urbant.

[2]) Cf. Feller 6, 202; Biogr. univ. 3, 508.

historiam Aegyptiorum a Menes usque ad fundationem imperii Persarum deformationem et corruptionem esse eorum, quae s. Scriptura de illa regione narrat, adeo ut Menes non sit nisi Noe, Sesostris Jacobus, Protheus Josephus etc. Mirum esse non debet, ejusmodi assertiones philosophorum incredulorum incurrisse irrisionem eosque ad impugnandam hanc theoriam commovisse, ut Voltaire; vel saltem non arrisisse ut de Guignes, Anquetil et Duvoisin[1]). Tacuit modestissimus auctor, quin imo a prosequendo opere (quod 12 forte constitisset tomis) cessavit, sed ipsius partes et causam plures strenue propugnarunt; ita in primis Ludovicus Chapelle († 1789) in op. admodum erudito et insigni: *L'histoire des temps fabuleux* confirmée par les critiques qu'on en a faites, Leodii 1779 in 8., qui ut t. 4. addi solet operi supra cit., et Joannes Baptista Bonaud S. J., n. in America 1740, post societatis suppressionem vicarius generalis massiliensis, cum auctore nostro eodem die (1792) trucidatus, in l. *Hérodote historien du peuple hébreu sans le savoir* ou Lettre en Réponse à la critique manuscrite d'un jeune philosophe sur l'ouvrage etc., Hagae 1785 in 8; Leodii 1790, cum ipso op. in ed. bisontina 1824. — Alia furoris demagogorum victima fuit Jo. Petrus Deforis OSB. congr. s. Mauri n. 1732, qui reliquit *Réfutation d'un nouvel ouvrage de J. J. Rousseau* intitulé Emile ou de l'éducation, Parisiis 1762 in 8; cui adjecit cum André massiliensi (aliquandiu Oratorii sodali, cujus etiam est *Réfutation* du nouvel ouvrage de J. J. Rousseau intitulé Emile, Parisiis 1762): *La divinité de la religion chrétienne* vengée des sophismes de J. J. Rosseau, ib. 1763 pp. 2 in 12., et anno sequenti *Préservatif pour les fidèles* contre les sophismes et les impiétés des incrédules, avec une résponse à la lettre de Rousseau à M. de Beaumont, 1764 t. 2 in 12., opus solidum et stilo perspicuo conscriptum. Ejus editio *operum Bossueti* coepta a Lequeux, cujus ipse curavit t. 19 ab a. 1772—88, minus probatur, imo reprobata fuit a clero gallicano a. 1780, unde ab ea prosequenda demum cessavit[1]). Capite damnatus ultimus voluit interfici (25. Jun. 1794), ut supplicii socios, quorum curam spiritualem in carcere in se susceperat, exhortationibus confirmaret.

153. Armandus Anna Augustus Ant. Sicarius de Chapt de Rastignac, Sorbonae doctor, vicarius generalis arelatensis et praepositus s. Martini Turone, interfectus 5. Sept. 1792, solidum exquisitumque librum reliquit: *Accord de la révélation et de la raison contre le divorce,* Parisiis 1791 in 8., ut quoniam in comitiis voca vive non poterat tueri sanam Ecclesiae doctrinam, scripto saltem id praestaret. — Stephanus Bremont, Sorbonae doctor et vicarius generalis parisiensis (n. 1714, † 1793), qui carcerem ei a parlamento, jansenianae factioni studiosissimo, destinatum nonnisi fuga et voluntario exsilio effugere potuit, edidit praeter alia adversus incredulos *De la raison dans l'homme*, ouvrage où l'on examine l'étendue de ses connaissances, les bornes de ses facultés, les forces de ses motifs, l'origine de ses doutes et les causes de ses erreurs, les principes de sa certitude et les fondements de sa science, 1785—87 t. 6 in 12., opus bonum, sed nimis prolixum. — Joannes Pey parochus et canonicus in dioecesi telonensi et canonicus honorarius parisiensis (n. c. 1740, † 1797), pro religione exsul, strenuus religionis apo-

[1]) Cf. Backer 1, 2322; Sommervogel 1, 1730; III, 1908; Biogr. univ., 19, 27; Feller 4, 295; Weissenbach l. c. pag. 55.

[1]) Cf. IV[3], 765; Levesque, Bossuet et Deforis (Bulletin de littér. ecclés. 1900, 1—10; Revue Bossuet I, 1900, 58—59; 113—15; VII, 1906, 250—58; VIII, 1907, 67—73 etc.; Nouveau Supplém. p. 150 ss.

lógeta hortante et collaudante clero gallicano plura opera edidit ad illam defendendam: *Traité de l'autorité des deux puissances,* Argentorati 1780 et Leodii 1781. 1788. 1791. 1805 t. 4 in 8., 1785; 1788; Leodii 1790 t. 4 in 8; italice versus a Caes. Brancadoro legato apostolico apud Belgas († 1837), Fulginiae 1788. 1789 cum annotationibus t. 6 in 8., in quo opere praeclaro auctor, quamvis moderate inhaereat declarationi gallicanae 1682, strenue tuetur sedis apostolicae jura adversus Febronium. *Le Philosophe catéchiste,* 1779; *La vérité de la religion chrétienne prouvée à un Déiste,* 1770 t. 2 in 12; *La loi de la nature développée et perfectionnée* par la loi évangélique, Montalbani et Parisiis 1789 in 8; *Le philosophe chrétien* considérant les grandeurs de Dieu dans ses attributs et dans les mystères de la religion, Lovanii 1793 in 8; germanice interprete Liese Münster 1853 in 16. *La Tolérance chrétienne* opposée au tolérantisme philosophique, Friburgi 1785; *Observations sur la théologie de Lyon* intitulée Institutiones theologicae etc., Lugduni 1784; Leodii 1785. 1787. — Augustinus Hespelle Sorbonae doctor (n. 9. Dec. 1731) praeter alia scripsit *la Théotrescie* ou seule véritable religion démontrée contre les athées, les déistes et tous les sectaires, 1774 t. 2 in 12; 1780 t. 3 in 12. — Claudius Regnier in Avernia n. 1718, sulpicianae familiae sodalis, splendide absoluto studiorum curriculo primum in andegavensi et lugdunensi seminariis, Lutetiae, deinde loco D. Montagne (supra p. 59) theologiam docuit († 14. Apr. 1790). Composuit praeclarum accuratumque opus[1]): *Certitude des principes de la religion* contre les nouveaux efforts des incrédules, Parisiis 1778-82 t. 6 in 12; cur. Migne ib. 1857, apologia plane insignis; tr. *de Ecclesia Christi,* ib. 1789 t. 2 in 8., etiam in Migne *theologiae cursu compl.* t. 4., in quo etsi gallicanorum theorias sectatur, de juribus principum tamen sic disserit, ut independentiam potestatis ecclesiasticae in rebus sacris propugnet et plura bene, nitide solideque tractet stilo forte nimis quaesito. Censuris quoque confodit theologica facultate mandante famosam Raynalii historiam. — Nicolaus Hieronymus le Couturier[1]), n. 2. Jun. 1712, concionator regius, quo munere tamen motus fuit, quod nimis invectus sit in cruciatas (1769), reliquit *Discours sur la Révélation,* Parisiis 1773. — Franciscus Josephus Gaston de Partz de Pressy, episcopus bononiensis (Boulogne) per annos sex et quadraginta, zelo et virtutibus vere illustris Ecclesiae gallicanae praesul († 14. Oct. 1789), fidem catholicam in missionibus transmarinis liberalissime promovit copiosis subsidiis, clerumque dioeceseos suae verbis et exemplis formavit, in cujus utilitatem plures vulgavit instructiones pastorales et *dissertations théologiques* sur l'accord de la foi et de la raison dans les mystères considérés en général et en particulier, Parisiis 1842 t. 2 in 4. Ipse promovit processum Benedicti Josephi Labre, quem demum Leo XIII. inter sanctos retulit. — Laforest parochus lugdunensis († 1786) plurimos reduxit protestantes ad fidem catholicam, unde in hoc opere Deo adeo grato admodum expertus proposuit *Méthode d'instruction* pour ramener les prétendus réformés à l'église romaine et confirmer les catholiques dans leur croyance, Lugduni 1783 in 12., opus plane egregium et utile. Posthumi prodierunt cura Jo. B. Lasausse *Dialogues chré-*

[1]) Cf. Bertrand Bibl. Sulpic. II, 442-49.

[1]) Alius a Joanne Couturier S. J. n. 1730, qui post societatis Jesu suppressionem fuit parochus, propter detrectatum jusjurandum in carcerem conjectus: inde liberatus decessit 22. Martii 1799. Scripsit egregium *Catéchisme dogmatique et moral,* Divione 1821 t. 3 in 12; 1823; 1827 etc.; germanice versum Ratisbonae 1845.

tiens sur la religion, ses commandements de Dieu et les sacrements, Lugduni 1802 t. 2 in 8; 1826 inscripti *Conversations d' un curé* aves ses paroissins etc.

154. Anno 1790 (30. vel 29. Dec.) insignis apologeta et ecclesiae gallicanae praesul illustris decessit, Joannes Georgius le Franc marchio de Pompignan, n. 22. Febr. 1715 Montalbani, episcopus aniciensis (Puy a. 1743), dein archiepiscopus viennensis, qui gregem suum verbis aedificavit et exemplis. Aetate jam provectus, factiosorum hominum promissis speciosis seductus ecrum consilia spe boni religonis fovit. A Ludovico XVI. factus est minister 4. Aug. 1789, quapropter archiepiscopatui renunciavit: mox tamen ex factis vidit, quo aspirarent viri factiosi. Vitio ei vertitur quod non impediverit, etsi monitus a Pio VI., regiam sanctionem constitutionis civilis cleri (24. Aug. 1790): sed ad ejus excusationem memineris, eum jam ante illum diem incidisse in morbum, cui demum succubuit. Hoc certe improbandum, eum molliorem animum ingruenti tempestati opposuisse, contentum clam et apud se deplorare, quae corripere palam non audebat. Opera vero quae pro religione adversus incredulos scripsit sunt plane egregia; ita *instruction pastorale* aux nouveaux convertis de son diocèse, Montalbani 1751, quae est diss. de controversiis succincta, sed solida; *Questions diverses sur l'incrédulité,* 1753 in 12; quaerit scil. sagaciter diligenterqne 1. sintne increduli multi; 2. quis fons incrédulitatis; 3. num increduli impavido fruantur animo (si les incredules sont des esprits forts); 4. possitne incredulitas cum probitate sociari; 5. num incredulitas reipublicae noceat [1]). *Véritable usage de l' autorité séculière dans les matières qui concernent la religion,* 1753 in 12. adversus parlamenti usurpationes; *la Dévotion reconciliée avec l'esprit,* Montalbani 1754 in 12. saepius edita; *Controverse pacifique* sur l'autorité de l'Eglise en général, mais surtout sur ce point: Comment la foi des enfants et des adultes ignorants est-elle une foi ferme et raisonnable? 1757 in 12., etiam in Migne cursu compl. theol. 6, 1069—1160; *l' incrédulité convaincue par les prophéties,* Parisiis 1759 t. 3 in 12.; *instruction pastorale sur la prétendue philosophie des incrédules modernes,* 1764 t. 2 in 12; instruction pastorale *sur l' hérésie* 1766 in 4; *Défense des actes du clergé* concernant la religion. 1769; *la Religion vengée* de l'incrédulité par l'incrédulité elle même, Parisiis 1772 in 12., opus egregium receptum a Migne inter Démonstr. evangél. 12, 653—752; *Lettres à un évêque* sur divers points de morale et de discipline concernant l'épiscopat, ib. 1802 t. 2 in 8. opus posthumum cura ab. Emery, qui adjecit auctoris brevem biographiam [1]).

155. Omnium tamen apologetarum hujus epochae celeberrimus est Nicolaus Silvester Bergier natus in Darnay Lotharingiae oppido 31. Dec. 1718, parochus in dioecesi bisontina, theologiae professor, deinde canonicus metropolitanae ecclesiae parisiensis et regi a confessionibus, socius academiae nanceae et parisiensis inscriptionum et humaniorum literarum, qui indefesso zelo librisque plane egregiis solide acriterque invicta disserendi arte incredulos impugnavit. Potiora ejusdem opera, quae etiam a stili nitore laudantur, sunt: *Le Déisme réfuté* par lui même ou Examen des principes d' incrédulité répandus dans les divers ouvrages de

[1]) Cf. Mém. de Trév. 1722 a. 54 pag. 1095—1113.

[1]) Cf. Biogr. univ. 35, 315—18; Feller 4, 4; Quérard 5, 89; in primis Cl. Bouvier J. G. le Franc de P. Conférences faites le 13 et 20 Fevr. 1903 aux facultés de Lyon, Lyon 1903.

J. J. Rousseau en forme de Lettres, Parisiis 1765 t. 2 in 12; 1766. 1768; 1771 ed. 3. emendata; 1822 etc.; germanice interprete A. de Meyer Viennae 1779 in 8: Augusta 1786, interprete J. de Richtenburg; *la certitude des preuves du Christianisme,* 1767 in 12., contra *l' Examen critique* des Apologistes de la Religion chrétienne, quod tribui solebat Frereto (sed est Burigny), cujus hypocrisim, malam fidem fraudesque detegit. Opusculum nitide eleganterque conscriptum, eodem anno ter editum et in alias linguas versum (germanice a Lory Coloniae 1786-87 pp. 2) piorum plausum meruit atque inimicorum bilem movit: unde Voltaire adversus illud scripsit *Conseils raisonnables,* quibus respondit Bergier in ed. a. 1771; quae responsio prostat etiam in Migne Démonstr. évang. 11, 11—234; scripsit contra illud et baro Cloots (Anacharsis). *Apologie de la religion chrétienne* contre l'auteur du Christianisme dévoilé (bar. de Holbach), Parisiis 1769 t. 2 in 12., germanice Bambergae et Wirceburgi 1786—87, opus accuratum et stilo perspicuo conscriptum; cujus continuatio est *Réfutation des principaux articles du Dictionnaire philosophique,* in qua mirabili concinnitate efficacique vigore illos refellit; *Examen du Matérialisme* ou Réfutation du système de la nature (auctore Robinet), Parisiis 1771 t. 2 in 12., germanice Bambergae 1788 t. 2; diligens atque undequaque solida; *Traité historique et dogmatique de la vraie Religion* avec la Réfutation des erreurs qui lui ont été opposées dans les différents siècles, ib. 1780 t. 12 in 12; 1820 t. 8 in 8., opus admodum eruditum, germanice interprete Beigel, Bambergae 1788 pp. 12; *Dictionnaire théologique,* ib. 1788 t. 3 in 4; Leodii 1789 t. 8 in 8., Tolosae 1801. 1819 t. 8 in 8; Bisontione 1826 et 1830 cum annotationibus Gousset, postmodum archiepiscopi rotomagensis, cui editioni adjectus est t. 9. continens *Plan de théologie* auctore Bergier cum fragmentis ineditis et vita auctoris; Parisiis 1838 t. 8 in 8; approprié au mouvement intellectuelle du Siècle par l'abbè Lenoir, Parisiis 1875 t. 12. Opus hoc vastissimae eruditionis partem constituit operis illius magni Encyclopédie méthodique: unde pluribus displicuit tantum virum se associasse tot incredulis auctoribus indeque forte factum est, ut ipse quibusdam videatur non eo vigore quosdam viros seu errores et praejudicia aggredi ut alias solitus erat. *Les grands hommes vengés* ou Examen des jugemens portés par Mr. de V .... et par quelques autres philosophes sur plusieurs hommes célèbres par ordre alphabétique Parisiis 1769 t. 2 in 12., opus admodum eruditum, sagaci judicio conscriptum, lectu utile atque jucundum [1]). *Discours sur le Mariage des Protestants,* 1787 in 8; *Observations sur le divorce,* 1790 in 8; *Quelle est la source de toute autorité?* ib. 1789 in 8; *Combien les moeurs donnent de lustre aux talens,* ab academia bisuntina praemio donatum; *L' origine des dieux du paganisme* et le sens des fables decouvert par une explication suivie des poésies d'Hésiode, Parisiis 1767 t. 2, germanice Bambergae 1786—87, opus eruditum, in quo fabulis mythologicis veterum sensum subjicit allegoricum. Decessit strenuus Christi miles de religione christiana et fide catholica tam bene meritus [2]) 9. Apr. 1790. Clerus gallicanus in praemium tot laborum annuum ei assignaverat stipendium 2000 fr.

156. Strenuus et expeditus Voltairii adversarius fuit Claudius Hadrianus

[1]) Hoc opus ei tribuitur a Weissenbach, *Kritisches Verzeichnis der neuesten Schriften,* welche in verschiedenen Sprachen zum Beweise und Vertheidigung der Religion herausgekommen, Basel 1784 pag. 39. 40.

[2]) Cf. Biogr. univ. 4, 254; Feller 1. 534; Janner KL.² 2. 408; Mazuel Les meilleurs écriv. franç. apol., Paris 1898; Vacant II, 742 ss.

Nonnotte S. J., Bisontinus n. 29. Jul. 1711. insignis concionator, quem Sardiniae rex Taurinum vocavit magnique fecit. Societate Jesu suppressa in patriam secessit, illius academiae socius factus totusque defensioni religionis christianae incumbens occubuit 3. Sept. 1793. Luci publicae proposuit: *Examen critique* ou Réfutation du l. des Moeurs, Paris 1757 suppresso nomine; *Les erreurs de Voltaire* (ultra 1000), Avenione 1762 t. 2 in 12; 1774 ed. 6; et saepius alibi, Parisiis 1820 ed. aucta 3. vol.; *l'Esprit de Voltaire* dans ses écrits (quod jam prodiit seorsim 1779); 1823, versum in varias linguas, etiam in germanicam, Francofurti et Lipsiae 1768. 1769 t. 2 in 8; interprete M. Lory Mannheim 1777; Posonii 1781 t. 2 in 8; 1791 etc. Voltaire pro more respondit inanibus declamationibus, sarcasmis, injuriis, quibus per annos viginti prosecutus est nostrum auctorem. Opposuit Nonnotte *Réponses aux éclaircissements historiques et aux additions,* 1766. 1767, quae posterioribus edit. op. *les Erreurs* adjectae fuere. *Dictionnaire philosophique de la Religion,* où l'on établit tous les points de la Religion attaqués par les incrédules et où l'on répond à toutes leurs objections, Avenione 1772 t. 4, et saepius alibi, ut Bisontione 1818 t. 4 in 8; Parisiis 1835 t. 2 ed. 9., opus eruditum, concinnum, accuratum et utile, etiam in alias linguas versum, germanice interprete J. C. de Zabuesnig Augustae 1775 t. 2 in 8; 1777; Viennae 1804, Coloniae 1810 t. 3 in 8., oppositum in primis lexico philosophico Voltairii; *les philosophes des trois premiers siècles de l'Eglise* ou portraits historiques des philosophes païens, qui ayant embrassé le christianisme en sont devenus les défenseurs par leurs écrits, ouvrage avec lequel on fera aisément la comparaison de ces philosophes anciens avec ceux d'aujourd'hui, Parisiis 1789 in 12; 1792; Bisontione 1818 in 12; germanice Augustae 1790 in 8; *Principes de critique sur l'époque de l'établissement de la religion chrétienne dans les Gaules,* Avenione 1789 in 12. Ejus opera, quae s. Alphonsus literis ad auctorem datis aurea dicit, collecta prodiere [1]) Bisontione 1818 t. 7 in 8. A Clemente XIII et XIV. meruit auctor propter studium indefessum tuendi religionem christianam literis collaudari. — Ex eadem societate fuit Dubois de Launay, Nancaeus († 18. Aug. 1794), qui in *Analyse de Bayle* Parisiis 1782 t. 2 in 12. (etiam in Migne *Démonstrations évangéliques* 6, 613—785) apologiam contexuit religionis catholicae ex hujus sceptici operibus, cujus contradictiones aperit; reliquit quoque egregium *Discours contre le suicide.* — Henricus Postel S. J., Belga, insignis philosophiae et theologiae Duaci professor (n. 26. Maji 1707; † 7. Nov. 1786), scripsit *L'incrédule conduit à la religion catholique par la voie de la démonstration* ou diss. polémiques et démonstratives contre les incrédules, les athées et les déistes, Bruxellis 1769 in 12; *la verité de la religion catholique* démontrée contre toutes les sectes, Tornaci 1772 in 12., quae opuscula laudantur a demonstrationis soliditate.

157. Denique mentionem meret Franciscus Para du Phanjas S. J., de quo plerique bibliographi silent, cum tamen ipse censeri debeat unus e sagacioribus eruditis, qui unquam fuerint, et sec. XVIII. gloria [2]). Natus is est 15. Jan. 1724 in arce Phanjas. Bisontione magno cum plausu docuit philosophiam, adeo ut tercentos numeraret discipulos. Quo tempore edidit *Eléments de Métaphysique sacrée et pro-*

---

[1]) Cf. Backer 2, 1573: l'Ami de la Religion et du Roi 25, 385—90; Biogr. univ. 31, 355; Kneller KL. IX, 444.

[2]) Ita Madrolle in Biogr. univ. 76, 281, qui cum ejusque opera impense laudat et extollit.

fane ou Théorie des êtres insensibles[1]), Bisontione 1767; Parisiis 1780, et latine versa: *Institutiones philosophicae,* 1782; *Théorie des êtres insensibles* ou cours complet de métaphysique sacrée et profane mise à la portée de tout le monde: avec une table alphabétique des matières, qui fait de tout cet ouvrage un vrai dictionnaire de métaphysique ou de philosophie, ib. 1779 t. 3 in 8., editio aucta et retractata. Jam antea ediderat *Théorie des êtres insensibles* ou cours complet de physique spéculative, expérimentale, systématique et géométrique etc., ib. 1773 t. 4 in 8; 1788 t. 5 in 8., opus insigne. *Les principes de la saine philosophie conciliés avec ceux de la religion* ou la philosophie de la religion, ib. 1774 t. 2 in 12; 1792; etiam in Migne *Démonstrations évang.* 9, 9—431, opus egregium ob methodum, elegantem stilum et brevitatem concinnam. *Tableau historique et philosophique de la religion* depuis l'origine des temps et des choses jusqu'à nos jours, cujus tamen prodiisse videtur tantum t. 1; *la religion primitive depuis la création jusqu'à Moyse,* ib. 1784 in 8., cum tabulis astronomicis, geographicis et geologicis, utrumque opus est rarissimum. Vir fuit amplissimi ingenii, infatigabilis laboris, sed simul admodum modestus: unde factum, ut ejus nomen illo tempore adeo turbido tam cito oblivioni daretur. Ad momentum abreptus fuit, ut censeret, licere jusjurandum a regimini clero impositum dare: vix autem agnovit illud a Pio VI. improbari, unus ex primis fuit, qui sacramentum praestitum retractaret longa data epistola ad summum pontificem, suumque quondam sodalem Cerutti genuflexus permovit, ut et ipse retractaret jusjurandum. Decessit mense Majo a. 1797.

158. Adversus *Jansenianos* [1]) praeter Henr. Mich. Sauvage S. J. († 1791), de quo egimus IV[3], 451 a., scripsit

[1]) Quod opus Feller in Journal historique 1785 vocat »un livre sans exemple pour l'élévation de la pensée, la perfection de la méthode, la clarté du style, et qui doit être un jour classique dans l'enseignement.«

[1]) *Jansenianorum* factioni adnumerari debent: Franciscus Malot (n. 1708; † 21. Febr. 1785), de cujus controversia cum Rondet circa tempus magnae conversionis judaeorum (secundum ipsum a. 1849) cf. Biogr. univ. 26, 402; Quérard 5, 477 col. 8, 140. — Laurentius Steph. Rondet Parisiensis n. 6. Maj. 1717; † 1. Apr. 1785. vir singularium opinionum, fanaticus Jansenista, qui finem mundi a. 1860 assignavit, reliquit plura opera, in primis ad s. Scripturam spectantia, inter quae est editio altera s. Scripturae avenionensis 1767—73 t. 17 in 4. (prima est ab. Vence, cf. IV[3], 1424), quam illustravit annotationibus Hubigantii et dissertationibus criticis ex Calmeti harmonia ll. historicorum V. T. gallice, germanice versa interprete Burch. Vollert Augustae 1792 in 8. *Histoire de l'A. et N. T.;* Parisiis 1771. Diss. *sur l'Apocalipse,* ib. 1776 in 4 et 12. etc. Cf. Vigouroux Dict. V, 1199; Feller 7, 319, Biographia univ. 38, 550. — Carolus Franc. Leroi Aurelianensis, quondam sodalis Oratorii, quod tamen reliquit nolens se subjicere bullae Unigenitus († 13. Jun. 1787). Novam curavit editionem et versionem *defensionis declarationis cleri gallicani,* quae tribuitur Bossueto; eaque prodiit 1745 t. 5 in 4. Edidit quoque *opera Bossueti* posthuma 1753 t. 3 in 4., et alia quaedam ejusdem opera. Cf. Biogr. univ. 24, 236; Quérard 5, 214. — Antonius de Malvin de Montazet (n. 1712; † 3. Maj. 1788), episcopus augustodunensis (1748) et archiepiscopus lugdunensis (1758), qui in sua dioecesi omnia innovare molitus est. rituale, breviarium, catechismum, philosophiam et theologiam. Sub ejus auspiciis prodierunt *institutiones theologicae* seu theologia lugdunensis 1780 auctore Josepho Valla Orat. presbytero alioquin pio et erudito († 26. Febr. 1790), Venetiis 1783 t. 6, quae satis vulgata fuit per Galliam et Italiam, sed prohibita decreto indicis 17. Sept. 1792 et impugnata a Pey et Feller; et *institutiones philosophicae,* Lugduni 1782 t. 5 in 12. Sub ejus auspiciis floruit quoque convulsionistarum furor in ipsius dioecesi († 3. Maji 1788). Cf. Feller 6, 123 et passim Séché t. 2. — Gabriel du Pac de Bellegarde, canonicus lug-

Nicolaus Jamin OSB. e congr. s. Mauri, prior coenobii parisiensis s. Germani de Pratis († 9. Febr. 1782), cujus sunt *Pensées théologiques relatives aux erreurs du temps,* Parisiis 1769 in 12., liber accurate et concinne conscriptus Jansenianis admodum ingratus, qui propterea excitarunt magistratum, ut illum prohiberet a. 1769. Ed. a. 1772 est in melius retractata et aucta; saepissime prodiit hic libellus ut Bruxellis 1789 ed. 6; 1792 ed. 7; Parisiis 1825, in varias translatus linguas, germanice München 1770; Mannheim 1785. *Traité de la lecture chrétienne,* Paris 1744; 1774; 1782; 1825 etc.; germanice, Augsburg 1780; Placide à Maclovie *sur les scrupules,* ib. 1774 in 12., germanice Bamberg 1782; Cöln 1846; Würzburg 1896; Placide à Scholastique *sur la manière de se conduire dans le monde* par rapport à la religion, Paris 1775; 1776 in 12; *Histoire des fêtes de l'Eglise,* ib. 1779; Bambergae 1784; *le fruit de mes lectures,* Paris 1775; 1776 in 12; Dijon 1825 cum notitia de auctore; germanice Augsburg 1780. — Demum Joannes Lévesque de Burigny Rotomagensis [1]), socius academiae inscriptionum et literarum, scriptor eruditus et ferax, sed verbosus (n. 1692; † 8. Oct. 1785 a. aetatis 94), praeter alia compilavit sine ordine et judicio *Traité de l'autorité du pape,* 1720 t. 4 in 12., proh. 1722, cujus Chiniac de la Bastide curavit novam editionem 1782, auctam t. 5. In eo redigitur pontificis auctoritas ad primatus umbram. Quare Joannes Pey adversum eum edidit *Réfutation succincte,* Avenione 1787, quam Brancadoro italice vertit 1788 in 8. Melior est *Histoire de la philosophie payenne* ou sentimens des philosophes et peuples payens les plus célèbres sur Dieu, sur l'âme et sur les devoirs de l'homme, Parisiis 1724 t. 2 in 12., iterum 1754 inscripta: *Théologie payenne.* Reliquit et biographias H. Grotii Amsterdam t. 2 1750; 1754; Erasmi 1757 t. 2; Bossueti 1761; card. Duperron 1768; inter academiae diss. saltem 34; et ex t. 12 op. *L'Europe savante* 1717-20 sex sunt ipsius. — Petrus Nic. Voirol O. Praem. (in quo dictus est Jo. Georgius), Gallus, theologiae doctor et protonotarius apostolicus († 3. Febr. 1792) disseruit *de infallibilitate et notis verae ecclesiae,* Biennae 1782. — Nicolaus Franciscus Clericus a Belliberone (Clerc de Beauberon vel Pauperon) in vico Meray dioecesis bajocensis a. 1714 natus est. Adeo erat in Augustini operibus versatus, ut de aliqua ejusdem s. doctoris sen-

dunensis, pro Jansenistarum causa admodum industrius († 13. Dec. 1785), qui omnium *Arnaldi operum* editionem Lausannae t. 45 in 4. curavit et primas partes habuit in edendis *Nouvelles ecclésiastiques; histoire abrégée de l'Eglise metropolitaine d' Utrecht* principalement depuis la révolution arivée dans les sept provinces-unies de Pays-bas sous Philippe II. jusqu'à l'an 1784, Ultrajecti 1852 ed. 3. Virus jansenianum in Austriam, Hispaniam, Lusitaniam omni studio nec sine successu diffundere nisus est. Cf. Stimmen aus Maria Laach 1879 II, 224; hist.-pol. Blätter 86, 643 ss. — Henricus Jabineau post susceptum presbyteratum 1768 advocatum egit subversionis tempore et contra fanaticos suae sectae asseclas, qui penitus adhaeserunt rebellionis principiis, condidit *Nouvelles ecclésiastiques* (anticonstitutionelles) ou Mémoires pour servir à l'*histoire* de la constitution prétendue civile du Clergé, in quibus tamen spiritus sectae omnino se prodit. Cf. hist.-pol. Bl. 124 (1899), 639—46. Obiit 1792. — Marcus Antonius Reynaud Lemovicensis (n. 1717; † 1796), qui se etiam sectae suae excessibus fanaticis opposuit. Cf. Quérard 7, 566; Feller 7, 241. — Eustachius Guibaud congr. Or. (n. 20. Sept. 1711; † 1794), qui recusavit presbyteratum, ne subscribere deberet formularium Alexandri VII. Cf. Feller ib. 4, 301. Dedit *Explication des Pseaumes* à l'usage des collèges, Avenione 1781 t. 3 in 8; *Explication du N. T.,* Parisiis 1785 t. 5 in 8.

[1]) Cf. Biogr. univ. VII, 840; Quérard 5, 278; Dacier Eloge de B., Paris 1788; Gams KL. II, 1539; Feller 2, 255.

tentia interrogatus, et caput et paginam ubi exstaret ex tempore diceret. Annos 49 lectiones theologicas habuit in academia cadomensi, cujus bis fuit rector († 4. Dec. 1790). Edidit tr. theologico-dogmaticum *de homine lapso et recuperato,* Luxemburgi 1777 t. 2 in 8., etiam in Migne *theologiae cursu compl.* 10, 643—1136, quem alii carpserunt, alii, et merito quidem, laudarunt; imo auctor a Pio VI. Breve gratulatorium promeruit. — Petrus Jo. B. Legrand d'Aussy S. J. rhethoricae professor, custos codicum in bibliotheca nationali (n. 3. Jul. 1737; † 5. Dec. 1800) huc referri potest, quia scripsit *La vie d' Apollonius de Thyanes,* Parisiis 1808 t. 2 in 8., cui praemissa est vita auctoris a Lévesque scripta.

159. Etiam in *Italia* plures coeperunt religionis christianae apologiam instituere [1]), quod incredulitatis virus latius semper serperet. Ita Joannes Maria Masnata S. J. Genuensis. — Josaphas Massari congr. Matris Dei († 1781), cujus est *La Religione rivelata,* Romae 1774 t. 3 in 8; *diss. storicho-critiche sopra il concilio di Rimini* con un ragionamento sopra i frammenti attribuiti a s. Ilario, ib. 1779 in 4. — Josephus Guerreri canonicus prolixum edidit Trattato *de' principi dimostrabili della fede christiana,* Placentiae 1754 t. 6 in 8. Natus is est Cremae 4. Sept. 1700 et fuit versatus etiam in musica, mathematica et mechanica. Reliquit praeterea *Filosofia morale cristiana,* Mediolani 1781. 1782 t. 4 in 8. († 1. Febr. 1783). — Thomas Maria Soldati O. Praed., congregationis indicis secretarius, reliquit *de quinque dogmatibus civili reipublicae adversis* christianae religioni ab incredulis per calumniam affictis exercitationem (praesertim adversus Bullinger), Romae 1782 in 4. — Joannes Baptista Noghera S. J. (n. 9. Maj. 1719, † 1784) Vallis Telinae, graecarum ac romanarum literarum peritissimus, in academia viennensi aliquamdiu sacrae eloquentiae professor, cujus opera collecta prodierunt Bassani 1775-1790 t. 18 in 12., ex quibus huc spectant: *Riflessioni sulla filosofia* del bello spirito t. 1; *Riflessioni sulla natura humana* e sulla religione naturale t. 2. et 3. et Bassani 1768 t. 2 in 8; *Riflessioni sulla religione rivelata* et specialmente sul Cristianesimo t. 4. et 1773; *Riflessioni sui carratteri divini del Cristianesimo* e del suo autore t. 5; *Riflessioni per discernere la vera Chiesa cristiana* fra tutte le sette che ne portano il nome t. 6; *Riflessione sulla infallibilità della vera Chiesa cristiana* nel suo magistero t. 7; *Riflessioni sulla infallibilità del Papa* nel magistero dogmatico t. 8. et 1788 in 8; *Riflessioni sui consigli evangelici* e sui lor professori t. 10. et 1780; *Riflessioni sulle pratiche della vera Chiesa* t. 11—13; *Riflessioni sulla divozione e sui divoti* t. 14; *Osservazioni sull' analisi del libro delle Prescrizioni di Tertulliano* t. 15. et 1784 adversus Tamburini, qui in sua analysi hunc l. foede corruperat; *Alle proposte: cosa è il Papa? cosa è un vescovo?* t. 16, adversus Eybel; *Esame sugli spiriti di novità e antichità.* Saggio di esame e progetto di accommodamento t. 17. Omnia haec opera [1]) eleganti prorsus et nitido stilo sunt conscripta, diligentia, eruditione et probandi soliditate excellunt; versiones vero germanicae ab originali multum deficiunt. — Michael Tafuri

[1]) Horum plures recenset Josephus Cernitori S. J. in sua *Bibliotheca polemica degli scrittori* che dal 1770 sino al 1793 hanno o difesi o impugnati i dogmi della cattolica romana Chiesa, Romae 1793 in 4., quae opus est insigniter utile. Natus is est in Urbe vetere (Cività-Vecchia) 19. Febr. 1749, amicus fidelis celebris Zaccaria decessitque 7. Febr. 1821. Ejus quoque est *Della letteraria e cristiana instituzione della prima gioventù ll. 2,* Romae 1788.

[1]) Alia ejusdem opera cf. apud Backer 2. 1570.

episcopus ravellensis (1765—78), dein cavensis († 6. Oct. 1796) disputavit *de auctoritate ss. pontificum,* Bononiae 1740. — Laudi professor in academia taurinensi auctor est egregiae diss. *Ragione, Religione,* Taurini 1786 in 8. et ut videtur libri: *L'incredulo guidato alla religione rivelata* ed il fidele corroboratovi dalla ragione, ib. — J. M. Costa de Cassinasco O. Min. Observ. operis *de religione adversus incredulos,* Bononiae 1788 t. 2 in 4. Concinnavit etiam *Manuale chronologicum,* quod ecclesiae orientalis et occidentalis statum, seriem pontificum et patriarcharum, concilia generalia et particularia etc. complectitur, Bononiae 1782.

160. Andreas Spagni S.J. Florentinus, n. 1716, philosophiae et theologiae prof. († 16. Sept. 1788), auctor est operum philosophicorum, in primis op. egregii *de miraculis,* Romae 1777 in 4; 1785 t. 2 in 4. ed. aucta et expolita, in quo potiora miracula V. et N. T. a cavillationibus adversariorum solide vindicat. Diluit argumenta, quae ab Argens, Jo. Clerico, Peyrerio, Woodwardo adducuntur adversus diluvium universale. Solvit objectiones aliorum contra transitum maris rubri et Jordanis, contra stantem sub Josue solem, contra prophetias, contra sanationes a Christo peractas, contra ejus resurrectionem fieri solitas. Quaecunque ad elidendam miraculorum veritatem oggeri consuerunt argumenta petita e praestigiis, quas patrarunt magi in Aegypto, Aesculapius, Apollonius thyaneus etc., sedulo collecta hic invenies cum responsionibus idoneis, adeo ut Spagnii liber loco multorum esse possit [1]). *De causa efficienti* diss., Romae 1764; *de bono, malo et pulchro,* ib. 1766; 1776; *de mundo* 1770; *de anima brutorum,* 1775; 1786 ed. aucta. Nititur auctor in suis opp. spinosas methaphysicae subtilitates multa et amoena eruditione emollire. — Ejus sodalis Jacobus Belgrado, utinensis (n. 16. Nov. 1704; † 26. Mart. 1789), celeber fuit sui temporis mathematicus, physicus et astronomus [1]), ideoque fere omnium academiarum per Italiam socius. Carus erat et principibus, a Ferdinando I. Parmae duce comes dictus. Edidit *Dell'esistenza di Dio* da' teoremi geometrici dimostrata diss., Utini 1777 in 8; *dall'esistenza nel nostro mondo d'una sola specie d'esseri ragionevoli e liberi s'arguisce l'esistenza di Dio* [2]), ib. 1782 in 8; Ragionamenti sacri *su le tre prigionie* di s. Giovanni Battista, di s. Pietro et di s. Paulo, Utinae 1824 in 8. — Emmanuel a Domiossula O. Cap., antea Carolus Prinsecco dictus, edidit *Dissertazioni in forma di dialoghi* intorno a vari dogmi cattolici per dimostrare la loro verità contro li cosidetti spiriti forti e specialmente i seguaci degli errori di Voltaire, Romae 1785 t. 3; *della Chiesa in generale e della gerarchia ecclesiastica,* dissertazioni teologico-polemiche, ib. 1788. t. 2. — Barelli disseruit *de christiana religione* ll. 7, Bergomi 1790.

161. Antonius Valsecchi [3]) O. Praed., n. 1708 Veronae, philosophiae, deinde 33 annos in universitate patavina theologiae professor († 1791), edidit *Dei fondamenti della religione e dei fonti della empietà,* Patavii 1765 t. 3 in 4; 1777; Taurini 1769. 1770 ed. 4., opus accuratum, eruditum et sagacis judicii; *la religione vincitrice* relativa ai libri de' fondamenti, ib. 1776 t. 2, praecedentis operis continuatio

[1]) Cf. nova bibl. eccl. frib. 5, 518—25.

[1]) Cf. Sommervogel I, 1143—48; Fabronius t. XVII; Card. Belgrado Comment. della vita e dell'opere del ab. Conte Jac. B., Parmae 1795; Caballero Suppl. I. script. S. J. p. 93 s.

[2]) Hanc etiam demonstravit Jo. Roth in l. *Gottesdasein* und Willenswesen unwiederlegbar bewiesen, Wien 1793 in 8.

[3]) Alius a Virginio Valsecchi OSB., de quo egimus IV[3], 1292.

adversus Frereti *Examen des Apologistes* et adversus *Système de la nature* et *Système social* ou principes naturelles de la Moral et de la Politique (Londini 1773); *la verità della Chiesa cattolica romana,* Patavii 1787; latine 1791. Post ejus mortem prodierunt *praelectiones theologicae,* ib. 1805 t. 4 in 4. — Adversus eundem Freret scripsit Nicolaus Spedalieri (n. 6. Dec. Bronte in Sicilia a. 1740; † 29. Nov. 1795) *Analisi dell' esame critico del cristianesimo di Nic. Freret,* Romae 1774 in 4., Assisii 1791 t. 2 in 4. *Confutazione dell' esame del cristianesimo* fatto da Gibbon nella sua *storia della decadenza del imp. r.,* Romae 1784; Placentiae 1798 t. 2 in 4; *Della influenza* della Religione sull' in civilimento, Roma 1789; *de' diritti dell' uomo ll. 6,* ne' quali si dimostra che la più sicuro custode de' medesimi nella società civile è la religione cristiana, Assisii 1791 in 4; Genuae 1805; germanice Salisburgi 1794—95, in quo media studens incedere via, conciliare nititur jura hominis, quae adeo jactabant philosophi libertini illius seculi, cum spiritu et doctrina Evangelii; et approbare regicidium etiam s. Thomae auctoritate, in casu tamen extremae tantum necessitatis. Neutri parti arrisit hoc opus; non libertinis, quod auctor tueretur strenue revelationem positivam, potestatem et infallibilitatem Ecclesiae; neque plerisque theologis Italiae, quod nimium concederet auctor incredulis[1]): ideoque etiam plures illud impugnarunt, ita anonymus in *Dottrina di Spedalieri sulla sovranità* confutata da per se stessa. Ita Josephus Tamagna[2]) Conv. († 1798) in *Due Lettere sull' opera de' diritti dell' uomo,* Romae 1792 in 8; Salomo Toni in *Ragguaglio del giudizio formato dell' opera* intitolata *de' dritti dell' uomo* e delle prime quattro impugnazioni della medesima; Fr. Boaretti, de quo infra; Bianchi in *Lettera dell' Adriatico sopra l' opera* etc., Venetiis 1793 in 8., cui opposuit Spedalieri *Difesa de' diritti dell' uomo,* Assisii 1793 in 8. — Jos. Serrano SJ. qui cum in Paraquariam contenderet, ne exire quidem navi permissus est, sed in Italiam delatus fuit. Post diuturnum exsilium obiit Matriti 20. Sept. 1822. Scripsit *Vera origine della Sovranità temporale,* Imolae 1702, qua in diss. Spedalieri acriter exagitat.

162. Appianus Buonafede O. Coel. Comachiensis, in variis monasteriis theologiae lector et abbas (1793) edidit *Sermone apologetico* per la gioventù italiana contro le accuse contenute in un l. intitolato: Della necessità e verità della religione naturale e rivelata, Lucae 1756 in 4. sub literis T. B. B. — Horatius comes Buccelli exhibuit *le proprietà della Chiesa di G. Cristo* dalli loro annali dimostrate divine, Romae 1792 in 4. — Bernardus Salvoni O. Cist. disseruit *de foedere religionis naturalis* cum religione divinitus revelata ll. 4, Romae 1792 in 8. — Maximus Como O. Olivet. scripsit *L'uomo, lo stato, la religione,* riflessioni filosofiche, ib. 1793 in 8. — Josephus Maria da Soriano O. Cap., lector et definitor, *La cattolica libertà* vendicata dalla perfidia dei Giacobbini francesi, 1796 t. 2 in 8., cui op. additum est: *Antidoto a' miscredenti.* — Antonius Maria Gardini O. Cam. episcopus cremensis († 1800), de quo egimus etiam IV[3], 1361, *Veritates catholicas* ex incorruptis fontibus hausit atque ad ecclesiasticorum studium praesertim accommodavit[1]),

[1]) Ita Molteni in Less. eccl. IV, 801: Nocque alla sua fama l'aver egli voluto quasi nobilitare e cristianizzare la dottrina del cosidetto patto sociale.

[2]) Hujus quoque est opus (polemicum) eruditum: *Origine e prerogative de' Cardinali* della santa romana Chiesa, 1790 t. 2 in 4.

[1]) Cf. Nova bibl. eccl. friburg. 1, 426-50, ubi opus summopere commendatur.

Venetiis 1774 in 8; *Verità di Teologia naturale* dedotte da soli principi di ragione contro gli atei, deisti e materialisti, specialmente l'opera intitolata: *le bon sens* ou idées naturelles opposées aux idées surnaturelles, Patavii 1778; Romae 1790 t. 3 ed 2. — Francisci Antonii Baldi sunt: *Apologia catholica religionis* ad Hebraeos, novatores et incredulos, Venetiis 1799 in 4; *incognitorum hactenus vaticiniorum de cruce interpretatio* ex hebraeo et declaratio, Romae 1818 in 4. — *Institutiones theologicas* Cunei primum, dein Taurini 1781 edidit Petrus Ant. Ghio in universitate taurinensi theologiae dogmaticae professor et librorum censor. — Josephus Sigrandi refutavit *Opinione del S. Rabaut, ...* Niun uomo può esser inquietato a cagione delle sue opinioni, nè disturbato nell'esercizio della sua religione, 1789 in 8. — Josephus Sans edidit l. inscriptum: *Qui fidei hostes* philosophico-theologica velitatio eorum maxime bono suscepta, qui a diuturniori tempore sub christiano nomine errores fere cum lacte misere trahunt, ut a signis, de quibus hic vel levi manu disseritur, fidei hostibus facile deprehensis, vale tandem dicant, Deoque vocanti morigeri ad solicitae Ecclesiae matris sinum exempla secuti luculentissima properent, ordinis cum ecclesiastici, tum politici incolumitati ac saluti aptata, Faventiae 1792 in 4.

163. Adversus *protestantes* scripserunt Flaminius Cephalius, qui *vindicias coelibatus* ecclesiae occidentalis contra nuperos scriptores in lucem emisit, Augustae V. 1787. — Franciscus Calzoni *Esposizioni in forma di catechismo* dei dogmi e precetti della cristiana cattolica religione difesi dalle principali calunnie e opposizioni sino ad ora publicate da' loro aversari, Bononiae 1789 t. 3. — Albertus a s. Josepho Calasanctio Pappiano schol. piar., Florentinus (n. 1709; † 21. Juni 1790), viginti fere annos philosophiae, et triginta theologiae professor, *doctrinam christianam de sacrosanctis Ecclesiae sacramentis* ab heterodoxorum erroribus vindicavit, Florentiae 1771-73 t. 3 in 4 v. — Quibus adde Josephum Tavelli[1]), Brixianum, discipulum famosi Zolae (n. 1764; † 24. Oct. 1784), qui juvenis viginti annorum scripsit *Apologiam Brevis Pii VI. dati ad Martini,* in qua proposuit doctrinam Ecclesiae de lectione s. Scripturae in lingua vernacula, Patavii 1784 in 8.

164. Cum Janseniani[2]) audacius de die in diem caput in Italia attollerent,

---

[1]) Cf. Biogr. univ. 45, 70.

[2]) His plus minusve accenseri debent Joannes Andreas Serrao Orat., Neapolitanus (n. 1734), episcopus Potentiae (1782), diu tamen recusatus ad sede apostolica et nonnisi post umbram saltem cujusdam retractationis confirmatus. Satis enim abjecte locutus erat de sede apostolica in suis operibus. Interfectus in suo lecto ut fautor reipublicae et proditor regis sui occubuit a. 1799. Cf. Reusch II, 930. — Martinus a Praesentatione b. V. Mariae Natali sch. piar. (n. 1729; † 28. Jun. 1791) in famosa academia ticinensi theologiae professor, quem propter favorem Jansenianorum sectae et erroribus impensum episcopus patavinus excommunicavit 5. Maji 1775, qua excommunicatione non obstante praelectiones theologicas habere perrexit. Cf. hist. pol. Blätter 87, 397 s. Alios nominabimus infra sect. VI. Cf. copiosam literaturam, cui Jansenianorum conatus occasionem dedit, apud Roskovány 3, 985 ss. — Inter eos, qui contra ipsos scripserunt refer et (Jo. Carolum) Marcum a s. Francisco Carm. Venetiis 5. Apr. 1712 ortum, concionatorem zelo apostolico succensum († 1793), qui plura opera sodalis sui Honorati a s. Maria, praesertim ea quae scripserat contra Jansenium (cf. IV[3], 1163), ex gallico italice vertit. Dedit etiam *Brevi avvertimenti* ... a giusti e saggi estimatori del c. Pr. P. T. (Tamburini) intorno ad una digressione sopra il Pontifice e la Chiesa di G. C. da lui introdotta nella sua Analisi delle Prescrizioni di Tertulliano (Pavia 1781), Parmae 1782. — Julianum Ettore Ruffo archiepiscopo apameensi et nuncio apostolico apud Caesarem a secretis, et Franc. Santoni, de quibus cf. Roskovány 6, 668, 671.

adeo ut vel in synodum duce Scipione Ricci Pistoriae convenerint, fidem et disciplinam Ecclesiae secundum sua principia modulaturi: non defuerunt, qui calamum in eos stringerent illiusque synodi placita refellerent. Huc spectant Muscari O. S. Bas. abbas in l. *La fede e il cristianesimo alla moda filosofico-teologica e galante del presente secolo,* Hagiopoli 1790, et in ep. sub nomine Ivonis Gelasii ad Scip. Ricci data, Philadelphiae 1788 in 8. — Cajetanus del Giudice S. J. Siculus (n. 19. Dec. 1735; † 1795) in *Apologia di molte verità* spettanti alla dottrina e disciplina della Chiesa esposte in casi morali sciolti da un teologo nella conferenza colla scorta della Scrittura e della Antichità, Pentapoli (Romae) 1789 t. 5 in 8., opus eruditum et solidum: *La scoperta de' veri nemici della Sovranità* sedicenti regalisti fatta in dodeci congressi, Romae 1794 in 4; *delle due podestà* spirituale e temporale, Romae 1784 in 4. — Josephus comes Reccho in Ragionamento polemico *dell' esistenza di vera giurisdizione nella Chiesa cattolica* stabilita nell' autorità del romano pontefice et della sua sede, Romae; et in Diss. epistolare intorno alla celebre controversia *del Battesimo degli eretici tra s. Stefano e s. Cypriano,* ib. 1791 in 8; Discorso *sulla riprovazione della sinagoga* e sulla vocazione delle genti. — Joannes Baptista a s. Dominico Molinelli schol. piar., Genuensis, reipublicae theologus, assistens praepositi generalis (n. 1729; † 1799), in op.: *Dell primato dell' Ap. s. Pietro e dei romani pontifici suoi successori* in confutazione di vari scritti che hanno per titolo: Il Papa, o siano ricerche sul primato, Eleuteropoli (Romae) 1784 in 8., pro quo opere insigni (et raro) meruit a Pio VI. praemio honorari. — In eodem argumento egregie versatus est Melchior Benedictus Gioannetti O. Cam. Bononiensis (n. 9. Jan. 1722), abbas monasterii ravennatensis, deinde romani in monte Coeli, a Pio VI. electus archiepiscopus bononiensis et cardinalis († 8. Apr. 1800), qui ad praemuniendum gregem ab illius aevi erroribus doctas emisit *instructiones pastorales* (18), Bononiae 1784, quibus in primis tuetur sedis romanae primatum. — Franciscus Roberti[1]) S. J. Neapolitanus (n. 24. Jun. 1726) edidit *Dodici dubbi da proporsi al S. Teologo* compilatore del libretto che ha per titolo: *Breve catechismo sulle indulgenze* secondo la vera dottrina della Chiesa proposto dal vescovo di Colle a suoi parrochi per servirsene d' istruzione ai loro popoli colla giunta di una breve (sed accurata et docta) diss. sulle indulgenze dai principî della Chiesa sino a' dì nostri, s. l. et a. — De quo argumento disseruit quoque Michelangelus Fumè O. Cam., congregationis Indicis consultor et ordinis praepositus generalis, in *Difesa delle dottrine del concilio di Trento sulle indulgenze,* Romae 1789, quam opposuit Tr. *storico-critico-dogmatico sulle indulgenze.* — Josephus Fontana congr. s. Bern. abbas scripsit *Difesa dell' episcopato* contro le moderne pretensioni di alcuni parrochi, che può servire di risposta a molte operette uscite in questi ultimi tempi, Venetiis 1789 in 8. — Eugenius Guasco canonicus s. Mariae maj. Romae sub nomine Severini Deserti compilavit *Dizionario Ricciano et Antiric-*

[1]) Alius a Joanne Baptista R. pariter S. J. nato Bassani 4. Mart. 1719, qui in literis humanioribus admodum erat versatus, concionator 18 a. Bononiae et operibus apostolicis impense deditus († 29. Jul. 1786). Ejus opera prodierunt Bassani 1797 t. 15 ed. 2; Venetiis 1830. 1831 t. 19, quorum I. continetur ejus elogium et t. IX. *Lezioni sacre sopra il fine del Mondo,* opera postuma, quae prodierat jam 1792 t. 2 in 8. Opera laudantur a stili nitore et munditie, sed non satisfecerunt exspectationi, quam lectores de eo conceperant. Ea recenset Sommervogel sub n. 89 VI, 1906-21. Cf. Caballero I, 241 s.; Moreschi in comment. de ejus vita, Bononiae 1788; G. B. Bovio Elogio del Conte Ab. G. Roberti, Bassano 1787.

ciano, Sorae 1793 in 4., quo complectitur omnes errores factionis, quae sub Ricci episcopi nomine militavit. — Carolus Borgo S. J., Vicetinus (n. 1731; † 1794), auctor pulchrae devotionis novendialis in honorem ss. cordis Jesu, Ferrariae 1786 et saepissime alibi, scripsit *Lettera ad un Prelato romano,* Halae (Assisii) 1788, in qua breviter sed sagaciter aperit errores synodi pistoriensis: unde annales ecclesiasticae florentinae vehementer illam impugnant. Quare Borgo illis opposuit *Seconda Lettera ad un Prelato romano* sull'idea falsa, scismatica, erronea, eretica, contradittoria, ridicola della chiesa formata dal sinodo di Pistoja, ib. 1790 in 8., in qua ostendit ex illius synodi doctrina sequi, Ecclesiam esse invisibilem, depravatam, anarchicam [1]) etc.

165. Theologiae positivae et polemicae *cursum* composuerunt Andreas Sgambati O. Min., cujus est opus *de theologicis institutis,* Neapoli 1775—83 t. 14 in 7 pp. in 8; commentarius *in psalmos,* Romae 1794 in 4. — Josephus Zanchi S. J., Flumine (Fiume) n. 24. Aug. 1710, theologiae in academia viennensi professor et post societatis Jesu suppressionem canonicus goritianus († 1786), reliquit *institutiones theologicas,* quas in universitate viennensi auditoribus suis exposuit: prodierunt tamen tantum tr. de gratia et de virtutibus theologicis Viennae 1754. 1755 t. 2 in 8. — Bernardinus a s. Thoma Aquinate Vestrini schol. piar. Florentinus (n. 1714; † 1786) philosophiae et theologiae moralis in seminario cortinensi professor, edidit *Lettere teologiche,* Aretii 1749. 1750, pp. 4 in 8., quibus fere universam theologiam succincte complectitur. — Angelus Cigheri in Etruria n. 19. Aug. 1739, Colonicae parochus († 27. Mart. 1793) auctor est prolixioris operis *Sanctae catholicae Ecclesiae dogmatum et morum ex selectis veterum patrum operibus veritas demonstrata* seu veterum patrum theologia universa, Florentiae 1791 t. 13 in 4. Componitur [1]) haec theologia selectis Patrum opusculis systematice coordinatis additis Ecclesiae definitionibus et annotationibus juxta consilium b. Thomasii (cf. IV[3], 983). — Josephus Simioli, Neopolitanus (n. 26. Jun. 1712; † 1799), theologiae professor et canonicus ecclesiae cathedralis — et Petrus Maria Gazzaniga O. Praed., Bergomas n. 3. Mart. 1722, in academia bononiensi philosophiae et historiae ecclesiasticae, et a. 1760 in universitate viennensi professor tantae famae, ut ejus praelectiones praesentia sua honoraverint ipse Pius VI., dum Viennae degeret, Maria Theresia imperatrix et cardinales Migazzi et Garampi. Anno 1782 munere docendi se abdicavit, rediitque Bononiam, deinde Vicetiam, ubi etiam decessit 11. Dec. 1799. Edidit *praelectiones theologicas,* Viennae 1763 t. 4 in 8; 1770—75; 1775—79, ed. emendata et aucta, in quibus disserit de Deo ejusque proprietatibus, de Trinitate et creatione, de actibus humanis, de gratia deque virtutibus theologicis. Reliquas partes tractarunt ejus collegae Gervasio et Bertieri O. S. Aug. Postmodum tamen *praelectiones de universa theologia* elaboravit ediditque Bononiae 1788—93 t. 9 in 4; Bassani 1831. Ejus doctrinam parum commendat candida confessio, calvinianam synodum dordracenam „ad sanam thomistarum de praedestinatione et reprobatione doctrinam descendisse." Edidit quoque *theologiam dogmaticam in systema redactam* [2]) Ingostadii 1786 pp. 2, quarum alteram tamen composuit Bertieri; *Theologiam polemicam,* Viennae 1778—79 t. 2 in 8; Mogun-

[1]) Cf. Sommervogel I, 1794; VIII, 1873 s.

[1]) Cf. Salaville Revue August. VII (1908), 472—82.

[2]) Cf. nova bibl. ecc. frib. 3, 3—16.

tiae 1783, quae est apologia religionis christianae et Ecclesiae catholicae. Acer Molinistarum et probabilismi (cf. praelect. Viennae 1779 t. V p. 170—283) est adversarius et encomiastes Simonis Stock, praecursoris josephinismi, quem ut restauratorem thomismi in academiis Austriae depraedicat! Contra ejus praelectiones edidit J. B. Cortes S. J. *Observationes theologicas,* Assissi 1796 t. 2. — Jos. Grandi S. J. n. 17. Febr. 1727, ob insigne concionandi talentum concionator caesareus dictus, quo munere functus est etiam Soc. Jesu suppressa († 7. Mart. 1793), coepit *Cours abregé* de Religion, Viennae 1780, cujus videntur tantum duo prodiisse tomi.

166. De *singularibus* argumentis disputarunt: Joannes Chrysostomus Trombelli, theologus eruditissimus, cujus opera nunc etiam pretio non carent. Natus est Trombelli Nonantolae 5. Mart. 1697, in baptismo Raymundus Anselmus dictus. Cum mater ipsum lactare non posset, per menses quatuor caprae lac suxit. Juvenis annorum 16 se adjunxit canonicis regularibus ss. Salvatoris (12. Febr. 1713). Absolutis Romae studiis designatur philosophiae primum, deinde Bononiae theologiae lector, quam cathedram rexit annis duodecim. Defuncto abbate Passini electus est in successorem (1737), in secretarium Galli praepositi generalis (1751), visitatorem (1754), procuratorem generalem (1757), demum in praepositum generalem (1760). Juvenis delectabatur poësi, sed adultior factus scientiae theologicae totum se dedit, quantum per munerum occupationem licuit, ne honesta quidem recreatione sibi permissa. Decessit fere subito 24. Jan. 1784 optimus et infatigabilis senex a. aetatis 87, religionis 71, ob virtutem et eruditionem modestiae insigni junctam magni factus a Benedicto XIV., Maria Theresia imp., Victorio Amadeo rege, qui ipsi cathedram in academia taurinensi obtulerat, quam ex sodalium et patriae amore recusavit, a card. Quirino aliisque principibus et viris eruditis, qui in ejus honorem numisma excuderunt hac inscriptione: „Fertilis et varius, nam bene cultus ager [1])“. Potiores studiorum suorum fructus sunt: *De cultu sanctorum diss. 10,* quibus accessit appendix de cruce, Bononiae 1751 t. 6, doctae et eruditae. Hinc Zaccaria de hoc argumento disserens [2]): „Trombelli, inquit, in hac tractatione ob oculos semper habendus est, qui de his omnibus agit luculentissime.“ Illas acriter et satis inurbane impugnavit Kieslingius editis *exercitationibus historico-theologicis* Lipsiae 1746, quibus Trombelli indignum censuit respondere, etsi multum eum urgeret Quirinus. Demum hortante Benedicto XIV. scripsit modestissimas *priorum quatuor de cultu SS. diss. vindicias* [3]), ib. 1751 sub nomine Philalethis Aphobi, quae adeo placarunt Kieslingii animum, ut hic scripta ad Trombellium humanissima epistola ipsum voluerit recipere inter amicos; imo postea ejus diss. *de acus nauticae inventore* germanice vertit. Diss. epistolaris *in quasdam veteres litanias,* in coll. calogerianae t. 32. *Veterum PP. latinorum opuscula* nunquam ante hac edita [4]), ib.

---

[1]) Cf. commentarium de ejus vita conscriptum a Vincentio Garafolo, Bononiae 1788 absque auctoris nomine; Fantuzzi, Notizie degli Scrittori bolognesi 8, 122—128; Biogr. univ. 46, 570.

[2]) In annot. ad Petavii dogm. theol. de incarn. XIV, 12 n. 19. In A. E. lips., in fine recensionis a. 1746 p. 341—43 legimus. „Celebramus merito auctoris diligentiam, ordinem et moderationem, ingenue fatentes, haud facile deprehensumiri quemquam inter pontificios, qui telam propositam tam plene et tam temperanter detexuisse sit aestimandus. Id unum notamus, secus sentientes haud nominatim esse designatos, nec scripta eorum distincte nominata“.

[3]) Cf. St. Lett. d'It. 3, 57—65.

[4]) Cf. ib. 3, 16—27; 12, 286—89. Tomum primum hujus collectionis complectentem *commentarium in psalmos* Marci

1751 t. 2. p. 1. scil s. Cypriani exhortatio ad poenitentiam; s. Hilarii pictav. epistola seu libellus; de dedicatione Ecclesiae sermo eidem Hilario tributus; qq. in Habacuc prophetam d. Hieronymo tributae; de jejuniis disp.; chronica succincte descripta de regno Hebraeorum; sermo in die dominica paschae d. Hieronymo tributus; soliloquiorum, quae Augustino tributa sunt, caput postremum; Paulini mediol. libellus de benedictionibus patriarcharum (a Mingarellio illustratus); sermo s. Leonis P. de quadragesima; serm. de resurrectione Domini et in festivitate s. Pauli, eidem Leoni tributi; sermo de Abrahae filio. In altero p. (edita ib. 1755) continentur Bedae praefatio in ep. canonicas; Claudii taurin. in ll. Regum capita multis in locis emendata et collata cum iis veterum locis, quos ipse exscripsit; Prudentii tricassini ep. florilegium ex s. Scriptura; Godfridi vindocinensis epist. duae; G. mediol. archiepiscopi ep.; Huguccionis ferariensis ep. de symbolo: vetusti canonici reg. opusculum de cognitione verae vitae, de Deo et vita aeterna (a Mabillonio jam editum); Innocentii III. de quadripartita specie nuptiarum; antiquus episcoporum ecclesiae bononiensis catalogus, collectio rara. *Memorie istoriche* concernenti le due canoniche di s. Maria di Reno e di s. Salvatore insieme unite[1]), ib. 1752; *s. Antipatri ep. sermo de b. Virgine* cum annotationibus, in coll. calog. t. 43; *Arte di conoscere l'età de' codici latini e italiani,* ib. 1756; 1778; Neapoli 1780 inscio auctore inscripta *Diplomatica,* quem titulum auctor ipse reprobavit, ed. mendis scatens. *Mariae ss. vita ac gesta cultusque illi adhibitus* per diss. (eruditas) descripta, Bononiae 1761 t. 6 in 4; *ordo officiorum ecclesiae senensis* ab Oderico ejusdem ecclesiae canonico a. 1113 compositus, adnotationibus illustratus vindicatusque, ib. 1766; *trattato degli angeli custodi,* ib. 1747; 1767; *vita e culto di s. Giuseppe,* ib. 1767; *vita e culto de ss. genitori di Maria V. Gioacchino ed Anna,* ib. 1768; in utroque tamen op. desideratur judicium criticum; tr. *de sacramentis* per polemicas et liturgicas diss. distributi, Bononiae 1769-83 t. 13 in 4., opus rarum, in quo tantum agit de baptismo, confirmatione, extrema unctione et matrimonio. »Utinam, inquit Zaccaria[1]), praestantissimo viro opus absolvere liceat. Nihil certe ad rem Italiae liturgicam pernoscendam suscipi poterat opportunius. Ille enim quum insignem liturgicorum editorum ac msc. supellectilem collegerit, quod Martenius ex libris praesertim gallicis praestitit, ex italicis maxime impressis scriptisque codicibus sacramentorum ritus exhibet illustratque uberiore etiam certioreque luce, quam liturgicis monumentis theologia perfundit«.

167. Benedictus Volpi S. J. Bergomi n. 5. Jul. 1730 dicitur in sepulcrali inscriptione, praepositus alumnis ecclesiae crematis regundis, censor venetus librorum edendorum, vir mitissimi ingenii, auctor optimorum consiliorum († 13. Sept. 1803). Narrat ipse *Storia della celebre controversia di Crema* sopra il publico divin diritto alla communione eucaristica nella Messa con una diss. sullo stesso argomento[2]), Ve-

---

Marini hactenus ineditum debemus celeberrimo Mingarelli, de quo mox.

[1]) Cf. ib. 7, 544—48.

[1]) Biblioth. rit. 2, 318.

[2]) Cf. de hac controversia Reusch II, 979 ss. — Minus probandus est Joannes Cadonici canonicus cremonensis (n. Venetiis 1705; † 27. Febr. 1786), vir singularium opinionum, qui patres non satis decore tractat. Edidit inter alia: *Vindiciae augustinianae ab imputatione regni millenarii,* Cremone 1747, in quo s. Augustino adscribit opinionem, sanctorum animas jam in V. T. admissas fuisse ad visionem Dei intuitivam (cf. St. Lett. d'It. 2, 500). Quae cum merito aliis theologis displi-

netiis 1790 in 8. Coepit haec controversia sub Calini episcopo cremensi a. 1733 auctore Guerrieri sacerdote atque fere universam Lombardiam commovit plurimis theologis id iuris vindicantibus fidelibus. Congregatio s. rituum, Benedictus XIV. et Pius VI. controversiam diremerunt atque auctor noster docte Ecclesiae sententiam tuetur. Controversiam illam pene sopitam iterum excitaverat Mich. Maria Nannaroni editis pluribus opusculis, quibus contendit, communionem populi liturgicam esse partem divino sacrificio intrinsecam, connaturalem, inseparabilem, substantialem, sine qua minime perfectum sit sacrificium; praeterea addit, fidei dogma esse, cui absque haereseos nota nequeat contradici, ministrandam esse jure divino fidelibus eucharistiam in sacra synaxi ex particulis in ea consecratis excepto casu communionis infirmorum, qui missae nequeant interesse, aliove gravis necessitatis motivo. Proscripti fuere decreto 18. Aug. 1775 illi liberculi (17), auctorque laudabiliter se subjecit suosque errores publice retractavit ep. Foggiae data d. 5. Martii 1779. Sed en in erroris defensionem Carolus Maria Traversari OSM., Ferrariensis, theologiae professor, surrexit edita *de incruenti N. L. sacrificii communione* theologico-polemico diss., Patavii 1779, cum alio gemino libello: utrumque tamen pariter proscriptum decr. 3. Dec. 1781. Non tamen se subjecit Traversari, variis diss. errorem suum vindicans, unde ejus *instruzione intorno al s. Sacrifizio della Messa,* ejusmodi diss. aucta, Genuae 1798, iterato proscribi meruit 22. Mart. 1819. Adversus Hontheim edidit idem Traversari Ennodii Faventini *de romani pontificis primatu* adversus J. Febronium diss., Faventiae 1771[1]) in 4. et ad eum efficacius refutandum coetum instituit literarium.

168. Sebastiani Marcuzzi, Tarvisini, juris canonici professoris (1763-1770) et parochi (n. 20. Sept. 1725; † 19. Febr. 1790), exstant[2]) diss. in Matth. 19, 9: *Quicunque dimiserit* etc., in qua hic locus ex hebraeorum antiquitatibus illustratur et catholicae sententiae auctoritas praedicatur, Tarvisii 1752; diss. *sopra i miracoli,* ib. 1761. Cum Carolus Calvi[3]) O. Praed. in academia ticinensi professor[4]) edidisset *Ricerche sul Divorzio fra' cristiani,* Ticini 1790, in quo l. divortium tuetur; egregie solideque ei aliisque divortii patronis in op. *Errori correnti sul divorzio confutati,* Romae 1792 in 4. occurrit. — Petrus Marinus (ante Decius dictus) Mussita[5]) Min. Obs. Ref. Patavinus (n. 26. Febr. 1724; † 3. Oct. 1791), insignis concionator, vertit aliquot opera ex gallico in linguam patriam, inter quae op. Chardonii *Histoire des Sacrements* (cf. supra p. 62) annota-

---

cuerint, prodierunt nimis acres *Dialoghi tre* in difesa delle vindicie Agostiniane, Roboreti 1753. Ceterum ejus assertum invicte refutavit Mamachi in op.: *De animabus justorum in sinu Abrahae ante Christi mortem expertibus visionis Dei ll. 2,* Romae 1766 t. 2 in 4. Diss. *de dicto Augustini:* »Ecclesiam Christi serviturum sub regibus hujus seculi« (*de catechiz. rudibus* c. 21 n. 37), quam publicae luci dedit famosus josephinista Zola Ticini 1784 adjecta praefatione. In ea pervertitur Augustini sensus et Ecclesia in pluribus subjicitur principum arbitrio. Cf. hist. pol. Blätter 87, 395.

[1]) Cf. Michaud Biogr. univ. 42, 100.

[2]) Ejus elogium cum operum elencho cf. in Giornale de' letterati d'Italia, Mutinae 46, 61.

[3]) Alius ab eo est Paulus Calvi Carm. Vicetinus (n. 1716; † 1781), qui collegit *Bibliotheca* o storia di quegli Scrittori così della città come del territorio di Vicenza, sub nomine Angeli Gabrielis, in qua pertingit usque ad a. 1700, Vicetiae.

[4]) De aliis hujus famosae academiae professoribus novarum et erronearum opinionum fautoribus, ut sunt Franc. Ant. Alpruni P. Barn., Ant. Mussi etc. cf. Reusch II, 963.

[5]) De ejus fratre Justo supra egimus pag. 260. Cf. Vedova 1, 637 de utroque.

tionibus illustratum sub nomine Bernardi a Venetiis, Veronae 1754. 1755 t. 3 in 4. *Esamina dell' op. intitolata l' antica disciplina della Liturgia* ossia Messa celebrata colle sole offerte per i vivi e per i morti, Tridenti 1769 in 8; ep. ad amicum contra scriptiunculam *de baptismo parvulorum decedentium in utero; Difesa del celibato romano* e progetto per la sua riforma, Venetiis 1766. — Emmanuel Maria Pignone del Caretto e principibus Alexandriae OSB. Italiae assistens, postea regii Siciliarum principis confessarius, ac demum episcopus suessianus († 1796), elaboravit l. inscriptum, *Augustinus sui interpres* in explicanda gratia naturae innocenti necessaria ad bene agendum.

169. Joannes Baptista Federici[1]) OSB. Sangermanensis egregiam doctamque reliquit diss. *la immacolata concezione della b. V. Maria* comprovata dai sentimenti de' ss. Padri nel rincontro di un inno attribuito al Dottor s. Ambrogio, Neapoli 1792. Hymnum recudit annotationibusque illustravit etiam Ballerini in *sylloge monumentorum ad mysterium immac. conc. V. Deiparae illustrandum* 1, 26 ss. ed. paris. 1855. Prius jam in lucem emiserat adversus Muratori tr. polemicum *de Matre Dei,* cujus singularia privilegia votumque panormitanorum de tuenda illius immunitate a peccato originali etiam cum sanguine a censura Lamindi, Lampridii et Valdesii vindicantur, Neapoli t. 2 in 4.

III. Disciplinae ad s. Scripturam spectantes.

170. Etsi hac epocha vix fuerunt qui exelluerint in studio biblico, illud tamen non prorsus evanuit. In disciplinis isagogicis versati sunt, Hieronymus Lamy Besange OSB. in monasterio cremifanensi Linciensis n. 22. Jul. 1726, ab a. 1757 usque ad vitae finem (29. Jul. 1781) s. Scripturae et hermeneuticae professor, cujus sunt: *Introductio in V. T. critico-hermeneutico-historica,* qua exhibetur quidquid ex ss. patrum aliorumque eruditorum sententia ad genuinum literae sensum eruendum facere videtur, Styrae 1765 t. 2 in 4; *Introductio in s. quatuor Evangelia*[1]) etc., Venetiis 1775 in 4; *introductio in acta apostolorum* etc., Papiae 1782 in 4. *Fasciculus myrhae,* Styrae 1766, scil. commentarius in passionem Domini juxta Evangeliorum harmoniam et patrum explicationem; *Synopsis vitae religiosorum O. S. Ben.* professorum ab a. 1677 — 1777, ib. 1777; *Selecta historiae cremifanensis,* Lincii 1777. — Casimirus Metzger OSA., Salisburgensis, praelo commisit l. cui titulus: *Philologus augustinianus in s. Scripturam,* in quo agit de protoparentum lingua et sorte, de idiomate, quo potissimum scripti sunt V. T. libri, de textus hebraici puritate, de auctoritate latinae vulgatae etc.; diss. *de poësi hebraica,* Oeniponti 1665; Romae 1774 reimpressa et adnotationibus illustrata per C. Schmalfum. — Alius ab eo est Henricus M. (ab aliis Agnellus dictus) ejusdem ord., Tirolensis n. in oppido Kufstein, lector theologiae († 20. Febr. 1782), cujus sunt: *Passio et resurrectio D. N. J. Christi* secundum Isaiam prophetam, Salisburgi 1767 in 4; *Passio et resurrectio D. N. J. Christi juxta c. 53. Isaiae* in fontibus expensum analysi, paraphrasi, crisi, ib. 1770 in 4; *Desi-*

[1]) Cf. nova bibl. eccl. frib. 3, 629—37.

[1]) Hujus sodalis forte et cognatus, Placidus Federici auctor est op. *Rerum Pomposinarum historia* monumentis illustrata cum cod. diplomatico pomposiano ab a. 874—1045, Romae 1781 in 4.

derium regis David ad domum Dei h. e. Ps. 42. hebr. 43 in fonte expensus, ib. 1776 in 8. — Ferdinandus Stöger, a Josepho II. ob liberiorum sentiendi rationem professor historiae ecclesiasticae in universitate viennensi et etiam director facultatis lovaniensis dictus, scripsit *introductionem* in historiam ecclesiasticam N.T., Viennae 1776; etiam germanice, ib. 1786, quae merito incurrit Migazzi card. censuram et demum a gubernio prohibita fuit. — Joannes Nep. Schaefer S. J. Badensis n. 1751, post societatis Jesu suppressionem s. Scripturae professor in academia moguntina et canonicus fritzlarensis († 20. Oct. 1796) tradidit suo tempore sane utiles *institutiones Scripturae sacrae,* Moguntiae 1790—92 pp. 2 in 8., quarum p. 1. exhibet introductionem generalem in utrumque Testamentum, et specialem in T. N.; et in p. 2. hermeneuticam s. generalem et subsidia hermeneutica, cujusmodi sunt: Critica sacra, grammatica, rhetorica, poesis, historia, geographia, chronologia, archaeologia, stathmica, logica, psychologia, historia naturalis; *ichnographia hermeneutices,* 1784, quae diu ut l. manualis pro praelectionibus adhibebatur in academia landshutana. — Josephus Julianus Monsperger[1]) Neostadii n. 1724, ab a. 1740—64 sodalis societatis Jesu, quam deseruit, theologiae doctor, ab a. 1774—88 in universitate viennensi linguarum et hermeneutices professor († mox post a. 1788), in lucem dedit *institutiones hermeneuticae sacrae V. T.,* Viennae 1776; 1784; et *compendium practicum* hermeneuticae sacrae V. T. exhibitum in prophetia Haggaei secundum regulas et principia ejusdem hermeneutices ac critices sacrae explanata, ib. 1776 in 4. — Tiberius Sartori (Schneider OSB.) in monasterio zwiefaltensi[1]), Haingensis (n. 29. Sept. 1747; † 13. Dec. 1798) theologiae in academia salisburgensi professor philosophiae Kantianae nimium addictus (1790—95) *canones critico-analytico-hermeneuticos* N. T. propugnandos proposuit 1779, deinde composuit *hermeneuticam harmoniam* utrique T. seu literaliter seu mystice interpretando accommodatam una cum historia linguae sanctae, Talmudis et Masorae, Augustae V. 1783 in 8. der *Theologe* nach dem Geiste der neuesten Literatur und den Bedürfnissen der gegenwärtigen Zeit, Salzburg 1796. — Eugenius Kayser OSA. theologiae dogmaticae et linguarum orientalium, dein (1785) theologiae polemicae et moralis Constantiae professor, proposuit *canones hermeneuticae sacrae praecipuos,* ib. 1784 in 8; *oblatio munda* sive sacrificium missae a propheta praedictum, ib. 1775 in 4.

171. Hermannus Goldhagen S. J., Moguntinus (n. 4. Apr. 1718; † 28. Apr. 1794), praeclarus theologiae professor et religionis christianae apologeta, plura opera admodum utilia et erudita composuit ad s. Scripturam spectantia: *Introductio in s. Scripturam V. ac N. T.,* maxime contra theistas et varii no-

[1]) Famosus factus est Monsperger non propter opera, sed propter fabellas vere puriles ex odio et machinationibus nefandis in societatem Jesu confictas, quibus hujus adversarii illius exitum ex eadem exornarunt. Cf. Wurzbach, 19, 39. Legitur eum fuisse ut membrum honorarium Viennae inter francomuratores receptum 1785. Cf. Katholik 1895. I, 517.

[1]) Alius ab Anselmo de Sartori ettenthalensi (n. 17. Febr. 1733; † 2. Dec. 1793), cujus est *Abriss* der allgemeinen Kirchengeschichte von der Zusammenkunft der Apostel am Pfingstfest bis zum Ende des 17. Jahrh. aus dem französischen (secundum Racine), mit einer richtigen Zeitrechnung versehen und Anmerkungen und einer kurzen Lebensbeschreibung der Päpste und Kaiser vermehrt, Augustae 1785—1800 t. 10 in 8. Duo tomi ultimi sunt alterius auctoris. — Ab his distingui debet Placidus Sartore O. S. Ben. primum in coenobio einsiedlensi, dein admontensi, in quo aliquamdiu theologiam dogmaticam clericis tradidit († 16. Jul, 1809), de quo cf. Scriptores O. S. Ben. p. 393.

minis incredulos, in qua quae ad s. codicis vindicias, ad criticam sacram et rem philologicam faciunt, apta ad scholas methodo exhibentur, Moguntiae 1765—68 t. 3 in 8, opus praestans et utile, ut increduli crudite confutentur. In eo agit de locis difficilioribus, atque respondet ad exceptiones contra suam Introductionem propositas. *Vindiciae harmonico-criticae et exegeticae in s. Scripturum V. ac N. T.* una cum introductione ad finem legis veteris J. Christum in ea agnoscendum contra recentiores bibliomachos et varii nominis incredulos, ib. 1774. 1775 t. 2 in 8; *Novum D. N. J. Christi Testamentum graecum* cum variantibus lectionibus, quae demonstrant vulgatam latinam ipsis e graecis N. T. codicibus hodiedum exstantibus authenticam; accedit index epistolarum et evangeliorum spicilegium apologeticum et lexidion graeco- latinum, ib. 1753 in 8; Leodii 1839 in 8. curante Petro Kersten opus egregium. *Lexidion* recensens graeca themata necnon potiora N. T. graeci vocabula accommodatum ad expeditam s. codicis explanationem, ed. 2. Moguntiae 1756; Francofurti 1756 t. 2 in 8; *exegesis catholica* in praecipuas voces s. Scripturae ab acatholicis alieno sensu male explicatas, Moguntiae 1757 in 8; *progymnasmata sacra in linguam graecam* secundum veritates catholicas e solo Dei verbo probatas contra acatholicos ad usum scholarum, Manheimii 1753 in 8; *meletema biblico-philologicum* de religione Hebraeorum sub lege naturali, Moguntiae, 1759 in 8., in *thes. theol.* ed. Zaccaria t. 8 et in cursu theologiae ed. Migne 15, 9-32; *hodegus biblicus* sive nova methodus sacra biblia intra annum cum fructu legendi horae quadrante quot diebus impenso, ib. 1763 in 8; *tractatus Rabbi Samuelis errores Judaeorum indicans* circa observationem legis mosaicae et Messiam, quem venturum exspectant, ed. nova emendata, ib. 1775 in 8; *Psalmenbuch in einer kurzen Erklärung* mit Beziehung auf J. Christum zum Nutzen deren, die das Brevier recht bethen oder die Psalmen zu ihrer Andacht brauchen wollen, ib. 1780 in 8. Cum quibusdam aliis, inter quos praecipua laude dignus de Els capituli praepositus, edidit adversus rationalismum *Religions-Journal*, Auszüge aus alten und neueren Schriftstellern und Vertheidigern der christl. Religion mit Anmerkungen [1]), ib. 1778-94 (secundum alios 1776-85) t. 16, continuatum fuit 1797—1804 inscriptum: *Journal der Religion, Wahrheit und Literatur*, collectio egregia insignisque meriti.

172. Sebastianus (in baptismo dictus Andreas) Seemiller CRA. in abbatia pollingana, n. Veldenae in Bavaria 17. Oct. 1752, philosophiae et theologiae doctor, plurimum se dedit studio linguarum orientalium, quarum etiam professorem egit primum in suo monasterio: inde 1781 vocatus Ingolstadii, ut easdem et exegesim doceret; simul vero praefectus est bibliothecae, quam in ordinem redegit, et cujus incunabula accurate descripsit (Bibliothecae academicae ingolstadiensis *incunabula typographica* Ingolstadii 1787-92 fasc. 4 in 4). Ter facultatis decanum, semel (1791) rectorem magnificum egit. In canoniam revocatus, ejus quoque bibliothecae, cujus sedulus praefectus erat, incunabula artis typographicae accuratissime recensuit. Decessit 23. Apr. 1798 aetatis anno 46. Praeter alia [2]) edidit: *Institutiones ad interpretationem s. Scripturae* seu hermeneutica sacra: accessit commentatio de studio linguae hebraicae cum theologia conjungenda, Augustae 1779 in

---

[1]) Cf. Brück die rationalistischen Bewegungen im kath. Deutschland p. 131 s. Cf. de auctore nostro Falk Bibelstudien ... in Mainz, Mainz 1901 p. 276—283; 272.

[2]) Cf. Klüpfel Necrol. p. 196—202; Baader Lexikon 1, II, 230; de op. sequenti bibloth. eccles. friburg. 5, 57—62.

8; *exercitatio philologico-theologica* ad illustranda et vindicanda quaedam c. 1. Gen. loca, Ingolstadii 1776 in 4; *Ps. 119. ex ipso fonte hebraico latinum fecit* et literales difficilioribus locis notas adjecit, Norimbergae 1779 in 8; *SS. Jacobi et Judae ap. epistolae catholicae,* quas ad graeci textus fidem latine reddidit, cum vulgata versione e regione posita exacte contulit et perpetuis varii argumenti annotationibus illustravit, ib. 1783 in 8; *Programma theologicum* notitiam continens de antiquissimo cod. msc. latinam quatuor evangeliorum versionem complectente et in bibl. academiae ingolstad. adservato. Descripsit cod., variantes ejusdem a vulgata lectiones ad Marc. 12, 21 usque ad finem hujus Evangelii excerpsit et critice recensuit, Ingolstadii 1785 in 4; *programma theol.* notitiam continens historico-critico-literariam de bibliis polyglottis complutensibus, ib. 1785 in 4; *de graecis bibliorum V. T. versionibus* diss. historico-critica, programma I. et II. ib. 1787. 1788; *Septem psalmi poenitentiales*, quos ex ipso fonte hebraico latine fecit, cum vulgata versione e regione posita exacte contulit et perpetuis annotationibus illustravit, ib. 1790 in 4; *Quindecim psalmi graduales,* quos ex ipso fonte hebraico latinos fecit etc. 1791 in 4. — Gabriel Fabricy OP., Gallus (n. c. a. 1725; † 1800), eruditus bibliographus, academiae arcadum socius et bibliothecae casanatensis doctor theologus, egregium prorsus et doctum, sed rarum, composuit opus inscriptum *Des titres primitifs de la Révélation* ou considérations critiques sur la pureté et l'intégrité du texte original des livres saints de l'ancien T., Romae 1772 t. 2 in 8; *censoris theologi diatribe,* qua bibliographiae antiquariae et sacrae critices capita aliquot illustrantur, Romae 1782 in 8; *Mémoires pour servir à l'histoire littéraire* des deux PP. Ansaldi, des PP. Mamachi, Patuzzi, Richini et de Rubeis avec un autre concernant les ouvrages de M. Cornet el l'explication d'une loi de Moïse portant défense de faire amas de chevaux etc. in *Dictionnaire universel des sciences ecclésiastiques* t. 5. et 6. P. Richard. Cum sodali Audifredo composuit eruditissimum *catalogum bibliothecae casanatensis,* cujus tamen quatuor tantum prodierunt volumina, opus admodum rarum. — *Antiquitates hebraicas* illustravit Pulci-Doria Neapoli 1784.

173. Huc referri praeterea possunt Alexius a s. Aquilino Eisentraut (Eisenhart) Carm., Bavarus, olim Joannes Andreas dictus, Widenhoferi (cf. supra IV[3], 1441) discipulus, linguarum orientalium professor in universitate heidelbergensi n. 7. Mai. 1732; † 3. Mart. 1785), qui praeter theses et positiones scripturisticas reliquit opusculum *grammaticae hebraicae et chaldaeae,* in quo utriusque linguae regulae, phrases hebraicae, notae masroeticae in fonte hebraeo occurrentes explicatae una cum exercitio sive applicatione regularum continentur, Heidelbergae 1776 in 4; *Pentateuchi hebraeo-samaritani praestantia* in illustrando et emendando textu masoretico ostensa una cum aliis subsidiis hermeneutico-criticis ad totum textum hebraeum recte intelligendum, Coburgi 1783 in 8., quo in op. agit etiam de textu hebraico ejusque genuinitate, de praecipuis editionibus et versionibus LXX etc. — Bernardus Poch, presbyter genuensis, vir eruditus († 1785) edidit *Del Pentateuco* stampato in Napoli l'anno 1491 e saggio di alcune varianti lezioni estratte da esso et da libri antichi della Sinagoga, Romae 1780; reliquit etiam mscr. docta pro religione adversus Judaeos [1]). — Joannes Baptista Sebastianus Colomme Barn. (n. 12. Apr. 1712; † 1788) composuit *Dictionnaire portatif de l'Écriture sainte,* Parisiis 1773.

[1]) Cf. Biogr. univ. 35, 114.

1775 in 8., secundum Feller parvae utilitatis. — Simon a s. Mathaeo Bielski schol. piar. Cracoviensis (n. 1745) exposuit polonice *historiam* et *regiminis formam israelitici populi* cum descriptione geographica Palaestinae, Varsaviae 1797 pp. 2 in 8; *historia de vita rebusque gestis J. Christi* et moribus primorum Christianorum, ib. 1794 t. 2 in 8. — Joannes Andreas Irrico n. 6. Jun. 1704 Tridini prope Vercellas, juris utriusque doctor, vir eruditissimus in sacra profanaque antiquitate, canonicus et unus ex bibliothecae ambrosianae praefectis, dein praepositus ecclesiae tridinensis († 2. Mart. 1782), plurima edidit docta opera ad varias disciplinas spectantia [1]), quorum praecipua sunt: *Codex Evangeliorum s. Eusebii* magni ep. et M. manu exaratus ex autographo basilicae vercellensis ad unguem exhibitus, nunc primum in lucem editus cum ejusdem praefatione, notis, concordantibus aliorum codd. lectionibus etc. Mediolani 1748 t. 2 in 4.. opus, in quo diligentia ubique elucet [2]); *rerum patriae ll. 3* ab a. urbis aeternae 554 ad a. Christi 1672, ubi Montiferrati principum, episcoporum aliorumque virorum gesta ex monumentis plurimis nunc primum editis recensentur; accedit diss. de s. Oglerio locediensis monasterii abbate cum figuris, Mediolani 1745 in f., quo opere erudito virorum doctorum oculos in se convertit [3]); *de s. Evasio Astensium primo episcopo et M.,* casalensis urbis patrono, diss. historico-critica, ib. 1748 in 4; Diss. *sul fine primario del matrimonio* a confutazione del conte Rubini ib. 1751 in 8; et cum hic respondisset, opposuit ei Irrico *Controreplica,* ib. 1753 in 8; *Memorie degli atti e traslazione di s. Cajo P. e M* . . . . con notizie del v. fr. Bonav. Relli, Casale 1768 in 8; *Vita dei ss. martiri Vitale ed Agricola,* ib. 1759 in 8. Reliquit quoque quamplura (24) opera msc., inter quae *Le antichità ecclesiastiche* in opposizione a quelle dell' inglese Bingham pubblicate in Londra nel 1708 al 1722. Plurimum contulit etiam ad Argellati *bibliothecam scriptorum mediolanensium* (de qua cf. IV³, 1584), adeo ut a nonnullis ea ipsi tribueretur. — Ferdinandus Reisner S. J. (n. 12. Sept. 1721; † 12. Jan. 1789), Bavarus, rhetoricae professor, praeter plures libellos asceticos edidit: *Explanatio idiotismorum in latina vulgata recursantium,* Augustae V. 1775 in 8; *Lexion eruditionis hebraicae* ad s. paginam pro dignitate tractandam theologis, concionatoribus, ascetis opportunum, ib. 1777 in 8., ex operibus A. Zanolini (IV³, 1413) collectum: *nova methodus* seu ratio psalmos in officio divino juxta ritum romanum occurrentes intelligendi facilius, dicendi religiosius et usurpandi fructuosius explanatos eo ordine, quo dici solent, ib. 1775 in 8. — *Thesaurum linguae sanctae* complectentem nitidiores hebraismos, elegantiores tropos, quibus verbi Dei majestas in s. Scriptura refulget sive phraseologiam hebraicam ad sensum s. Scripturae rite intelligendum e celeberrimis auctoribus collegit Juvenalis Potschka O. S. Franc. in conventu bambergensi lector, Bambergae et Wirceburgi 1780 in 8. Explicat in eo plura etiam testimonia difficiliora V. T.

174. De *versionibus s. Scripturae* solliciti fuere, et quidem *de vulgata* Branca in op. *de s. librorum latinae vulgatae editionis auctoritate,* Mediolani 1781, in quo opere erudito, accurato et stilo eloquenti conscripto, probat, eam editionem sapienter dictam, provide declaratam et verissime judicatam fuisse authenticam — Emmanuel de

[1]) Cf. Istoria della Litteratura vercellese 4, 210; Biogr. univ. 67, 554; Tipaldo Biografia degli Italiani illustri del sec. XVIII., Venetiis 1837 V, 109.

[2]) Cf. St. Lett. d' It. 1, 5—17; A. E. lips. 1767 p. 440—42.

[3]) Cf. A. E. lips. 1751 pag. 433—40.

Azevedo S. J. (de quo infra plura), cujus est *pro vulgata ss. bibliorum latina editione* contra Sixt. Amama liber apologeticus, Olisipone 1792 in f. — T. G. Czuppon in *vindiciis vulgatae latinae editionis,* qua Ecclesia romano-catholica utitur contra assertam hebraei et graeci textus hodierni absolutam authentiam, Sabariae 1798 t. 2. Ejus quoque est: *Reflexiones historico-hermeneuticae* super exegesi biblica novissime scholis theologicis apud nonnullos per abusum invecta, Sopronii 1816 p. 1., quo in op. eos carpit, qui in exegesi rationalismo favent [1]). — Novam versionem latinam ex textu hebraico adornavit Carolus Franciscus Houbigant Orat. Natus is est Parisiis a. 1686. Variis in collegiis docuit literas humaniores et philosophiam; propter insignes ingenii dotes a praeposito generali Parisios vocatus est ad habendas publice conferentias, quarum argumentum erat antiquitas sacra et disciplina ecclesiastica. Dum se ad illas magna animi contentione pararet, in morbum gravem incidit, unde contraxit surditatem ad mortem usque. Quare totum se studio, s. Scripturae praesertim, librisque edendis impendit. Edidit *Racines de la langue hébraïque,* Parisiis 1732 forma rythmica; *biblia hebraica* cum notis criticis et versione latina ad notas criticas facta; accedunt libri graeci, qui deutero-canonici vocantur, in tres classes distributi, ib. 1753 t. 4 in f. (fr. 120), opus studii 20 annorum, cui praemisit prolegomena admodum erudita, quae seorsim [1]) jam prodierant 1746 t. 2 in 4., et gallice forma immutatâ inscripta *Conférences (6) de Metz,* in quibus quatuor personas inducit inter se disputantes, Judaeum, protestantem et duos doctores sorbonicos. Editio est splendidissima, si artem typographicam spectas. Plurimas proponit textus hebraici emendationes pentateucho samaritano (cui nimis fidit), codd. msc. et versionibus antiquis innixus; pluribus libris s. Scripturae speciales praeponit praefationes, in quibus expendit difficultates chronologicas, tuetur eorum authentiam etc. Versio est tersae latinitatis (prodiit seorsim ib. 1753 t. 8 in 8.); capitibus subjicit notas criticas (quae Francofurti 1777 t. 2 in 4. seorsim prodierunt) ad comprobandas suas conjecturas circa textus originalis

[1]) Cf. Theol. prakt. Monatschr., Prag 1830 ed. 4. t. 28 p. 207—223.

[2]) J. W. Meiner edidit *Beitrag zur Verbesserung der Bibelübersetzung,* der zugleich zum Versuche eines Beweises dienen kann, daß die Abweichungen der alten Uebersetzungen von dem masorethischen Text grösstenteils sich nicht sowohl von reiner Verschiedenheit der Lesearten in den alten Handschriften, als vielmehr von der bloßen Konjektur der Uebersetzer herschreiben, die sie alsdann wagten, wenn sie sich in dem Falle befanden, den gewöhnlichen Grundtext nicht zu verstehen, Regensburg 1784 pp. 2 in 8. Ejusdem est *Lehre von der Freiheit des Menschen* nach den in dem Prediger Salomo zum Grunde liegenden Begriffen entworfen, ib. 1784.

[1]) Cf. J. des Sav. 144, 3—13; 147—70: et de integro opere A. E. lips. 1760 pag. 49—65; 513—21; 633—42, quae plura quidem praesertim in versionis perspicuitate carpunt, sed impense commendant hoc opus »insignis diligentiae, incredibilis industriae exquisitissimaeque ac rarae doctrinae gravissimum sempiternumque pignus, cujus copiis nullus librorum divinorum interpres facile carere possit;« Mém. de Tr. 1747 a. 113 pag. 2153—76. Plures tamen etiam protestantes ejus conjecturas et annotationes criticas impugnarunt, ut Joannes Christianus Kall in *Prodromo examinis criseos Houbigantinae,* Hafniae 1763. 1764 in 4; Seb. Ravius (Rau) in *exercitationibus academicis,* Ultrajecti 1761—67; in *observationibus* ad prolegomena s. Scripturae, Batavii 1785; Stridsberg in *examine notarum criticarum in Psalmos.* Cf. Coutant de la Molette et ex eo Feller 4, 496, qui in hac editione carpunt, quod auctor nimis pro arbitrio et audacter correxerit textum originalem mutaveritque verborum ordinem contra msc. auctoritatem; ut ita consuleret sensus perspicuitati: Stephan. Hayd O. S. Ben. de quo infra; Himpel Kl.² 6, 314; Hundhausen ib. 2, 572; Welte-Kaulen ib. 7, 1206.

emendationes, subinde egregias, subinde nonnihil arbitrarias sine sufficienti apparatu critico. Major tamen foret horum operum utilitas, si notas seu puncta vocalia non omisisset. In annotationibus ad Genesim singularem enunciat opinionem, quam fusius deinde dissertatione evolvit, animam humanam Christi incarnationi praeexstitisse, cum creata fuerit in mundi exordio. Censet quoque in praef. ad prophetas, Judaeos post suam ad Christum conversionem florido adhuc potituros esse regno temporali ante mundi consummationem. Verum P. Lavalette praepositus generalis Oratorii cum timeret ob ejusmodi opiniones turbas, censuit eam praefationis partem supprimendam, unde ea in paucis tantum exemplaribus tunc jam impressis reperitur. Decessit eruditissimus vir plenus dierum 31. Oct. 1784 a. aetatis 98, congr. 80. Non obstante surditate comis erat erga omnes, ob doctrinae praestantiam a Benedicto XIV. duplici magno numismate aureo, a clero stipendio annuo donatus est, et a viris doctissimis Galliae, Angliae et Germaniae magni factus. Alia ejusdem opera sunt: *Psalmi hebraici* mendis quam plurimis expurgati, Leydae 1748, in quibus multas emendationes in ipsum recipit textum majori quam critico sobrio licet libertate. *Psalmorum versio* vulgata et versio nova ad hebraicam veritatem facta, Parisiis 1746. 1755 in 16; *Méthode courte et facile* contre les déistes et les juifs, ex anglico auctore Lesley, 1770, et *Pensées de Forbes sur la religion naturelle et révélée,* Lugduni 1769 in 8., quam utramque versionem doctis annotationibus illustravit. Reliquit [1]) plura quoque opera msc.

175. In linguam *germanicam* s. Scripturam verterunt Christophorus Fischer († 13. Jan. 1791) cum aliis professoribus pragensibus, Pragae 1784; Trevirias 1794, editio emendata [1]) — Andreas Zeissl Brunae 1788 t. 2 — Marcus Antonius Wittola Silesius n. 25. Apr. 1736, praepositus infulatus in Bienco et parôchus in Probstdorf, librorum censor († 1797), qui N. tantum T. vertit cum annotationibus ex Carrières (IV³, 806) derivatis, Viennae 1776 t. 3 in 8. Versio non meret laudem, annotationes sunt jejunae. Vertit quoque Mesenguy historiam V. et N. T., Viennae 1770 t. 13. (cf. IV ³, 1416). Auctor jansenismo et josephinismo est infectus, societati secretae addictus malique spiritus, ut testantur ephemerides ecclesiasticae viennenses, quas redegit, librique quos germanice vertit; in primus ss. Cordis Jesu et Mariae V. immaculatae cultum indigne prorsus impugnavit [2]). — Josephus Fleischuetz [3]) quondam S. J., qui utitur lingua nervosa, Fuldae 1778—81 t. 6 in 8. — Henricus Braun OSB. in monasterio Tegernsee (n. 17. Mart. 1732), theologiae lector, dein linguae germanicae, cujus culturam plurimum promovit, rhetoricae et poëseos Monachii professor (1765). A principe electore canonicus et consiliarius ecclesiasticus est dictus, necnon instructionis popularis commissarius, imo (1777) director omnium gymnasiorum et scholarum. Omnia in his scholis innovare et reformare cogita-

[1]) Cf. Notice sur la vie et les ouvrages du P. Houbigant in Magasin encyclopédique 1806 mense Majo, auctore Cadry; Biogr. univ. 20, 598—604; Ingold p. 62 ss.

[1]) Mit Geschmack u. Sprachkenntniss, aber stark beeinflusst durch Vorurtheile der Zeit, inquit Streber KL² 2, 753. Hujus auctoris exstant etiam *institutiones hermeneuticae* N. T., Pragae 1788, in quibus plurimum sequitur auctores protestantes, praesertim Ernesti. Edidit et *N. T. graecum,* Pragae 1777.

[2]) Cf. Nilles de rationibus festorum ss. Cordis Jesu et purissimi Cordis Mariae l. 1 p. 1 pag. 226 ss. ed 4; Brunner die theol. Dienerschaft am Hofe Josephs II. p. 394—404; Wurzbach 57, 176 ss.

[3]) Cf. nova bibl. ecclesiasticae frib. 6, 641—50.

bat: quem in finem innumeros libros [1]) ad scholarum usum composuit († 8. Nov. 1792), auctorque fuit, ut omnes pueri obligarentur frequentare scholas. Edidit s. biblia latine et germanice, Augustae V. 1788—97 t. 10 in 8. cum annotationibus, 1803 etc. *Biblisches Universallexikon* über die nützlichsten und wichtigsten Gegenstände der h. Schrift, opus posthumum, cujus ed. curavit Amandus Mauch OSF. ib. 1806 t. 2 in 8; 1836. Versio ejus prodiit retractata cura J. Fr. Allioli, ut infra dicemus. Kathol. Kirchenjahr . . . oder Auslegung der Evangelien u. Episteln, Augsburg 1785 t. 2 etc.; die Geschichte u. vorzüglich die Predigten Jesu nebst der Apostelgeschichte, ib. 1787 et saepius; *das Leben und Leiden J. Chr.* und die 4 Evangelisten in chronologischer Ordnung, ib. 1769; 1796. — Franciscus de Paula Rosalino Viennensis n. 31. Mart. 1736, quem Josephus II. idoneum censuit qui praeesset seminario generali lovaniensi: munus tamen recusavit. Censorem librorum secundum illius aevi et regiminis spiritum usque ad mortem (20. Febr. 1793) egit [2]). Cultor erat incredulorum parisiensium Voltaire, Diderot etc. Edidit *Biblia sacra* oder die h. Schrift des a. und n. Testaments in deutscher Sprache (secundum Cartier) herausgegeben u. von unzähligen Sprachfehlern gereinigt, Viennae 1781 t. 3; *Auszüge* aus den besten Journalen Europas, 1773. 1774; *Literarische Nachrichten* von den Werken der besten Schriftsteller unserer Zeit, 1775. 1776; prodierunt tantum fasciculi 5. — Dominicus de Brentano [3]) Rapperswylanus n. 1740, Honorii abbatis campodunensis capellanus et consiliarius (1770) et 1794 parochus hortante Ruperto abbate vertit satis libere primo N. T., Campoduni 1790 t. 2, Francofurti 1794 t. 3; coepit etiam vertere V. T., sed morte (10. Jun. 1797) praepeditus non ultra Pentateuchum (Francofurti 1798) pervenit. Versionem continuavit et perfecit Dereser, qui et novam curavit versionis N. T. editionem 1799; utriusque laborem novis curis ad limam revocavit A. Scholz ediditque 1828-37 t. 5 in 17 v. Reliquit alia opera non commendanda hostili infecta in primatus jura spiritu, quo et ipsam versionem [1]) infecit. — Denique Sebastianus Mutschelle S. J. Bavarus (n. 18. Jan. 1749), post ordinis suppressionem parochus, canonicus et consiliarius ecclesiasticus. Verus fuit ovium sibi commissarum pastor et pater, quae et ipsum filiali amore prosequebantur. A gubernio vocatus est Monachium ad docendam theologiam moralem, quam magna diligentia auditoribus, qui ab ejus ore attenti pendebant, tradidit. Plurimos nactus est adversarios, qui calumniis eum insectabantur quasi faveret rationalismo et liberalismo. Kantii critismo erat tamen nimis addictus. Decessit [2]) laboribus pro animarum salute, studiis adversariorumque molestiis exhaustus 28. Nov. 1800. Vertit N. T., quae versio prodiit Monachii 1789. 1790 t. 2 in 8; *die Geschichte Jesu* aus den 4 h. Ev. in eins gesammelt und geordnet, ib. 1784; 1806, cum opusc. *Anleitung,* die Evangelien mit Nutzen zu lesen, (Köln

[1]) Cf. Meusel III, 561—66; Kluckhohn allg. d. Biogr. 3, 265; H. Braun's Thatenleben und Schriften, München 1793. De ejus catechismo cf. Rösch ein neuer Historiker der Aufkl. p. 81—85.

[2]) Cf. Schmid allg. d. Biogr. 29, 158; Schlichtegroll Necrolog 1893 I.

[3]) Alius a celebri Clemente Brentano († 28. Jul. 1842) insigni poëta (cujus opera prodierunt 1851—55 t. 9) ejusque fratre Christiano († 27. Oct. 1851) utroque laico, qui tamen vitam piis operibus intentam duxerunt.

[1]) Contra ejus versionem plura prodierunt scripta polemica. Pro eo stetit Sandbichler. Cf. Gla Repertorium der kath.-theol. Lit. 1, I, 194.

[2]) Cf. Weiller Mutschelle's Leben, Monachii 1803; Sommervogel V, 1477; Prantl allg. d. Biogr. 23, 115; Baader Lex. I, 2, 61—66.

1709): et annotationes in Evangelia dominicalia vel festiva, ib. 1791 ss. Praeterea reliquit plura alia opera ascetica, homiletica, philosophica, ut *Kritische Beiträge zur Metaphysik* in einer Prüfung der Stattlerischen Antikantischen, Francofurti (Monachii) 1795 in 8; 1800; *Versuch einer solchen fasslichen Darstellung der Kantischen Philosophie*, dass hieraus das Brauchbare und Wichtige derselben für die Welt einleuchten möge, fasc. 1: *Was kann ich wissen,* Monachii 1799. 1802 in 8., quem secuti sunt auctore Ignatio Thanner alii undecim fasciculi 1800-5. Delectabatur admodum philosophiae studio, unde Regiomontium ad regendam cathedram vocatus vocationi obsequi cogitavit, nisi morte praeventus fuisset. Edidit quoque *Moraltheologie* oder theologische Moral vorzüglich zum Gebrauche für seine Vorlesungen, ib. 1801. 1803 pp. 2 in 8., quarum alteram absolvit idem Thanner. Sequitur in ea theorias Kantii et Fichte.

176. Philippus Scio de San Miguel sch. piar., postmodum episcopus segoviensis († 1796), vertit s. Scripturam accurate et ad literam (classice) in linguam *hispanam,* cui versioni adjecit prolegomena et annotationes, Valentiae 1790—93 t. 20; Matriti 1794—97.— In linguam *lusitanam* cum prolegomenis et annotationibus (non semper orthodoxis), Olisipone 1778—90 t. 23; 1794; cum textu vulgatae ita emendata, ut fere novum sit opus ed. 3. 1804—19 t. 7, Antonius Pereira de Figueiredo congr. Orat. Lusitanus n. 14. Febr. 1725, qui tamen in ea adornanda usus est famosa versione, quae auctoribus jansenianis Montibus (ut praefert titulus) prodiit, de qua cf. IV^3, 460. Orta controversia inter sedem apostolicam et aulam lusitanam initio illius juribus est patrocinatus, sed postmodum sectans aulae favorem, hujus secutus est partes: thesesque propugnandas statuit primatui infensas (quas habes in Fleuri H.E. contin. l. 251 § 23). Imo totum se impendit promovendis ministri tunc potentissimi Pombal consiliis: quod ut liberius posset, congregationis exuit habitum, quem tamen in mortis articulo resumpsit († 14. Aug. 1797). Reliquit plurima (169) scripta, numerantur enim 68 edita, 45 inedita, 10 versiones, 20 inscriptiones et 26 compositiones musicae. Plura spectant literaturam lusitanam, quam multum promovere est nisus; in aliis se exhibet canonistam aulicum ideis febronianis imbutum [1]): inter quae diss. historico-theologica *de gestis ac scriptis Gregorii VII.* adversus Henricum IV. imp., Olisipone 1769; Viennae 1772. *Tentativa theologica,* Olysipone 1766; Demonstração theol. can. e hist. *do direito dos Metropolitanos de Portugal,* ib. 1767; 1771. Inchoaverat quoque *Principios da historia ecclesiastica* en forma de dialogo, 1765 t. 2 in 8. Alii duo tomi quos promiserat non prodierunt. — Versionem *belgicam* a Guil. Smits (p. 94) coeptam continuavit Petrus van Hove O. S. Franc. ejus sodalis et discipulus (n. 25. Aug. 1726; † 21. Sept. 1790), s. Scripturae lector (1759) et musei philologico-sacri praefectus, vir vere religiosus; sed absolvit tantum Pentateuchum, adjectis prolegomenis ac tentamine philologico-sacro de tempore celebrandi paschatis V. T., Antwerpiae 1772—80 t. 4. Ejus praeterea sunt: *Imago polemica sacra primi seculi re-*

[1]) Cf. ejus opera juribus Ecclesiae infensa apud Backer 3, 1660 et Cernitori bibl. polem. 214—16; Silva Dicc. bibl. port. I. 223—30. Illum impugnarunt Barth. Carrara, ut diximus p. 66 Zaccaria et Cuccagni, de quibus infra mentio occuret, aliique. Cf. Biogr. univ. 14, 513—16. Fell KL. IX, 1805. — Ejusdem cum ipso spiritus fuit (secundum Roskovány 3, 1068) in suis diss. selectis *de imperio et sacerdotio,* Olisipone 1770, Antonius Roberio. De ejus versione fuse disserit J. Pereira in Vigouroux Dict. V, 565 ss.

ligionis J. C. seu fidei, doctrinae et morum disciplinae Ecclesiae apostolicae e divinis, potissimum s. Pauli scriptis delineata, Bruxellis 1765; *sacra iconographia* a pictorum erroribus vindicata; accedunt digressiones exegeticae in selecta Evangelii loca; item chronicon vitae Christi, Antwerpiae 1768; *Chanaan* seu regnum Israelis theocraticum in 12 tribus divisum, ib. 1770; *Messias* seu pascha nostrum immolatus Christus e chronologia sacroprofana demonstratus, ib. 1771, egregia chronologia evangelica; Apologismus polemicus ad Deut. 17 *de judice controversiarum* in causis religionis, quo contra incredulos demonstratur, religionem a Deo revelatam esse admittendam, et contra haereticos Verbum Dei tam traditum quam scriptum ab Ecclesia infallibili propositum et expositum esse infallibile, et unicum unicae salutaris religionis christianae criterium normale, decretorium vero in fidei controversiis publicum et infallibile romano-catholicae Ecclesiae . . . docentis testimonium etc., ib. 1782 in 8. — Paulus Leoni[1]) in Oriente 1. Jun. 1732 natus, collegii de propaganda fide alumnus, archiepiscopus in monte Libano, qui propter fidem multa est passus, postea archiepiscopus tissensis († 2. Nov. 1784), reliquit *notizie riguardanti la s. Scrittura giorgiana* dal Sac. armeno di Gori D. Stefano Autandli scritte in lingua giorgiana tradotte in italiano, Romae 1780.

177. Laurentius Veith S. J. natus est Augustae Vind. 3. Dec. 1725. Impense virtutis non minus ac scientiae studio dabat operam, adeo ut semper vel scribens vel orans vel consulens libros vel consulentibus respondens interiretur. Non erat liber bibliothecae domus, quem ille non noverat, imo quem non legerat: unde quaerentibus de scriptore quovis promptissime respondebat, de libri argumento, merito, orthodoxia, modo probandi etc. notitiam dabat securam utilemque. Ingolstadii ss. literas interpretatus est atque theologiam polemicam professus; post Societatis Jesu suppressionem theologicam cathedram in lyceo augustano rexit. Fuit humilis, fuit mitis. Nunquam dixit verbulum, quod famam proximi minueret aut quovis modo laederet. Pauperes in P. Laurentio perdidere plurimum: ad eum enim veniebant veluti ex condicto. Oravit quotidie horas multas, oravit intense; intensius quam ferret corporis et sanitatis conditio. Habitabat vilissime: erant in cubiculo omnia misera, sella lacera, mensa incommoda, supellex modicissima, nudi parietes, ornamentum nullum. Scrupulis admodum angebatur, adeo ut commiserationem moveret omnibus († 7. Oct. 1796). Ex ejus operibus in primis commendandum est: *Scriptura s. contra incredulos propugnata,* Augustae V. 1780—97 pp. 10 in 8; Mechliniae 1824 t. 5 in 12. ed. emendatior et correctior; Taurini 1840; 1841; etiam in Scripturae s. cursu completo ed. Migne t. 4., pro quo opere meruit epistola collaudari a Pio VI., nec immerito: est enim vere armamentarium eruditionis, in quo reperitur quidquid ad eam aeta-

[1]) Alius a Francisco Leoni, de quo cf. IV[3], 1498 a. et cujus exstat etiam *Storia delle vite de' Pontefici* di B. Platina e d'altri Autori dal Salvator N. G. C. fino a Clemente XIII, Venetiis 1760 ss.

[1]) Ejus frater Franciscus Veith, aliquamdiu sodalis societatis Jesu, dein bibliopola (n. 1730: † 13. Mart. 1796), plura quoque reliquit opera, inter quae eminet *Bibliotheca augustana* complectens notitias varias de vita et scriptis eruditorum, quos Augusta Vind. orbi literato vel dedit vel aluit, per duodecim alphabeta seu fasciculos descripta, Augustae 1785—96, opus rarum, sane diligens et accuratum. Scripsit et Diatriben *de origine et incrementis artis typographicae* in urbe Augusta Vindelica. Cf. de ipso ejusque fratre Baader, Lexikon, 1, II, 294 ss.; Klüpfel Necrol. p. 156—161.

tem sagaciter excogitatum, dictum scriptumve fuit ad tuendam s. Scripturae auctoritatem adversus tot exceptiones, quae ex ipso ejusdem textu a capite ad calcem usque contra eam derivantur. *De primatu et infallibilitate rom. pontificis,* Augustae Vind. 1784 in 8; 1791; 1707; Mechliniae 1824 in 12. ed. aucta curante Xaverio de Ram; Edm. Richerii doctoris parisiensis systema *de ecclesiastica et politica potestate* singulari diss. confutatum, Augustae Vind. 1785 in 8; Mechliniae 1825 in 12. curante de Ram, ed. nova, emendatior et correctior; accessit discursus praeliminaris (accuratus et diligens) de vita et scriptis M. A. de Dominis, archiepiscopi spalatensis; quod opus pariter collaudavit Pius VI. brevi ad auctorem dato; *de gemina delectatione coelesti et terrena relative victrice,* Augustae Vind. 1785 in 8; Mechliniae 1826; Moguntiae 1826 in 12; *Anleitung und Regeln zur nützlichen Lesung der h. Schrift,* Augustae V. 1797 in 8.

178. Scripturam *universam* commentariis illustravit [1]) praeter eos, quos supra agentes de s. Scripturae versionibus nominavimus, Ignatius Weitenauer S. J., Ingolstadiensis n. 1. Nov. 1709, eruditus philologus et scriptor foecundus, qui in suis operibus multiplicem studentium utilitatem prae oculis habet [1]). Viginti annis in academia oenipontana philosophiae et linguarum orientalium erat professor († 4. Febr. 1783), cujus *Biblia sacra* oder die h. Schrift verdeutscht und mit Anmerkungen versehen prodiit Augustae V. 1779—81 t. 12 in 8; *Biblia sacra* utriusque Testamenti e linguis primaevis ad mentem vulgatae sensu literali per metaphrasin et commentarios dilucide explicata, ib. 1773 t. 7 in 8. Multa alia opera utilia edidit, quorum plura spectant studium biblicum, ut *novae grammaticae biblicae methodus,* Ulmae 1756; *lexion biblicum,* in quo explicantur vulgatae vocabula et phrases, quaecunque propter linguae hebraicae graecaeque peregrinitatem injicere moram legenti possunt, Augustae V. 1758 in 8; 1780; Venetiis 1760; Avenione 1835; Parisiis 1857; 1863; Neapoli 1857; Augustae Taur. 1866 in 16; *Hierolexicon linguarum orientalium* hebraicae, chaldaicae et syriacae, in quo radices imperfectae omnes integrantur, heemantica a radicibus ad ordinem alphabeticum revocantur, et cujusque harum linguarum grammatica intra paucissimas horas absolvitur, Augustae V. 1759 in 8; *hexaglotton* seu modus addiscendi intra brevissimum tempus linguam gallicam, italicam, hispanicam, graecam, hebraicam et chaldaicam, ut ope lexic[1] libros explicare queas, Francoforti ad Moenum 1756 in 4; *hexaglotton alterum* docens linguam anglicam, germanicam, belgicam, latinam, lusitanicam, syriacam etc., Augustae V. 1772 in 4., utrumque simul inscriptum *Hexaglotton geminum,* ib. 1762 t. 2 in 4; *sub-*

[1]) Meinradus Schwikardt OSB. in monasterio ottoburano n. 14. Aug. 1724 Abudiaci (Füssen), († 30. Dec. 1787), diu theologiae et juris canonici professor, praeter diss. *de sacramento baptismatis* juxta doctrinam et disciplinam Ecclesiae atque theologiae scholastico-dogmaticae placita, Ottoburae 1753 in 4., composuit *bibliorum compendium analyticum* seu totius s. Scripturae compendiosam et methodicam connexionem, Einsidlae 1787 in 8. — Franciscus Cabrera S. J. Aragonius, philosophiae et theologiae prof. (n. 14. Nov. 1724; † 1799 vel 1800) hispanice vertit *lectiones Caes. Calini in Scripturam* (cf. IV[3], 1427), additis aliquibus annotationibus ad faciliorem s. Scripturae intelligentiam, Matriti 1787 t. 10 in 4. — Franciscus Angiolini S. J. Placentinus, s. Scripturae interpres (n. 17. Maj. 1750; † 21. Febr. 1788) dedit *le opere di Giuseppe Flavio* nuovamente tradotte in lingua italiana e illustrate con note, Veronae t. 4 in 4; Romae 1792; Mediolani 1821 t. 7 in 8., versio elegans et fidelis.

[1]) Cf. Sommervogel, qui ejus opera sub n. 48 recenset VIII, 1051—59.

sidia eloquentiae sacre, in quibus silvulae concionum in annos VIII, ars conceptuum, DCC exempla figurarum, apparatus historiarum pro catechesi, bibliotheca concionatoris exhibentur, Augustae V. 1764—69 t. 19 in 8: *auxilia sacri tribunalis*, ib. 1775 in 8; Bruxellis 1859 in 18., i. e. monita et consilia coelesti prudentia plena pro poenitentibus; *de modo legendi et excerpendi* ll. 4, Augustae V. 1775 in 8; *compendium scientiarum et omnigenae eruditionis*, ib. 1767 t. 2 in 8; *Salomon coelo assertus* or. academica, Augustae V. 1756; *Apparatus eloquentiae catecheticae* complectens historias 1500 ll. 6, 1775; *Historia provinciae Germaniae superioris,* Decadis X. pars postrema, ib. 1754; prosecutus est. scil. historiam ab Agricola (cf. IV[3], 1239) coeptam, a Georgio Kolb († 1758), Kropf et Flotto continuatam. — Georgius Mogono Cap. edidit: *Universa s. Scriptura* quoad textus obscuriores brevi methodo *explicata* in 3 t. cum appendice quaestionum (510) de ea collectarum et responsionum a patribus et auctoribus ad illas positarum, Moguntiae 1784. — Constantinus Fuchs Min. Lucernensis (n. 5. Mart. 1718; † 1781) auctor est op. posthumi *historische Bibel A. und N. T.* erklärt nach den Gesinnungen der hl. Väter und den besten kath. Schriftauslegern, Kempten 1792 t. 6 in 4. — Non solum Paulus Mantovani SJ. (n. 18. Febr. 1718; † 3. Sept. 1785) in utilitatem populi habuit *Lezioni sacre* sopra la d. Scrittura, Ferrariae 1777 t. 6 in 4., sed in primis Alphonsus Nicolai (Niccolai) S. J. Lucensis, insignis concionator et theologus caesareus (n. 31. Dec. 1706; † 1784), reliquit praeclaras et eruditas *Dissertazioni e lezioni di s. Scrittura,* Venetiis 1764 t. 8 in 8; 1781—82, Florentiae 1766—93 t. 13 in 4., quorum 7 in Genesim, 1 in Ex., 2 in Danielem et 3 in Esther, Judith et Tobiam. Operis velut synopsim exhibet *Dichiarazione letterale del s. Testo* ossia la Storia santa estratta dalla sua grand' opera biblica, Genuae 1770 t. 2 in 4. Joannes Marchetti archiepiscopus ancyranus († 1829) opus Nicolai continuavit adjectis aliis 12 tomis, quibus sacris lectionibus exponit libros Josue, Judicum et Regum [1]), Romae 1803—1807. Reliquit Nicolai etiam *Memorie istoriche di s. Biagio* vesc. e mart. protettore della republica di Ragusa, Romae 1752 in 4; *Ragionamenti sopra la religione,* Venetiis 1770; Genuae 1770. 1771 t. 8 in 8., quibus eam eloquenter et strenue tuetur adversus incredulos. — Leonardus a s. Martino (in seculo dictus Franciscus Martinus du Mulié) Carm. Cortraci n. 25. Oct. 1716, annos 21 s. Scripturae interpres, provinciae praepositus († 8. Mart. 1796) perpetui ss. Scripturarum studii fructum exhibuit in op. incripto: *Examina scripturistica* sensum literalem exhibentia omnibus in universum et praesertim Verbi Dei praeconibus ac sacerdotibus maxime utilia et necessaria, Gandavi 1764—72 t. 11 in 12., quibus universam s. Scripturam illustrat; *Summa scripturistica* tripartita quaestionibus et responsionibus deducta, Gandavi 1774—76 pp. 3 in t. 4 in 12., quarum 1. exhibet synopsim totius s. Scripturae; 2. solvit omnes difficultates V. et N. T.; 3. componit apparentes antilogias et praebet totam chronologiam sacram a mundo condito usque ad mortem s. Joannis Ev.[2]) — Christophorus Fassin O. Min. Belga theologiae lector et s. Scripturae interpres, provinciae praepositus, decessit a. 1794 secundum Biogr. belg. 6, 890 glande militis percussus, dum mori-

[1]) David Scotti (Scoti) S. J. Cremonae nobili genere 26. Dec. 1727 n. edidit *Il Davide* Lezioni sacre stilo ornato et florido compositae, in quibus Davidis gesta oratorie, historice, critice ac theologice describit, Bononiae 1793 t. 2 in 4; Venetiis 1799 t. in 16.

[2]) Cf. Leon. Willems Biogr. nat. de Belg. XV, 347.

bundo afferret viaticum: verum Dirks in sua Hist. littéraire et bibliogr. des Frères Min. de l'Observ. de S. François p. 399 mortem assignat jam a. 1790 nulla facta tam tristis casus mentione. Collegit ex s. textu juxta Vulgatam *Epitomen chronologico-geographicam* a creatione mundi usque ad mortem s. Joannis Evang.; Leodii 1750. 1751 t. 4 in 12, opus insigne et diligens, quod plus continet quam titulus enunciat: est enim commentarii instar historici.

179. Bambergae coepit prodire ab a. 1733—92 prolixa *explicatio s. Scripturae* [1]) complectens tomulos saltem 46, quorum 26 posteriores tribuuntur Adamo Reitzer S. J. Moguntino (n. 24. Dec. 1714; † 14. Febr. 1791), in universitate bambergensi juris canonici professori. Edidit praeterea plures theses, assertiones, parerga, positiones etc. de jure canonico [2]). — *Jus ecclesiastico-civile* universum, Bambergae 1756 in 8; *disputationes* canonico-civiles de judiciis, Bambergae 1761 in 8; Brevis exegesis juridica in notum illud proverbium: *Major dividit, Minor eligit,* Bambergae 1762 in 4 etc. — Emmanuel Correa S. J. olisiponensis professor theologiae Evorae, inde in Italiam per summum nefas pulsus vixit adhuc 1797 fere nonagenarius et reliquit opus inscriptum: *Specula,* ex qua inspicitur figura biblico prophano-historica totius terraquei post diluvium renovati per regna plurima et famosa quatuor imperia in statua Nabuchodonosor praesignata usque ad aerae christianae primordia ad illud Gen. 9, 7: *Vos autem crescite et multiplicamini et ingredimini super terram et replete eam* . . . Hominum celeberrimorum elogia, civitatum et regnorum insignium descriptio, quorundam Scripturae textuum paraphrasis clare et oportune explicantur, Urbaniae 1797 in 8.

180. Placidus Fixlmillner O. S. Ben. in monasterio cremifanensi, cujus erat „decus et ornamentum", Achleitensis, Austriacus, per annos fere 30 speculae astronomicae in celeberrima illa abbatia praefectus (n. 28. Maji 1721; † 27. Aug. 1791), edidit [1]) *specimen scripturisticum* seu quaestiones selectas ex priori parte Genesis a mundo condito usque ad mortem Abrahae, Salisburgi 1742 in 8., quod subinde sub nomine ejus sodalis Raymund Joli allegatur. — Philippus du Contant de la Molette Delphinas n. 29. Aug. 1739, Sorbonae doctor, pro obtinenda laurea doctorali thesim ex s. Scriptura sex linguis conceptam defendit (1765), quae est utilis et solida introductio in Job, praemissa commentario in Leviticum. Vicarius generalis erat viennensis, et periit sicut tot alii victima innocens persecutionis diabolicae 24. Jul. a. 1794. Edidit laudabili studio praeter alia [2]): *La Genèse expliquée* d'après les textes primitifs avec des réponses [3]) aux difficultés des incrédules (prae-

[1]) Cf. Sommervogel I, 867 ss.

[2]) Eas diligenter recenset Sommervogel VI, 1648 ss.

[1]) Innumera (77) reliquit msc., quae diligenter recensentur in *Script. O. S. Ben.,* qui 1750—1880 fuerunt in imperio austriaco-hungarico pag. 96 ss.; Guppenberger Bibliographie des Clerus der Diöcese Linz p. 49 ss.

[2]) Cf. in Vigouroux Dict. E. Mangenot II, 927.

[3]) Claudius Emmanuel Joseph Petrus marchio de Pastoret Gallus Massiliensis (n. 1756; † 15. Jan. 1840) vir primis muneribus publicis functus sub factiosorum, Napoleonis et Ludovici XVIII. regimine scripsit hoc tempore adversus eosdem incredulos: *Moyse considéré comme législateur et comme moraliste,* Parisiis 1788 in 8., opus praeclarum; *Zoroastre, Confucius et Mahomet* comparés comme sectaires, legislateurs et moralistes avec le tableau de leurs dogmes, de leurs lois et de leur morale, ib. 1783. Cf. Feller VI, 417.

sertim Voltaire), 1777 t. 3 in 12; *l'Exode expliqué* [1]), 1780 t. 3 in 16; *le Lévitique expliqué*, cum diss. et responsis ad exceptiones incredulorum, 1785 t. 2 in 12; *les Psaumes expliqués* (juxta varias linguas) ou Confrontation raisonnée et suivie de la Vulgate avec les differents textes orientaux ou grecs tant des Septante que d'Aquila, de Symmaque et de Theodotion, Paris 1781 t. 4 in 12; t. 4. est Traité sur la poesie et la musique des Hebreux per modum introductionis. *Essai sur l'Ecriture sainte* ou Tableau historique des avantages que l'on peut retirer des langues orientales pour la parfaite intelligence des livres saints, 1775 in 12. Hujus veluti nova ed. est *nouvelle méthode* pour entrer dans le vrai sens de l'Ecriture sainte, 1777 t. 2 in 12; adjectae sunt diss. de Scripturae antiquitate, de arca Noe; de chronologia biblica et longaevitate patriarcharum. — Petrus Jánowka S. J. Bohemus, philosophiae et theologiae professor (n. 11. Nov. 1704; † 19. Febr. 1784), proposuit *quaestiones theologicas dogmatico-critico-historicas* [2]) in Gen. c. 1., Pragae 1757 in 8. — Josephus Stephanus Bertier Orat. Aquensis (n. 1710; † 15. Nov. 1783), in rebus physicis multum versatus [3]), scripsit *Histoire des premiers temps du monde*, prouvée par l'accord de la physique avec la Genèse, Parisiis 1778 in 12; 1784. — Bonaventura Luchi O. Min. Conv. Brixianus (n. 16. Aug. 1700; † 1785), Romae praeposito generali a secretis et aliquamdiu in Sapientia, deinde Patavii theologiae et s. Scripturae professor [1]), magni factus a Clemente XIII., scripsit diss. duas *de nuditate protoplastorum* et *de serpente tentatore*, Patavii 1755 adversus Clericum; *de trajectione maris Idumaei* (adversus eundem et Spinozam) et *de sacrificiorum origine et ritu* (adversus Grotium et Spencer) diss. duas, ib. 1759. — Agnellus Maerz (Merz) O. S. Aug. Bavarus († 1787) disseruit *de arbore scientiae boni et mali* secundum Scripturas et Ecclesiae ac s. P. Augustini doctrinam, 1765. — Dom. Ant. Baldassari O. Min. Conv. Picenus, variis in ordinis conventibus philosophiae et theologiae lector († 8. Jan. 1791), Venetiis 1777 t. 2 in 8. plurimas (16) diss. biblicas concinnavit, quarum 4 latine reddidit Paulus Rolli scil. 1. de omnium hominum primo; 2. de virtute arboris vitae; 3. de antidiluviano hominum cibo; 4. de universalitate diluvii, Venetiis 1757. De ejus diss. pro patribus conc. Chalcedonensi Honorium damnantibus supra egimus. — *De gratia* disputavit juxta Augustinum epist. 26 inscriptis famoso Petro Tamburini. — Franc. X. Rieff O. Praem. in canonia Sorethana Suevus n. 29. Jan. 1751, philosophiae et theologiae professor et bibliothecae praefectus collegit ex variis tam latinis quam hebraeis auctoribus Midrasch Bereshith hatsou

[1]) Josephus Torelli Venetus (n. 1721; † 18. Aug. 1781), vir valde eruditus, qui recusavit munera admodum honorifica, notior editione *operum Archimedis*, Oxonii 1792 in f., reliquit *animadversiones in hebraicum Exodi librum* et in graecam LXX interpretationem, Veronae 1744 in 8., in quibus juvenili conatu nimis deprimit textum originalem eumque velut mendosum et depravatum ex versione alexandrina, quam summi facit, emendare nititur. Cf. A. E. lips. 1746 p. 347—53; Biogr. univ. 46, 254.

[2]) De cap. 1. et 2. Gen. inprimis agit Card. Franc. Schwind in op. *Ueber die ältesten h. semitischen Denkmäler*, eine Abhandlung unserer theol. Routine entgegen, Strassburg 1792, sed juxta opinionis protestantium Eichorn, Michaelis, Hezel.

[3]) Cf. Ingold Essai de bibliogr. orat. p. 12 s.

[1]) Alius a Mich. A. Luchi de quo infra, et ab Aloisio L. O. S. Ben. pariter brixiano (n. 1703; † 1. Mart. 1788), cujus sunt: *Monumenta monasterii leonensis*, Romae 1759 in 4; *codex diplomaticus brixianus 847—1312*; *Exempla veterum chartarum* omnium regionum; *Raccolta* di memorie e documenti sacri e profani spettanti a Brescia t. 4, quae tamen posteriora opera mscr. manserunt.

sive *commentarium in Genesin dimidiatam*, Ulmae 1773 in 4. — Bruno Bischof OSB. in monasterio Óchsenhusano exegesis et linguarum orientalium lector († 27. Apr. 1792) dedit *Interpretationem sibi specietenus adversam* complurium locorum cum animadversionibus in l. Genesin, Ulmae 1772 in 4. — In tria priora cc. Gen. *Saggio* d'alcune (12) Lezioni dedit Angelus Ganzetta Aesinensis (Jesi) n. 28. Jul. 1730, qui a. aetatis 17. ingressus est O. Carm. Variis in conventibus scholas superiores rexit atque ab a. 1778—1792 et ultra a. singulis quaestiones morum, canonum, rituum (24) Senogalliae luci dedit publicae [1]). — Joannes a Cruce (Andreas Streit) O. Carm. Bavarus [2]), theologiae professor Heidelbergae (n. 1740; † 1799) dedit *l. Exodi hermeniam critico-literalem* in locis obscuris, Heidelbergae 1787; synopsin historico-criticam *de ortu, progressu* etc. *atque usu hodierno linguae hebraicae* ejusque subsidiis, ib 1787-88. — J. A. Manser *Pentateuchum Moysis* contra incredulos propugnavit, Augustae V. 1789 in 8.

181. Ludovicus de Poix O. Cap. n. 1714 in dioecesi ambianensi, studio ss. literarum admodum delectabatur ideoque addiscendis linguis orientalibus diligenter se impendit. Cum aliis quibusdam sodalibus (Seraphim parisiensi et Hieronymo attrebatensi) academiam instituit ad promovenda studia biblica consiliumque coepit edendi duce Villefroy (pag. 88) *nova biblia polyglotta,* quae priora excellerent. Vel Benedictus XIV. et Clemens XIII. ipsius ardori stimulos addiderunt. Demum a. 1768 publicavit *Mémoire* dans lequel on propose un établissement, qui, sans être à charge à l'état, rendra des services essentiels à l'Église, deviendra utile aux savants et aux gents de lettres et contribuera à la gloire de la nation. Utinam amplissimum consilium in ea descriptum opere potuisset compleri: quaedam saltem illius elementa sibi prosequenda constituit societas asiatica Parisiis 1. Apr. 1822 fundata. Haec potiora auctoris nostri († 1782) opera: *Principes discutés* pour faciliter l'intelligence des livres prophétiques, et spécialement des Psaumes, relativement à la langue originale, Parisiis 1755—64 t. 16 in 12., in quo plura scripta et diss. apologeticae reperiuntur, quibus Villefroy suis epistolis occasionem dedit; *Psalmorum versio nova ex hebraeo fonte,* cum argumentis et notis, quibus duplex eorum sensus literalis, imo et moralis exponuntur, ib. 1762 in 12. (et versio gallica ib. 1762 in 12.), in qua expositione sequitur theoriam praecedenti opere statutam, de duplici scil. sensu literali s. Scripturae, quae tamen merito pluribus non arrisit; unde etiam Ladvocat, qui versionem quidem laudat, illustrationem (cf. pag. 97) gravi subjecit crisi in *Jugement et observations* sur les traductions des psaumes par les PP. Capucins, ib. 1763 in 12., qui huic op. sat acriter responderunt t. 15. prioris op. *Essai sur le l. de Job* [1]), ib. 1768 t. 2 in 12; *l'Ecclésiaste de Salomon* traduit de l'hébreu en latin et en français avec des notes critiques, morales et historiques, ib. 1771 in 12; *les prophéties d'Habacuc* traduites de l'hebreu en latin et en français, précédées d'analyses qui en développent le double sens littéral et moral et accompagnées de remarques et de notes chronologiques, géographiques, grammaticales et critiques, ib. 1775 t. 2 in 12; *les prophéties de Jérémie* etc., ib. 1780 t. 6 in 12, opus ceteris praeferendum; *les*

[1]) Cf. Bibl. pic. IV, 273 ss.
[2]) Klüpfel Necrol. p. 227—32.

[1]) In Job 19, 25—27 exstat *commentatio critico-exegetica,* Bambergae 1788, auctore Ge. Geuss, qui hunc l. non de corporum resurrectione intelligit, sed de restauratione Job in pristinam conditionem felicem.

prophéties de Baruch etc., ib. 1788 in 12. cum diss. sur le voeu de Jephté et cum responsis criticis ad exceptiones, quas illorum theoriae opposuerunt du Contant de la Molette (p. 360) et Feller. Ceterum haec commentaria theoriae sat arbitrariae innixa jam in oblivionem abierunt [1]), ipsaque haec Capuccinorum schola plurimos nacta est adversarios vel inter ipsos sodales. — Prophetam Habacuc illustravit Ludovicus Beda O. S. Ben. in monasterio banthensi, Wirceburgensis, theologiae professor (n. 12. Febr. 1750; † 29. Maj. 1796), in op.: *Habakuk, der Prophet,* nach dem hebräischen Text mit Zuziehung der alten Uebersetzungen übertragen und erläutert [2]), Francofurti 1779 in 8., adversus Habakuc vatem olim Hebraeum ed. Francofurti et Lipsiae 1777 in 8. Ipsius quoque est *Exegesis Ps. CIX.* (hebraeis CX.) *de Messia Jesu naz.* vero Deo, rege et sacerdote, ex veritate hebraica et antiquis versionibus adornata et ut psalterii prodromus proposita, Bambergae 1779 in 8. — Jos. Aloysius Pellegrini S. J. Veronensis († 13. Apr. 1799) clarus orator, quem M. Theresia Viennam accivit et libenter audiit, praeter Ragionamenti in *Tobiam*, Venetiis 1772 t. 2 in 8; 1800 (cf. supra p. 95), reliquit Lezioni sacre *Debora, Giepte, Giona,* ib. 1804 t. 2 in 8., opus posthumum, *Prediche e Panegirici,* ib. 1801 t. 4. Obiit Pellegrini 13. Apr. 1799.

182. Xaverius Matthaejus n. 19. Oct. 1742 in oppido Monspavonis Calabriae ulterioris, in philologia et arte critica versatus et insignis poeta, literarum graecarum et orientalium linguarum Neapoli professor, in lucem publicam dedit (nondum 25 annos natus) *i libri poetici della Bibbia* tradotti dall' ebraico originale ed adattati al gusto della poesia italiana colle note ed osservazioni critiche, poetiche e morali e colle diss. (24) ne' luophi più difficili e contrastati del senso letterale e spirituale, Neapoli 1766 t. 8, quod opus saepius et variis in locis recusum fuit, auctum semper et emendatum ab auctore, quater decies et antequam illud absolveret. In psalmis reddendis tum jucunditatis causa tum ut varietas occurreret satietati, modo longioribus, modo brevioribus utitur carminibus; in dissertationibus agit copiose de poësi Hebraeorum et Graecorum, omnia illa persequens, quae temporum habita ratione pertinent ad illorum mores, ritus, linguas, ac praesertim studia physicae, astronomiae, mathesis, architecturae civilis ac militaris, atque musicae, quaeque noscere oportet eos, qui in cantibus sacris interpretandis adlaborent. Inquirit in psalmorum auctores, disserit de calendario, diebus festis, jejuniis, necnon de ponderibus, mensuris et nummis Hebraeorum, quae licet a multis, Calmeto in primis, tractata fuerint, haud pauca tamen auctor noster nova in medium attulit, divinorum praesertim librorum testimoniis comprobata. Diss. quoque in vulgus emisit (una cum *Ufficio de' Morti* tradotto, Senae 1780; Vercellis 1782 etc.) *Giobbe giurisconsulto* o sia saggio di un nuovo sistema per interpretare il l. di Giobbe, quem tantam magnificentiam et granditatem verborum et imaginum habere affirmat, ut ejus auctorem plane poetam cum nemine aut paucis comparandum statuat; cavendum tamen ait, ne omnia uni tribuamus, conjungamusque quae soluta oratione, cum iis, quae numeris adstricta sunt, quaeque Job verae tragoediae dramatisque auctori ac poetae summo, cum iis quae ad illius historiam pertinentia posterioribus scriptoribus sunt tribuenda. Sed fatendum est, pluribus non arrisisse, imo displicuisse interpretandi rationem auctoris nostri ut nimis liberam minimeque fidelem, adeo ut eam caven-

[1]) Cf. Biogr. univ. 35, 164—67.

[2]) Cf. Liter. des kath. Deutschland III, 495—503; Kihn KL. X, 124.

dam aliqui notent. Et sane patrum auctoritatem in ss. literarum interpretatione parvipendit, imo et contemnit. Auctor noster cathedrae renunciavit, ut quaestuosiori muneri se daret, causarumque patronum egit, ut familiam suam alere posset. Decessit 31. Aug. 1795. Alia ejusdem opera sunt[1]): Diss. *sopra i Salmi penitenziali* e le antiche penitenze, Mediolani 1785: *Saggio di risoluzioni* (10) di dritto publico ecclesiastico, Senae 1776 in 4; Taurini 1785. 1787 t. 4 in 8. ed. aucta et emendata: *dell' autorità del giudice* nell'obbligare al giuramento due litiganti di diversa religione diss., Neapoli 1784. — Arnaldus Aegidius Bauduer Gallus, theologiae professor in seminario auxitano (n. 1744; †1787), gallice vertit exposuitque *Psalmos*, Parisiis 1785 t. 2 in 12., ediditque *Version de l' Ecclésiaste* avec des reflexions morales et chrétiennes. — Andreas Josephus Ansart[2]) OSB. congr. s. Mauri qua dimissa transiit ad Melitenses († c. 1790) auctor est *Expositionis in canticum canticorum Salomonis,* Parisiis 1771 in 12. Canticum habet pro dialogo Christi cum anima fideli. Ceterum ea expositio non est magni pretii. Tribuuntur ipsi a Feller (I, 191) *Esprit* du s. Vincent de Paul 1780; 1827 t. 2 in 12., germanice interprete Sintzel Regensburg 1844 pp. 3; *Histoire* des. Maure 1780 etc. — Athanasius Alexander Clément de Boissy[3]) Gallus (n. 1716; † 22. Aug. 1793) praeter alia publicae luci dedit: *Abrégé et concorde des livres de la Sagesse,* Parisiis 1767 in 12; *Manuel des saintes Ecritures,* 1789 t. 3 in 12; *De la grâce de Dieu et de la prédestination,* ib. 1787 in 12. — Franciscus Boaretti n. 1748. vir omnigenae eruditionis, philosophiae, dein eloquentiae Venetiis professor (1784), apoplexi tactus prae dolore suppressae (1794) suae cathedrae decessit[1]) 15. Maj. 1799. Ex hebraico vertit libros tres sapientiales Venetiis 1792 in 8., et ex graeco l. Sapientiae, cui adjecit confutationem opinionum Nic. Spedalieri (supra p. 321) in op. *De' dritti dell' uomo, ib.* ib. 1792 in 8. *Dottrina dei Padri greci* relativa alle circostanze della Chiesa nel sec. XVIII. tratta dai testi originali, ib. 1791 t. 2 in 8.

183. Huc referri potest Joannes Jung S. J. Bingensis n. 1727, philosophiae Aschaffenburgi, historiae ecclesiasticae Heidelbergae professor; quo in munere mansit post societatis Jesu suppressionem, donec ad academiam moguntinam a. 1784 vocatus est et factus electori a consiliis ecclesiasticis. Obiit canonicus 10. Sept. 1793. Scripsit: *Ausführliche Rechtfertigung der Gründe für die Erklärung der Stelle Is. 7, 14 auf Jesum und Mariam* sammt einer Beleuchtung des Isenbiehlischen neuen Versuches, Heidelbergae 1778 in 8; qua occasione adversarium carpit, quod Is. 9, 6 *Parvulus datus est nobis etc.* contra unanimem antiquitatis consensum de Christo intelligi velit sensu tantum accommodatitio, quodque opinetur Christum dumtaxat venisse ad restaurandam naturalem

---

[1]) Cf. Fabronius 19, 127—164, sed cum adnotatione non superflua editoris, quae habetur in ed. Lucae 1804 pag. 157—160.

[2]) Alius a L. Joseph Augustino Ansart n. 22. Maj. 1748, qui coepit colligere *Bibliothèque litteraire du Maine* ou Traité historique et critique des Auteurs de cette province, Chalons sur Marne 1784, sed ex 8 quos cogitaverat tomos primus tantum prodiit.

[3]) Alius a Ludovico Mich. de Boissy, socio academiae inscriptionum, qui e fenestra se projiciens occubuit a. 1788, cujus sunt Dissertations historiques et critiques *sur la vie du grand prêtre Aaron,* 1761 in 12; *Diss. critiques* (12) pour servir d'éclaircissements à l'histoire des Juifs avant et depuis J. C. et de supplément à l'histoire de Basnage, 1784 t. 2 in 12., quas prosecutus non est, quod eae parum arriserint viris eruditis.

[1]) Cf. Vedova I, 115.

religionem. *Widerlegung des Gesprächs zwischen Isenbiehl und Jung,* ib. 1779 in 8; *theologia hebdomadum Danielis* ex gemina versione LXX nunc primum Romae edita novo conatu cum optimorum chronologorum calculo conciliata una cum animadversionibus in cc. vir Michaelis et Hassencampii exegesin et chronotaxin, ib. 1774. Sequuntur opera historica: *Academiae heidelbergensis acta* ad conc. constantiensis, basileensis et florentini historiam, ib. 1772; *isagoge in historiam ecclesiasticam,* ib. 1776 in 4; Francofurti 1780. Plura spectant jus canonicum, in quibus tamen neotericorum opiniones sequitur juribus sedis apostolicae contrarias; censuit enim decretalibus Pseudo-Isidori primatus jura etiam in spiritualibus incrementum coepisse cum detrimento jurium episcopalium et metropolitanorum. *Responsum theologorum heidelbergensium* de sensu can. 3. s. syn. nicaenae I. et feminis prohibitis in domibus clericorum diario ecclesiastico parisino insertum, nunc contra gallum anonymum vindicatum; ubi simul historia perpetuaque canonum, qui in Germaniae conciliis hac in causa sunt conditi, series ad nostra usque tempora exhibetur [1]), Heidelbergae 1779 in 8; *origines historicae juris sacrorum,* commentatio I. systema catholicorum, ib. 1782 in 8; II. *systemata protestantium* cum historia ecclesiae imperii R. G. et pacificationum publicarum comparata, ib. 1783 in 4; *objecta sacrae potestatis* exercitatio I. dogmata Ecclesiae vindicata salvo jure imperantium, Moguntiae 1784 in 8; *Beantwortung* acht wichtiger einem Mainzer Theologen vorgelegten Fragen über den Ursprung, die Geschichte des Fasten- und Abstinenzgebotes und die Abänderung in Betreff des letzteren, ib. 1785 in 8; cum apologia 1786, quo in l. pro abrogatione jejunii ecclesiastici sententiam fert, hinc 7. Aug. 1786 responsio haec prohibita fuit. *Facta dispensationum episcopalium historica* ex tribus primis seculis collecta et vindicata, ib. 1787 etc.

184. Antonius Vogt S. J., post societatis Jesu suppressionem aliquamdiu in academia moguntina theologiae professor, in praemium meritorum parochus (n. 6. Maj. 1727; † 10. Jun. 1784), reliquit utilem commentarium in ll. N. T. eorumque sensum maxime literalem una cum textu continuum, qui prodiit posthumus recognitus, atque in locis quam plurimis emendatus ed. Dan. Christ. Ries (de quo infra), Moguntiae et Francofurti 1789—96. Ipsius quoque est diss. *an Cephas a Paulo Antiochiae redargutus sit Petrus,* vel an Petrus circa fidem peccaverit, Moguntiae 1788. — Andreas Friz S. J. Barcinone natus sed origine Germanus aliquamdiu in universitate viennensi s. Scripturae interpres (n. 22. Jul. 1711; † 1790) disseruit *de primis s. Matthaei Ev. verbis* eorumque cum subjecta genealogia consensu, Viennae 1756 in 8; diss. *de generationibus quibusdam* a Matth. c. 1 omissis, ib. 1757; diss. in illa Thamaris verba: *Quin potius loquere ad regem et non negabit me tibi* 2. Reg. 13, 13, Viennae 1757; 1758. — Gervasius Bulffer OSB. in monasterio s. Ettonis (Ettenheimmünster) sedulus archivi praefectus († 14. Febr. 1792) edidit *das N. Testament* mit vollkommener Erklärung aller zweifelhaften und streitigen Sachen versehen, Augustae 1760. 1769 in 8; *Geschichte der Apostel* mit einer vollkommenen Erklärung, ordentlichen Zeitrechnung, kurzer Beschreibung aller Städte, Landschaften, ib. 1770 in 8; *Chronologia sacra* oder kurzer Auszug aus der hl. Schrift nach der Zeitrechnung von Erschaffung der Welt bis auf den Tod des hl. Petrus und Paulus, Constantiae

[1]) Cf. bibl. nova eccl. frib. 4, 457—72. Charmel e congr. missionis s. Vinc. a Paulo († 1779) in *Journal ecclésiastique,* quod opera Dinouartii prodiit, can. III. nicaen. nunc adhuc vigere adversus Jung propugnavit.

1771 in 4; *Geheime Offenbarung,* Augustae 1773 in 8. Reliquit etiam quam plurima manuscripta[1]). — Franciscus de Ligny S. J. Ambianensis (n. 4. Maj. 1709; † 21. Sept. 1789), concionator insignis etiam in aula regia, composuit *Histoire de la vie de N. S. J. Christ* depuis son incarnation jusqu'à son ascension, dans laquelle on a conservé et distingué les paroles du texte sacré selon la vulgate, Avenione 1774 t. 3 in 8; saepissime edita, ut Parisiis et Lugduni 1860 t. 2 in 12; 1862; 1864; 1867; 1869; 1870; 1872, quae simul est quaedam evangeliorum harmonia, utilibus bonisque adnotationibus illustrata[1]); *Histoire des actes des Apôtres,* dans laquelle on a conservé et distingué les paroles du texte sacré selon la Vulgate avec des liaisons, des explications et des réflexions, Parisiis 1824 in 8., et saepius postea, opus posthumum, prioris veluti continuatio, ideoque simul cum illo etiam edita. — Plurimum laudatur ob utilitatem, pietatem et unctionem *L'Evangile médité* et distribué pour tous les jours de l'année suivant la concorde des quatre Evangelistes, Parisiis 1773. 1774 t. 12 in 12; 1789 ed. 4. t. 8 in 12; saepissime editum, ib. 1846; Lugduni 1863 t. 4 in 12. etc. et in varias linguas versum, quod mente concepit et disposuit Bonaventura Giraudeau S. J., praeposito generali a secretis, in literis humanioribus apprime versatus († 14. Sept. 1774), sed edidit Arnaldus Bernardus d'Icard Duquesne, Parisiensis, Sorbonae doctor et vicarius generalis suessionensis, vir insignis pietatis et prudentiae apostolicae (1732; † 20. Mart. 1791). Adjecit deinde *L'année apostolique* ou Méditations pour tous les jours de l'année tirées des Actes des Apôtres et de l'Apocalypse, Parisiis 1791 t. 12 in 12; Leodii 1806 ed. emandata; *Les Grandeurs de Marie* t. 2 in 12. „Cet ouvrage, inquit Feller 3. 366, renferme tout ce qu'on peut dire de plus solide et de plus édifiant sur les mystères de la Vierge.“

185. J. Caspar Müller historiae ecclesiasticae magister, parochus in xenodochio militum, concionator in ecclesia cathedrali concinavit *Harmonie der vier Evangelisten,* Mainz 1791; 1803 ed. aucta. — Innocentius Göcken O. S. Franc., in academia monasteriensi s. Scripturae interpres (n. 1749; † 1796), composuit *Harmoniam evangelicam* una cum proëmiali diss. et notis philologicis, criticis, historicis ac dogmaticis, Monasterii 1785; *introductionem* in quatuordecim Paulinas epistolas et septem catholicas, ib. 1789; addita est appendix positionum ex 14 Paulinis et 7 catholicis ep. exceptarum et fusius deductarum, in qua testimonia difficiliora explicat. Sequitur autem Calmet. Retractavit in usum catholicorum Jo. Jac. Hess *Geschichte und Schreiben* der Ap. Jesu, ib. 1794 pp. 2 in 8. — Simon Widmann O. S. Franc., Brixinae n. 1725, theologiae lector, provinciae suae a. 1778 praepositus et a. 1781 custos († 26. Oct. 1797), edidit diss. historico-criticam *de Genealogia Christi,* Oeniponti 1769 in 4. — Norbertus Nimis O. Cap. Walthüranus docuit aliquamdiu in academia moguntina s. Scripturam. Reliquit Entwurf exegetischer praktischer Vorlesungen *über das N. T.* nach philosophischer und theologischer Encyclopädie, Mainz 1787; *Katholisches Religionshandbuch* mit der h. Schrift des N. T., ib. 1288-1792 t. 3 vel 4, quod complectitur vitam Christi, harmoniam Evangelio-

[1]) Norberti Fahrlaender exstat *Leben, Lehren, Wunderwerke, Leiden und Tod J....* wie es die Evangelisten beschrieben, durchaus mit Noten und Anmerkungen erläutert, Augsburg 1788 t. 2 in 8. — Franc. Millstetter quinque sacra Christi vulnera contra modernam crisin vindicavit, Augustae V. 1797 in 8.

[2]) Cf. Lindner: die Schriftsteller und Gelehrten der ehemaligen Benedictiner-Abteien in Baden.

rum, historiam apostolorum et propagationis religionis christianae; Francofurti 1802, opus concinnatum ex auctoribus jansenianis et protestantibus, in quo censura ecclesiastica plura emendatione reperit digna: fuit enim theologus liberalis, sectae illuminatorum addictus, qui et defecisse traditur vel a statu clericali, fata enim posterioris vitae latent [1]). — Emmanuel Simanovics Evangelium Jesu Christi συνταττόμενον e quatuor evangelistis in unum congessit et clero Hungariae dicavit, Viennae 1792 in 8. — Matthaeus Schabet edidit *Jesus des Gottes Messias vollständige Lebensgeschichte* und Evangelium nach dem h. Matthäus samt den einschlagenden Parallelstellen der übrigen Evangelisten, Augsburg 1795 t. 2 in 8; *Jesus Messias* einziges und wörtliches Evangelium aus den vier Evangelien, ib. 1796; *die Offenbarung des h. Johannes,* Schlüssel zu den Schicksalen der Kirche und der Staaten, ib. 1798; *die sonn- und festtäglichen Evangelien* ib. 1795 in 8. Adversus s. Scripturae versionem interprete Brentano emisit *Drei Sendschreiben,* Friburgi 1791. — J. Nortz proponit *Die Uebereinstimmung der vier Evangelisten* nach dem Grundtext zur öffentl. Erklärung auf homiletische Art verfaßt, Innsbruck 1797—1800 t. 5 in 8. — Oswald Loschert O. Praem. Rothenfelsae in Franconia n. 21. Dec. 1704 n., philosophiae et utriusque juris doctor, prior gerlachheimensis, unanimi suffragio electus est 1747 abbas Cellae superioris (Oberzell). Insignis fuit concionator († 27. Aug. 1785). Praeter conciones edidit: *J. Christi pascha novissimum* sive Agni veri et mystici immolatio, Wirceburgi 1762—63. — Sigismundus Zuentl S. J. Monacensis n. 23. Dec. 1745, Soc. Jesu suppressa, parochus. Praecipua, quae doctores Ecclesiae in evangelia singulis per annum Dominicis apud nos legi solita commentati sunt, collegit, digessit, exegesi historica auxit atque in usum eorum praecipue, qui pro concione dicunt, edidit, München 1786 t. 4 in 8. — Valentini Willms sunt: *Katechetischer* Unterricht auf der Kanzel zur Erklärung des buchstäblichen Verstandes der gewöhnlichen Episteln im ganzen Jahre, Bamberg 1788 t. 2 in 8; *Zur Erklärung der Evangelien,* ib. 1787 t. 2 in 4. — Jos. Lavinj comes juris utriusque doctor et canonicus theologus auximanus et fanensis (n. 21. Apr. 1721; † 4. Nov. 1793) *Lezioni sagre e morali* sulla Ep. 1. di s. Paolo ai Corintij, Anconae 1769 t. 1; Romae 1769 t. 2; Anconae 1777 t. 3; 1778 t. 4. et 5. Lezioni . . . *sul s. l. degli Atti apostolici,* Camerini et Romae t. 4. Reliquit et alias conciones et carmina. — C. H. de Keranflech dedit *Explication de l'Apocalypse,* Rhedone 1774 in 12; diss. *sur les miracles* pour servir d'eclaircissement au système de l'impuissance des causes secondes, ib. 1773 in 12. — Franciscus Potier Gallus n. 28. Aug. 1722, quondam S. J., quam egressus est 1754, concinnavit *Commentaire sur l' Apocalypse* p. a. 1789 t. 2 in 12., qua praedictam cernit magnam rebellionem gallicam. Obiit in Germania.

186. Gabriel Maria Schenk O. Serv. b. M. V., Tirolensis ex Gufidaun (n. 2. Febr. 1713; † 29. Jun. 1789), vir doctus, bis praepositus prov. (1759—62; 1768—71) et vicarius generalis ordinis pro provincia tirolensi, luci publicae dedit *analysim selectarum Scripturae quaestionum et antilogiarum,* Augustae Vind. 1750 in 4. Ejus quoque sunt: *Quaestio dogmatica*: An summus pontifex concilio generali auctoritate et potestate sit superior? cum diss. de simulatione Cephae et ejus reprehensione facta a Paulo Gal. 2, 11, Campoduni 1744. Quaestionem affir-

[1]) Cf. Falk Bibelstudien in Mainz.
[2]) Cf. Goovaerts I, 536.

mative resolvit, difficultates e conc. constantiensi et basileensi enervat, et appellationem a papa ad concilium tamquam haereticorum notam rejicit. *Auctoritas s. et oecumenici conc. tridentini* ab haereticorum calumniis vindicata: diss. polemica, in qua et infallibilitas conciliorum vindicatur, ib. 1744. — Varias dissertationes reliquerunt: Quirinus Geyer[1]) de Ehrenberg O. Cist. in monasterio altovadensi (n. 10. Nov. 1730; † 26. Jan. 1787) bibliothecae praefectus et notarius apostolicus *de s. Scripturarum canonis statu* tam apud Hebraeos quam apud Christianos, Pragae 1762. — Aloysius Keller S. J. Lucernensis (n. 24. Nov. 1738; † 5. Nov. 1796), s. Scripturae interpres et societate suppressa parochus urbis patriae, reliquit *Quaestiones in s. Scripturam* et theologiam polemicam, Lucernae 1774 in 8. — Stephanus Sciugliaga Ragusinus († 1791) praeter alia edidit *Il naufragio di s. Paolo* ristabilito nella Melita illirica, Venetiis 1757 in 4; *exercitationes geographicae,* hydrographicae et anemographicae de naufragio d. Pauli ap., ib. 1757 in 4; utrumque iterum prodiit 1759. Cf. de hac controversia IV[3], 1134. *Memorie* per servire alla storia letteraria 10, 257—262, ubi exhibetur *Lettera* d'un anonimo sulle opere dello Sciugaglia. — Leopoldus Tirsch S. J. Bohemus (n. 11. Febr. 1733; † 30. Nov. 1788) in academia pragensi per 20 annos linguae hebraicae professor et relicto ordine (1764) regius censor librorum hebraicorum, edidit diss. *de characterum antiquorum apud Hebraeos ante Esdram usu*[1]), Pragae 1759; diss. *de tabernaculorum feriis* prout olim a judaeis gestae sunt hodieque aguntur, ib. s. a. in 4; diss. *an lingua hebraica omnium antiquissima primaque habenda* et unde hoc nomen sortita sit[2]), ib. s. a. in 4. — Mich. Amann OSB. in Altacha superiori (n. 24. Oct. 1752; † 20. Aug. 1797) archivarius, de quo cf. Lindner die Schriftsteller I, 122. — Joannes Baptista Kips O. Praem. Bruxellensis n. 1. Nov. 1716, theologiae lector in sua abbatia Grimbergen et prior, praeses dein collegii norbertini Lovanii et professor in seminario generali a Josepho imp. instituto († 11. Sept. 1793), deduxit et concinavit[3]) *compendiosum s. Scripturae dictionarium* ad scripturisticarum historiarum notitiam ex ipsa Scriptura, Flavio Josepho aliisque sacris historicis, Lovanii 1779 in 12. — Prosperi de Aquila *Dictionarium manuale biblicum* prodiit Augustae 1776 t. 2 in 8.

IV. Patrologia.

187. Patrum operibus edendis illustrandisque operam dedit: Stephanus Evodius Assemanus unus ex celeberrima Assemanorum familia[2]), archiepiscopus apameensis, bibliothecae vaticanae custos, vir in orientalium literatura eruditissimus, ideoque socius academiae londinensis († 24. Nov. 1782), qui partem habuit in editione *operum*

[1]) Alius ab eo est Gregorius Geyer, cujus assertiones theologicae de *religione revelata* et vera Christi Ecclesia prodierunt Straubingae 1787 in 4.

[2]) Ex fratre (secundum alios sorore) nepos erat fratrum Josephi Simonis, cujus supra mentionem fecimus (pag. 248) et Josephi Aloisii, de quo infra agemus.

[1]) De hoc argumento disseruit et F. Hyac. Arizzara OP. professor in academia mutinensi, Mutinae 1782 in 8. Reliquit et *Elementa s. hermeneuticae,* Castrinovi 1790, quae bonam exhibent introductionem in s. Scripturam, quam multum laudat J. Thomas in Dict. de la Bible ed. Vigouraux I, 966.

[2]) Cf. Wurzbach 45, 178.

[3]) Cf. Goovaerts I, 444.

s. *Ephraemi* (cf. IV³, 1463), curavit enim t. ultimum operum syrorum, cujus magnam jam partem paraverat Benedetti. Edidit praeterea *Acta ss. martyrum orientalium* (qui in Perside passi sunt) et occidentalium, ubi etiam Acta Simonis Stylitae e bibliotheca ap. vat.; chaldaicum textum recensuit, notis vocalibus animavit, latine vertit, admonitionibus perpetuisque adnotationibus illustravit[1]), Romae 1748 t. 2 in f. (fr. 150). Primo t. continentur 22 acta, quae editor attribuit s. Maruthae (de quo cf. I³, 326), altero 14 acta diversorum auctorum. Versiones tamen dicuntur non satis accuratae. Cum avunculo Josepho Simone composuit *bibliothecae apostolicae vaticanae codd. msc. catalogum,* de quo cf. supra pag. 248. *Bibliothecae mediceae laurentianae et palatinae codd. msc. orientalium catalogus,* Florentiae 1742 t. 2 in f., opus numeris omnibus absolutum et incredibilis doctrinae, literarumque orientalium locupletissimus testis, quod hic multis laudibus exornare eo minus videtur necessarium, quo majori admiratione ab omnibus, qui harum rerum deliciis ducuntur, exceptum est. Ita in prolixa recensione A. E. lips. 1747 pag. 49, quae eam pag. 66 ita absolvunt: »Dignissimus hic liber est, qui summo applausu ab eruditis excipiatur. Non solum enim orientalem literaturam mirifice ornat, verum etiam in historia ecclesiastica, literaria et philosophica miram utilitatem spondet, et amoenissimi exinde flores decerpi poterunt«.

188. Hieronymus de Prato Orat. Veronensis (n. 1705; † 1782), vir admodum eruditus, quem magni fecit card. Quirini, sed adeo modestus, ut, ne offenderet Vallarsi, igni traderet omnes suas adnotationes in Eusebii caes. chronicon, quibus illius impugnabat sententiam. Edidit *Sulpicii Severi opera* ad msc. codd. emendata, observationibus, dissertationibus notisque illustrata, Veronae 1741 et 1754 t. 2 in 4., editio praestantissima[1]), cujus tamen t. 3. complectens septem S. Severi epistolas non prodiit; recusa et aucta hisce ep. in Gallandi *bibliotheca* VIII, 353—432. *De chronicis ll. 2 ab Eusebio caes. scriptis et editis* diss.; accedunt graeca quaedam fragmenta ex l. 1. olim excerpta a Georgio Syncello, ib. 1750 in 8. — *Prudentii opera omnia* edidit Josephus Teolius, nunc primum cum codd. vaticanis (12 et ultra) collata, praefatione, variantibus lectionibus, notis ac rerum verborumque indice locupletissimo aucta et illustrata, Parmae 1788 t. 2 in 4; editio nitida, splendida et sumptuosa, poeta nostro dignissima. — Franciscus Foscari, senator venetus, legationibus pro republica cum laude obitis et eruditione clarus († 1790), juvit Ugolini in suo edendo *thesauro* (pag. 189), Gallandium in edenda bibliotheca veterum patrum, curavitque editionem *operum Theophylacti* archiepiscopi Bulgariae (cf. II³, 33), Venetiis 1763 t. 4 in f.

189. Frobenius Forster OSB. in monasterio emmeramensi n. 30. Aug. 1709 Koenigsfeldae in Bavaria, fuit primum philosophiae et theologiae professor apud sodales et bibliothecae praefectus. Cum philosophiae praesertim studio delectaretur ducibus Leibnitio et Wolfio, Salisburgum accitus est a. 1744—47, ut eam ibidem doceret. Post triennium Ratisbonam rediit, ubi

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1751 a. 9 pag. 125—144: J. des Sav. 1752 pag. 267—91 et 394—416; A. E. lips. 1751 pag. 49—61.

[1]) Cf. St. Lett. d'It. 10, 383—88; A. E. lips. 1759 pag. 248—67; 353—76; 529—550, quae quamvis severius judicent de Prato, tamen fatentur: »Probavit se nobis vehementer accuratae eruditionis copia, qua adnotationes efflorescunt; laudamus ingenium editoris, in erroribus Severi indagandis acutum; admiramur diffusissimae lectionis copias ad illustrandam historiam apte collatas«.

iterum philosophicas et exegeticas praelectiones habebat. Specimini philosophico cuidam interfuit eruditorum Maecenas et ipse eruditissimus card. Querini, qui exinde Frobenium benevolentia prosecutus est et ad eum literas dedit. Delectabatur quoque, interim prior factus 1750, studio historiae, unde commercium epistolare iniit cum viris doctissimis Germaniae, Galliae, Italiae et Hispaniae. Anno 1762 d. 15. Julii electus est in principem abbatem, neque tamen tunc a studio cessavit, sed de edendis Alcuini operibus cogitavit, quo in opere plurimum eum juvit Ild. Catelinot (cf. IV³, 1422), qui magna caritate ei cessit omnes suas schedas et msc., quae in eundem finem jam paraverat. Indefessa quoque sollicitudine studia in suo monasterio promovere sategit. Auxit libris selectis bibliothecam, condidit thesauros rerum naturalium exemplis instrumentisque variis refertos, collegit rariora numismata; ipse docuit sodales artem criticam, promovit studium linguarum orientalium. Decessit meritis plenus 11. Oct. 1791 a. aetatis 83, religionis 63, sacerdotii 58, dignitatis abbatialis 30. In pauperes erat pientissimus, parcus erga se, verus suorum pater, disciplinae regularis custos, modestus et comis erga omnes, cui ratum fixumque erat principem se probare non inani pompa, sed virtute, beneficentia et studio operoso promovendi bonum. Praeter scripta philosophica [1]) ei debemus *b. Flacci Albuini seu Alcuini ab.* Caroli M. regis et imperatoris magistri *opera* post primam editionem a viro cl. D. A. Quercetano curatam de novo collecta, multis locis emendata et opusculis primum repertis (inter quae 71 epist.) plurimum aucta variisque notis illustrata [1]), Ratisbonae 1777 v. 4 in 2 t. in f., in qua ed. reperitur libellus adversus haeresin Felicis (urgellitani) ad abbates et monachos Gothiae, in quem praefatus est Foggini; *Concilium aschhaimense* sub Thassilone II duce Bojoariae a. rep. salutis 763 celebratum primo in lucem protractum ex pervetusto cod. msc. ..., notis quibusdam illustratum, nunc post edit. florentinam multis mendis scatentem in eruditorum commodum purgatum, ib. 1767 in 4; *de Scripturae s. vulgata editione* ejusque authentia, Salisburgi 1748, disputationi proposita, cui interfuit Querini card.

190. Eodem anno (13. Mart. 1791) decessit Franciscus Antonius Florius nobilissimis parentibus Utini n. 5. Jan. 1705. A pueritia optime institutus condiscipulis suis virtutis et industriae erat exemplum. Patavii utriusque jurisprudentiae per quadriennium operam dedit atque lauream promeruit. Nullus erat in illo lyceo doctrinae fama illustris homo, quem non discendi aviditate adiret, ut in omni disciplinarum genere proficeret. Sacerdos factus episcopo aquilejensi Dionysio Delphinio peracceptus fuit, qui in omni re graviori ipsum consiliarium adhibuit, eoque suasore academiam instituit, cui unice proposita esset rerum sacrarum illustratio. Magna diligentia nisus est aquilejenses antiquitates illustrare, sed gloriae non adeo cupidus, quae infinito labore collegerat, libenter cessit Bertelio canonico [2]) et Bern. de Rubeis (cf. pag. 10), qui toti erant in hujus ecclesiae monumentis atque historia declarandis. Plures quoque obivit legationes pro ecclesiae suae utilitate sive ad aulam caesaream sive ad sum-

[1]) Cf. Lindner 1, 56—62; Seidl KL². 4, 1622; hist. pol. Bl. 72, 513 ss.; inprimis Endres Fr. Forster, Freiburg 1900, cujus epitomen habes in hist. pol. Bl. 127 (1901), 902—13.

[1]) Cf. nova bibl. eccl. frib. 3, 339—61.

[2]) Ad hunc exstat *Lettera sopra varie antichità aquilejesi*, in collect. caloger. t. XXXIII. Ejus elogium scripsit in Giornale de' Letterati d'Italia, mens. Sept. 1764 pag. 64.

mum pontificem. Curam suscepit dioecesis Hier. Gradonici et Sagredi archiepiscoporum utinensium vicarius, quo in munere per totos 17 ferme annos perseveravit; episcopatum hadrianensem et rhodiginum sibi a summo pontifice oblatum constanter recusavit, primicerii et praepositi honore contentus. Erga omnes erat humanus et comis, libentissime alios juvabat in studiis literariis, adeo ut innumera exstent testimonia clarorum virorum, qui ab eo se accepisse grate professi sunt subsidia ad exornanda quae ediderunt opera [1]). Haec potiora ejusdem opera: *Bachiarii monachi opuscula de fide et de reparatione lapsi* ad codd. bibliothecae ambroisianae nec non ad priores edit. castigavit, dissertationibus et notis auxit, Romae 1748 in 4. Probat autem in diss. praemissis, Bachiarium fuisse Hispanum, monasticam vitam minime deseruisse, nunquam a recta fide deviasse et tempore floruisse, quo Priscillianistarum haeresis (de qua erudite disserit) in Hispania grassabatur. Ei vindicat quoque objurgationem quandam in Evagrium, quam nonnulli s. Hieronymo, alii s. Paulino tribuebant [2]). Egerat quoque de Bachiario Muratori *Anecdotorum* t. 2., sed visa hac editione gratulans affirmare minime dubitavit, per Florium omni ornamento Bachiarium vestitum fuisse, quem nudum pene ipse reliquerat. *Vita del b. Beltrando Patriarca d' Aquileja,* 1759 in 4., Bassani 1791 ed. 2. accresciuta con un discorso preliminare d' illustrazione sull' antica storia del celebre Patriarcato e del Friuli; *Le mani morte* ossia Lettera all' Autore del Ragionamento intorno ai Beni posseduti dalle Chiese, Venetiis 1766 in 8; *de martyribus lugdunensibus* diss. (rara, in qua adversus Voltaire tuetur epistolae ecclesiae lugdunensis de ipsis genuinitatem); accedit altera *de J. Christi divinitate* contra auctorem lexici philosophici et divinatio in s. Justini M. de angelis testimonium, Bononiae 1779 in 4; *de s. Gregorio illiberitano* libelli de fide auctore, necnon de ss. Hilario et Hieronymo Origenis interpretibus diss., ib. 1789 in 4; *de quodam Hegesippi fragmento* et de nonnullis ss. patrum locis mendose hactenus editis et nunc primum emendatis, ib. 1793 in 4., duo opuscula posthuma. Dissertazioni due *de' privilegi ed esenzioni del capitolo di Verona,* Romae 1754 in 8., de quibus scribunt fratres Ballerini in praef. ad Ratherii opera pag. 26: „Duae diss. comitis Fr. Florii italica lingua exaratae typis impressae fuerunt Romae 1754, in quarum altera Ratherii vitam fusius et chronologicam seriem digessit, cui idcirco praefixit titulum *Saggio della vita di Raterio vescovo di Verona.* Ubique elucet ampla scriptoris eruditio, ingenii acumen, saniores critices usus in intelligendis et evolvendis rebus obscurissimis". Plura opuscula pretiosa ad patrum opera illustranda manserunt inedita.

191. Bruno a s. Joanne Baptista Bruni Schol. piar. nobilibus parentibus Florentiae 1713 ortus, praeclarus in patria et Romae theologiae professor, episcoporum examinator, quem Pius VI. magni fecit et in arduis negotiis consuluit († 1796 anno aetatis 83, religionis 67), hortante eodem pontifice collegit *s. Maximi ep. taurinensis opera,* quae ex innumeris fere codicibus eruit, nova ratione disposuit, animadversione critica, argumentis, admonitionibus et notis uberrimis instruxit, ut ea ed. inter praestantissimas patrum latinorum editiones mereat numerari, et si typographi sollertiam spectes, splendidissima sit censenda, digna tanto pontifice, digna rege Sardiniae Victore Amadeo, cui dicata est [1]). Prodiit Ro-

[1]) Cf. de ipso ejusque fratre Daniele insigni poeta († 1789) Fabronius 16, 75—117.

[2]) Cf. St. Lett. d' It. 1, 17—21.

[1]) Cf. Schoenemann *bibl. hist. liter. PP. lat.* t. 2.

mae 1784 in f. Solitus tamen est, censore Mai [1]), »quidquid potest ad Maximum suum unguibus fidiculisque trahere.« Edidit praeterea *s. Brunonis Astensis opera* [2]) *omnia* aucta et annotationibus illustrata, Romae 1791, etiam in Migne P. L. t. 164. 165, Parisiis 1854. Debemus eidem praeterea: *Difesa degli apologisti della religione cristiana,* Florentiae 1778; *esposizione delle dottrine riguardanti la grazia e i sacramenti,* Romae 1774 in 8: *Breve confronto* del l. di Tertulliano de praescriptionibus coll' analisi fattane in Pavia (a Tamburini) Bononiae 1784 in 8. — *D. Paciani ep. barcinonensis opera* quae exstant edidit [3]) Vincentius Antonius Noguera y Ramon Valentinus (n. 2. Nov. 1728; † 20. Oct. 1797). Novam quoque curavit editionem op. *historia general de España* P. Marianae, quam annotationibus observationibusque criticis illustravit, praemissa auctoris vita, Valenciae 1783—1796 t. 9 in f., editio ob annotationes praestans. — Joannes Dominicus Coleti S. J. Venetus n. 27. Sept. 1727, per annos decem missionarius in America meridionali, cui mirifica bibliotheca quitensis multum debet. Societate Jesu suppressa episcopi Fulginiae erat secretarius, dein parochus et archipresbyter oppidi Spercenigo dioecesis tarvisinae († 1798). Edidit cum fratre Jacobo (de quo infra) *Luciferi ep. calaritani opera omnia* quae exstant, Venetiis 1778 in f., editio praestans, recusa in Migne P. L. t. 13. Alia ejusdem opera sunt: *Vida de S. Juan Ap. y Evangelista,* Limae 1761 in 4; *Notizie storiche* della chiesa di s. Pietro in silvis de Bagnacavallo, Venetiis 1772 in 4; *notae et siglae,* quae in nummis et lapidibus apud Romanos obtinebant, explicatae, Venetiis 1785 in 4., quo op. auctor se probavit egregium archaeologum. Multum jam contulerat ad ed. secundam *Italiae sacrae* auctore Ughelli (cf. IV[3], 209): imo parabat jam tertiam, atque opus insigne in multis emendavit, plurimum auxit et continuavit, sed dolendum, eam ed. propter temporum iniquitatem non prodiisse — Antonius Khager Augustanus (n. 1724; † 16. Jan. 1798), bibliothecae eistettensis praefectus, dein canonicus et a consiliis ecclesiasticis, edidit *regulam pastoralem* et *homilias XL s. Gregorii M.,* Augustae V. 1762 in 8; *commonitorium Vincentii lir.,* ib. 1762; *s. Joannis Chrysostomi de sacerdotio ll. 6;* accessit s. Ephraem syri de *sacerdotio* l. unus, cum vita s. J. Chrysostomi noviter adornata, praefatione, nota et indicibus, ib. 1775 in 8. etc. — Ant. Muszka S. J. Hungarus, juris canonici, s. Scripturae et theologiae professor, academiae tyrnaviensis cancellarius († 1785) obtulit suis auditoribus *epistolas d. Caec. Cypriani carth.,* Tyrnaviae 1764; *S. P. N. Jo. Chrysostomi archiep. ep. homilias de statuis;* item homilias *de poenitentia* ib. — Christophorus Amadutius (Amaduzzi) in literis graecis versatus, vir eruditus et laboriosus, sed in scribendo acer, typographiae polyglottae Propagandae praefectus strenuus († 1792), collegit ex msc. codd. vaticanis *Anecdota literaria sacra et profana,* etiam orientalia, Romae 1773—83 t. 4 in 8., opus rarum; prodierunt quoque praeter alia Diss. canonico-filosofica *sopra il titolo ed officio archidiaconi,* ib. 1767; *vetera monumenta,* quae in hortis coelimontanis et in aedibus Matthaejorum adservantur, nunc primum in unum collecta et adnotationibus Clem. Orlanti et Chr. Amadutii illustrata, quae comprehendunt statuas, protomas, hermas, clypeos, anaglypha, sarcopha-

[1]) Bibl. N. PP. I, 108, 229.

[2]) Philippus Zazzera theologiae doctor edidit l. anonymi inter opera s. Brunonis antea editum inscriptum: *S. Ecclesiae rituum divinorumque officiorum explicatio* ab anonymo scriptore elucubrata, Romae 1784, quam copiosis eruditisque commentariis exornavit.

[3]) Cf. Fuster in Biblioteca Valenciana 2, 176—84.

gos et inscriptiones (editore Ridolfino Venuti), Romae 1779 t. 3. — *Analecta monumentorum vindobonensia* (inter quae etiam *Benedictionale* s. Gregorio M. tributum) edidit Viennae 1761. 1762 t. 2 Adam Franciscus Kollár de Keresztén Hungarus, aliquamdiu S. J., bibliothecae caesareae praefectus et consiliarius aulicus (n. 15. Apr. 1723; † 15. Jul. 1783), vir eruditus, praesertim in literatura orientali [1]). Ejus quoque est *Historia diplomatica* juris patronatus apostolicorum Hungariae regum, Vindobonae 1762; *de originibus et usu perpetuo* potestatis legislatoriae circa sacra apostolicorum regum Hungariae; ib. 1764, prob. 13. Aug. 1764. — C. F. Camus typis dedit *selecta opera patrum,* 1788. 1789 t. 2 in 8.

192. Plurimum inter eruditos inclaruit Joannes Aloysius Mingarelli can. reg. s. Aug. congr. ss. Salv. Bononiensis, doctissimus vir, literaturae graecae in Sapientia romana professor, praepositus generalis et abbas (n. 1722; † 1793), scrutandis bibliothecis totus intentus; cujus diligentiae hi sunt fructus potiores: *Anecdotorum fasciculus* sive Paulini Nolani, anonymi scriptoris, Alani Magni ac Theophylacti opuscula aliquot, praefationes ac scholia addidit, graeca latine reddidit, Romae 1756 in 4.; *de vita ss. Deiparae,* Romae 1774 in 4; ep. *de serm. s. Gregorii Thaumaturgi in omnes martyres,* Bononiae 1770 in 4; *epistola* IV. sec. confecta et a Basilio commemorata ex passionejanis membranis edita in *collect. calog.* t. 33; item *emendationes variaeque lectiones commentariorum s. Hieronymi in Matthaeum* ex cod. bon., Venetiis 1779; *graeci codd. mscr. apud Nanios asservati,* Bononiae 1784 in 4; *aegyptiorum codd. reliquiae* in bibliotheca naniana Venetiis asservatae, ib. 1785 in 4., catalogi accurati, qui magni fiunt. Marci Marini brixiani († 1594) canonici reg. congr. rhenanae ss. Salv. *annotationes literales in Psalmos,* Bononiae 1748—50 t. 2 in 4., quibus novas adjecit et exactam Marini vitam, necnon hebraeorum canticorum explanationem, quibus in divino officio romana Ecclesia utitur. — Ejus fratri minori Ferdinando (qui antea Felix dicebatur) O. Camald. (n. 1724; † 21. Dec. 1777), viro pariter erudito, in academia melitinensi s. Scripturae interpreti, postea abbati faventino debemus: Veterum testimonia *de Didymo alex. coeco,* ex quibus tres ll. de Trinitate nuper detecti eidem asseruntur, Romae 1764; *epistola* qua Cl. Nicolai Celotti emendatio Matth. 1, 16 rejicienda ostenditur, ib. 1764 in 4. ed. 2. Censuerat nimirum Celotti pro *Jacob autem genuit Joseph virum Mariae* legendum esse: Jacob autem genuit *Josephi conjugem Mariam.* Alius Jo. Aloysii Mingarelli frater erat Archangelus M. ejusdem congregationis canonicus († 1787).

193. Petrus Franciscus Foggini Florentinus n. 1713, dum in seminario studiis vacaret, praefectum jam egit illius bibliothecae: unde in ipso excitata fuit legendi scrutandique cupido, cujus plures exstitere fructus literarii. Edidit *theses historicas et polemicas* adversus declarationem cleri gallicani a. 1682, Florentiae 1737; *de primis Florentinorum apostolis* exercitatio singularis, ib. 1740 in 4; *De romano d. Petri itinere et episcopatu* ejusque antiquissimis imaginibus exercitationes historico-criticae (20), Florentiae 1741, opus rarum [1]) et doctum, adversus quod Jo. Christ. Leo edidit commentarium *de d. Petri itinere et episcopatu,* Lipsiae 1743 in 4; *la vera storia di s. Romolo* vescovo et protettore di Fiesole liberata ... dalle calunnie appostele in una scrittura publicata (auctore Fidele

[1]) Cf. Wurzbach 12, 324.

[1]) *De liminibus apostolorum* disquisitionem historicam scripsit Petrus Salomoni, Romae 1775.

Soldani) per difesa degli atti di detto Santo apocrifi e alla gloriosa memoria di lui ingiuriosissimi [1]), Lucae 1742 in 4. Celebre tamen nomen adeptus est editione (1741) antiquissimi codicis Virgilii, qua inter socios plurium academiarum literariorum meruit adnumerari. Interim agente praesertim Bottarii Romam venit, ubi adjunctus est a Benedicto XIV. academiae historicae pontificiae, quam doctissimus pontifex instituerat. Scrutans codices msc. bibliothecae vaticanae reperit s. Epiphanii Salaminis in Cypro ep. *de XII gemmis rationalis summi sacerdotis Hebraeorum l.* ad Diodorum versionem antiquam latinam, quam notis illustratam primum edidit Romae 1743 in 4; et 1750 commentaria ejusdem *in Cantica canticorum* [2]); patrum Ecclesiae *de paucitate adultorum fidelium salvandorum*, si cum reprobandis fidelibus conferantur, mira consensio asserta et demonstrata, Romae 1752 in 4; Parisiis 1759 adversus Borgia archiepiscopum firmanum. „Debuisset Fogginius, inquit ad rem Faustinus Arevalus [3]), distinguere loca patrum, in quibus christiani omnes adulti, etiam haeretici, comprehenduntur, ab aliis auctoritatibus, quae ad solos catholicos pertinent, tum alia testimonia patrum, quae contrariae opinioni favere videntur, exscribere et explicare: non enim aliter tutum judicium ferri potest pro mira illa asserta consensione, quae si de solis catholicis adultis est sermo, exstare non videtur". Adornavit collectionem opusculorum *adversus spectacula et saltationes* 1753, dein opusculorum ss. Patrum *de gratia* 1754—71 t. 8. Edidit quoque opera Georgii Pisidae (historici et poetae sec. VII) in *historiae byzantinae* appendice nova, Romae 1777 in f. Reliquit plura alia opera et dissertationes ad historiam et archaeologiam spectantes. Diu cum Bottari fuit custos bibliothecae vaticanae, post mortem Stephani Evodii Assemani ejusdem praefectus, sed (ratione aetatis) emeritus. Pius VI. eum adscivit inter praelatos domesticos. Decessit apoplexia correptus 2. Jun. 1783.

194. *Institutiones patrologiae*, sat tenues tamen, conscripserunt Wiest (de quo cf. p. 270). — Macarius a s. Elia O. Carm. et professor in universitate graecensi [1]) Graecii 1781. 1783. 1785 (ed. 3), cujus etiam est *introductio ad historiam literariam* theologiae, Graecii 1785. — Gulielmus Wilhelm canonicus regularis creutzlinganus n. Mengae in regno würtenbergico 12. Jul. 1735, bibliothecae praefectus et sodalium in philosophia et theologia magister, qui Friburgum vocatus (1774) docuit patrologiam, mox et theologiam dogmaticam († 28. Aug. 1790). Edidit [2]) *patrologiam* ad usus academicos, Friburgi Brisgojae 1775; hujus et historiae literariae *conspectum*, Viennae 1776; *theologiae dogmaticae* p. priorem, Constantiae 1779 in 8. *Parerga theologica* (200), Constantiae 1768; *Authentia V. T.*, argumentum demonstrationis criticae contra pseudocriticos, ib. 1768 in 8.. propter quod opus cathedra fuit motus; *Vulgatam paraphrasticam* p. 1. et 2., ib. 1786., sed opus ultra Genesim et Exodum non processit. — Bonifacius Schleichert OSB. in monasterio brĕvno-braunensi ab

[1]) Cf. acta erud. lips. 1755 pag. 150-53.
[2]) Cf. St. Lett. d'It. 3, 6—16; A. E. lips. 1755 pag. 645—51.
[3]) In prolegom. ad Prudentii opera c. 16 n. 175.

[1]) Cf. nova bibl. frib. eccl. 6, 653—62.
[2]) Conradus Eberth OSB. edidit diss. inscriptam: *Epistola prima s. Clementis ep. rom.* ad Corinthios una cum exercitatione theologica ex chronologia et historia eccl. trium priorum Ecclesiae seculorum, Fuldae 1780 in 8., de qua cf. nova bibl. eccl. frib. 5, 357—60. Ibidem recensetur 7, 732—35 ejus *Programma historico-juridicum* de eo, quod superior et eminentior quaedam auctoritas penes Ecclesiam romanam ejusque praesulem per tria prima nascentis Ecclesiae secula ab aliis episcopis fuerit agnita, Fuldae 1781.

Auscha Bohemiae, professor historiae literariae et patrologiae in universitate pragensi (n. 15. Dec. 1740; † 7. Febr. 1790), Pragae 1777 in 8. Scripsit quoque *institutiones historiae literariae theologiae,* ib. 1778. 1783, et *theologiam apologeticam* Ecclesiae christianae romano-catholicae adversus incredulos recentioresque christianorum sectas, ib. 1785 in 8. Prodiit tantum pars isagogica. — Joannes Baptista Prileszky S. J. Hungarus, theologiae professor et s. Scripturae interpres in academia tyrnaviensi (n. 16. Martii 1709; † 1790), luci publicae dedit *Notitiam ss. Patrum,* qui duobus primis seculis floruerunt, acta et scripta eorum compendio exhibentem [1]), Tyrnaviae 1753 in 8; *s. Cypriani* carthag. archiep. et Africae totius primatis *acta et scripta* omnia in summam redacta et proloquiis et annotationibus illustrata, ib. 1761 in f.; *acta et scripta s. Theophili patriarchae antiocheni et M. Minucii* Felicis etc., ib. 1766 in 8; *s. Irenaei* ep. lugd. et M., Cassoviae 1765 in 8; *s. Justini* philosophi et M., (ex praelectionibus Jo. B. Gottgeisl S. J. † 1794), ib. 1765 in 8; *ss. Gregorii naz., Dionysii alex. et Methodii lycii,* ib. 1766 in 8; *acta et scripta ss. Cornelii, Firmiliani, Pontii et Victorini* suo ordine digesta et annotationibus historico-theologicis illustrata, ib. 1765 in 8; *s. Leonis P. I.* cognomento Magni *opera* pp. 2, quibus addidit praefationem, vitam et notas, Tyrnaviae 1766 in 8. Edidit praeterea: *Acta sanctorum Hungariae* ex J. Bollandi S. J. et ejus continuatorum operibus excerpta, et prolegomenis et notis illustrata, ib. 1743. 1744 in 8; *theologicorum prolegomenorum ll. 2* in usum scholae theologiae conscripti, Viennae 1761 in 8; Tr. *de Deo uno et trino,* Tyrnaviae 1754; 1760 in 4; *de sacramentis* pp. 2, ib. 1753; 1755; 1767 t. 2 in 4. — Dominicus Schram (Schramm) OSB. monasterii banthensis Bambergensis n. 24. Oct. 1722, diu theologiae professor († 21. Sept. 1797), vir admodum eruditus, utilem *analysim operum ss. patrum* et scriptorum ecclesiasticorum dedit Augustae 1780—96 t. 18 in 8. Praeterea: De eo quod salva fide catholica *de animabus brutorum* dici potest, 1764 in 8; satis clarae et bonae *institutiones juris ecclesiastici publici et privati* hodiernis academiarum germanicarum moribus accommodatae [1]), Augustae 1774. 1775 t. 3 in 8; *epitome canonum ecclesiasticorum* ex conciliis Germaniae collecta, ib. 1774; *compendium theologiae dogmaticae, scholasticae et moralis* methodo scientifica propositum, ib. 1768 t. 3 in 8; 1789; Taurini 1837—39 t. 3; *institutiones theologiae mysticae* ad usum directorum animarum, curatorum omniumque perfectioni christianae studentium, ex s. Scriptura, conciliis, ss. patribus, mysticis primariis et theologicis rationibus adornatae, Augustae V. 1774 t. 2; Leodii 1848 t. 2 in 8; Parisiis 1868 t. 2, quod opus ceteris auctoris nostri praefertur. Barth Carranzae O. Pr. (cf. III[3], 123) *Summa conciliorum collecta* cum additionibus Fr. Silvii, nunc vero in novum ordinem chronologicum redacta, residuis conciliis omnibus aucta usque ad modernum s. pontificem Pium VI. continuata, succinctis notis historicis, theologicis et canonicis instructa, in 4 t. distributa, Augustae 1778. — Prae ceteris tamen de patrologia meruit Gottfridus Lumper OSB. Villingae Hercyniae Silvae, Faucenae (Füssen) in Bavaria n. 9. Febr. 1747, praefectus gymnasii, quod ad magnum provexit splendorem, prior et lector dogmaticae et historiae ecclesiasticae.

[1]) Cf. Klüpfel Necrol. sodalium et amicorum liter. Friburgi 1809 pag. 67—74; Lauchert Allg. d. Bi. 43, 228—30.

[1]) Gravis adversus illas censura pronunciatur in nova bibl. eccles. friburgensi 1, 123—44; de ejus *analysi* operum ss. PP. cf. ib. 5, 489—499; 6, 399—404.

Vir erat „prorsus antiquae fidei, teste Klüpfel in *necrologio* sodalium et amicorum literariorum, germanique candoris, integer vitae scelerisque purus, qui re nulla a recto officiorum et virtutum tramite poterat dimoveri“ († 8. Mart. 1800), qui collegit *historiam theologico-criticam* de vita, scriptis atque doctrina ss. patrum aliorumque scriptorum ecclesiasticorum ex virorum doctissimorum monumentis literariis, Augustae 1783—1797 t. 13 in 8., qua attingit tantum patres usque ad finem sec. III., opus certe utile et eruditum. Ei inseruit aliorum diss. ut Gallandii, Mosheimii etc. Est opus potius sedulae compilationis quam studii proprii. Jo. Matth. Schroeckhii hist. prof. in academia vitenb. *historia* religionis et ecclesiae christianae in usum praelectionum catholicorum reformata et aucta, ib. 1788. 1790. Socius quoque erat in edenda *nova bibliotheca ecclesiastica friburgensi.*

195. Franciscus Xav. Zinsmeister canonicus spalatinus edidit *de veri cognitione et ignoratione* ex s. Clemente alex. et ex s. Augustino documenta, haereticorum et peccatorum materialium defensoribus praesentata cum vindiciis pro s. Clemente (Monachii), 1781. — Romanus Koegl OSB. in monasterio ettalensi (n. 13. Oct. 1721; † 10. Jun. 1800) exposuit *Spiritum s. Chrysostomi* seu doctrinam moralem ex ejusdem aureis operibus, Augustae V. 1776 in 8. germanice ib. 1781 t. 2. — Angelus Maria a s. Antonio Feltri schol. piar., Venetus, theologiae dogmaticae et moralis professor, s. congregationis rituum consultor (n. 1732; † 1782), disseruit *de canone s. Augustini:* „Quod universa tenet Ecclesia, nec a conciliis institutum sed semper retentum est, nonnisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur (l. 4 contra donat. c. 27.),“ Romae 1764 in 4; *de epist. seu libello sub s. Hilarii Pictaviensis nomine* a canonicis regularibus s. Salvatoris a. 1751 primum edito (cf. supra pag. 331), in qua ostenditur, epist. seu libellum non Hilario Pictavorum episcopo tribuendum esse, ib. 1762 in 4; s. Hilarii Pictavorum episcopi *de piorum statu in sinu Abrahae ante Christi mortem sententia* nunc primum illustrata, Neapoli 1762 in 4; *de thuris in veterum Christianorum sacris usu,* Romae 1765 in 4. — Ferdinandi Calini S. J. Brixiani (n. 1713) Scripturae s. professoris sunt: *Storia della vita e degli scritti di s. Agostino,* Brixiae 1775—6 t. 7 in 8; Venetiis 1779 t. 7 in 8; *diss. sopra ciò che rimane come detto dalle Sibille* intorno la divina persona di G. Cristo, cercasi se quanto si legge ne' libri Sibillini per riguardo alla divina persona di N. S. G. C. in conto di apocrifo aver si debba, apud Zaccaria *Raccolta di diss. di Storia ecclesiastica* II, 186—231; *diss. sopra il Canone degli Apostoli* che si legge al c. XV. degli atti, ib. IV, 227-64; *Compendio della Storia ecclesiastica,* Venetiis 1798 t. 4 in 8. — Bartholomaeus Aug. Barberini OSA. praelo tradidit (italice) critico-historicam narrationem *de vita Severini Boëthii patritii,* consulis et philosophi celebratissimi, Papiae 1782. — Felix Maria Nerini O. S. Hier. Mediolanensis, abbas et consultor s. congr. Officii sub Benedicto XIV. (n. 1705; † 1787), praeter alia composuit *theologiam hieronymianam,* et collegit *hieronymianae familiae vetera monumenta,* Placentiae 1754, ad probandam hujus ordinis antiquitatem, quam repetit ab ipso s. Hieronymo [1]). *Vita s. Gaudentii* archiep. gnesnensis († 1006 vel 1007) Pragae in Bohemia culti, in Auct. ad Acta SS. Boll. ON. V, 38—42. — Josephus Gotz OSA. Hamburgensis, s. theologiae doctor erfurtensis, provincialis († 1790), exposuit augustinianam *de*

[1]) De qua controversia cf. Moroni in Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica 31—99.

rerum creatione sententiam; *s. Augustinus et s. Thomas* theologorum Aquilae, Moguntiae 1743. — Philippus Jacobus Steyrer, OSB. abbas ad s. Petrum in silva nigra Friburgensis (n. 1719; † 7. Febr. 1795), pietate, doctrina, disciplinae zelo rebusque gestis inclitus, collegit *medullam operum omnium s. Bernardi,* Friburgi 1779; *medullam operum s. Petri Damiani* [1]) 1778; *Gregorii M. vita s. Benedicti* commentariis illustrata, ib. 1781. — Carolus Ignatius Cantova S. J. († 20. Febr. 1790) reliquit *de Septimio Tertulliano et s. Epiphanio* diss. duas theologico-criticas, in quibus anthropomorphismo neutrum laborasse demonstratur et multa ad anthropomorphitarum historiam pertinentia dilucidantur, Mediolani 1763. Cf. de controversia cum Rotigni supra p. 242.

V. Historia ecclesiastica.

196. Inter eos, qui quaestiones *isagogicas* et *praeliminares* tractarunt, spectat Franciscus Clément [2]) OSB. congr. s. Mauri, n. 1714 Bezae prope Divionem, qui infatigabili ardore studiis se dedit: unde valetudinem adeo attrivit, ut per viginti annos illa intermittere debuerit. Recuperatis ex integro viribus duplicato fervore studia repetiit, ita ut aestatis tempore duas tantum horas somno daret. Ex superiorum mandato continuavit *Histoire littéraire de la France* a sodalibus coeptam (IV^3, 1586). Absolvit t. 11. Parisiis 1759, auctus 1841; composuitque t. 12. Parisiis 1763 et iterum 1830, qui complectitur a. 1141—67. Opus continuarunt socii academiae inscriptionum, qui ediderunt ab a. 1814—81 t. 13—28. Priora 12 volumina sunt admodum rara. Prosecutus deinde est *Recueil des historiens de France* a Bouquet coeptam, ipsique cum Brial debemus t. 12. et 13., ib. 1786, complectentes 439 monumenta, quibus singulis praemisit praefationem analyticam et criticam. Novam quoque curavit editionem op. *Art de vérifier les dates* (cf. pag. 112), Parisiis 1770 in f. Nondum tamen contentus opus ex integro retractavit, ad limam revocavit, plurimum auxit, adeo ut novum absolutumque censeri possit opus, ib. 1783—7 t. 3 in f. (fr. 250), quibus adjecit 1791 tabellas chronologicas. Sed neque nunc quievit infatigabilis vir manusque admovit quartae editioni, quae esset plenior magisque accurata, cui adjicere cogitavit *l' Art de vérifier les dates avant J. C.* Verum apoplexi correptus decessit 13 Mart. 1793. Prodiit tamen cum continuatione cura (A. Viton) de Saint-Allais ib. 1818. 1819 t. 18 in 8. (144 fr.); t. 5 in 4. (fr. 240), qui etiam partem praeambulam ex ejus msc. edidit inscriptam: *l' Art de vérifier les dates* des faits historiques, des chroniques et autres anciens monuments avant l'ère chrétienne, ib. 1820 t. 5 in 8., quod opus tamen minoris est accurationis [1]).

[1]) Cf. nova bibl. eccl. frib. 3, 224—29; 5, 251—5. Cf. de hoc abbate sui monasterii restauratore meritissimo deque ejus operibus sane multis editis et ineditis Klüpfes Necrol. p. 144—56; Lindner die Schriftsteller und Gelehrten der ehemaligen Benedictiner-Abteien im jetzigen Grossherzogt. Baden vom J. 1750 bis zur Säcularisation. — Quaedam ad historiam literariam sodalium congr. s. Mauri reperiuntur in epistolis Bartholomaei Mercier de St. Legar can. reg. s. Genovefae Lugdunensis (n. 4. Apr. 1734; † 13. Maj. 1799), de quibus agit D. U. Berlière in Revue Bénéd. XXVII (1910), 95—102.

[2]) Alius a Dion. Xav. Clément, de quo supra egimus p. 255.

[1]) Cf. De Lama pag. 211.

Eruditorum societas addidit *L'Art de vérifier les dates* depuis l'année 1770 jusqu'à nos jours (1827), quam continuationem typis dedit M. (Julien) de Courcelles, Paris 1821—44 t. 19 in 8. Reliquit praeterea: *Nouveaux éclaircissement sur l'origine et le Pentateuque des Samaritains,* auctore Poncet, cui tamen ipse adjecit, quae spectant chronologiam, linguam et versionem Samaritanorum, Parisiis 1760 in 8; *catalogus mscr. codd. collegii claromontani,* quem excepit catalogus mscr. domus professae parisiensis, uterque digestus et notis ornatus 1764 in 8.

197. De arte critica quaedam habet Joseph Maria Mazzolari S. J. Pisauri n. 11. Jul. 1712, qui ob singularem erga b. Mariam V. devotionem dici voluit Marianus Parthenius. Eloquentiam et literas humaniores 27 a. continuos docuit tum Florentiae cum Romae magna sibi parta apud viros eruditos opinione († 14. Sept. 1786). Reliquit plurima opuscula ad literas humaniores spectantia; praeterea *Actiones,* Romae 1772, scil. de summa artis criticae difficultate l. 1; de pravo artis criticae usu l. 2; sequitur oratio pro alma domo lauretana (ed. jam 1770). *Diario sacro,* Romae 1779—83 fasc., in quibus agit de viis, basilicis sacris, de martyribus eorumque reliquiis; 1805 t. 4 in 12; 1819 t. 6; *Commentarii* et *elogia,* ib. 1835 cur. Jos. Boero S. J., in quibus continentur laudes quorundam virorum illustrium illius aetatis; *epistolae* (admodum elegantes), ib. 1862. Scripsit etiam vitam H. Lagomarsini e Soc. J. ut alibi diximus. Cf. Sommervogel V, 842—51 sub n. 35; Caballero Suppl. 1, 184—189.

198. Ferdinando Sterzinger O. Theat., Tirolensi (n. 24. Maj. 1721; † 18. Martii 1786) debemus continuationem operis coepti a Christiano Friderico Pfeffel († 1807) et Osterwald († 1778) *Chronologische Einleitung in die Kirchengeschichte,* aus dem Französischen (Ph. Macquer cf. supra p. 129) übersetzt p. 4. et 5. (ab a. 1350—1701), Monachii 1776. 1778 (partes priores ib. 1767—74): adversus quam prodiit *Nothwendige Beiträge* zur chronologischen Einleitung 1780. Studiis operam dederat Bononiae, sodales initio Pragae (1750) docuit theologiam moralem, deinde jus canonicum (1756—59), Monachii philosophiam (1753—56) et postea jus canonicum cum historia ecclesiastica (1759). Plurimum innotuit sua oppositione contra illorum opiniones, qui ubique sagas vident atque magiam supponunt [1]). Ex ejus scriptis huc spectantibus motus excitavit praesertim oratio academica *Von dem gemeinen Vorurtheile der thätigen und wirkenden Hexerei,* Monachii 1766 in 4., quam impugnavit Angelus März OSB. socius academiae monacensis, de quo cf. supra 362. Quare Sterzinger suae orationis vindicias edidit ib. 1767 aliosque libellos de eodem argumento. Electus est 1749 socius academiae monacensis, imo director sectionis historicae et tipographiae academicae. — Dominicus Magnan O. Minim., Provincialis (n. 1731; † 1796), vir eruditus in archaeologia et re numismatica, theologiae professor et plurium academiarum socius, edidit *Problema de anno nativitatis Christi,* ubi occasionem afferente vetere Herodis Antip. nummo ... demonstratur, Christum natum esse anno 8. ante aeram vulgatam (746) contra veteres omnes et recentiores theologos [2]), Romae 1772 in 8., cui opposuit Jos. Uhland historiae professor in universitate tubingensi *diss.*

---

[1]) Cf. Rapp die Hexenprozesse und ihre Gegner in Tirol, Brixen 1891; Wurzbach 38, 311; Reusch a. d. Biogr. 36, 124. Fieger F. Sterzinger's Leben und Schriften, ein Beitrag zur Aufklärungsep. in Baiern, Programm der k. Ludwigs-Kreisrealschule 1895/96, München 1897.

[2]) Cf. Feller 5, 441; Quérard 5, 428.

historico-chronologicam, Christum a. ante aeram vulg. 4. exeunte natum esse commonstrantem [1]), Tubingae 1775 in 4. — Eandem quaestionem eruditissime tractavit Henricus Sanclemente O. Camald. abbas generalis, quem Pius VI. magni fecit adeo ut eum purpura honorare voluerit, in opere *de vulgaris aerae emendatione* ll. 4, Romae 1793, in quo nativitatem Christi assignat a. 747 ab urbe condita (fr. 40). Ei quoque debemus *seriem critico-chronologicam episcoporum cremonensium* ex authenticis monumentis auctam et emendatam suaeque integritati maxima ex parte restitutam, Cremonae 1814. — Joannes Haiden S. J. Moravus (n. 23. Dec. 1716, vir solide doctus in academia pragensi undecim annis historiae ecclesiasticae professor, et suppressa Societate Jesu studiorum director in seminario reginohradiensi, reliquit pariter exercitationes chronologicas *de praecipuis annis Christi nati, baptizati et morientis* ad calculum Jo. Kepleri accommodatas, Pragae 1761 in 8., cum appendice de profectionis, romanae sedis et obitus annis principis apostolorum Petri, ib. 1761 in 8; animadversiones criticas *in chronologiam,* 1760 in 8; *de Therapeutis Philonis* Judaei diss., ib. 1756; *de instituto Ecclesiae infantibus mox cum baptismo conferendi sacramenta confirmationis et eucharistiae* diss., ib. 1758, etiam in thes. theol. Zaccaria t. 10; *decretum Eugenii IV. pro Armenis,* num tamquam pars synodi oecumenicae florentinae sit omnino respiciendum diss., ib. 1759 in 4; Ὁμοούσιον an ex sententia Prud. Marani recte negetur in conc. antiocheno a. 270 habito a patribus proscriptum, ib. 1760 in 4. — Thomas Roncalli collegit *vetustiora latinorum scriptorum chronica* ad codices emendata, notis illustrata praemisso Eusebii chronico a d. Hieronymo e graeco verso, Venetiis 1787 pp. 2 in 1 v. in 4. — Josephus Pohl [1]) S. J. Viennensis, in academia caesarea 27 annis historiae ecclesiasticae professor (n. 17. Dec. 1711; † 9. Apr. 1786) collegit *Manuductionem ad historiam ecclesiasticam* ex probatis auctoribus, Viennae 1753 t. 6 in 8.

199. Historiam Ecclesiae *universalem* [2]) composuit (non tam pro eruditis quam pro laicis cultis) Antonius Henricus Berault-Bercastel S. J. n. 2. Nov. 1722, juxta alios 20. Nov. 1720, qui aliquamdiu societati Jesu adhaesit, sed ea 1753 relicta parochum egit, dein electus est canonicus noviodunensis († c. 1794). Ejus *Histoire de l'Église,* prodiit Parisiis 1777—90 t. 24 in 12. (usque ad a. 1721), saepe deinde et continuata usque ad a. 1820 ab Aloys. de Robiano, qui adjecit t. 4, Bisontione 1835—36; Lugduni et Parisiis 1841—42 t. 12 in 8; cum annotationibus Pelier de la Croix, qui eam etiam a pluribus mendis, chronologicis praesertim, emundavit, Gandavi 1829—33 t. 18 in 8; continuata usque ad a. 1830 a Robiano, Parisiis 1835 t. 16 in 8; 1842. Optima editio est, quam curavit et continuavit usque ad a. 1844 Henrion, ib. 1844 t. 13 in 8. Versa quoque fuit in varias linguas, germanice Augustae 1787—91

[1]) Alius Jos. Pohl sacerdos bohemus concinnavit *Vertheidigung der kath. Kirche,* ihrer Lehren und Uebungen gegen mehrere Beschuldigungen ihrer Gegner, Regensburg 1847 in 8.

[2]) Joannes Baptista Bianconi gymnasii bononiensis professor *Scriptoris anonymi historiam sacram* ab o. c. ad Valentinianum et Valentem imp. e veteri cod. graeco descriptam latine vertit et nonnulla annotavit, Bononiae 1779 in f. Vixisse videtur hic anonymus in Palaestina ante tempore Justiniani imp. et post conc. chalcedonense. — De Carolo Wyrwicz SJ. Samogeta, qui a St. Augusto rege Poloniae magni factus est, erat enim historicus insignis et eruditus (n. 2. Oct. 1717; † 20. Dec. 1793) cf. Backer III, 1594.

[3]) Cf. nova bibl. eccl. friburgensis 3, 149—58.

t. 24 in 8. a Joan. B. Rauscher S. J. (n. 14. Jan. 1748; † 14. Febr. 1798) et Ign. Boehm S. J.; in epitomen redacta [1]) prodiit inscripta des H. Abtes Berault-Bercastel *Geschichte der Kirche* in einem getreuen Auszuge; fortgesetzt nach Robian *continuation de l'histoire de l'Église* und andern Geschichtswerken und Quellen von einem katholischen Geistlichen Oesterreichs, Oeniponti 1841—44 t. 9 in 8. usque ad a. 1800; a Gams continuata in op. Geschichte der Kirche Chr. im 19. Jh. fortgesetzt bis 1857, ib. 1854—60 t. 4. — Historiam ecclesiasticam Fleurii continuavit ad a. 1765 (cf. IV^3, 1173) Alexander a s. Joanne de Cruce (Mangin est familiae nomen) O. Carm., qui natus Karcansckesii in Hungaria 4. Nov. 1720 lectorem egit tum in Bavaria, tum Romae. Ut visitatoris generalis secretarius Italiam, Galliam, Belgium aliasque regiones peragravit. Decessit 20. Jan. 1794. Post ipsum opus continuavit Benno (Lechner) a s. Apollonia, qui et indicem adjecit. — Maximus Mangold [2]) S. J. Rhelingensis in Suevia (n. 1722; † 23. Mart. 1797, Ingolstadii philosophiae et theologiae professor, ultimus ante suppressionem ordinis provinciae Germaniae praepositus, dein sodalium Augustae commorantium director, edidit *reflexiones in R. P. Alex. a s. Joanne de Cruce Carm. Excalc. continuationem historiae eccl. Cl. Fleurii,* Augustae 1783 t. 2 in 8. Cum vero anonymus opposuisset *Anti-Mangoldum* seu vindicias historiae eccl. Cl. Fleurii ex monumentis genuinis ac potissimum ex nondum antea editis et locupletibus concinnatas, Amstelodami et Ulmae 1784 t. 2 in 8., adjecit Mangold t. 3. *responsum* [1]), Augustae 1786. — Gabriel Marinus Ducreux, Aurelianensis n. 27. Jun. 1743, concionator insignis, vicarius generalis Jos. Mariae de Guerne episcopi Aleriae in Corsica, composuit *Les siècles chrétiens* ou histoire du christianisme dans son établissement et ses progrès depuis J. Christ jusqu'à nos jours, Parisiis 1775—77 t. 10 in 12., etiam in alias linguas versum germanice interprete Heizerath Viennae 1777; Landshuti cur. Fischer 1781-90, opus satis bonum, sed non adeo solidum [2]). Prodiit iterum 1788 t. 10 in 12., cui ed. adjicere statuit continuationem usque ad sec. XVIII. Verum rex timore controversiarum et turbarum, quibus ecclesia gallicana eo seculo fuit adeo agitata, id vetuit: unde auctor flammis tradidit quae paraverat contentus adjecisse *Discours sur le*

[1]) Cf. varias editiones, versiones, compendia apud Backer 1, 567 s.; Feller 1, 517: »Cette histoire ... est écrite avec ordre, méthode et précision à l'exception des derniers volumes, qui sont infiniment moins soignés ... Cependant cette histoire a eu du succès à cause des principes et du bon esprit dans lequel elle est dirigée.« Al. Maria Jos. de R. Bruxellensis (n. 1. Jul. 1793: † 19. Jun. 1858) vir eruditus et polyglotta, bis societatem Jesu est ingressus, bis egressus, imo omni functioni sacerdotali renunciavit. Plura alia reliquit opera, inter quae et virulentum opus in Soc. Jesu. Cf. de Ridder in Bi. nat. XIX, 539—41.

[2]) Ejus frater Joseph M. pariter S. J. Ingolstadii philosophiae et theologiae prof. et dilinganae acedamiae rector (2. Mart. 1719; † 11. Maj. 1787) *philosophiam rationalem et experimentalem* hodiernis discentium studiis accommodatam primus e societate Jesu secundum Carthesii theorias Ingolstadii 1755—56 t. 3 luci dedit. — Alius ab his est Franc. X. Mangold, cujus exstat; *Unumstössliche Widerlegung des Materialismus* gegen den Verfasser des Systems der Natur gerichtet oder das Dasein Gottes nach Gründen der Vernunft, Augsburg 1803.

[1]) Cf. Backer 2, 1058, qui hac occasione plurima opera critica recenset adversus Fleurii historiam.

[2]) Cf. Antonii Boncleri Osservazioni critiche sulla Storia del Cristianesimo del S. Ducreux per la parte che riguarda i romani pontefici, Romae 1841. Dure de eo censet Feller VII, 179: Ouvrage moitié philosophique et qui dans la totalité ne peut être envisage que comme le fruit de la faiblesse et de l'inconsequence. Ceterum III, 339 mitius censuerat.

XVIII. siècle, in quo raptim potiores eventus attingit. Prodiit etiam opera Flechier cum praefationibus et annotationibus Nemausii 1783 t. 10 in 8. Edidit Ducreux insuper *Pensées et réflexions extraites de Pascal* sur la religion et moral, Parisiis 1785 t. 2. Valetudinis causa Corsicam reliquit, et receptus fuit inter capellanos fratris regis, qui postmodum fuit Ludovicus XVIII. Decessit canonicus aurelianensis 24. Aug. 1790.

200. Clemens Becker S. J. n. Wünnenbergae prope Paderbornam 24. (secundum alios 25.) Jul. 1724, theologiae moralis et juris canonici in academia monasteriensi prof. († 15. Nov. 1790), scripsit historiam *ecclesiasticam practicam* ll. 7 comprehensam, quibus adjectus est copiosus index, Monasterii 1782—90 t. 8 in 8. Hujus velut continuatio est *Kirchengeschichte des XVI. und XVII. Jahrhunderts* bis zu dem westphälischen Frieden, ib. 1791 in 4. opus posthumum. Diss. *ad historiam conc. generalium* de divina incarnatione, quibus et religionis christianae de Deo homine et juris ecclesiastici fundamentum ex primorum VII sec. doctrina et usu publico ostenditur, ib. 1776 in 8; *Diss. theologicae* 1772. 1773 t. 2 in 8; 1802; Posonii 1803. Edidit etiam plura opera ad jus canonicum spectantia: *Compendium juris decretalium* ex ipsis decretalibus collectum una cum reflexionibus ad jus antiquum primae atque intermediae aetatis et novissimum tridentini concilii, ib. 1782 in 8; *dissertationes juris ecclesiastici,* Coloniae 1772 t. 3 in 8; *Cl. Fleurii institutiones juris ecclesiastici* de versione latina Graberi una cum retentis animadversionibus J. H. Boehmeri utilioribus et omissis illis, quae acerbius quam verius scriptae aut superfluae videbantur. Ed. corretior originali gallico accommodata et suppleta, Monasterii 1774 t. 2 in 8. *Jus ecclesiasticum universale antiquum* per prima VII sec. ex actis con. chalcedonensis et corpore canonum in universa Ecclesia graeca et latina tunc recepto, ib. 1777 in 4; *de electionibus coadjutorum episcopalium,* ib. 1780; *decretum Gratiani abbreviatum* cum designatione fontium, unde singula desumpsit notisque chronologicis, criticis et historicis; accedunt majora quaedam excerpta ex binis J. H. Boehmeri ad decretum et decretales diss. cum appendice synopseos virorum clarorum, qui praeter Gratianum canones collegerunt, ib. 1781 in 8; *de regimine episcoporum* per tria prima sec., ib. 1784; *de usu antiquo potestatis imperialis, episcopalis et papalis* in causis ecclesiasticis ex actis conc. chalcedonensis.

201. Historiam Ecclesiae in *compendium* redegerunt: Ladislaus Sappel O. S. Franc. Recol. Augustanus n. 1721, cujus est: *Geschichte der fortgepflanzten Religion* von Erschaffung der Welt bis 1782, Augustae 1783 t. 3 in 8. Scripsit praeterea *diss. dogmaticam,* utrum ex ratione probari possit, quod omnes ecclesiae christianae ab Ecclesia romana separatae eidem denuo implantatae refloreant, Salisburgi 1759 in 4. Fuit ipse unus ex primis forte, qui impugnarint Febronium scripta sub nomine aenigmatico Ladislai Simoscorvini epistola Tusci Romae et a Sorbona Lutetiae Parisiorum probata nunc primum paucis circumstantiarum mutatis intuitu in lucem *ad cl. V. J. Febronium JC.* emanata, Senae 1765; quam cum Febronius refellere niteretur, idem biennio post praefixo palam suo nomine edidit: l. singularis ad formandum genuinum conceptum *de statu Ecclesiae et summi pontificis potestate* contra J. Febronium hujus aliorumque appendices et scripta hucusque edita ex s. Scriptura, patribus, conciliis ac perpetua majorum traditione in lucem datus etc., Oeniponti 1767, Augustae 1773, cui adjecit Augustae 1771—75 alios tres tomos. Accepta fuit sedi

apostolicae haec erudita elucubratio: hinc Clemens XIII. literas ad auctorem 7. Nov. ejusdem a. gratulatorias dederit [1]). — Aloysius Steinkellner [2]) S. J. Carinthius (n. 21. Aug. 1707; † 20. Oct. 1770) cum sodalibus Josepho Pohl (cf. supra pag. 398), Jac. Seybold Viennensi et Georgio Maister Graecensi (n. 17. Nov. 1717; † 19. Jan. 1795), composuit *Fastorum ecclesiasticorum* ll. 12, Viennae 1740—51 t. 6 in 8. — Thomas Grebner S. J. Mergenthemii in Franconia 1. Jul. 1718 natus, Heidelbergae et Wirceburgi philosophiae professor, dein historiae ecclesiasticae, quo in munere etiam societate suppressa perseveravit ad mortem usque (19. Maj. 1787) facultatis totiusque academiae senior, praeter opera philosophica reliquit *compendium historiae universalis et pragmaticae romani imperii et Ecclesiae christianae,* regnorum ac provinciarum, una cum observationibus criticis ab aera Christi nati per singula secula ad nostra usque tempora in theologiae ac jurisprudentiae usum deductae, Wirceburgi 1757—1764 t. 3 in 8., operis Hadriani Daude (cf. IV³, 1504) epitome critica admodum erudita et continuatio accurata et concinna, opus rarum, quod etiam nunc non caret pretio (fr. 40), praesertim utile pro historia Franconiae, cujus specialem habet rationem; *de conciliis nationis germanicae* Wirceburgi in Francia orientali celebratis una cum vindiciis historicis pro Ecclesia et imperio circa personas, res et jura, Wirceburgi 1757 in 4., diss. docta, sed rara. — Anselmus Fridericus de Gudenus [1]) canonicus scholasticus erfurtensis (n. 1731; † 1789) *die Geschichte des ersten christlichen Jahrh.,* Wirceburgi 1783 t. 2 in 8; des zweiten christlichen Jahrhunderts 1781 t. 2 in 8. — Michael Ludovicus Alioz Brisacensis in academia heidelbergensi professor historiae ecclesiasticae († 1793) illustravit prima Ecclesiae secula in *synopsi historiae ecclesiasticae* N. T., Heidelbergae 1791 in 8., et reliquit *themata selecta* ex historiae eccles. secunda periodo, ib. 1792 in 8. — Carolus Walmesley OSB. n. 13. Jan. 1722, Sorbonae doctor, Parisiis prior et procurator generalis ordinis (1753), dein episcopus Romae in p. i. et vicarius apostolicus in Anglia († 25. Nov. 1797) edidit sub nomine Pastorini *General History of the Christian Church* chiefly deduce from the Apocalypse, Londini 1770; 1798; Antwerpiae 1771, saepe edita in America, etiam in linguas gallicam interprete Jac. Wilson OSB. Parisiis 1777; germanicam interprete Goldhagen 1785, et italam Cesenae 1794. 1795; 1798 ed. 2 t. 2 in 8. versa; *Histoire abrégée de la réforme de Luther,* Mechliniae 1819 in 8. — Carolus Franc. Lhomond noviodunensis (n. 1727; † 31. Dec. 1794), vir admodum eruditus, nec minus pius, renunciatis omnibus muneribus honorificis et lucrosis totum se impendit magno zelo et fructu puerorum institutioni, cui studio forte debemus: *Histoire abrégée de la religion* avant la venue de J. Christ, où l'on expose les promesses que Dieu a faites d'un rédempteur, les figures qui l'ont repré-

---

[1]) Cf. eas in continuat. hist. eccl. Fleurii l. 248 § 21.

[2]) Alius ab Carolo St. S. J. († 10. Mart. 1776) philosophiae moralis professore, cujus sunt *institutiones philosophiae moralis,* Viennae 1758 t. 2 in 8; 1768—69 — et a Joseph Steinkellner S. J. (n. 1730; † 15. Sept. 1796) cujus praeter biographias SS. exstat *Kontroverskatechismus,* Viennae 1770 in 8.

[1]) Alius a Valentino Ferdinando Gudeno e familia Mauritii G., cujus supra IV³, 110 meminimus, tribunali imperii wetzlarensi adscripti († 9. Mart. 1758), cujus inter alia sunt *Sylloge* variorum diplomatum 1728; et *codex diplomaticus* anecdotorum res moguntinas illustrantium, 1743—58, pretiosus modo adhuc pro historia mogutina.

senté, les prophéties qui l'ont annoncé, et la suite des événements temporels qui lui ont préparé les voies, et où l'on démontre l'antiquité et la divinité de la religion chrétienne, 1791 in 12; Lugduni 1823; *Histoire abrégée de l'Église,* où l'on expose ses combats et ses victoires dans les temps de persécutions, d'hérésies et de scandales, et où l'on montre que sa conservation est une oeuvre divine, ainsi que son établissement, Parisiis 1787; 1855; 1859; 1865 etc., quae duo opera saepissime prodierunt, etiam additionibus aucta minus laudandis, unde priores editiones sunt praeferendae[1]). Pro his aliisque in juventutis utilitatem compositis libris meruit honorari stipendio a clero gallicano. Conjectus in carcerem a. 1792 vix evasit caedem, intercessione tantum D. Tallien, sui quondam discipuli, inde ereptus.

202. *Pontificum gesta* narrarunt vel illustrarunt: Marius Guarnacci, Volterranus (n. 1701; † 21. Aug. 1785), studiorum magister Caroli Rezzonico, qui postmodum fuit summus pontifex Clemens XIII, a quo factus est praelatus domesticus et canonicus basilicae lateranensis, in opere inscripto: *Vitae et res gestae pontificum rom. et S. R. E. cardinalium* a Clemente X. usque ad Clementem XII. ... quibus perducitur ad nostra haec tempora historia eorundem ab Alph. Ciaconio O. Praed. (III^3, 540) aliisque descripta a s. Petro ad Clementem XII., Romae 1751 t. 2 in f., cum imaginibus pontificum et cardinalium[2]). Huic operi addatur: *Vitae et res gestae SS. Pontificum et S. R. E. cardinalium* ad Ciaconii exemplum continuatae, quibus accedit appendix, quae vitas cardinalium continet a Guarnaccio non absolutas, auctoribus eq. Joanne Paulo de Cinque et advocato Raphaele Fabrinio. Romae 1787. — Ceterum et Laurentius Cardella parochus diligenter collegit *Memorie istoriche de' Cardinali* pluribus t. Romae 1793. — Desiderius Nardi O. Min. Obs. edidit ib. 1787 *Nuovo Compendio* storico delle vite dei rom. Pontefici. — Joannes Baptista Ernestus Gandert O. Praem. in canonia strahoviensi, n. 29. Nov. 1716 Zatecii in Bohemia, in seminario archiepiscopali (1750) ss. canonum professor († 25. Nov. 1784), *seriem romanorum pontificum per secula* digessit turbatam schismate, sed non perturbatam cum brevi refutatione errorum plerisque pontificibus a novatoribus affictorum, Pragae 1755. 1756 t. 2 in 8. — Pons Augustinus Alletz Montepessulanus n. 1703, post suum ex Oratorio egressum aliquamdiu advocatus, deinde totus studiis deditus († 7. Martii 1785 a. aetatis 82), compilavit innumera opuscula[1]) de argumentis utilibus, saepe edita, inter quae *Histoire abrégée des Papes* depuis s. Pierre jusqu' à Clément XIV., 1776 t. 2 in 12; *Dictionnaire* des conciles contenant une somme de tous les conciles précédée d'une diss. sur leur antiquité et utilité et d'un précis des collections qui en ont été faites, Parisiis 1758; 1764, minus apte concinnatum, germanice versum a P. Mauro Disch et continuatum usque ad conventum episcoporum parisiensem 1811, Augustae 1843 t. 2 in 9; ed. et cura Filsjean aucta prohibita fuit d. c. 11. Apr. 1859; *l'Ésprit des journalistes de Trévoux,* 1771 t. 4 in 12. seu epitome utilis fasciculorum literariorum trivultiensium; *tableau de la doctrine des Pères et docteurs de l'Église,* rassemblée des endroits et pensées frappantes, Lugduni 1785 t. 2 — Xaverius Demarco S. J. n. 5. Nov. 1727 composuit *Difesa di S. Pietro e di altri pon-*

[1]) Cf. Quérard 5, 291 ss; Lorenz Catalogue général de la Librairie française 3, 283.

[2]) Cf. St. Lett. d'It. 3, 327—43.

[1]) Cf. Quérard 1, 38 ss.; Feller 1, 124.

tefici romani accusati di errore, Romae 1780 in 12., ex qua Zaccaria quaedam excerpta exhibet in sua *Raccolta di Diss. di Storia eccl.* t. 14. — *Gloriam Clementis I. rom. pontificis* adversus criticos, qui hujus pontificis gesta et martyrium in dubium vocarunt, vindicavit Leopoli 1757 in 4. Clemens Chodykiewicz O. S. Dom. Leopolitanus n. 21. Mart. 1715, qui Romae studiis operam dederat ibique jam impense omnia, quae illum pontificem spectant, scrutatus erat ac publica disputatione defenderat: unde enata *Trias diss.* de septem diaconis, de epistola ad Corinthios et martyrio s. Clementis P. M. Romae 1749, ipseque doctor s. theologiae creatus et. In patriam redux professorem egit apud sodales et undique documenta conquisivit ad illustrandam historiam sui ordinis in Polonia: cui studio debemus *de rebus gestis* in provincia Russiae Ord. Praed. commentarium ll. XI digestum, Berdyczoviae 1780 t. 1. (l. 1—4) opus admodum rarum (m. 100) in f.; *de utroque archiepiscopatu metropolitano kijoviensi et haliciensi* uti olim distincto, necnon de episcopatu leopoliensi ritus graeci uniti, Leopoli 1770 in 4; *Sol angelicae intelligentiae* S. Thomas, Leopoli 1744. Decessit[1]) 20. Oct. 1797. — Alexander Ughi in l. *de Honorio I. P. M.,* Bononiae 1784, concedit quidem Honorium ut haereticum fuisse a synodo proscriptum, sed censet acta, quibus synodus nitebatur, fuisse interpolata, ideoque concilium iis deceptum anathema pronunciasse. — Antonius Paoli cler. congr. Matris Dei scripsit diss. *di S. Felice II. P. e M.,* che illustrano l'antico suo Epitafio nuovamente scoperto e difendono la sua santità ed il suo Pontificato, Romae 1790, qua continentur plures eruditae discussiones a Marinio, Tiraboschio et Oldoinio suppeditatae.

203. M. Hermant scripsit *Histoire des Conciles* avec les canons, Rotomagi 1775. — *Conciliorum* acta saltem ex parte collegerunt: Matthaeus Villanuno OSB., qui adornavit *Summam conciliorum Hispaniae* quotquot inveniri potuerunt ad usque seculum proxime praeteritum, epistolarum ad Hispanos cum earum delectu, notis novisque dissertationibus ill., Matriti 1781—5 t. 4 in 4. — Aegidius Neissen (n. 1734; † 5. Jan. 1789) adjecit collectioni *conciliorum Germaniae* a Schannat et Hartzheim coeptae (cf. IV[3], 1518) t. 9. et 10. — *Concilia salisburgensia* provincialia et dioecesana jam inde ab hierarchiae hujus origine quoad codices suppetebant ad nostram usque aetatem, adjectis quoque temporum posteriorum recessibus ac conventis inter archiepiscopos et vicinos principes rerum ecclesiasticarum causa initis, recensuit, digessit ac pluribus anecdotis auxit temporum archiepiscoporum, rom. pontificum atque principum serie, charta theodosiana et hierographica criticisque animadversionibus illustravit, atque de ortu hierarchiae, hujus progressu, libertatibus et finibus praefatus est Florianus Dalham presbyter e schol. piis, theologiae doctor, archiepiscopalis salisburgensis consiliarius ecclesiasticus et bibliothecae praefectus, Augustae 1788 in f. Natus est Dalham a. 1713 in Austria diuque philosophiam docuit, physicam etiam et historiam ecclesiasticam. Decessit Salisburgi 19. Jan. 1795. Reliquit opera philosophica[1]) atque disputavit *de canone dogmatum christianorum,* quo decernitur ex solo verbo Dei revelato esse repetendum, quidquid ad immutabilem christianae fidei substantiam pertinet; hanc ea de causa divinam esse: alia ad religionem ab humanis studiis adjungi non sine vicissitudine, cum tabulis pluribus aeri incisis rem christianam antiqua-

[1]) Cf. Wurzbach 2, 353.

[1]) Cf. Horányi 1, 581—623.

riam illustrantibus, Vindobonae 1774 in 4; *de canone disciplinae ecclesiasticae,* quo praecipua disciplinae capita, etiam quae controversa sunt, ad suum principium revocantur et illustrantur, ib. 1784 in 4., opus eruditum quidem, sed non satis accuratum et josephinismi spiritu infectum. *De ratione recte cogitandi, loquendi et intelligendi* ll. 3, in quibus praecipua Logicae, criticae et hermeneuticae capita illustrantur, Viennae 1762, juxta quosdam opus insigne. — *Conciliorum ratisbonensium* brevem *recensionem* adornavit ex antiquis monumentis, Ratisbonae 1768 in 4. Joannes Bapt. Enhuber (Enhueber) OSB. in monasterio s. Emmerami, Nabburgi n. 14. Sept. 1736, ejusdem monasterii (1775—85) prior, qui et cathedram primariam dogmaticae in universitate ingolstadiensi (1781), et dignitatem abbatialem in monasterio ensdorfensi (1773) recusavit. Paraverat editionem operum omnium Rhabani Mauri t. 5 in f. comprehensam, quam tamen praepedivit et vandalica suppressio monasteriorum et ejusdem mors 29. Maji 1800. Editioni operum Alcuini, quam curavit Forster (p. 379) adjecit diss. historicam *de haeresi Elipandi* archiep. toletani et Felicis ep. orgellitani, in qua, quae hactenus obscura fuerunt, ex chartis recenter detectis et ipsius Alcuini scriptis illustrantur; *diss. dogmatico-historicam,* qua contra Christianum Walchium (*historia adoptianorum,* Gottingae 1755, aucta 1780, et in t. 9. op. Ketzerhistorie) ostenditur, Felicem et Elipandum adoptionis in Christo homine assertores merito ab Alcuino nestorianismi fuisse petitos. Disseruit praeterea *de patria et episcopatu s. Erhardi* ep. ratisbonensis, Ratisbonae 1770 in 4.

204. *Historiam ecclesiae gallicanae* a Longueval coeptam (IV^3, 1212), a sodalibus Fontenay et Brumoy continuatam sex tomis accurate elaboratis auxit et ad a. 1529 perduxit Gulielmus Franciscus Berthier[1]) S. J. Parisiis 1730—49 in 4., additis bonis diss. de argumentis disciplinae ecclesiarum Galliae[2]). Natus est Berthier Issoduni 7. Apr. 1704, et theologiam professus Parisiis. Propter insignes ingenii dotes et eruditionem concredita ei fuit editio celebrium *Mémoires de Trévoux,* quam prudentissime moderatus est ab a. 1745 usque ad societatis Jesu in Gallia 1762 suppressionem (cf. IV^3, 1123). In recensendis libris elucet praesertim judicii sagacitas et aequitas: unde cum ausus esset opera coryphaeorum inter incredulos, qui sibi jus vindicabant de omnibus ex cathedra judicio inappellabili pronunciandi, ut Helvetius, Diderot, d'Alembert et in primis Voltaire, accuratae sed justae censurae subjicere, horum bilem in se commovit adeo ut eum sarcasmis, injuriis, probris pro more sint prosecuti. Reprobabat quoque opiniones singulares et periculosas Harduini et Berruyer. Anno 1762 designatus est custos bibliothecae regiae illisque additus, qui praeerant institutioni Ludovici XVI. ejusque fratris. Sed cum omnes, qui quondam erant societatis Jesu sodales, aula excedere juberentur a 1764, Offenburgum secessit. Munus ab imperatrice Maria Theresia gratiose oblatum praefecti bibliothecae mediolanensis recusavit. Post decem exilii annos Bituricum se recepit, ubi totus studiis pietatisque exercitiis vixit. Parum ante mortem recreatus fuit stipendio cleri gallicani, verum eo frui non licuit; nam infelici casu mortem acceleravit,

---

[1]) Alius a Josepho Stephano Berthier congr. Or. aquensi, de quo egimus p. 361.

[2]) »On lui doit, legimus apud Feller I, 566, les six derniers volumes de cet ouvrage écrits avec une critique, une modération, une netteté de style et une élégance peu communes. Tout y est déduit et discuté avec une noble aisance qui, en faisant disparaître la gêne du travail, annonce les connaissances les plus étendues et la plume la mieux exercée«. Cf. etiam Biogr. univ. 4, 354.

quam obiit 15. Dec. 1782. A capitulo metropolitano speciali sepulcro in ecclesia fuit honoratus. Alia ejusdem opera sunt [1]): *Observations sur le contrat social de J. J. Rousseau,* Parisiis 1789 in 12., opus posthumum e schedis vagis compilatum; *les Psaumes traduits en françois* avec des notes et des réflexions, ib. 1785 t. 12 in 8. cura P. Queurbeuf cum praefatione de vita et operibus P. Berthier, ed. mendosa. Reflexiones sunt vere piae, notae admodum eruditae, quae egregium produnt interpretem, explicatio nitida et perspicua. Saepius prodiit hoc opus (aliquoties sine annotationibus), etiam recentiori aetate ut Lugduni 1831 t. 12 in 8; 1836 etc.; 1862 t. 8 in 12., etiam a Migne receptum in cursum s. Scripturae t. 14. 15. 16. *Isaïe traduit en françois* avec des notes et des reflexions, ib. 1788. 1789 t. 5 in 12; Parisiis 1807 : 1840 etc., opus praestantissimum sive pietatem, sive eruditionem sive adversus increduos rebus quaeras. *Oeuvres spirituelles,* Parisiis 1811, ed. retractata., quae complectuntur meditationes egregias in Evangelia. *Histoire des premiers temps du monde* prouvée par l'accord de la physique avec la Genèse par les philosophes, ib. 1778 in 12., quae tamen alteri B. tribuitur (p. 361).

205. Carolus Ludovicus Taillandier OSB. congr. s. Mauri, Attrebatensis, abbas in partibus (n. 1705; † 1786), de favore factioni jansenianae impenso suspectus, juvit sodalem suum Morice (cf. IV[3], 1523) in scribenda edendaque *Histoire ecclésiastique et civile de Bretagne,* Parisiis 1750—56 t. 2 in f., cujus ipse t. 2. curavit, opus rarum (fr. 150); 1836—47 t. 20 in 8., editio minus laudanda. — Eandem historiam coepit enarrare Aegidius Deric, theologiae doctor, qui impium jusjurandum detrectans prope nonagenarius exsul in Anglia obiit (1796), in *Histoire ecclésiastique de Bretagne,* 1777-88 t. 6 in 12., quorum primus inscribitur: *Introduction* à l'Histoire ecclésiastique de Bretagne, où l'on traite de la religion, du gouvernement, des moeurs et des usages des Bretons depuis leur établissement en Bretagne jusqu'au temps où ils embrassèrent le christianisme, Rhedonibus 1847 ed. 2. t. 2 in 4. Historia quae aestimatur, sed ea pertingit tantum ad sec. X. — Antonii Stephani Mille advocati parlamenti exstat *Abrégé chronologique de l'histoire ecclésiastique, civile et littéraire de Bourgogne* depuis l'établissement des Bourguignons dans les Gaules jusqu'à 1772, Divione 1771—83 t. 3 in 8. Promiserat auctor t. 4. et 5., qui tamen non prodierunt. — Praetermisso Michael Beziers († 1782), cujus est *Histoire sommaire de la ville de Bajeux,* Caen 1773 in 12. — Joannes Fr. et Nic. Tabouillot, composuerunt Historiam metensem 1769—90 t. 6 in 4. — Deriouc et Ogée *Annales Briochines* ou Abrégé chronologique de l'histoire ecclésiastique, civile et littéraire du diocèse de s. Brieuch, 1771; 1850. — Nicolaus Le Long OSB. Ben. († 1793) scripsit *histoire ecclésiastique et civile de l'église de Laon,* et de tout les pays compris entre l'Oise et la Meuse, l'Aisne et la Sambre etc. Cabillonii 1783. — Alb. de Chantemerle *Histoire ecclésiastique* et civile du diocèse d'Embrun, Paris 1783 t. 2 in 12. — Philippus Andreas Grandidier canonicus argentoratensis, n. 9. Nov. 1752, jam a juventute adeo eruditus fuit, ut vix 25 annos natus 21 academiarum Galliae et Germaniae esset socius. Admodum delectabatur studio historiae, quocirca factus est tabularii episcopalis praefectus. Opera ejus sunt erudita et critica [1]). Potiora

[1]) Cf. Montjoye, Eloge historique du P. G. F. Berthier, Parisiis 1817 in 8; Schlösser KL. 2, 469.

[1]) Cf. Sauer hist. pol. Bl. 119 (1897), 809—19; L. Spach in Revue d'Alsace 1851, cujus egregiam biographiam recepit Liblin

sunt: *Histoire de l' église et des évêques princes de Strasbourg* depuis la fondation de l'évêché jusqu' à nos jours, Argentorati 1776. 1778 t. 2 in 4., pro quo opere meruit collaudari a Pio VI. Verum eo canonicos ita in se commovit, ut vel ipsius orthodoxia in dubium vocaretur: hinc adeo moerore fuit affectus, ut in gravem incideret morbum propositumque conciperet desistendi ab ejusmodi studiis. Postquam vero convaluit, aucto ardore se illis dedit, unde contraxit morbum letalem, cui a. natus nonnisi 35 operosissimus hic scriptor succubuit 11. Oct. 1787. Distribuerat opus in 8 t., quorum tantum priores duo (usque ad a. 965) 1787. 1788 prodierunt. J. Liblin inter ejus *Oeuvres historiques inedites* Colmarii 1865—68 nonnihil festinato ex ejus schedis (cum aliquot aliis opusculis) t. alium edidit. *Essai historique et topographique* sur l'église cathedrale de Strassbourg, ib. 1782, libellus admodum eruditus et utilis, sed incompletus, cum desit altera pars. *Histoire ecclésiastique,* militaire, civile et littéraire de la province d'Alsace, ib. 1787. 1788 t. 2, opus in completum. Felici eventu Ingold auctor meritissimus in historia literaria thesaurum divitem manuscriptorum Grandidier reperit, ex quo coepit edere *Nouvelles oeuvres inedites,* quae nova series coepit prodire Colmarii 1897, inter quae duo itinera literaria per Alsatiam, Badenam, Helvetiam; Fragments d'une *Alsatia literata* ou Dictionnaire biographique des littérateurs et artistes alsaciens (ib. 1898). Idem Ingold edidit *Les Correspondants de Gr.*, ib. 1795, qua collectione exhibetur commercium pretiosum epistolare cum viris celeberrimis. Alia inedita reperiuntur passim in Revue d'Alsace. Multa quoque

inter Oeuvres hist. t. 1, 171—86, et Ingold, qui accuratam bibliographiam addidit p. 37—80 suae coll. t. 1; Tony Grandidier Notice sur la vie et les ouvrages d'abbé Gr., Colmar 1858.

contulit Grandidier ad G e r b e r t i *Germaniam sacram.* — Ludovicus Franciscus D a i r e O. Coel. Ambianensis (n. 6. Jul. 1713; † 18. Mart. 1792), Parisiis theologiae professor et bibliothecae praefectus, composuit *Histoire civile et ecclésiastique*[1]) *de la ville d' Amiens* (usque ad a. 1752), 1757 t. 2 in 4; *Histoire littéraire de la ville d' Amiens,* 1782 in 4; *Histoire civile, ecclésiastique et littéraire de la ville et du doyenné de Montdidier,* 1765 in 12; *Histoire civile, ecclésiastique et littéraire de la ville et du doyenné de Doullens,* 1784 in 12; Histoire ... *du doyenné de Conty* ex ejus schedis edidit M. J. Garnier, Amiens in 12; item et *Histoire ... de Pisquigny.* — Philippus H o s s a r t S. J. (n. 9. Maj. 1741; † 1792), Luxemburgi theologiae professor, ex pluribus documentis editis ineditisque composuit: *Histoire ecclésiastique et profane du Hainaut,* Montibus (Mons) 1792 in 8. — Carolus Franciscus Joseph G a l l i o t Namurcensis advocatus (n. 8. Jul. 1708; † 2. Mart. 1789) compilavit *Histoire générale,* ecclésiastique et civile de la ville et province de Namur, Leodii 1788—91 t. 6 in 8., opus quidem diligens sed sine judicio critico compositum. — J. L. de G r o o t e concinnavit *chronologisches Verzeichniss der Bischöfe,* Erzbischöfe, päpstlichen Statthalter u. Afterbischöfe zu Utrecht, Augustae 1792; *die Bischöfe und Erzbischöfe von Prag,* ib. 1794 in 8. — Gabriel du Pac de B e l l e g a r d e n. 17. Oct. 1717 quondam canonicus lugdunensis, canonicatu abdicato totum sededit causae jansenianae, quem in finem plura instituit itinera: prae primis stetit pro ecclesia schismatica ultrajectina († 1789). Collegit *Mémoires* pour servire à l'histoire de la Bulle dans le Pays bas t. 4 in 12; *Histoire abrégée de l' Eglise metropolitaine d' Uetrecht*

[1]) Eodem fere tempore J. M. M a u r i z e de Sachy edidit *Histoire des Evêques d' Amiens,* Abbeville 1770 in 12.

princ. de puis de la revolution... sous Philippe II jusq' à l'a. 1784, Uetrecht ed. 3. correcta et aucta ab eodem; 1852. Supplementum addidit operibus Van-Espen cum hujus vita Lugduni 1778 t. 5 in f.; edidit cum Hautefage opera Arnaldi 1783 t. 48, quibus continetur etiam Arnaldi vita auctore Larrière [1]).

206. De historia ecclesiastica Germaniae meruerunt: Franciscus Xaverius Holl S. J. Schwandorfi in superiori Palatinatu 22. Sept. 1720 natus, juris canonici professor Ratisbonae, Oeniponte, Dillingae et demum Heidelbergae († 6. Mart. 1784), cujus sunt: *Statistica ecclesiae Germaniae,* Heidelbergae 1779 in 8. t. 1. (et unicus), opus admodum eruditum, in quo disserit de hujus ecclesiae geographia, historia, legibus et constitutione, liturgia (de qua praeclara habet c. 16); diss. *de patriarchatu veneto* [2]), ib. 1776 in 4; *harmonia juris naturae, canonici, civilis et publici Germaniae circa educationem liberorum* in casu, quo uxor hebraea reluctante marito ad christiana sacra transiit, ib. 1782 in 4., in qua tuetur, liberos in religione christiana esse instituendos, quam sententiam alii impugnarunt. — Josephus Resch Halae in Tiroli n. 3. Sept. 1716, Patavii 1759 doctor creatus, et post munera minoris momenti ss. literas interpretatus est in seminario brixinensi (1766), auctus dignitate consiliarii ecclesiastici, protonotarii apostolici et canonici inticensis (1768). Diligens erat scrutator bibliothecarum et archiviorum tirolensium etsi diu destituebatur subsidiis pecuniariis († 15. Febr. 1782). Magni aestimatus fuit a Benedicto XIV., Clemente XIII., Gerberto, Mansi, Facciolati [3]) etc. Receptus fuit inter socios academiae monacensis (1777). Praeter alia scripsit *Annales ecclesiae sabionensis* nunc brixinensis, Augustae Vind. 1755—1767 t. 3 et 1760—67 t. 2 in f. Horum velut praeambulum fuit *Gloria filiorum* Prov. 17, 6 i. e. series et continuata successio episcoporum sabionensium hodie brixinensium, una cum historia ejusdem ecclesiae cathedralis, Brixinae 1748 in 4., opus minus accuratum et limatum. *Aetas millenaria ecclesiae aguntinae in Norico* seu inticensis in Tiroli insignis collegiatae ad SS. Candidum et Corbinianum, ib. 1772 in 4; *Monumenta veteris ecclesiae brixinensis,* Brixinae 1765 cum *supplemento,* ib. 1776. — Aquilinus (antea Julius dictus) Caesar can. reg. s. Aug. in canonia Vorau Graecensis (n. 2. Nov. 1720; † 2. Jun. 1792), scripsit [1]) magna diligentia sed minori judicio critico *Staats- und Kirchengeschichte des Herzogthums Steiermark,* Graecii 1785—88 t. 7; *annales ducatus Styriae,* cum adjecta finitimarum Bavariae, Austriae, Carinthiae, Salisburgi, Aquilejae historia ex antiquis historiae monumentis collecti, ib. 1768 — 77 t. 3 in f., opus ejus praecipuum, quod tamen non absolvit, pertingit enim tantum ad a. 1519. Dicitur t. 4. msc. incuria censorum caesareorum periisse. *National-Kirchenrecht Oesterreichs* oder Verbindung der k. k. Verordnung in publico-ecclesiasticis mit dem päpstl. Rechte aus den Decretbüchern Gregors IX., ib. 1788—91 t. 5, quibus adjectus est mox t. 6. complectens resolutiones caesareas ab a. 1786—90; *die Clerisei hat vermöge ihrer Einsetzung das Recht Gesetze zu geben,* Viennae 1787 in 8; *Gedanken von den Rechten und Freiheiten der österreichischen Kirche,* ib. 1787; *Skizze der Aufklärung,* 1788 in 8, *Abhandlung von der Erscheinung der Geister,* Monachii 1789 in 8; *Ist die Nichtigkeit*

[1]) Cf. Feller 1, 499.
[2]) Cf. nova bibl. eccl. frib. 4, 160—66; 5, 662—70 de priori opere sermo est.
[3]) Cf. Weis allg. d. Biogr. 28, 237.

[1]) Cf. Wurzbach 2, 228. Reliquit praeter 17 opera edita, plura (18) etiam msc., inter quae *historiam ecclesiae ultrajectinae;* Cernik p. 321.

der Zauberei ganz erwiesen? ib. 1789; *Ueber Verbindlichkeit zu fasten* und vom Brevier, Viennae 1788 in 8, *Bedenken von Besessenen,* 1790 in 8; *Gedanken von der Unzertrennlichkeit des kath. Ehebandes*, ib. 1787; *Geschichte der Nuntiaturen Deutschlands* (Leipzig?), 1790; *Wunderwerke der christl. Kirche* in den ersten drei Jahrh., Wien (c. 1790). — Magnus Klein OSB. Wasserhovii in Carinthia n. 1. Maj. 1717, in monasterio gottvicensi bibliothecae praefectus et 14. Apr. 1768 abbas, vir erat testimonio Garampi nuncii apostolici unus ex doctissimis Germaniae viris, in antiquitatis monumentis eruditissimus [1]), ut ejus opera testantur msc. Inter haec reperiuntur annales ecclesiastici Germaniae et Austriae, episcopatus Germaniae (t. 17), quam plurima collectanea ad historiam praesertim Austriae spectantia († 1783). Prodierunt tantum: *Codex traditionum laurisheimensium,* Tigurii 1766 t. 2; *notitia Austriae antiquae et mediae* seu tam Norici veteris quam pagi et marchiae posthac ducatus Oesterreich per quasvis populorum et gentium seu indigenarum et advenarum, urbium item locorumque quocunque eventu celebrium notiones et memorias ex idoneis et probae vetustatis monumentis exhibita et in historiae patriae subsidium adornata, typis monasterii tegernseensis 1781.

207. Stephanus Alexander Würdtwein decanus capituli cathedralis b. Mariae ad gradus et episcopus suffraganeus (1783) electoris moguntini pro dioecesi wormatiensi (n. 1719; † 11. Apr. 1796), totum quod muneribus suis surripere potuit tempus tabulario metropolitano scrutando illustrandaeque ecclesiae moguntinae impendit. Studii diligentissimi en fructus [2]): *Conc*

[1]) Cf. Scriptores p. 239—41; Wurzbach 12, 54.

[2]) Freib. Diöcesan-Arch. t. 34., Friburgi 1906. — De historia moguntina *cilia moguntina,* queis disciplina ecclesiae moguntinae sec. XIV., XV. et XVI., praecipue vero obscura concordatorum Germaniae historia illustratur, Manheimii 1766 in 4; *historia diplomatica abbatiae ilbenstadiensis,* 1761; 1766 ed. aucta in 4; *dioecesis moguntina* in archidiaconatus distincta commentationibus diplomaticis illustrata, ib. 1768—76 t. 3 in 4; *Bibliotheca moguntina* libris sec. 1. typographico Moguntiae impressis instructa, hinc inde addita inventae typographiae historia, Augustae 1781; *subsidia diplomatica* ad selecta juris ecclesiastici germanici et historiarum capita elucidanda, Heidelbergae 1772—80 t. 13 in 8., quibus adjecit *nova subsidia diplomatica,* ib. 1782—92 t. 14 in 8; *Ad concordata nationis germanicae integra documentorum* fasc. 1—4. Francofurti et Lipsiae 1775—77; *chronicon diplomaticum monasterii Schoenau* in silva Odoniana ord. Cist., Manheimii 1793 in 8; *monasticon palatinum* chartis et diplomatibus instructum et notitiis authenticis illustratum, Manheimii 1793—96 t. 6 in 8., quod opus spectat ad illustrandam historiam monasteriorum palatinatus: *Thuringia et Eichsfeldia medii aevi ecclesiastica* in archidiaconatus distincta, ib. 1790 in 4; *diplomata moguntina* pagos Rheni, Mogani novaeque Wetteraviae, Hassiae, Thuringiae, Eichsfeldiae, Saxoniae etc. illustrantia, Moguntiae 1788, 1789 in 4; *s. Bonifacii archiep. moguntini et M. epistolae* ordine chronologico dispositae, notis illustratae, ib. 1789 in f. Monasticon wormatiense t. 3 mansit ineditum. — Aemilianus Ussermann OSB. in celeberrimo s. Blasii monasterio, n. est s.

meruit hoc tempore etiam Jos. Fuchs OSB. in Seligenstadt († 1782), qui coepit *Alte Geschichte von Mainz* (ad a. 700) t. 4, Mainz t. 1. et 2., 1771—72; alii duo t. non prodierunt. Disseruit quoque Von den Wochentagen aus den Geschichten der alten Hebräer, Griechen, Deutschen etc. ib. 1773 in 8.

Udalrici in Brisgovia 30. Oct. 1737. Primum in suo monasterio docuit philosophiam, deinde ad commune studium benedictinorum in Bavaria, quod tunc in monasterio benedicto-burano erectum erat, linguarum orientalium professor postulatus, easdem posthac etiam in universitate salisburgensi publice docuit. Quo tempore prodiit *Succincta explicatio* locorum quorundam difficiliorum Pentateuchi etc. Monachii 1767. Explicuit etiam theologiae moralis praecepta. Reversus ad s. Blasium bibliothecae praefuit magno hujus incremento, nam nihil magis habuit in deliciis, quam librariae supellectilis curam. Unde reliquias prioris vastissimae bibliothecae incendio a. 1768 consumptae collegit, antiquos codd. msc. et recentiores selectos libros undique conquisivit et magnis impensis comparavit. Quidquid vero habuit vacui temporis adornandis lucubrationibus, historicis potissimum dedit. Laboribus exhaustus et apoplexia correptus decessit 31. Oct. 1798, vir germanae prorsus fidei et prisci moris, abhorrens ab adulandi studio atque omni fastu, propter stupendam eruditionem bibliotheca ambulans dictus. Haec sunt potiora ejusdem opera: *Prodromus Germaniae sacrae* sive chronicon Hermanni Contracti, Peterhusanum, Bertholdi constantiensis, Ottonis de s. Blasio aliaque, typis san-blasianis 1792 t. 2 in 4; *episcopatus wirceburgensis* sub metropoli moguntina chronologice et diplomatice illustratus cum codice probationum, ib. 1794 in 4; *episcopatus bambergensis* sub metropoli moguntina etc., ib. 1801 in 4., opus posthumum [1]). Omnia haec opera magna accuratione et diligentia critica sunt elaborata summique pretii. Tres ejusdem ep. prodierunt in Stud. und Mitth. aus dem Ben.-O. II (1881), 115—18. — Joannes Eitel Sandhoff Osnabrugensis (n. 1722; † 23. Apr. 1794) narravit *antistitum osnabrugensis ecclesiae,* qui per X sec. primam episcopalem sedem carolinam in Westphalia tenuere, *res gestas,* origines et incrementa coenobiorum dioecesis aliaque memorabilia, quae eam attingunt, cum plurimis pontificum, imperatorum, episcoporum diplomatibus comitumque aliorum tabulis adnexis, p. 1. et 2. Monasterii 1786. — Ad ecclesiam coloniensem spectant *Commentatio historica ecclesiae metropolitanae coloniensis,* Bonnae 1792; *de ecclesiae metropol. coloniensis jure* in bremensem olim suffraganeam, ib. 1792; *de veterum Ripuariorum* et praecipue eorum metropolis Coloniae *statu* civili et ecclesiastico a prima origine usque ad a. 752, ib. 1784, quae edidit Franc. Cramer OSB. in monasterio Brauweiler, theologiae, historiae et diplomaticae professor in universitate bonnensi († 6. Febr. 1796). — Joannes Jac. Hufnagl parochus et canonicus eichstettensis, n. 1706; † 2. Sept. 1770 concinnavit *Vade mecum rituale* mappam scil. geographicam totius dioeceseos eichstettensis specialibus mappis et serie chronologica 65 episcoporum eichstett. illustratum, Eichstadii 1749-50 t. 2.

208. Ad historiam ecclesiae *bohemicae* illustrandam aliqua contulit Felix Jacobus, in ordine Gelasius a s. Catharina Dobner sch. piar. Pragensis (n. 30. Maj. 1719; † 24. Maj. 1790), qui totum se dedit studio historiae patriae, unde ab imperatrice Maria Theresia historiographus caesareus est dictus cum annuo stipendio. Censetur pater recentioris historiae bohemicae, quam suis operibus multum promovere studuit [1]), sed magnis propterea contro-

[1]) Cf. Scriptores O. S. B. pag. 487 s.; Klüpfel Necrol. p. 214—21. Eodem fere tempore edidit Clarmann *Geschichte des Hochstiftes Würzburg* u. dessen Fürstbischöfe, Nürnberg 1792.

[1]) Rieger Allg. deutsche Biogr. V, 274: Dobner's Leistungen sind von so epochemachender Bedeutung, daß mit Recht von einer Dobner'schen Periode des histori-

versiis cum aliis eruditis, cum Duchovsky, P. Athanasio, Pubička etc. occasionem dedit. Fuit quoque socius academiae literariae bohemicae, quae propter insignia ejusdem merita defuncto monumentum posuit. Haec potiora ejusdem opera [1]): *Wenceslai Hagek a Liboczán Annales bohemorum* e bohemica editione latine redditi et notis illustrati a P. Victorino a s. Cruce (cf. II[3], 1539) . . . nunc plurimis animadversionibus historicis, chronologicis, criticis, nec non diplomatibus variisque generis monumentis aucti, Pragae 1761—83 t. 6 in 4; 7. mansit mscr.; *monumenta historica Bohemiae* nusquam antehac edita, quibus non modo patriae aliarumque vicinarum regionum, sed et remotissimarum gentium historia mirum quantum illustratur, ib. 1764—86 t. 6 in 4., collectio pretiosa; *Vindiciae sigillo confessionis* d. Jo. Nepomuceni Protomartyris poenitentiae assertae, Pragae et Viennae 1784 in 8; etiam germanice; contra quas scripsit Jos. Dobrowský in Literarisches Magazin von Böhmen u. Mähren, Pragae 1787 III, 101—26. *Kritische Untersuchungen* über den slavischen Ritus in Böhmen; Ob Methud und dessen Mitarbeiter das Christenthum in Böhmen nach römisch-lateinischen oder griechischen Religionsgrundsätzen eingeführt? und ob dem Methud das slavische Messlesen je vom Papst verboten worden; über die Einführung des Christenthums in Böhmen; über das Alter der böhmischen Bibelübersetzungen, inter *diss. academiae literariae bohemicae* t. 1—4, Pragae 1782—89. — Godefredo Provin S. J. Dornbacensi (n. 8. Nov. 1707; † 20. Nov. 1777), ultimo provinciae bohemicae praeposito debemus opus inscriptum: *Fidelis romanae Ecclesiae Moravia,* Olomucii 1742 in 4., epitome historiae ecclesiasticae hujus provinciae.

209. Antonius Gánóczy Hungarus Cassoviae natus, canonicus posoniensis, dein varadinensis et protonotarius († 1791), recenset *episcopos varadinenses fide diplomatum* (ab a. 1089-1759), Viennae 1776 t. 2 in 4. Adversus l. *de s. Ladislao* rege Hungariae auctore Pray scripsit diss. historico-criticam *de s. Ladislao* Hungariae rege, fundatore episcopatus varadinensis, ib. 1775, quam fundationem in illo opere tribuerat Pray s. Stephano; et iterum in *diatriba* adversus eam diss. edita tuetur, cui Gánóczy respondit *dispunctione*, Varadini 1781. Reliquit praeter alia [1]), etiam diss. controversisticam historico-theologicam *de usu calicis* seu de sumptione s. eucharistiae sacramenti sub utraque specie cum appendice ad catholicos, Tyrnaviae 1765. — Michael Ambrosowski e comitatu nitriensi n. 17. Apr. 1702, ecclesiae agriensis canonicus et praepositus, protonotarius, s. theologiae doctor et studiorum director († 1. Febr. 1792), depromsit novam *seriem episcoporum agriensium* ex archivo capituli, Agriae 1758 in 4., et composuit *Iliadem in nuce* sive chronologiam sacram et profanam ab origine mundi ad nostra plane tempora continua serie illigatam, ib. 1759 in 8. — Dominicus Szeredai S. J., post societatis Jesu suppressionem archidiaconus, exhibuit *seriem episcoporum Transylvaniae*, Albae Carolinae 1790 (ab a. 1106-1780) in 4., opus rarum. Ipsius quoque est: *Caritas initialis, affectiva super omnia, sacramentalis et virtualis* sive disquisitio de amore Dei ad sacramentum poenitentiae et ad omnium virtutum et actionum humana-

schen Studiums in Böhmen, während welcher sich ein wahres literarisches Leben regte, gesprochen werden kann, um so mehr als D. den Grund zu den späteren litterarischen Bestrebungen legte.

[1]) Cf. Horányi *Scriptores* 1, 660—83: in primis Dobrowsky Abh. der k. böhm. Ges. der Wiss. Prag 1795 II, 17—26.

[1]) Cf. Wurzbach 5, 82.

rum finem pernecessaria e menstruis decisionibus cleri Transylvaniae aliisque fontibus collecta, ib. 1792 in f. — Stephanus Salagius presbyter quinqueecclesiensis, hortantibus Georgio Klimo episcopo et celeberrimo Garampi, scripsit erudite *de statu ecclesiae pannonicae ll. 7,* Quinque Ecclesiis 1777-84 t. 6 in 5 v. in 4. — Ignatius Batthyáni Hungarus ex nobilissima comitum familia natus 30. Juni 1741, absolutis studiis canonicus et praepositus agriensis et postea (1780) Transylvaniae episcopus († 17. Nov. 1798), collegit illustravitque *leges ecclesiasticas regni Hungariae* et provinciarum adjacentium, Albae Carolinae 1785 t. 1. in f., Claudiopoli 1811. t. 2; 1827 t. 3 in f., opus rarum, cui eruditam praemittit diss. de synodis regiis; decreta, leges, edicta publica, responsa pontificum et episcoporum disciplinam Ecclesiae concernentia addit et illustrat. Incipit a concilio sardicensi, adjungit deinde syrmiense, illyricum a. 368 etc. Chronologiae tamen majorem rationem habere debuisset[1]). *Acta et scripta s. Gerardi* cum serie episcoporum csanadiensium, Albae Car. 1790. In opera beneficentiae vere erat effusus, sed et studia literaria Maecenas liberalissimus omni qua poterat opera promovit, ideoque etiam Albae Carolinae observatorium astronomicum erexit dotavitque atque varia musea instituit. — Joannes B. Roka Jaurinensis aliquamdiu S. J., postea juris studio, dein iterum theologiae se dicavit, scholae normalis Posonii director, canonicus vaciensis († 1790) collegit[2]) *vitas* veszprimensium praesulum, Posonii 1779 in 8. Edidit et *prolegomena* theologiae, Vindobonae 1780. — Carolus Wagner[3]) S. J. historiae ecclesiasticae professor et societate suppressa bibliothecae universitatis budensis praefectus († 7. Jan. 1790) in antiquitatibus et genealogiis patriae versatus dedit *analecta Scepusii sacra et profana* pp. 4, Viennae 1774—78 in 4., quarum 1. exhibet bullas pontificum, regum diplomata aliaque monumenta literaria ad notitiam Scepusii facientia; 2. scriptores rerum scepusiacarum et inscriptiones; 3. seriem praecipuorum magistratuum Scepusii ecclesiasticorum et politicorum; 4. genealogiam illustrium familiarum. *Epistolae Petri de Werda* ep. colocsensis cum nonnullis Wladislai II literis, Posonii 1770 in 4. — Franciscus Xaverius Pejacevich (Piatsvits) S. J. Essecensis in Croatia (n. 15. Jul. 1715; † 1781), philosophiae et theologiae professor, post societatis Jesu suppressionem abbas infulatus, reliquit *historiam Serviae* seu colloquia XIII de statu regni et religionis Serviae seu Serbiorum ab exordio ad finem sive a sec. VII. ad XV., Colocae 1799 in f.; opus posthumum. Ipsius quoque sunt: *Controversiae ecclesiae orientalis* de primatu et additione ad symbolum dialogo inter graecum et latinum propositae, Graecii 1752 in 8; *Theologicorum dogmatum* t. circa 6, Graecii 1752—57, in quibus solide et erudite agit de Deo uno et trino; de Deo incarnato, de gratia et merito et de sacramentis. — Theodorus a s. Martino Ostrovski sch. p. complexus est *historiam ecclesiae polonae* t. 3, Varsaviae 1793 in 8. — J. G. Czarnewsky disseruit *de Semogalliae epi-*

[1]) Cf. Horányi, Mem. hung. 3, 331—51.

[2]) Alia ejusdem opera recenset Wurzbach 26, 286.

[3]) Alius ab eo est Sebast. Wagner, professor s. Scripturae in academia passaviensi, seminarii rector et a consiliis ecclesiasticis, qui eodem fere tempore floruit, cujus sunt *Die Geschichte des großen Stifters des Christentums Jesus ...* der Zeitordnung nach in einer freien Uebersetzung aus den vier Evangelien wörtlich dargestellt, Passau 1791 t. 2 in 8; *Einleitung in die hh. Bücher* des A. und N. Gesetzes, ib. 1794 t. 1; alter t. non videtur prodiisse. Est ea introductio fusior forte omnium opp. gemini argumenti sec. XVIII. *Grundriß zur systematischen christl. Dogmatik,* ib. 1786. Obiit post a. 1800.

scopatu necnon de episcopis Semogalliae seu Salburgensibus, Mittau 1790. — Generatim de Poloniae historia meruit pluribus operibus [1]) Adamus Stanislaus Naruszewicz S. J. Lithuanus n. 20. Oct. 1733, episcopus smolenskensis, dein (1790) luceorensis († 6. Jul. 1796), praesertim historia nationis polonae ab exordio christianitatis, Warsoviae 1781—85 t. 6; 1803; 1824, polonice, quo opere diu gloriari potuit nobilis natio polona, viam enim stravit ad historiam patriam. — Andreas de Blaskovich S. J. Croata (n. 28. Nov. 1726) in universitate Zagabriensi philosophiae et theologiae professor, a latronibus in suo cubiculo interfectus 13. Mart. 1797, descripsit *Historiae universalis Illyrici* ab ultima gentis et nominis memoria pp. IV, Zagabriae 1781—82; 1794 t. 4 in f.

210. In *Italia* Jo. Antonius Ricci collegit *Memorie storiche* dell' antichissima città d'Alba Longa e dell'Albano moderno, Romae 1787 in 4. — Franc. P. Sperandio archipresbyter auctor est op. *Sabina sacra profana,* antica e moderna ossia raccolta di notizie del paese Sabino, Romae 1790 in 8. — Jos. Julius di Costanzo reliquit *Disamina degli scritori* e dei monumenti risguardanti s. Rufino vescovo e M. di Assisi con tre appendici, in quibus exhibet seriem episcoporum, documenta et inscriptiones ad hanc ecclesiam spectantia, Assisii 1797 in 4. — Jos. Ant. Fiorovanti († p. 1783) praeter alia disseruit *de translatione almae domus lauretanae* cum tabulis, pervetustis monumentis ac notis et responsione ad notas cl. ab. Trombelli, Maceratae 1783. — Phil. Neri Tomba dedit *Serie cronologica dei vescovi et arcivescovi* di Bologna purgata da molti errori, Bologna 1787. — Eodem fere tempore collegit Lud. Ant. Savioli *Annali Bolognesi,* Bassano 1784. — G. Grassi collegit *Memorie storiche* della chiesa vescovile di Monteregale in Piemonte dalla erezione del vescovado sino a nostri tempi con documenti, Taurini 1789 t. 2 in 4. — Jo. Bapt. Moriundus exhibet *Monumenta Aquensia,* Taurini 1789—90 t. 2 in 4. — Balthasar Oltrochi congr. Obl. parentibus mediolanensibus Patavii n. 1714, juvenis adhuc jam rhetoricae professor, ambrosianae bibliothecae praefectus (1748) erat et vir admodum eruditus. Ipse curavit ed. operis Saxii (cf. IV[3], 1529) *Archiepiscoporum mediolanensium series* historico-chronologica, Mediolani 1755, cui praemisit de vita et scriptis Saxii. Praecipuum ejus opus est *Ecclesiae mediolanensis historia ligustica* in romanam, gothicam, longobardicam 3 ll. distributa complectens ejus vices ab obitu s. Ambrosii et irruptione ac dominatu barbarorum usque ad finem schismatis aquilejensis, ib. 1795 t. 2 in 4., verus eruditionis ecclesiasticae thesaurus. *De vita et gestis s. Caroli Borromaei* ll. 7 auctore Barth. Rossi, quam latine reddidit uberrimisque notis illustravit, Mediolani 1751 in 4 († 9. Nov. 1797). — C. A. Morondi descripsit *Vite dei Pontefici* della chiesa milanese, quarum t. 1. prodiit Mediolani 1792. — Ant. Franc. Frisi [1]) Mediolanensis, canonicus collegit *Memorie della chiesa Monzese* cum diss. 1774—80 t. 3 in 4; *Memorie storiche* di Monza e sua corte, Mediolani 1794 t. 3 in 4. — Jo. Hier. Gradenigo Theat. Venetus e nobilissima ortus familia [2]) 19. Febr. 1708,

[1]) Ea recenset Sommervogel V, 1583—88 sub n. 50.

[1]) Frater fuit celeberrimi Pauli Frisi quondam O. Barn., qui in physica et mathematica excelluit (n. 13. Apr. 1728; † 22. Nov. 1784), de quo cf. Wurzbach IV, 367-69; Natur und Offenb. 1907 p. 150—62.

[1]) Alius a Joanne Augustino Gradenigo O. S. B. veneto (n. 10. Jul. 1725; † 16. Mart. 1774), juris canonici lectore et bibliothecae praefecto, ac postea episcopo clodiensi (1762), quem etiam Clemens XIII. ipse voluit consecrare. A. 1764 translatus

a card. Quirino Brixiam invitatus est ad docendam theologiam (1834). Honorificis functus est muneribus in ordine fratrique datus successor in archiepiscopatu utinensi et ab Clemente XIII. consecratus 2. Febr. 1766. Pastor fuit egregius et vir admodum doctus, ut liquet ex ejus operibus: *Le cure pastorali,* Utini 1776 t. 2 f., quo continentur ejus acta pastoralia; *Brixia sacra* seu pontificum (109) brixianorum series; *Tiara et purpura veneta,* ib. 1761 in 4., continuatio op. card. Quirini (IV[3], 1464), in quo describuntur vitae 5 pontificum et 60 cardinalium venetorum; *s. Gregorius M.* Pont. M. a criminationibus Cas. Oudini *vindicatus* [1]), Romae 1753 in 8. et in ed. opp. s. Gregorii venetae t. 16; *Lettera istorico-critica* sopra tre punti concernenti la questione sul probabilismo e probabiliorismo (suppresso nomine) Brixiae 1750 in 4., in qua disserit de Diana, de decr. a. 1598, et de quaestione num card. Thomasius probabiliorista fuerit. Curavit quoque ed. op. canonici Florenzis Tr. *sulla prudenza de' parochi; Lettera* al Emo e Rdmo S. Card. A. M. Quirini . . . intorno agli Italiani che dal sec. XI. in sino verso la fine del sec. XIV. seppero di Greco, Venetiis in 12; 1759 ed. aucta; diss. *de siclo argenteo Hebraeorum,* Romae 1766 ed. altera correctior. Decessit insignis [2]) hic praesul 30. Jun. 1786. — Hier. Vianelli composuit *Nuova serie* de' vescovi di Malamocco (Chiozza), Venetiis 1790 t. 2. — Christianus Tentori SJ. Hispanus quidem, exhibet tamen *Saggio* sulla storia civile, politica, ecclesiastica e sulla geographia topographia degli stati della republica di Venezia, Venetiis 1785—90 t. 12 in 8; *Osservazioni storico-critiche* sulle memorie venete antiche profane ed ecclesiastiche del s. ab. G. Gallicioli e difesa del clero veneziano contro le di lui insusistenti censure, ib. 1796; *Raccolta cronologica raggiunta* di Documenti inediti, che formano la storia diplomatica della rivoluzione e caduta della Republica di Venezia corredata di critiche osservazioni, Augustae (f. Venetiis), 1799 t. 2. *Il matrimonio.* Riflessioni filosofiche, Venetiis 1793. — Jo. Dominicus Bertoli Forojuliensis n. 13. Mart. 1676 († 1764) insignis archaeologus collegit *Antichità di Aquileja* profane e sacre, Venetiis 1739. Prodiit tantum t. 1. — J. A. de Alvarottis *Adriensium episcoporum seriem historico-chronologicam* monumentis illustravit, Patavii 1788 in 4. — Nic. Ant. Giustiniani [1]) OSB. nobilissima familia veneta ortus (1712) episcopus torcellensis (1754), dein veronensis (1759) ac demum (1772) patavinus († 24. Nov. 1796) edidit *opera s. Laurentii Justiniani* illustrata et italice versa et duo opuscula card. Aug. Valiero; curavit ed. *operum s. Athanasii* [2]), qua emendatur ed. Montfauconii, Patavii 1777 t. 4 in f., et publicae luci dedit *Serie chronologica* dei Vescovi di Padova, ib. 1786. — Marius Lupi Bergomas (n. 14. Mart. 1720; † 7. Nov. 1789) canonicus et archivarius capituli cathedralis, vir

---

est ad sedem cenetensem. Fuit praesul vere exemplaris deque salute sui gregis impense sollicitus, pluriumque operum auctor, nam in historia ecclesiastica et profana bene erat versatus: ideoque etiam socius plerarumque academiarum Italiae. Ex operibus huc spectant: *Calendario Polironiano del XII. secolo,* Venetiis 1759 in 8; *de' piombi diplomatici pontificii* in *Memorie* per servire alla storia letteraria, editore Valvaneuse t. XXVIII. Ct. Doglioni, Elogio storico di G. A. Gradenigo, Belluni 1774 in 8; Wurzbach 5, 293.

[1]) Cf. St. Let. d'It. VII, 374—81; de Brixia v. ib. XII, 371—87.

[2]) Cf. Vezzosi I, 410, 21.

[1]) Ejus frater Paulus Franc. G. Cap. a Benedicto XIV. nondum a. n. 30 dictus est episcopus Clodiae (1744) dein trevisanus († 1789) reliquit *lucubrationes* ad clericorum institutionem 1786. Strenuus erat sui gregis pastor, qui inter clericos restauravit studiorum fervorem.

[2]) Cf. N. bibl. eccl. frib. VI, 189—204.

doctissimus, ita bene meritus est de historia patria, ut capitulum ei adhuc viventi erigeret in sacristia statuam. Edidit enim *codicem diplomaticum* (ab a. 747—1300) civitatis et ecclesiae bergomensis notis et animadversionibus illustratum. Praecedit prodromus historico-criticus de rebus Bergomatium a declinatione imperii romanii ad sec. VIII., Bergomi 1784—99 t. 2 in f., opus eruditum et pretiosum, cujus epitomen exhibet Ronchetti in *Memorie storiche* della città e chiesa di Bergamo, ib. 1805 t. 2 in 8. *De notis chronologicis* a. mortis et nativitatis J. Christi [1]), Romae 1744 pp. 2 in 4; *de parochis* ante a. Christi millesimum, Bergomi 1788 in 4., diss. tres admodum eruditae et accuratae adversus parochorum synodi pistoriensis arrogantiam, quibus ostendit parochiarum institutionem non esse antiquiorem sec. XI., si Romam et Alexandriam excipias, neque presbyteros illos, quorum ope et consilio uterentur episcopi olim in regenda dioecesi atque negotiis ecclesiasticis, fuisse parochos. — Sir. Severinus Capsoni collegit *Memoria della Città di Pavia,* Pavia 1782—83 t. 3. — Jos. Colucci exhibet *le antichità Picene,* Fermo 1786—97 t. 31. — Ildeph. a. s. Aloysio (Frediani) Carm. Florentinus n. 1724, archiepiscopo a consilio, plurium academiarum socius, praeter tr. *de legibus, de gratia,* etc., *della Giustificazione della Limosina,* Florentiae 1770, opus magnum moliri coepit in t. circiter 20 distributum: *Etruria sacra* triplici monumentorum codice canonico, liturgico, diplomatico per singulas Etruriae dioeceses illustrata, cujus t. 1. tantum prodiit collectionem synodorum florentinorum complectens ib. 1782 auctore morte extincto 20. Febr. 1792. Edidit quoque *opera* v. P. Jo. a J. Maria doctissimis notis illustrata, ib. 1771 t. 3 in f.; *Delizie Toscane* ossia una raccolta dei Scrittori del buon secolo della Lingua Toscana e di Storia, ib. 1770-89 t. 25 in 8., collectio pretiosa. — Ang. Cesaretti OSA. Hetruscus reliquit italice *Memorias sacras et profanas* antiquae dioecesis Populoniae (Massa marittima), 1784. — Jos. Cossu dedit *Notizie sacre e profane* della Città di Sassari, Cagliari 1783; *della Città di Cagliari,* ib. 1780; Genova 1799. — Jo. Franc. Simon Memorie ecclesiastiche *degli arcivescovi d' Oristano* e dei vescovi di s. Giusto, Cagliari 1784.

211. In *Hispania* praetermisso Francisco Cerda y Rico [1]), Joachimus Traggia sch. piar. reliquit *Aparato à la historia ecclesiastica de Aragon,* Matriti 1791—92 t. 2 in 8., opus rarum, sed non absolutum, prae nimiis preambulis vix attingens historiae ecclesiasticae initia. Tomi 3—5 sicut alia ejusdem auctoris opera supersunt manuscripta. — Hoc tempore (1785) majus opus coepit prodire *Teatro ecclesiastico de las Iglesias de Aragon* t. 4 auctore F. Lamberti de Zaragoza Cap., minus criticum, in quo Risco impugnat, qui ei respondet t. 33. in op. de la Esp. sagrada. Alios 5 t. adjecit Ramon de Huesca ejus sodalis 1792—1807, qui priores praecellunt. Tomi 10. et 11. iniquitate temporum manserunt inediti ipsumque opus non amplius fuit continuatum. — Vincentius Salgado collegit *Memorias ecclesiásticas do Reino do Algarva,* 1787. 1788 t. 2. — *Nomina et acta episcoporum barcinonensium* binis libris comprehendit atque ad historiae et chronologiae rationem revocavit, Barcinone 1760 in 4., Matthaeus Aymerich (Aimerich) S. J., Hispanus, n. 27. Febr. 1715 insignis et acutus philosophus, necnon sagax criticus, philosophiae et theologiae professor, cancellarius academiae gandi-

[1]) Cf. A. E. lips. 1749 p. 281—83.

[1]) Cf. Gams KG. von Spanien III, 418. Floriit Cerda 1783 et meruit ed. chronicorum veterum et operum aliorum.

ensis, qui post societatis Jesu suppressionem decessit exsul Ferrariae a 1799. — Joseph Viera y Clavijo exhibuit *Noticias de la historia general de las islas de Canaria,* Matriti 1772—84 t. 4 in 4., ex quibus haud paucae ad ejusdem historiam ecclesiasticam spectant. — A. Roigius Magonensis disseruit *de sacris apud minorem Balearem antistitibus,* Severo potissimum, Palmae Balearum 1787. — Christophorus Medina Conde edidit sub nomine Caecilii Garcia de la Lena *Conversaciones historicas Malaguennas,* Malagae 1789-93 t. 4 in 4., in quibus agit de conditione civili, naturali et ecclesiastica illius civitatis et dioecesis. — Joannes Loparnaez Corvalon canonicus reliquit *Descripcion historica del obispado de Osma,* Matriti 1788, opus argumento et stilo egregium. — Jacobus Caresmar Catalanus O. Praem. in canonia Bellipodii (Blelpluig), qui bibliothecam et archivium non solum suae canoniae sed etiam aliorum monasteriorum in optimum redegit ordinem, S. Severum episcopum et M. sedi et civitati barcinonensi noviter asseruit et vindicavit diss. ed. Vici 1764 contra Mayans. Reperit quam plurima antiquitatis monumenta antea ignota [1]). Num tamen ea ediderit, nos latet († 1791). — Jacobus Pasqual scripsit *Discurso historico* sobre el antiquo obispado de Pallas, 1785. — *Annales ecclesiasticos* y *seculares de la ciudad de Sevilla* formados por Diego Ortiz de Zuñiga (Mstriti 1677 in f.) illustravit et correxit Antonius Mar. Espinosa y Carzel, ib. 1795. 1796 t. 5 in 4., opus rarissimum (cf. IV^3, 204).

212. Philippus Salvator Gilii S. J. Italus (n. 1721; † 10. Mart. 1789), diu in America magno fructu missionarius, sed inde ab Hispanis expulsus, scripsit *Saggio di Storia americana* o sia storia naturale, civile e sacra de regni e delle provincie spagnuole di Terra ferma nella America meridionale, Romae 1780—84 t. 4 in 8., quae olim ab eruditis aestimabatur propter accuratas quas dat illarum regionum et populorum notitias. — Mich. Olivares S. J. Chilensis in Italiam deportatus (n. 21. Sept. 1713; † 14. Dec. 1786) reliquit *Historia politica* [1]), *militar y sacrada del Reino del Chili,* Santjago 1864; *Historia de la Compañia de Jesus en Chile* (1593—1736), ib. 1873 in 8. — Dominicus Muriel (Morellus) S. J. Hispanus n. 12. Martii 1718, in provincia Paraguaria theologiae et juris canonici professor, illius ultimus praepositus, qui inde deportatus decessit exsul Faventiae 23. Jan. 1795, collegit *fastos novi orbis* et ordinationum apostolicarum ad Indias pertinentium breviarium cum adnotationibus, Venetiis 1776 in 4. sub nomine Cyriaci Morelli. *Rudimenta juris naturae et gentium* ll. 2, ib. 1791 in 4; *collectanea dogmatica* de sec. 18., ib. 1792; tomus 2. periit. Latine quoque vertit ex gallico *historiam paraguajensem* Petri Fr. X. de Charlevoix (cf. IV^3, 1560), quam annotationibus auxit et continuavit usque ad a. 1767, ib. 1779 in f. — Antonius Mozo O. S. Aug. Hispanus, procurator provinciae Philippinarum in curia matritensi procurator († 1794) dedit *Noticia de los triumphos y* adelantamientos conseguidos en el presente siglo por los religiosos del O. de S. Augustin en las missiones en las islas Philipinas y en el imperio de la China, Matriti 1763 in 4., opus rarum. — Dominicus Collantes O. Pr. adjecit t. 4. op. *Historia de la provincia del s. rosario de Filipinas,* Japon y China de

[1]) Cf. Goovaerts I, 104 ss.

[1]) Hanc postea descripsit Jo. Ig. Molina SJ. Chilensis (n. 20. Jul. 1740; obiit ex sul 23. Oct. 1824) *in Saggio della Storia civile de Chile,* Bologna 1787 t. 2 in 8; 1810. jam ediderat *Saggio sulla Storia naturale del Chile,* ib. 1782; 1810. In memoriam ejus gubernium chilense uni ex urbibus ejus imposuit nomen.

la s. orden de predicatores, quam coeperunt Did. Aduarde et Dominicus Gonzalez, Zaragossa 1693, continuavit (ad a. 1700) Vinc. Salazar Manilae 1743. Prodiit ib. 1783, opus rarissimum.

213. *Ordinum* religiosorum vel *monasteriorum* historiam illustrarunt: Anselmus (antea Joannes Dominicus dictus) Costadoni O. Cam. Venetus (n. 6. Oct. 1714; † 23. Jan. 1785), vir pius et admodum eruditus [1]), qui cum Mittarelli composuit *Annales camaldulenses* (cf. pag. 183); adversus Fontanini, qui quosdam antiquos scriptores O. Cam. censurae subjecerat, scripsit *Lettera critica* intorno a certi scrittori camaldolesi 1737; et *vite di alcuni illustri monaci camaldolesi,* etiam in annalibus. Collectioni *cologerianae* inseruit plures diss. doctas archaeologicas, ut diss. *sopra il pesce come simbolo degli antichi cristiani* (t. XLI); *Osservazioni* intorno alla chiesa cattedrale di Torcello ed alcune sue sacre antichità (t. XLIII), et Venetiis 1750. Multa reliquit manuscripta, quae Maurus Cappellari ejusdem ord. abbas (postea Gregorius XVI.) Romam deferri curavit diligenter asservanda in monasterio s. Gregorii. — Julius Caesar Cordara ex comitibus de Calamandrana S. J. Pedemontanus Alexandriae n. 16. Dec. 1704, in literis humanioribus cultissimus [2]) erat. A concivibus tanti est factus, ut defuncto († 6. Mart. 1785) statuam erigerent marmoream cum inscriptione perhonorifica, in qua dicitur »ob edita plurima ingenii monumenta . . . scriptor habitus sui aevi nulli secundus.« *Historiae Societatis Jesu* ab Orlandini, Sacchini et Juvencio coeptae p. VI. adjecit complectentem res gestas sub Mutio Vitellescho (1616—1633) t. 2, quorum primus prodiit Romae 1750, alter nonnisi 1859. *Collegii germanici et hungarici historia* ll. 4 comprehensa, ib. 1770. Ea pertingit tantum ad a. 1581 estque conscripta stilo elegenti et amoeno. *De profectione Pii VI. P. M. ad aulam viennensem* ejusque causis atque exitu commentarii, ib. 1855 in 12. cura Jos. Boero. Plurima ejusdem opera, orationes, carmina etc. collecta edidit Ludov. M. Buccheti S. J. († 1804) praemissa longa notitia de vita et scriptis p. 1—86. Venetiis 1804. 1805. t. 4, inter quae et hagiographica. Inter ejus opera inedita est etiam commentarius magni pretii historici de suis ac suorum rebus usque ad occasum S. J. t. 2 in 4, ex quo Döllinger fragmenta prolixiora lectu digna edidit in Beilage zur pol., kirchl. und Kulturgesch., München 1882 III p. VII ss. — Petrus van de Haute O. Min. Belga († 1796) infatigabili sollicitudine collegit monumenta spectantia ad historiam sui ordinis, quae t. 17 in f. replent, sed temporum iniquitate praepeditus edidit tantum *brevem historiam O. Min.,* quae tractat de illius institutore et institutione, essentia et divisione, rectoribus et regimine, Romae (1777). — Augustinus M. Neapolitanus O. Min. continuavit *chronologiam historico-legalem seraphici O.* ab exordio coeptam a Michelangelo a Neapoli (IV[3], 213), Julio de Venetiis, Car. M. Perusini, quae continuatio exhibet capitulorum, congregationum et congressuum (ab a. 1751—1765) acta etc. Accedunt ap. ss. pontificum constitutiones, in primis illa, qua a Pio VI. comitiorum totius ordinis celebratio a. 1792 suppleta est. Eam summariis, supplementis quibusdam et scholiis aliisque animadversionibus illustravit, Romae 1792 t. 4 in f. — Flaminius Annibali da Latera O. Min. Obs. scripsit *Storia degli ordini regolari* colla vita dei loro fondatori, Neapoli 1796 t. 4 in 8. De ejus supplemento ad Bullarium franciscanum

[1]) Cf. Mondelli della vita e degli scritti di A. Costadoni, Venetiis 1787 in 8.

[2]) Sommervogel II, 1411—32, opera edita sub. n. 71 recenset, quibus quam plurima inedita subjicit; Döllinger in praef. op. cit. p. VII ss.

egimus IV[3], 1588. Hujus t. 5 est teste Ehrle Archiv 1885 p. 154 rarissimus. Ad eundem F. A. da Latera dedit *Lettere apologetiche* a favore dell' Ordine de' Min., Patavii 1788, Franc. Antonius Benoffi O. Conv., variis in civitatibus inquisitor et provinciae praepositus († 1787). Hujus etiam est *Elogio storico* del b. Odorico dell' O. de' Min. Conv. con la Storia de' suoi viaggi Asiatici, Venetiis 1761. — M. Galante O. Min. Conv. philosophiae et theologiae lector, decennio poenitentiarius apostolicus in basilica vaticana, concinnavit usque ad sua tempora ex antiquis monumentis Seriem *chronologico-historico-criticam ministrorum provincialium,* qui . . . picenam provinciam O. Min. Conv. administrarunt, Pisauri 1790, suppresso nomine. — Joannes Baptista a s. Alexio Carm. scripsit *Storia del s. Monte Carmelo,* Taurini 1780; Compendium historicum *de statu antiquo et moderno s. montis Carmeli,* Augustae V. 1772, forte idem cum priori opere. — Claudius Mansuetus Jeune O. Praem. Stivagii (Etival) sodales philosophiam et theologiam docuit, in canonia mussipontana ad s. Mariam erat prior. Reliquit *Anecdota* inserta *Auctario* Ephemeridum hagiologicarum ed. 1767 a sodali Lienhardt (de quo cf. supra), cui plures suppeditaverat Beatorum vitas. Concinnavit *Histoire critique et apologétique* de l' ordre des chevaliers du Temple de Jerusalem dits Templiers, opus posthumum, accuratum et solidum, quod prodiit cura sodalis Baudot Parisiis 1789 t. 2 in 4., germanice Lipsiae 1790. — Emmanuel de Illana O. Praem. Hispanus theologiae magister in academia salmanticensi, episcopus cordubensis in Tucuman, dein arequipensis in regno peruano († 1783) scripsit *Historia del gran Padre y Patriarcha San Norberto* . . . y de los Varones Illustres del mismo Orden[1]), Salmanticae 1755 in f. — Car. Silvester Franceschini O. Silv. n. 13. Dec. 1705, philosophiae et s. Scripturae lector, bis visitator designatus et bis in congregationis praepositum generalem electus (1770—82; † 28. Aug. 1784) scripsit *Vita di s. Silvestro* Fondatore del ordine di s. Benedetto di Fano communemente nominata congregazione silvestrina, Jesi 1772, et *vitam* ejusdem sancti auctore v. Andrea Fabrianensi latine redditam et annotationibus (jejunis) illustratam inseruit collect. calog. t. XXIII, aliarumque congregationis personarum illustrium vitam describit[1]).

214. Beda Seeauer OSB. ad s. Petrum Salisburgi, Austriacus ex Hallstadt (n. 28. Jul. 1716; † 21. Dec. 1785), philosophiae aliquamdiu (1743—45) professor, secretarius abbatialis, archivarius et abbas (4. Jul. 1753), edidit[2]) *novissimum chronicon antiqui monasterii ad s. Petrum* Salisburgi OSB. exhibens ordinem chronologicum episcoporum, archiepiscoporum et abbatum, qui ab a. 582—1772 monasterio ad s. Petrum praefuerunt. Praemissa disquisitione historico-critica de adventu, fundatione et obitu s. Ruperti, Augustae Vind. et Oeniponti 1772 in f. *Secularis memoria defunctorum* sive compendium vitae et mortis religiosorum in monasterio ad s. Petrum Salisburgi, 1782 in 8. Curavit quoque ed. *Monatesseron evangelici* Godefridi Kroell (IV[3], 1431), ib. 1759 in f. *Ascesis Benedictina.* Opuscula 8 pluribus abhinc a. impressa opera et studio P. Rup. Pressinger ed. novissima Augustae V. et Oeniponti 1757 in 4. — Mauritius (prius dictus Jos. Ant. Franciscus) Hohenbaum van der Meer

[1]) Cf. Goovaerts I, 404.

[1]) Cf. Bibl. pic. IV, 198 ss.

[2]) Plura alia scripta reliquit partim philosophica, partim ascetica, quae cf. Scriptores pag. 436 s.; Wurzbach 33, 299. De hoc opere cf. N. bibl. eccl. frib. 2, 590—629.

OSB. in monasterio rhenaugiensi, de huius historia in primis meruit. Intra castra prope Belgrad natus 25. Jun. 1718 amissis in pueritia parentibus (1730) traditus est instituendus patribus hujus monasterii, in quo Deo vitam consecrare constituit. Vota emisit a. 1734, et absolutis studiis lectorem (1743) egit, dein priorem (1758), archivarium et secretarium congr. benedictinae helveticae. Propter insignia merita oblata fuit ei a sede apostolica dignitas episcopalis et a congregatione helvetico-benedictina dignitas abbatialis, quos tamen honores modeste recusavit. Indefesse scrutatus est archiva, unde complere potuit 59 vol. in f., 23 v. in 4. msc., et alia 52 v. quae continent ejus epistolas scriptas vel acceptas. Cum prae senectute viriumque defectu non posset amplius bibliothecam adire, in cella manens opera msc. describebat annotationibusque illustrabat († 18. Dec. 1795). Inter ejus scripta (circa 76) eminet *millenarium rhenaugiense* seu historia mille anorum rhenaugiensis (t. 6 msc.), cujus compendium prodiit germanice[1]), Donaueschingen 1778; *annales Rhenaugiae* (t. 3), quos in epitomen contractos sub inscriptione *historia diplomatica* monasterii rhenaugiensis edidit Zapf inter monumenta anecdota historiam Germaniae illustrantia, Augustae 1785; sicut etiam edidit in op.: *Reisen in einige Klöster Schwabens,* durch den Schwarzwald und die Schweiz, ib. 1786, *vitam Fintani,* quam auctor paraverat pro actis SS. *Ethica religiosa* ascetico-theologica, Lucernae 1751, quae magni fit. Multa alia reliquit msc. quae spectant historiam aliorum quoque monasteriorum O. S. Ben. praesertim in Helvetia[2]), historiam virorum illustrium congr. helveticae OSB., continuatio scriptorum OSB. ab a. 1750 etc. Ejus scripta excellunt diligentia, accuratione et judicio practico. — Franciscus (Jo. Jos. Mart.) Töpsl can. reg. OSA. in canonia pollingana, n. Monachii 17. Nov. 1711, diu (16. Apr. 1744 — 12. Mart. 1796) praepositus magno sodalium bono; nam studia impense promovit, bibliothecam magnis sumptibus auxit, ut celebris redderetur in universa Germania, musea ditavit omnis generis physicis instrumentis, sodales juniores etiam in alias regiones emisit ad plenius excolenda ingenia; cum viris doctissimis epistolarum commercium habuit. Collegit plurima documenta et acta romanae sedis in causa praetensi juris metropolitici salisburgensis in ecclesiam pataviensem et capitulationes inter archiepiscopum salisburg. et capitulum metropolitanum, quae tamen collectio nunquam prodiit[1]). Prodierunt tantum: *Succincta informatio de canonia pollingana* ex authenticis domesticisque monumentis ac documentis eruta et usque ad moderna tempora deducta, Günzburgi 1760 in f., etiam in Mich. Kuen *Suevia ecclesiastica* t. 3 (supra pag. 166) et in ejusdem *collectione scriptorum* rerum monastico-ecclesiasticarum t. 5; *Elenchus onomasticus scriptorum O. can. reg. s. Aug.,* Pollingae 1762, prima rudimenta continens ingentis operis Scriptorum hujus ord., quod 20 t. in f. constans reliquit msc. — Patritius Dalhammer ejusdem ordinis *canoniam rohrensem* documentis, monumentis et observationibus historico-criticis illustravit, Ratisbonae 1784 in f. cum figuris. — Jos. Lederer CRSA. edidit *Chronik des Stiftes der reg. Chorherren in Ulm,* Augsburg 15. Jan. 1783 (n. 1733; † 23. Sept. 1796). — Gosse Flander academiae atrebattensis socius scripsit *Histoire* de l'abbaye et de l'ancienne congrégation des chanoines réguliers de Arrouaise avec des notes critiques, historiques et diplomatiques,

[1]) Cf. nova bibl. eccl. frib. 4, 202—12.

[2]) Cf. Allg. d. Biogr. 12, 657—59; in primis Mayer, Freib. Diöc. Arch. (1877) XI, 1—34; XII (1878) 189—201; KL. VI, 159 ss.

[1]) Cf. hist. pol. Blätter 90, 428.

Insulis 1786 in 4. — Romualdus Escalona OSB. Hispanus edidit *Historia del Real Monastero de Sahagun* sacada de la que dexo escrita el P. M. Fr. Joseph Perez Catedratico de Salamanca aumentada con muchas (326) memorias (ab a. 904—1475) muy conducentes à la historia general de España, Matriti 1782 in f.

215. De *missionibus* egerunt nonnulli. Martinus Dobrizhofer S. J. Graecensis n. 1717 intrepidus missionarius in Paraguaria, quam nefanda Jesuitarum expulsione magno incolarum damno deserere est coactus († 1791). Concinnavit is sedula diligentia *Historiam de Abiponibus* equestri bellicosaque Paraguariae natione locupletatam copiosis barbararum gentium, urbium, hominum, ferarum, amphibiorum, insectorum, serpentium praecipuorum, piscium, avium, arborum, plantarum aliarumque ejusdem provinciae proprietatum observationibus, Viennae 1784 t. 3 in 8; germanice ib. 1783—84. — Ibidem missionarium egit et Jos. Emanuel Peramàs S. J. Hispanus n. 17. Mart. 1737, sed inde ejectus in dira persecutione contra Soc. J. excitata obiit exsul Faventiae 23. Maj. 1793. *De vita et moribus sex sacerdotum* paraguaycorum, Faventiae 1791; *de vita et moribus* XIII virorum paraguaycorum, ib. 1793; *de invento novo orbe* inductoque illuc Christi sacrificio ll. 3, poëma 2100 versuum, ib. 1777. — Franciscus X. Clavigero SJ. in Vera Cruce portu mexicano n. 9. Sept. 1731 patria dire expulsus Bononiae obiit 30. Mart. 1787 scripsitque *Storia antica del Messico* cum diss., Cesenae 1780 t. 4 in 4; *Storia della California*, Venetiis 1789 t. 2 in 8. opus posthumum, necnon et plures SS. biographias. — P. Palou edidit *Relacion historica* de la vida y apostolicas tareas del P. Fray Junipero Serra y de las missiones que fundó en la California Septentrional y nuevos establecimientos de Monterey, Mexico 1787 in 4., opus rarum (m. 120). — *Mémoires concernant l'histoire*, les sciences, les arts, les moeurs et les usages des Chinois par les Missionaires de Pekin, collegerunt et ediderunt Parisiis 1776—89 Carolus Batteux socius academiae gallicae et academiae inscriptionum, vir admodum eruditus et in literis classicis bene versatus, pluribus operibus clarus[1]), canonicus honorarius rhemensis († 14. Sept. 1780), et Ludovicus Georg. Oudard. Feudrix de Brequiny pariter academiae gallicae membrum (n. 1716; † 3. Jul. 1795) antiquitatis studio plurimum deditus[2]). Ea collectio est admodum pretiosa, quam accurate describit Backer 1, 1223. In ea habentur plura opuscula, memoriae, epistolae etc. de historia, antiquitatibus et rebus Sinensium Josephi Mariae Amiot (Amyot) S. J. Galli, missionarii in imperio sinensi[3]), qui magno in honore et auctoritate erat apud Kien Long imperatorem, atque indefessa diligentia et sagacitate scrutatus est monumenta et opera illius populi († 8. Oct. 1793). Inter illa reperiuntur Chronologia generalis imperii sinensis, vita Confucii, vitae illustrium ejus discipulorum et elogia multorum illustrium Sinensium etc. — Seriem omnium episcoporum Americae Hispanorum contexuit Antonius Alcedo *Diccionario de las Indias occidentales*, Madrid 1786—89. „Vir quidem erat assidui laboris, sed in tanta rerum difficultate et auxilio aliorum destitutus multa nescivit et in multis erravit“[4]). — *Recueil des Lettres édifiantes* et curieuses écrites des missions étrangères adornavit ad commodiorem ordinem redactam Yvo Maturinus Maria Fréaudet de Querbeuf (Querboeuf) S. J. Gallus n. 13. Jan. 1726. In illa rerum omnium subversione re-

[1]) Cf. Michaud 3, 265.
[2]) Michaud 5, 477.
[3]) Cf. Sommervogel, I, 294—303.
[4]) Ita Gams ser. episc. pag. 168.

fugit in Angliam, deinde in Germaniam obiitque Brunsvicae 1797. Ea collectio prodiit Parisiis 1780—83 t. 26 in 12; Toulouse 1810 t. 26 in 12; Lyon 1819 t. 14 in 8; Parisiis 1829—32 t. 40 in 18; et 1830—43 t. 4 in 4. Edidit Oeuvres de Fr.... Fénélon, Paris 1787—92 t. 9 in 4., ed. egregia, cujus t. 1. complectitur insignem illustris illius praesulis vitam, sed ea ed. non est completa.

216. *Acta sanctorum* a Bollando coepta continuarunt Ignatius Hubens S. J. Antwerpiensis (n. 12. Dec. 1737; † 18. Jul. 1782), qui symbolam contulit ad t. 4. Octobris. — Jacobus Trentecamp S. J., vir admodum eruditus et modestus, s. Scripturae professor Lovanii (n. 8. Sept. 1717; † 27. Febr. 1783), qui partem habuit in editione t. 4. Sept. — Joannes Limpens S. J. (n. 19. Nov. 1709; † 1784), qui operam suam impendit tribus prioribus tomis Septembris. — Joannes Cle S. J. Antwerpiensis (n. 30. Aug. 1722; † 2. Nov. 1800), s. Scripturae et theologiae professor et provinciae praepositus, qui calumniis appetitus triennium in carcere transegit. Operam contulit ad t. 6—8. mensis Septembris. In morem thesium proposuit *commentarios historico-criticos* in Matthaeum et Marcum usque ad Christi passionem, Lovanii, 1762; in Lucam et Joannem et Christi passionem ex quatuor evangelistis, ib. 1764 in 8; ad actus apostolorum cum appendice evangelica et serie chronologica, ib. 1765. Quibus adde Anselmum Berthold O. S. Ben. (n. 1732; † 1788), diligentem archivorum scrutatorem[1]), qui Soc. J. suppressa additus fuit (1784) sodalibus superstitibus atque partem habuit in parando t. 6. Oct., qui demum prodiit 1814. — Joannes Baptista Melloni Orat. s. Phil. Nerii (n. 23. Jun. 1713; † 24. Dec. 1781), utriusque juris doctor, plurium servorum Dei descripsit vitas collegitque *Atti e memorie degli uomini illustri in santità nati e morti in Bologna,* Bononiae 1773—80 t. 3 in 4. — Huius sodalis Carolus Ignatius Massini Cesenas (n. 1702, secundum Feller 16. Maj. 1712, † 23. Mart. 1791) ultimis 20 et ultra vitae annis coecus, composuit cum Andrea Micheli *Raccolta delle vite dei Santi* per ogni giorno dell' anno, Romae 1763 t. 13 in 12; *seconda Raccolta* che contiene l' appendice delle vite dei Santi, 1767 t. 13 in 12; *vite dei Santi dell' antico Testamento,* ib. 1786 t. 6 in 8. — Josephus a Conceptione b. V. Mariae Jericho sch. piar. Hispanus, provinciae suae praepositus et bis assistens generalis († 1786) collegit *Varones insignes* en Sandidad de Vida del Instituto y Religion de los Clerigos reg. Pobres de la Madre de Dios de las Escuelas Pias, Valentiae 1751 in 4. — Antonius Crammer S. J. Bavarus (n. 3. Aug. 1705; † 1785), vitam edidit plurium sanctorum, inter quos etiam vitam *s. Henrici* et *s. Cunegundis,* quam a frivolis narratiunculis expurgavit et ab improbis scriptorum quorundam injuriis vindicavit, Friburgi Brisgojae 1770 in 8. *Frisinga sacra,* Monachii 1775 in 8; *magnifica sanctitatis gloria* in episcopatibus boicis resplendens, Frisingae 1775 in 8; *heiliges und gottseliges Eichstätt* d. i. Lebensbeschreibung derjenigen Personen, die in diesem Bisthume heilig gelebt haben, München 1760; Eichstadii 1780 in 8; *heiliges Passau* oder vollständige Geschichte aller Heiligen und Seligen, die dieses Bisthum mit ihrem Lebenswandel, wie auch mit Glanze grosser Wunder beleuchtet haben, bis auf unsere Zeiten (1761) zusammengetragen[1]), Monachii 1782 in 8. — *Sanctam et beatam Austriam*[2]) seu acta et vitam

[1]) Cf. Berlière Revue Bénéd. XVI (1899), 193—208.

[1]) Cf. N. bibl. eccl. frib. 5, 593—600.

[2]) Ab hac distingui debet *Austria sacra:* Hierarchie und Monasteriologie oder

eorum, qui a primo jam inde Christi sec. ad hanc usque aetatem cum strenue exantlatis in vinea Domini laboribus, tum aliis sanctitatis suae, tum viverent, radiis eam, quam nunc appellamus Austriam, regionem olim illustrarunt, edidit rerumque dubiarum in ea occurentium, quoad opportere visum est, crisim adjecit Bertholdus Rizelius OSB. in monasterio mellicensi (n. 30. Mart. 1721; † 12. Jun. 1792), philosophiae et theologiae lector, Augustae Vind. 1750. — Andreas Bissing SJ. Cronacensis n. 11. Febr. 1730 († p. 1788) edidit praeter exhortationes et conciones *Vitas sanctorum* Heidelbergae 1786 t. 2. — Franc. Maria Luchini SJ. n. 9. Mart. 1727 dedit *Atti sinceri dei primi Martiri,* versionem scil. op. Ruinartii cum subjectis notis et doctissima praef. de Ecclesiae persecutionibus Romae 1777 t. 4. Vertit quoque ep. s. Hieronymi ad s. Marcellam, ib. 1779.

217. *Britanniam sanctam* or the Lives of the most celebrated British, English, Scottish and Irish Saints, who have flourished in those Islands from the earliest times of Christianity down to te change of Religion in the 16 th. Century (Londini 1745) t. 2 in 4. collegit ex actis et monumentis vetustis Richardus Challoner Cicestrensis. Natus is anglicanis parentibus 29. Sept. 1691, amplexus est 1704 cum matre religionem catholicam. In collegio duaceno optime fuit institutus, ibidemque philosophiam, deinde et theologiam docuit, in quo munere celebrem Alb. Butler successorem habuit. Anno 1730 transiit in Angliam totamque reliquam vitam saluti concivium impendit. Quam plurimis operibus doctrinam catholicam defendit atque anglicanos refellit; unde dignus habitus est, qui Benjamino Petre catholico episcopo londinensi coadjutor (1741), deinde (1758) successor daretur. Ab hypocrita proditus raptus est jam senex ad tribunalia multaque passus a furore fanatico plebis, laborisissimamque vitam senex 90 annorum, etiam a prudentioribus protestantibus magni factus, apoplexia correptus pie finivit 12. Jan. 1781. Vir erat vere admirabilis s. Francisco Salesio et Alph. Ligorio comparandus, temporibus difficilimis Ecclesiae catholicae columen per Angliam, indefessi zeli et laboriosissimus. Inter ejusdem opera admodum utilia, quae plurima (ultra 40) omnis generis sunt, mentionem merent [1]): A Memorial of Ancient British Piety or *a British Martyrology* giving a short account of all such Britons as have been honoured of old amongst the Saints or have otherwise been renowned for their extraordinary Piety and Sanctity, Londini 1761; *The Wonders of God in the Wilderness* or the Lives of de most celebrated Saints of the Oriental Deserts, 1755 in 8; Londini 1804; Neo-Eboraci 1852 in 12; *Memoirs of Missionary Priests* and other Catholics of both sexes, that have suffered death in

---

Geschichte der ganzen österreichischen weltlichen und klösterlichen Klerisey beiderlei Geschlechtes, quam ex schedis Josephi Wendt de Wendtenthal (n. 13. Mart. 1732; † 24. Apr. 1786) edidit Marianus a ss. Sacramento (Andr. Fidler) OSA. († 23. Febr. 1802), Viennae 1770—89 t. 4 in 9 v. — *Austriam doctam*: Das gelehrte Oestreich, eodem hoc tempore coepit Ignatius de Luca Viennensis (n. 29. Jan. 1746) statisticae professor, sed non absolvit, prodierunt tantum Viennae 1776-78 pp. 2. Obiit 24. Apr. 1799. Cf. Hugelmann Allg. d. Bi. 19, 335.

[1]) Cf. Raess die Convertiten seit der Reformation 9, 171 ss.; *The Life* of the ... R. Challoner ... collected from his Writings, from Authentic Records and from near Twenty Years' Personal Acquaintance with him, Londini 1784; 1793; Milner *A Brief Account* of the Life of the late RR. R. Challoner, London 1789; E. Burton The life and times of B. Challoner, London 1909 t. 2; Gillow I, 447—57; Wandinger KL. III, 52.

England on religious accounts, from the year 1577 to 1684, 1741. 1742 pp. 2, Manchester 1813; Londini 1841. 1842 cum appendicibus et supplemento (et auctoris vita; 1878; germanice 1852; in quo opere admodum pretioso [1]) adjutorem habuit Alb. Butler. Sequuntur opera apologetica. *The Grounds of the Catholic Doctrine* ascertained in the Profession of Faith, 1732 in 12., saepissime editus, Londini 1858 etc. *The Unerring Authority of de Catholick Church* in matters of Faith . . . or a Theological Diss. in which the Infallibility of the Church of Christ is demonstrated from innumerable Texts of Scripture, from the Creed, from the Fathers and perpetual Tradition. To which are prefixed Eight Preliminaries by way of Introduction to the true Church of Christ, Londini 1732 in 12. et saepius; *The Catholik christian instructed* in the Sacraments, Sacrifice, Ceremonies and observances of the Church, Londini 1737; 1798 ed. 14; 1881; *A Short History* of the first beginning and progress of the Protestant Religion. Gathered out of the best Protestant Writers 1733, saepe edita; Londini 1803, in qua ostendit humanas cupiditates illius exstitisse originem, 1841; *A. Roman Catholic's Reason,* why he cannot Conform to the Protestant Religion, 1734; *The Touchstone of the New Religion* or Sixty Assertions of Protestants tried by their own Rule of Scripture alone and condemned by clear and express Texts of their own Bible, 1734; Londini 1823 ed. 10; 1838; *The Young Gentleman instructed* in the Grounds of the Christian Religion, 1735; *The Grounds of the Old Religion* or some General Arguments in Favour of the Catholick, Apostolick, Roman Communion, collected from both Antient and Modern Controversists and modestly proposed etc., Augustae 1742 etc. tr. de Ecclesia egregius sapius editus. Versionem anglicam s. Scripturae Duaci primum confectam (cf. III[3], 278) rectractavit et bene emendavit, 1749 ss. t. 5 in 12; Londini 1777; *Considerations* upon christian Thruts, 1773 t. 2; *Garden of the soul; City of God* etc., etiam germanice saepius edita.

218. De singularibus argumentis egerunt: Petrus Lazeri (Lazzeri, Lazzari) S. J. Senensis n. 16. Oct. 1710, qui triginta annis magna nominis fama et dignitate rexit in collegio romano cathedram historiae ecclesiastiacae et ejusdem collegii bibliothecae praefuit. Benedictus XIV. eum examinatorem episcoporum constituit, congregationi Indicis adjunxit atque censorem voluit librorum orientalium, qui in typographia Propagandae imprimebantur. Fertur Clementem XIII. cogitasse, ejus merita remunerari purpura, artibus vero adversariorum Soc. Jesu fuisse praepeditum. Ea suppressa in suis muneribus confirmatus fuit, verum eis sponte sua renunciavit contentus praefectura bibliothecae cardinalis Zelada. Magni factus est ab eruditis illius aetatis. Decessit mense Martio 1789. Proposuit saepius theses propugnandas de historia ecclesiastica et diss. selectas ex gr. *de anno Christi natali* ab orbe condito (qui est secundum ipsum a. 4235), Romae 1753 sub nomine Marii Lupi Canonici bergomensis, qui tamen mutationibus suis eas corrupisse arguitur a Zaccaria; *de arte critica et generalibus ejus regulis* ad historiam ecclesiasticam relatis, ib. 1754 in 4; *de criticae regulis* quibus vera falsis admixta secerni possunt, 1754; *de persecutionibus in Ecclesiam excitatis* aevo apostolico, ib. 1749 in 4; *de conciliis romanis* prioribus IV Ecclesiae secu-

[1]) Ex hoc op. compilavit Ambrosii Cuddon bibliopola nonnullis additis *A Complete Modern British Martyrology* (ab a. 1557—1684), Londini 1825 t. 2 pp. 3; 1836. Cf. de eo Herz Litzt. 1826. I, 121—20.

lis[1]), ib. 1755; *catalogi duo antiquissimi pontificum rom.*, quos ad pontificiam historiam primorum IV saec. explicandam iterum recensitos et animadversionibus illustratos exhibent patres S. J., ib. 1755; *de vera et falsa traditione historica* regulisque ad eam internoscendam, ib. 1755; 1756; *de haeresi Berylli*, ib. 1746, et in thes. theol. Zaccaria II, 403—9; *de haeresi albigensium*, ib. 1756; *de antiquis formulis fidei* earumque usu, 1756 in 4. et in thes. theol. Zaccaria t. 6, et in cursu theol. Migne 6, 419—34; *de sacra veterum christianorum peregrinatione*, ib. 1774 in 4; *de haeresi marcianistarum*, ib. 1775 in 8; *de liminibus apostolorum*, ib. 1775 in 4; *de Christi monogrammate constantiniano*, ib. 1776 in 4; *de falsa veterum christianorum rituum a ritibus ethnicorum origine*, ib. 1777 etc. *Dei tormenti de' SS. Martiri* e della sincerità che può argomentarsi de' loro atti, opus italice versum, annotationibus illustratum et primo editum ab Anivitti Romae 1854 in 8; *Brunonis astensis* ep. signensis *commentarius in IV Evangelia* nunc primum editus, Romae 1775, copiosis eruditisque annotationibus illustratus; *miscellaneorum* ex msc. ll. bibliothecae collegii romani S. J. 1754. 1757 t. 2 in 8., quibus continentur epistolae virorum eruditorum et triginta rom. pontificum sec. XIII. Editioni operum Benedicti XIV, quam curavit Azevedo, adjecit praefationes et additiones. Reliquit historiam ecclesiasticam ab Ecclesiae exordio usque ad nostram aetatem plurimis diss. instructam in 12 t. distribuendam, sed ea non prodiit. — *Historiae ecclesiasticae selecta capita*, Parmae 1780, reliquit Andreas (antea Jos. Ant. Maria dictus) Mazza OSB. Parmae n. 21. Nov. 1724. Studiis absolutis Romam missus est, ut profundius excoleretur in theologia et jure canonico (1744—48). Rediit inde philosophiae, deinde (1751—60) theologiae lector. Bibliothecae monasterii praefectus fuit, quam in meliorem ordinem redegit: postmodum praefuit (1772) bibliothecae parmensi, variis tamen calumniis a malevolis impetitus. Anno 1780 electus fuit in abbatem et a. 1784 in visitatorem congregationis. Decessit[1]) 23. Sept. 1797. Vir erat in literis graecis, archaeologia et literatura bene versatus, qui celebri Tiraboschi plures suppeditavit notitias pro ejus historia literaria. — Jo. Petrus della Stua Ampezzanus († 1795) plura scripsit ad illustrandam historiam forojuliensem[2]), ut *La vita di s. Paolino* patriarca di Aquileja colla storia del suo culto, Venetiis 1782; *Notizie storiche e critiche* sull' antico monasterio di s. Chiara di Gemona, in Nuova Raccolta d' opuscoli Venetiis 1781, 36, 100; cum monumentis, ib. 37, 134; *se Fortunaziono* vescovo di Aquileja *sia da noverarsi tragli ariani o no;* ib. 37, 46 etc.

219. *Damasum et Laurentium* Hispanis asseruit et vindicavit diss. judice Mamachi plane egregia Romae 1756 in 4. Franc. Perezius Bayer, archidiaconus et canonicus valentinus, ut in ejus epitaphio legimus, filiorum Caroli III. praeceptor praefectusque regiae bibliothecae, doctrina, eruditione, linguarum orientalium peritia scriptisque variis clarissimus. Bibliothecam suam librorum copia, delectu, raritate msc. insignem in comunem civitatis usum vivens valensque S. P. Q. et academiae valentinae donavit. Denique moriturus

[1]) Cf. de hac aliisque diss. St. Lett. d'It. 5, 560—62: 8, 373—75; 10, 512—19; 13, 351—53; 358—60; 371—74.

[1]) Cf. prolixum elogium et catalogum operum tam editorum quam ineditorum apud Pezzana Memorie degli Scrittori e Letterati parmigiani 7, 302—20; Biogr. univ. 73, 368. Frater ejus Angelus († 1817) haud incelebre nomen inter poetas adeptus est.

[2]) Cf. Wurzbach 40, 111.

ut totum sibi secum thesaurum auferret, pauperes heredes instituit, vir bono publico natus Valentiae « 11. Nov. 1711; † 26. Jan. 1794 a aetatis 83. Salamancae linguam hebraicam docuit. Jussu Ferdinandi VI. Toletum se contulit ad scrutandos codices mscr. bibliothecae cathedralis, cujus inquisitionis fructum t. in f. (mscr.) regi obtulit; inde 1754 secessit Romam, ut omnia documenta, quae ad historiam hispanam spectant, investigaret nummosque rariores colligeret: hujus studii frutus complexus est t. 2 in f., ineditis tamen. Romae dives condidit museum inscriptionum. Anno 1760 munus ei impositum fuit conficiendi cum Casiri catalogum codd. msc. bibliothecae regiae escurialensis, cui impendit tres annos eumque partitus est in 5 t. in f. Adeo bene instituit principes regios (Caroli III. filios), ut unus eorum Gabriel Sallustium hispanice verterit 1772 ita accurate et nitide, ut haec versio inter hispanas excellat. Dum primarum regiae bibliothecae palatino-matritensis praefectum ageret, novam curavit *bibliothecae hispanae veteris* Nicolai Antonii editionem, cui prologum, auctoris vitam et notulas adjecit, Matriti 1788 t. 2 in f. Alia ejusdem opera sunt: *De alphabeto y lingua de los Fenices* y de suas colonias, Madrid 1779 in f. opus eruditum; diss. isagogica (et classica): *Reges Tharsis et insulae* pro explanatione Davidici psalmi: *Deus judicium tuum regi da* etc. (Ps. 71, 10), quam habuit cum canonicus barcinonensis factus est, Barcinone 1753; *de nummis hebraeo-samaritanis*, Valentiae 1781 in 4., qua impugnata respondit *vindicatione* Nummorum hebraio-samaritanorum ib. 1790 sine autoris nomine, et *diatriba* apologetica (hispanice), 1793 in 8. In dignoscendis nummis hebraicis exstitit viae dux. Quam plurima vero opera reliquit manuscripta[1]). — Franciscus Andreas Hadrianus Pluquet Bajocensis n. 14. Jun. 1716, canonicus cambracensis (1765), dein professor philosophiae moralis (1776) et (1778) historiae ecclesiasticae Parisiis, scripsit *Examen du fatalisme*, Parisiis 1757 t. 3 in 12., in quo errores de fato a remotissima aetate apud omnes populos recenset et refellit; *Mémoires pour servir à l' histoire des égarements de l' esprit humain* par rapport à la religion chrétienne ou dictionnaire des hérésies, des erreurs et des schismes, précédé d' un discours dans lequel on recherche, quelle a été la religion primitive des hommes, les changements qu' elle a soufferts jusqu' à la naissance du christianisme; les causes générales, les liaisons et les effets des hérésies qui ont divisé les chrétiens[1]), ib. 1762 t. 2 in 8; Bisontione 1817—19 editio aucta; 1844; 1847—53 ed. Migne t. 2 in 4. cur. Justino Jos. Claris, qui dictionarium auxit ultra 400 art., continuavit ratione habita praesertim jansenistarum; *Traité de la sociabilité*, Parisiis 1767 t. 2 in 12. adversus Hobesium; *De la superstition et de l' enthousiasme*, ib. 1804 in 12., opus posthumum. Obiit apoplexia tactus 18. Sept. 1790.

220. De re *diplomatica* meruerunt Antonius Pilgram S. J. Viennensis (n. 3. Oct. 1730; † 17. Jan. 1793) socius celebris P. Hell († 1792) in directione speculae astronomicae viennensis, qui concinnavit *Calendarium chronologicum* medii potissimum aevi monumentis accommodatum, Viennae

[1]) Cf. prolixum et accuratum catalogum necnon splendidum auctoris elogium in Fuster Bibliotheca valenc. 2, 141—162; Biogr. univ. 3, 604; Gams KG. von Spanien 3. II, 413.

[1]) De hoc op. ita Feller 7, 41: »C' est un ouvrage remarquable par l' étendue des recherches, par la sagesse de la critique, par la méthode, le jugement, la précision et la clarté.« Cf. Villenave in *Biogr. univ.* 35, 100—4, qui auctorem pariter laudat ab eruditione, judicio critico et accuratione; Quérard 7, 219.

1781 in 4., in quo agit de variis aeris, de nominibus singularibus quorundam dierum medio aevo usitatis, de bibliographia calendariorum et martyrologiorum, de cultu praecipuorum festorum etc., ideoque magnae est utilitatis pro monumentis diplomaticis. — Ejus sodalis Joannes Schwab Scheinfeldae n. 24. Jan. 1735, Heidelbergae scientiae diplomaticae professor et Soc. J. suppressa philosophiae, atque duci Wirtembergae a consiliis († 21. Sept. 1795), scripsit[1]) *introductionem in rem diplomaticam* Heidelbergae 1776 in 4., quam iterum edidit inscriptam: *Institutiones diplomaticae*, quibus praeter historiam notitiamque literariam artis hujus prima elementa brevi et concinno ordine ... exponuntur, Wetzlariae 1778 in 8; et disquisitiones tres *de controversia Germonii cum Mabillonio* de re diplomatica, Heidelbergae 1777; plures dissertationes philosophicas et apostolicas adversus incredulos de Deo, animae immortalitate etc.; *Quatuor seculorum syllabus rectorum*, qui ab a. 1386—1786 in alma et antiquissima academia heidelbergensi magistratum academicum gesserunt, notis historico-literariis ac biographicis illustratus, ib. 1786. 1790 t. 2 in 4. — Godefridus a s. Elisabetha Uhlich Sanhippolytanus historiae, diplomaticae, heraldicae et numismaticae professor (n. 1742; † 1794) praeter multa alia adornavit *praelectiones diplomaticas* in usum auditorum suorum ex Gatterero, Ekhardo et Grubero, Leopoli 1785 in 8; *praelectiones numismaticas* ... ex cl. Eckelio, ib. 1785 in 8. — Gregorius a. s. Ignatio Gruber[2]) schol. piar. n. Hornae in Austria inferiori 1. Aug. 1739, disciplinae diplomaticae in academia theresiana 1781 et historiae ecclesiasticae 1783 in universitate viennensi professor († 20. Apr. 1799) plura hac de scientia edidit opera, inter quae utilitate excellit *Lehrsystem einer allgemeinen Diplomatik*, Viennae 1783. 1784 t. 3 in 4., cujus t. 3. seorsim etiam prodiit inscriptus: *Lehrsystem diplomatischer Zeitenkunde*, worin alle nur möglichen politischen, kirchlichen und astronomischen Urkundendatums theoretisch und praktisch abgehandelt worden sind, ib. 1784, ejusdemque op. compendium, ib. 1784, *programma didacticum* super optima methodo scribendi docendique artem diplomaticam, Viennae 1795. — Franciscus de Vaines OSB. congr. s. Mauri composuit *Dictionaire raisonné de diplomatique*, Parisiis 1774 t. 2 in 8., opus egregium, sed rarum.

221. Josephus Hilarius de Eckhel S. J. Enzensfeldii in Austria 13. Jan. 1737 natus, duce Jos. Khell (pag. 101) in re *numismatica* vere excelluit. Ut in ea magis excoleretur, ab ordinis superioribus in Italiam fuit missus, ibique jussu Leopoldi magni Etruriae ducis (qui postmodum fuit imperator) numothecam in ordinem redegit. Viennam redux praefectus est numothecae caesareae (1774), quae ei in primis debet summam suam celebritatem, cathedramque rexit rei antiquariae, quibus muneribus functus est ad mortem usque (16. Maji 1798). Vir admodum

[1]) Ejus opera sub n. 37 recenset Sommervogel VII, 938—41.

[2]) Alius a Philiberto Gruber de Zurglburg O. S. Franc. Tirolensi (n. 8. Mart. 1761; † 11. Aug. 1799), qui insigniter versatus erat in operibus philosophorum, veterum, christianorum et ethnicorum, s. Augustini praesertim et Platonis. Hujus studii fructus exstitere: *Philosophie der ältesten für denkende Philosophen der neuesten Zeit*, Oeniponte 1792—98 t. 8 in 8; in compendium redacta et accommodata temporibus recentioribus, Augustae 1820 in 8; *der göttliche Friede* zwischen Theologie und Philosophie der ersten 6 Jahrhunderte des Christenthums, Oeniponte 1800 pp. 3 in 8; *das göttliche Opfer des Gottmenschen J. Chr.*, ib. pp. 2. Cf. de eo Waibel P. Philiberts Leben, Weisheit und Lied, Augustae 1833; Werner Gesch. der k. Theol. p. 334—40; et de utroque Wurzbach 5, 383—85.

modestus erat et totus suo studio immersus, vereque dici potest pater disciplinae numismaticae in eaque auctor classicus opere suo doctissimo et limato *Doctrina nummorum veterum*[1]) Vindobonae 1794—98 t. 8 in 4; Lipsiae 1842. Mentione dignum quoque est *Kurzgefasste Anfangsgründe zur alten Numismatik*, Viennae 1786 jussu Josephi II. in usum auditorum compositum et a Catancich Budae 1799 latine versum. Anno seculari ejus nativitatis cusum fuit in ejus honorem numisma inscriptum:

Systematis rei numariae antiquae Conditori.

222. In *archaeologia* illustranda plures versati sunt, omnes natione *itali*[2]), ex quibus nonnulli magnam nominis celebritatem consecuti sunt: unde vel ipsa eruditorum lipsiensium acta a. 1758 pag. 385, scribunt: „Ut olim in hac terra (Italia) literarum sedem, eloquentiae domicilium et praestantissimorum ingeniorum seminarium quoddam fuisse omnes uno consensu gentes exterae confitebantur: ita etiam illam nostra quoque memoria plenum optimarum artium ac disciplinarum esse, eruditissimisque affluere hominibus, ex iis, qui inde ad nos afferuntur, libris, intelligi potest.“ Paulus Maria Paciaudus O. Theat. Augustae Taurinorum n. 13. Nov. 1710 a prima aetate magni ingenii signa dedit. Usus est in sacra eloquentia, ad quam factus videbatur et prono ferebatur animo, praeceptore praesertim Cajetano Travasa, cujus magnum erat nomen in sacris oratoribus (cf. supra p. 175). In physica quoque et geometrica multum profecit; antiquitatis studio admodum delectabatur copiosam inde eruditionis supellectilem assiduitate sua sibi comparans. Absoluto theologiae studio philosophiae docendae fuit adhibitus unusque e primis fuit, qui Leibnitii et Newtonii principia et praecepta in Italia exposuerit. A cathedra philosophica mox transiit ad sacram et per decennium in frequentissimis urbibus magno plausu et fructu concionatus est. Concionandi tamen muneri renunciare debuit ob affectam valetudinem, qua restituta Romae commoratus est magni factus a Benedicto XIV., qui eum inter socios academiae coram se de argumentis eruditionis ecclesiasticae habendae recepit, atque hierosolymitanis equitibus proposuit, quem in historiographum sui ordinis eligerent, quod et factum est a. 1755. Otio quo fruebatur in urbe egregie usus est ad lustranda atque scrutanda antiquitatis monumenta. „Canem venaticum dixisses, scribit de eo tempore Fabronius, in conquirendis antiquitatis

[1]) De eo scribit Kenner allg. d. Biogr. 5, 634: »Ein neues, einfaches, leicht zu beherrschendes System, welches aus den Merkmalen der Münzen selbst die Motive seiner Bildung abstrahirte, die Sicherheit in Zutheilung und Bestimmung der Münzen, die geistreiche, auf umfassender Gelehrsamkeit beruhende Behandlung der verschiedensten Beziehung der Numismatik zu anderen Disciplinen der Archäologie, vorzüglich zur Mythologie, Chronologie und Epigraphik, anderseits die Genauigkeit und Verlässlichkeit der Untersuchungen und die fein unterscheidenden Beobachtungen begründeten den Weltruf dieses bedeutenden Werkes, welches noch heutzutage eine wichtige Rolle in der Archäologie spielt.«

[2]) Italus quoque fuit Annibale de Abbatibus (Abati) Aliverius, illustris eques pisaurensis, juris utriusque doctor, cubicularis pontificius, multarum academiarum socius (n. 17. Jan. 1708; † 29. Sept. 1789), qui versatus erat admodum in antiquitate, praesertim patria, quam illustravit plurimis (62) opusculis, dissertationibus, epistolis. Eae magna ex parte in coll. opusc. caloger. et in nova coll. prodierunt. Inter alia narrat etiam *Storia* del sec. XIII della chiesa pesarese, quae prostat in nova coll. t. XXII, eamque continuavit novo opusculo Pisauri 1779. Magni factus est a celeberrimis viris aequalibus Querini, Garampi, Maffei, Zaccaria etc. Cf. Morus bibl. pic. I, 5—15. — Carolus Santini exhibet Saggio di memorie della città di Tolentino Macerata 1789; Appendice 1790—91.

reliquiis, et dum versabatur cum iis, qui peritissimi existimabantur, facile intelligebat nihil esse quod magis expediat in huiusmodi studiis, quam quandam societatem et communicationem judiciorum atque utilitatum«. Interim legato apostolico Lante biretum rubrum deferenti duobus cardinalibus, quos Clemens XIII. ad tantum honorem 13. Nov. 1761 promoverat, comes adjunctus, in Galliam profectus est, ubi magna honoris significatione ab eruditis viris fuit receptus: nam jam antea inter socios regiae academiae parisiensis inscriptionum et humaniorum literarum fuit cooptatus (1756). In Italiam redux (1762) Parmam se contulit a duce Philippo Borbonio invitatus, ut praeesset effodiendis antiquitatis monumentis et condendae novae bibliothecae. Paucorum annorum spatio hujusmodi instruxit bibliothecam, quae elegantia omnes italicas superaret, perpaucis copia et raritate librorum inferior esset. Eam primi anni dimidio t. 60.000 ditasse fertur. Neque illam solum indicibus locupletavit, sed et de rarioribus libris et de illustrioribus vel minus notis ea literis mandavit, quae vastissimam exquisitamque ejus eruditionem testantur. Hinc in bibliothecariorum commodum reliquit *Il bibliothecario* diretto nel formare, classificare e continuare una publica biblioteca, Romae 1863 ed. 4. cum ejus biographia auctore Galletti. Expulsis e ducatu parmensi jesuitis, ipsi quoque concredita fuit praefectura instructionis publicae. Verum ruente Fellini marchione, primo ducis Ferdinandi ministro, cui admodum familiaris erat Paciaudus, et ipse particeps calamitatis exstitit. Agnita tamen ejus innocentia princeps ipsum post paucos menses revocavit ad suum munus pensumque. Excitata iterum tempestate a publicis muneribus se removere et ad otium confugere statuit. Missione aegre obtenta Taurinum secessit, sed instante duce invitationi obsequens rursum rediit Parmam. Triennio ferre aegrotavit, sed studia intermisit nunquam, donec apoplexis ipsum oppresit 30. Jan, 1785.

223. Plurima reliquit doctissima opera, quae magna ex parte spectant profanam et mythologicam archaeologiam, graecam et latinam. Speciminis gratia sint: Orazione detta agli Arcadi *della colonia Ligustica* in onore di s. Tomaso d'Aquino il di 31. Gennajo 1739 in *Miscellanea di varie operette* 1740 1, 451—544, referta eruditione archaeologica de ludis agonisticis veterum; *Diss. intorno ad una antica Inscrizione* (CRESTIGER), in *collectione calog.* 42, 348—81, quam nil christiani continere adversus aliquos ostendere nititur, ab eaque tantum indicari hominem nomine Crestus, qui in domo Caesaris geruli officium exsequebatur. *Osservazioni* sopra alcune singolari e strane medaglie, Neapoli 1748, quae Fr. Vettori (cf. supra p. 200) Alexandro Severo Caesari tribuerat et in quibus aliquid monogrammatis ss. nominis Jesu reperiri putaverat; contra Paciaudus ea esse censuit amuleta temporis Juliani Apostatae: unde enata aliqua controversia literaria, edidit enim Vettori pro sua sententia *diss. apologeticam,* Romae 1749. *Lettera al S. D. Giuseppe di Capua Capece* intorno alle due campane della chiesa parochiale di s. Giovanni di Capua, praemissa diss. hujus Capece intorno alle due campane etc., Neapoli 1750, in qua erudite in campanarum originem inquirit, quam antiquiorem censet ac communis fert opinio. *De veteri Christi crucifixi signo* et antiquis crucibus, quae Ravennae sunt, diatribe; accedunt monumenta alia nondum edita, in *symbolis literariis* Gorii t. 3. Florentiae 1749. Conjicit auctor Christi crucem formam habuisse literae Y. *De sacris christianorum balneis* l. singularis[1]), Venetiis 1750 in 4; Romae 1758

[1]) Cf. St. Lett. d'It. 2, 415—18; A. E. lips. 1755 pag. 543—51.

ed. plurimum aucta, opus omnium forte doctissimum, in quo eruditissime omnia refert, quae ad balnea christianorum in libris veterum scripta et in monumentis picta vel insculpta cernuntur; aquae lustralis originem, usum, effectus illustrat et solide adversus heterodoxos vindicat; in originem quoque inquirit cereae imaginis, quam Agnus Dei vocant, eamque putat adhibitam fuisse a majoribus nostris, ut emendarent perversum morem ferendi obscena phylacteria. Σκιαδιαφορημα sive *de umbellae gestatione* commentarius (valde eruditus), Romae 1752 in 4., in quo disserit de umbellae usu in ritibus sacris christianis; *de beneventano Cereris Augustae mensore* ἐξεγησις, ib. 1753, in qua postremo sermonem instituit de primaevis christianis, ut explicet qua de causa ii in suis monumentis mensoris, modii et frumenti symbola expresserint. *De vultu S. Joannis Baptistae antiquitates christianae*; accedit in ejusdem veteris ordinis liturgiam commentarius[1]), ib. 1755 in 4., in quo opere auctor incredibili labore et diligentia omnia ex abditioribus sacrae antiquitatis penetralibus in lucem profert ad declarandam majorum nostrorum erga Christi praecursorem pietatem: unde inquirit in ejus templa, baptisteria, musiva, diptycha, picturas, anaglypha, signa, inscriptiones, reliquias, numismata, dies festos, ritus vetustissimos, Ecclesiae orationes etc. Ad praeclarissimum Alcorani cod. regiae bibliothecae parmensis *prologus*, Parmae 1772 in 8. Codex hic inventus fuit inter exuvias magni Visiris Mahometis IV., quando is christianis armis prope Viennam 11. Sept. 1683 devictus fuit. *Memorie de' Gran Maestri del s. militar Ordine gerosolimitano,* ib. 1780 t. 3 in 4. Persequitur gesta decem magnorum magistrorum atque historiam perducit usque ad exitum sec. XII. Stilo utebatur Paciaudus eleganti et nitido, qui antiquitatis gustum spiraret; excellebat in componendis inscriptionibus; aliorum sententias modeste refellebat nec facile amplectebatur. *Literas* ejusdem edidit 1802 Serieys.[1])

224. Vincentius Maria Fassini O. Praed. Pedemontanus n. est Raconisii 19. Aug. 1738. Delectabatur a juventute studio historiae et antiquitatum christianarum, aversabatur vero scholasticam. Brixiam missus est ad docendam philosophiam et post quinquennium munus ei traditum explicandi casus conscientiae, qua in re Concinae sequebatur principia, ediditque *de vita et studiis P. D. Concinae O. P.* commentarium, Venetiis 1762, quem ut a jansenismi nota, qua insimulabatur, liberaret, ajebat, istum errorem non corpus, sed umbram esse confictumque a jesuitis novum haeresis genus, quo liberius in viros doctrina et probitate praestantes debaccharentur. Cum a romanis censoribus notatus fuisset liber, coactus est quaerere dictorum excusationem, affirmavitque librum minime a se scriptum esse, sed a Dionysio Sandellio, cujus nomen quidem prae se ferebat (et sub quo nomine alias quoque latere voluit), et hunc parum fidelem fuisse in convertendis ex latino in italicum suis de jansenismo sententiis. Ferrariae postmodum suis theologiam explicabat, libenter tamen Venetias excurrebat, ut consuetudine frueretur doctissimi sodalis Bernardi M. de Rubeis, cui, sicut et

[1]) St. Lett. 12, 453—68, quae accuratum exhibet operis conspectum, in cujus fine legimus: »Chiunque si farà a leggerlo (hunc l.) dovrà esso con noi dire, questo essere un tesoro di esquisite ricerche e di preziosi monumenti d'ogni materia, che ad infiniti punti di sacra erudizione danno grandissimo lume.«

[1]) Cf. Vezzosi 2, 118—50 et Fabronius 14, 177—248. Cf. Correspondance inédite du comte de Caylus avec le P. Paciaudi (1751—65), suivie de cette de l'abbé Barthélemy et de P. Mariette ed. Card. Nisard, Paris 1877 t. 2 in 8.

Casto In. Ansaldo, quidquid in divinarum rerum studiis profecisset, se in acceptis referre fatebatur. Vir erat admodum industrius, qui dum assidue studeret, multa semper seponebat, quibus ad componendos libros uteretur: unde etiam enati sunt tam docti commentarii. Anno 1772 ad academiam pisanam vocatus ss. literas interpretari coepit ac deinde etiam munus accepit docendae historiae ecclesiasticae († 15. Jul. 1787). In conversatione condiebat orationem dictorum factorumque illustrium jucunditate; explicabat ordinate, eleganter et dilucide sententias suas; sed facile effervescebat stomacho et iracundia in eos, quos adversarios putabat: erat enim suspiciosus etiam in amicos et melancholia frequenter tentabatur [1]). Haec potiora ejusdem opera: *De singularibus eucharistiae usibus* apud veteres Graecos commentarius, Brixiae 1769 in 8; *de priscorum christianorum synaxibus extra aedes sacras* commentarius, Venetiis 1770 in 8., libri valde eruditi et rari; *de veterum quorundam christianorum propriis selectisque nominibus* [2]) diss., ib. 1772; *de apostolica origine evangeliorum* Ecclesiae catholicae l. singularis adversus Nic. Freretum [3]), Liburni 1775 in 4; *Divini l. Apocalypseos auctoritatis vindiciae* ex monumentis graecis adversus nuperas exceptiones Firminii Abauzii Genuensis, Lucae 1778 in 8. Historiae ecclesiasticae N. Alexander adjecit *supplementum* (cf. IV^3, 1182), praepropera festinatione nec tanta accuratione elaboratum, Bassani 1778 in f. *De Alexandro M. ingresso Hierosolyma* antequam se ad Hammonis oraculum transferret exercitatio, in qua Fl. Josephi narratio defenditur; accedit altera de ejusdem regis imperii divisione ad c. l. Mach. 1., Florentiae 1780 in 4; *Préface à l'histoire de la Théologie,* ouvrage posthume du P. D. Bonaventure d'Argonne Chartreux (cf. IV^3, 819), Lucae 1785 t. 2 in 4. In ea praefatione disserit de studio partium in theologicis rebus, sed tam acri stilo, ut eam integram vulgare illi non licuerit, quod censoribus videretur interdum magis accusatorie quam vere dixisse.

225. Josephus Allegranza O. Praed. Mediolanensis in sacrae antiquitatis studiis apprime versatus, a Maria Theresia imperatrice, dum ipsa Mediolani a. 1775 degeret, numismate aureo donatus (n. 16. Oct. 1715; † 18. Dec. 1785) disseruit *dell' antico fonte Battesimale di Chiavenna,* in qua diss. de baptisterio, deque baptismo ejusque ritibus diligentissime disputat, in nova serie calog. XIV, 118—310; *de sepulchris christianis in aedibus sacris;* accedunt inscriptiones sepulcrales christianae sec. VII antiquiores in Insubria austriaca repertae, Mediolani 1773; *de monogrammate D. N. J. Christi,* 1773; *Spiegazioni e riflessioni* sopra alcuni sacri monumenti antichi di Milano, ib. 1757 in 4; *opuscoli eruditi latini* (8) *ed italiani (32),* 1781, quorum editionem curavit Petrus M. Bianchi O. Cam. Cremonensis (n. 1731; † 1808) philosophiae moralis in academia patavina professor, in archaeologia et numismatica celebratissimus, qui innumera (115) reliquit scripta, inter quae etiam *Sulle tipografie ebraiche di Cremona* del sec. 16. con un ragguaglio di un Salterio ebraico in detta città nel sec. medesimo, Cremonae 1807. — Philippus Laurentius Dionisi [1]), Romanus, pres-

---

[1]) Cf. Fabronius 15, 124—46.

[2]) Cf. N. bibl. eccl. fr. 4, 373—80.

[3]) Cf. ib. 4, 1—19, ubi in fine legimus: »Verbo: totam hanc scriptionem istiusmodi esse judicamus, ut huic aevo nostro nihil videatur esse accommodatum magis.«

[1]) Alius ab eo est Jos. Dionisi Maceratensis n. 12. Nov. 1717 philosophiae doctor etc. in academia patria professor et canonicus, qui reliquit *Prelezioni filosofiche* (XI), Maceratae 1788 in 8; stetitque libello edito 1789 pro rom. pontificis primatu. Cf. Bibl. pic. IV, 7.

byter basilicae vaticanae beneficiarius, archaeologus valde eruditus (n. 1711; † 11. Mart. 1789) edidit *sacrarum vaticanae basilicae cryptarum monumenta* aereis tabulis incisa[1]), Romae 1773 in f.; *Bullarium vaticanum* (cum Martinetti) exhibens omnes bullas, quae respiciunt monasteria etc. urbis; *antiquissimi vesperarum paschalium ritus expositio;* de sacro inferioris aetatis processu dominicae resurrectionis Christi ante vesperas in vaticana basilica usitato conjecturae, ib. 1780. — Petrus Aloysius Galletti OSB. Romanus (n. 1724; † 15. Dec. 1790), episcopus cyrenensis, versatissimus in antiquitatibus, in historia ecclesiastica et literaria, ut ejusdem testantur opera[2]). Is privatus dum monachus esset, diligentia singulari magnam copiam veterum lapidum e pavimento basilicae s. Pauli, monasterio vicinisque praediis collectam in claustro monasterii collocavit et ordine digessit, scite distinguens inscriptiones christianas et profanas. Quam plurimas variarum Italiae regionum inscriptiones collegit typisque vulgavit, ut *inscriptiones venetas* infimi aevi Romae exstantes, Romae 1757; *bononienses,* ib. 1759; *romanas,* ib. 1760 t. 3. Alia ejusdem opera sunt: *Ragionamento dell' origine e de' primi tempi dell' abadia Fiorentina,* Romae 1773 in 4; *Vestiario* della s. romana Chiesa, ib. 1758: *Memorie di tre chiese di Rieti* denominate s. Michaele Arcang., s. Agata e s. Giacomo, Romae 1765; *del Primicero* della santa Sede apostolica e di altri ufficiali maggiori del sagro palazzo lateranese, ib. 1766; *Gabio antica città di Sabina scoperta* ove è ora Torri ovvero le grotte di Torri, ib. 1757. *Lettera* intorno alla Serie de' vescovi di Cervia, Romae 1760.

226. Josephus Garampi comes ariminensis n. 28. vel 29. Oct. 1725, optime a patre institutus, Florentiae dum studiis vacaret Joannis Lami et Mutinae Muratorii fruebatur conversatione familiari. Romam deinde se contulit, ubi studio numismatum pontificiorum delectabatur et adhuc juvenis innotuit dissertatione erudita *de nummo argenteo Benedicti III. P. M.,* in qua plura ad pontificiam historiam illustrandam et Joannae papissae fabulam refellendam proferuntur; accedunt nummi aliquot rom. pontificum hactenus inediti et appendix veterum monumentorum, Romae 1749 in 4. „Et quidem si in parvae molis opere vel selectam eruditionem perspicias, vel subactam criticen, vel exactam chronologiam, vel singularia rei antiquariae documenta, vel nervosum in fabellis refellendis acumen, vel nativam stili elegantiam: auctor mecum eris, ut egregia haec diss. ita numeris omnibus absoluta tamquam norma et exemplar rei antiquariae studiosis imitandum proponatur[1])". In ea corrigit chronologiam pontificum sec. IX. et accuratius inquirit in partem, quam habuit populus romanus in electione pontificum. Ea in se attraxit oculos Benedicti XIV., qui ei concredidit archivi vaticani custodiam (1749) eumque fecit canonicum basilicae s. Petri. In archivo totum se dedit studio monumentorum antiquitatis, quapropter Clemens XIII. eum praefecit (1759) etiam tabulario in arce s. Michaelis Archangeli. Mira sedulitate et stupenda diligentia hos documentorum thesauros in ordinem methodicum redigere est nisus. Hujus indefessi studii plures exstiterunt fructus, inter quos *Memorie ecclesiastiche* appartenenti all' istoria ed al culto della B. Chiara di Rimini, Romae 1754; *Illustrazione di un antico sigillo* della Garfagnana, Romae 1759, cujus occasione erudite disputat de sigillis pontificiis. Verum a Clemente XIII. jam legationibus apo-

[1]) Cf. bibl. fr. eccl. N. 3, 497—508.

[2]) Cf. Ant. Paoli: Le notizie spettanti a Mons. P. Luigi Galetti.

[1]) Ita Genér theol. dogm. schol I, 323 a. Cf. A. E. lips. 1755 p. 328—34.

stolicis adhibitus fuit (1763) et primum quidem in Germaniam [1]), qua occasione peragravit Galliam quoque, Hollandiam et Angliam, ubique colligens codices et libros rariores atque invisens viros eruditionis fama celebres. Iter hoc descriptum juxta cod. ineditum archivi vaticani publici juris fecit Palmieri: *Diario del Viaggio scientifico,* storico, artistico e letterario del Card. G. Garampi in Italia, Svizzera, Germania, Belgio e Francia compiuto negli anni 1761—63, Romae 1889, plenum notitiis literariis pretiosis, sed nomina urbium Germaniae (editoris incuria) vere foedata sunt. Clemens XIV. eum dixit archiepiscopum beritensem misitque nuncium apostolicum in Poloniam (1772), biennio post Viennam: et in utraque aula monarchae sibi conciliavit gratiam. Pius VI. eum creavit (1776) episcopum Montis Flasconis et Corneti, secumque duxit, dum Viennam profectus est (1782), atque demum 14. Febr. 1785 cardinalem creavit, pluribus congregationibus adjunxit et protectorem collegii germanico-hungarici constituit [2]). Decessit 4. Maj. 1792 maximi factus ab eruditis, relicta tam insigni et copiosa bibliotheca, ut Marianus de Romanis ejus confecerit catalogum inscriptum *Bibliotheca J. Garampi* catalogo materiarum ordine digesto et notis bibliographicis instructo, Romae 1796 t. 5 in 4. (fr. 24), cui praemissus est commentarius de ejus vita auctore Hieronymo Amati. Aliud Garampi opus est: *Saggio di osservazioni* sul valore delle antiche monete pontificie in 4., admodum eruditum, exquisitum propter antiquitatis (ab a. 1430-1766) monumenta et rarum (Romae 1766), quod tamen morte praepeditus perficere non potuit: unde caret inscriptione mendisque inficitur. Cogitavit quoque de opere immensae eruditionis in t. 22 distribuendo, de historia scil. omnium episcopatuum totius orbis christiani, jamque paraverat documenta, sed morte interveniente caruit ejus consilium effectu. — Josephus Tori Perusinus disseruit erudite *dei riti nuziali degli antichi cristiani*, Perusiae 1793 in 8.

227. Alius insignis archaeologus fuit Antonius Aug. Georgius (Giorgi), cui sodalium collegium posuit cum imaginis forma hunc titulum:

P. Memoriae P.
Augustini Ant. Giorgi V. R.
ex Prov. Aemil. Vico S. Mauro. F. E.
Augustiniani [1])
Illa . natura . et . literis . assecuti
Quae . in optimo . viro . desiderantur
Fuit . enim . modestissimus . omnium
vita . innocens
Ingenio . florens . candidus . constans
frugi
Idem . linguarum . eruditissimus [2]).
Rerum . divinarum
Et . totius . antiquitatis . scientissimus.
Auctor . librorum . plurimorum . Praef.
Bibl. Angelicae
Proc. . Generalis . et . summus . Promag.
Ordinis . sui

---

[1]) Cf. Dengel Die politische und kirchliche Thätigkeit des Mons. J. Garampi in Deutschland (1761—62), Rom 1905. Cf. Zeitschrift f. k. Th. 1890 XIV, 396.

[2]) Teste Pacca op. t. 4 pag. 92, Garampi cooperante Smith advocato in formam redegit materiam a se, ipso Pacca et Zaccaria collectam in opus illud insigne inscriptum: SS. D. N. Pii P. VI. *responsio ad metropolitanos* moguntinum, trevirensem, coloniensem et salisburgensem super nunciaturis apostolicis, Romae 1789 in 4; Leodii 1791 in 8.

[1]) Ordinem ingressus est juvenis sexdecim annorum; Bartium inter alios praeceptorem habuit, quocum familiarissime vixit, dum in Urbe studiorum causa fuit, quemque absentem literis diligentissime coluit. Successit ei in praefectura bibliothecae angelicae.

[2]) Callebat siquidem linguas undecim, inter quas hebraicam, syriacam, chaldaeam, samaritanam, tibetanam (unde plurimum illustravit Tibeti antiquitates), aegyptiacae linguae dialectos, palmyrenam etc.

In . Lyceo . rom . Interpres . voluminum sacrorum
Consiliarius . Quaesitorum . pravitatis haereticae
Item . Patrum . EE . ritib. et . scriptis Orient . Judicand.
Probator . doctrinae . Clericorum Urbanor.
Hic . egregius . Augustiniae . Scholae defensor
Vixit . ann. P. M. LXXXVII.
decessit IIII. non . Mai . natali
Monicae . matris . quam . in . D. mortis religiose . coluit
A. P. C. N. MDCCXCVII.

Quibus haec adjicere licet, Benedictum XIV. ei mandasse ut card. Norisii *de haeresi pelagiana* historiam (IV[3], 856), quam hispani censores damnaverant, ab omnis erroris suspicione liberaret, voluitque ipsum unum esse ex sociis academiae doctae a se institutae. Recusavit liberalissimas conditiones, quibus ad theologiam Vindobonae profitendam fuit invitatus, munusque hoc procuravit sodalibus suis Azzonio, Gervasio et Bertierio. Cum esset multae apud suos auctoritatis, in id sedulo incubuit, ut regularem observantiam instauraret, scholas reformaret atque politiorum literarum studium promoveret, praesertim eo tempore, quo totius ordinis vicarii generalis nomine primatum tenuit. Dolendum quod zelo praepropero non secundum scientiam abreptus fuerit, ut calamum acueret praeter morem parum modeste adversus cultum ss. Cordis Jesu et staret pro Blasio (supra p. 79) acerrimo hujus cultus adversario; unde blandissima laudis praeconia assecutus est apud osores hujus cultus. Haec potiora ejusdem opera: *Alphabetum tibetanum* missionum apostolicarum commodo editum: praemissa est disquisitio, in qua de vario literarum ac regionis nomine, gentis origine, moribus, superstitione ac manichaeismo fuse disseritur; Beausobrii calumniae in s. Augustinum aliosque Ecclesiae patres refutantur, Romae 1762 in 4; *fragmentum Evangelii s. Joannis* graeco-coptothebaicum sec. IV; additamentum ex vetustissimis membranis lectionum evangelicarum divinae missae cod. diaconici reliquiae et liturgica alia fragmenta veteris thebaidensium ecclesiae ante Dioscorum . . . nunc prodeunt in latinum versa et notis illustrata, ib. 1789 in 4., in quo opere plura doctrinae catholicae capita ex antiquitatis monumentis strenue vindicat; *de miraculis s. Coluthi* et reliquiis actorum s. Panesniv M. fragmenta duo, alterum auctius, alterum nunc primum editum: praeit diss. em. Stephani card. Borgiae de cultu s. Coluthi M.; accedunt fragmenta varia notis inserta, ib. 1793 in 4; *de Theogonia Alexandri Sardii judicium* ad Hier. Ferrium in op. Al. Sardii numinum et heroum origines nunc primum in lucem editae auctore H. Ferrio, ib. 1775 in 4; *annotationes* ad opus Hadriani card. s. Chrysogoni *de vera philosophia* ex quatuor Ecclesiae doctoribus editum cura et studio Bened. Passionei, ib. 1775 in 4; *de arabicis interpretationibus V. T.* ep. in op. *Specimen ineditae versionis* arabicosamaritanae Pentateuchi e cod. msc. edidit et animadversiones adjecit Andr. Christianus Hwidius Huniensis, ib. 1780; *de versionibus syriacis N. T. ep.,* in op. Jac. Georgii Adler edito Hafniae 1790 in 8. hoc ipso de argumento; *de inscriptionibus palmyrenis,* quae in museo capitolino adservantur ep. ad Nic. Fogginium, Romae 1782 in 8. et in *Museo Capitolino* t. 4. Romae 1782. In hisce operibus plenis manibus, copiosius forte quam par esset, suam effundit eruditionem philologicam, mythologicam, chronologicam et geographicam [1]).

[1]) Cf. Fontani *Elogio del P. Giorgi* Florentiae 1798 in 4; Fabronius 18, 1—50; Lanterius 3, 213—19; Klüpfel Necrol, p. 165—78; Biogr. univers. 17, 412—17. Porro distingui debet a Dominico G., de quo egimus IV[3], 1565; Alexandro,

228. Hos, quos hactenus laudavimus, post se reliquit Thomas Maria Mamachi[1]) O. Praed. Natus is est 4. Dec. 1713 in maris Aegei insula, cui nomen Chios. Adolescentulus a. 15. dominicanorum petiit familiae adscribi. Florentiam venit, ubi Augustino Orsi et Thomae V. Moneliae maxime carus propter insignes animi dotes exstitit: tantos enim progressus fecit, ut non excurrere, sed evolare videretur. Iis ducibus a. 1738 publice propugnavit binas diss., alteram *de oraculis ethnicorum* adversus van Dale, alteram *de cruce Constantino* visa adversus Jo. Alb. Fabricium[2]), et *de evangelica chronotaxi*, Florentiae 1738. Docuit primum Florentiae philosophiam, deinde Romae, quo eum secum duxit Orsi. Ibi se totum studiis antiquitatis dedit, atque per totos 26 annos mos illi fuit tertio quoque die literarios coetus habere, ex quibus nemo nisi doctior discedebat. Redegit etiam aliquamdiu *Giornale ecclesiastico*. Si qui vero ex amicis libros componerent, libenter eos consilio et opere juvabat. Ad Ursii opus *de rom. pontificis in synodos oecumenicas potestate* praefationem scripsit, universumque postea opus, usus italica lingua, in compendium redegit. Cum Dionysio Remedelli collega suo *s. Antonini archiep. florentini OP. opera omnia* ad autographorum fidem nunc primum exacta, vita illius, variis diss. et adnotationibus aucta edidit Florentiae 1741. 1742 t. 1. p. 1. et 2: 1756 t. 2., ed. accurata. „Quas adjecit adnotationes doctiss. M., illae respiciunt non solum lectionem, ut collatis editionibus et codd. msc. ostendat, quae sit vera: sed etiam scriptores indicat, ex quibus auctor sua deprompsit, aliis ejusdem argumenti locis ex diversis scriptoribus adductis. Quae Antoninus brevibus est complexus, illa subinde fusius explicat, aliquando etiam controversias, quae ecclesiae protestanti cum romana intercedunt, attingit et discutere allaborat. In omnibus illis doctrinam suam, judicium et lectionem, etiam recentiorum scriptorum, satis probat". Magni fecit Benedictus XIV. Mamachium, quapropter ei mandavit, ut colligeret illustraretque epistolas Innocentii III, atque vindicaret Innocentii XI. famam ab improborum calumniis: verum quae hunc in finem scripsit, nunquam in vulgus edidit, quamquam de iis edendis a nonnullis sollicitaretur. Interea praefectura casanatensis bibliothecae et magisterio theologico decoratus fuit speciali Brevi Benedicti XIV., qui ipsum etiam consultorem s. congr. Indicis esse voluit. De ejus controversia cum D. Mansi jam egimus, in qua quidem magnae eruditionis specimen dedit, modestiae tamen limites excessit[2]).

G. seu Zorzi S. J. Veneto (n. 11. Sept. 1747; † 14. Jul. 1779), viro literatissimo, de quo cf. Sommervogel VIII, 1519; et Joanne Vinc. G. S. J., de quo infra.

[1]) Alius a Francisco Xav. M. S. J. origine pariter graeco (n. 26. Apr. 1702), de quo tantum scimus, eum dum praefectum studiorum ageret in collegio rotomagensi 1759, propter quosdam versus nil mali prae se ferentes, inimicorum societatis Jesu machinationibus a parlamento rotomagensi privatum fuisse omni munere docendi, ideoque eum Gallia excessisse. Cf. de nostro Mamachio Fabronius 18, 51—104; Biogr. univ. 26, 421; Hefele KL. VIII, 583.

[2]) Contra eundem scripsit Jo. B. Toderini SJ. Venetus (n. 16. Jun. 1728; † 14. Jul. 1799), literatura turcica diligenter cum diu legati veneti comes Constantinopoli versatus esset (1781—86), imbutus in diss. *La Constantiniana apparizione* della Croce difesa, Venetiis 1773; in Zaccaria Raccolta XIII, 114—91. Scripsit et *L'onesto uomo*, saggi di Filosofia morale dai soli principi della ragione. Venetiis 1780; 1785 ed. aucta et emendata, perpulcrum opusculum ostendens inanitatem probitatis sine religione christiana.

[1]) Ita A. E. lips. 1748 recensionem operis pag. 669—74 absolvunt,

[2]) Supra pag. 132 seq. Cf. praeterea J. des Sav. 154, 481—496; A. E. lips. 1750 p. 449—53.

229. Jam praecipuum suum aggressus est opus, quod inscripsit *Originum et antiquitatum christianarum* ll. 20, in quo Binghami vestigia legens, sed errores corrigens, multa nova addens, omnem operam ponit in illustrandis christianis antiquitatibus. Exorditur a nominibus, quae christianis tribui solebant; disserit deinde de religionis christianae ortu, progressu ac diffusione per omnes regiones: qua occasione erudite ostendit, primo sec. nonnullos, altero multo plures, tertio autem quamplurimos in Ecclesia floruisse, qui antiquitate generis, honoribus opibusque clari et insignes erant. In tertio volumine exhibet imaginem veteris sanctitatis virtutumque, quas christiani colebant. Quartum vol. totum est de ratione administrandae christianae reipublicae seu de hierarchia ecclesiastica: in quo etiam de primatu agit. Dolendum quod tam eruditum opus, verum antiquitatis ecclesiasticae thesaurum (sed nimis diffusum) non sit prosecutus: nam ex viginti ll. prodierunt quatuor tantum quinque t. comprehensi[1]), Romae 1749—1755 (fr. 90); 1842—51 v. 6 in 4. (fr. 120) ed. altera curante P. Matranga presb., utraque imaginibus ornata. Quae t. 3. docte et erudite proposuit, ut ea in omnium utilitatem cederent, tribus voluminibus italice exaratis et simplici oratione expressit hac inscriptione: *De' costumi de' primitivi Cristiani*, ib. 1753. 1754 t. 3 in 8. ed. rara; Venetiis 1757 in 8; Florentiae 1853 t. 2; germanice *Sitten der ersten Christen*, Augustae V. 1796 t. 3 in 4., in quibus plura occurrunt (t. 1. c. 4) delle preghiere, de' templi[1]), delle feste e delle sacre adunanze de'primitivi Cristiani; de Cristianorum jejuniis (t. 2. c. 5) et agapis (t. 3. c. 2). In fine t. 3. fervide respondet ad ea, quae Zaccaria notanda censuit in ipsius op. de originibus et antiquitatibus christianis[2]). Mandante Bremondio[3]), qui universae dominicanae familiae praefecturam gerebat, *ordinis annales* aggressus est conscribere cum Francisco Maria Polidori, Vinc. M. Badetto et Hermanno Benedicto Christianopolo. Prodiit Romae 1756 t. 1. in f., qui pertingit ad obitum usque s. Dominici 1221 (l. 110); atque hic constitit omnis labor: nam mortuo Bremondio, qui consiliis et opera rem adjuverat, adversa quaedam acciderunt, quae illam voluntatum et studiorum consensionem turbarunt.

230. Adversus Cadonici (pag. 332 adn.) scripsit *de animabus justorum in sinu Abrahae ante Christi mortem expertibus beatae visionis Dei*, ib. 1766 t. 2. Cum Hispaniarum regis rogatu vehementissime ageretur de honoribus beatorum tribuendis Joanni Palafoxio, angelopolitano primum, deinde oxomensi episcopo, jussus est liberare ejusdem orthodoxiam ab accusationibus jansenianismi adversum ipsum prolatis, quod praestitit Alethini

---

[1]) Cf. Mém. de Tr. 1750 a. 117 p. 2153-67; A. E. lips. 1754 p. 187—92; 1758 p. 625—34; in primis Zaccaria *Storia Lett. d' It.*, qui passim fuse de hoc opere cum magno auctoris eruditionisque ejus stupendae encomio loquitur, operisque summam exhibet, sed pro sua vasta in antiquitate christiana eruditione plura scite animadvertit et addit, expolit et corrigit, scil. 2, 363—413; 3, 528—45; 5, 483—525; 6, 479—512 et 13, 341—8, quae pretiosum constituunt supplementum illius operis.

[1]) De hoc argumento cf. erudite disserentem Caprini Pisaurensem, in seminario fanensi professorem in diss. *de ss. aedium apud christianos amplitudine et ornatu*, Cesenae 1786 in 8. Ejus quoque sunt: *Saggio* sopra la professione; l. *del Segretario*, ib. 1781 etc.

[2]) Cf. Storia Lett. 8, 365—72; 9, 307—338, ubi Zaccaria pro more praeclarum exhibet operis conspectum, respondetque ad Mamachii animadversiones.

[3]) Cf. Hujus exstat tract. de *consensu bullarum* in Bullario O. Praed., quod collegit Ripoll O. Praed., Romae 1739 t. 8 in f.

Philarethae epistolis *de Jo. Palafoxii orthodoxia,* ib. 1772. 1773 t. 3 in 8., quod opus non omnino arrisit factioni jansenianae, cum se strenue in eo opponeret ecclesiae ultrajectinae et appellantibus staretque pro bulla *Unigenitus,* unde prohibitum fuit in regno neapolitano. Partes quoque habuit in damnatione famosae expositionis doctrinae christianae auctore Mesenguy (IV^3, 1416): unde falsa est accusatio animi inconstantis et mutabilis ipsi impacta. Magno labore et studio adversus quosdam libros Venetiis editos composuit opus inscriptum: *Del dritto libero della Chiesa di acquistare e di possedere beni temporali* si mobili che stabili ll. 3 contro gl'impugnatori dello stesso dritto, e specialmente contro l'Autore del *Ragionamento* intorno ai beni temporali posseduti dalle chiese (Montagnacco cf. p. 222) stampato in Venezia l'anno 1766; Romae 1769. 1770 t. 5 in 8. Offendit hoc opus adversarios jurium Ecclesiae; hinc prodiit libellus contumeliosus (auctore marchione Spiriti) *Mamachiana* per chi vuol divertirsi, Gelopoli 1770, in quo pro rationibus, quibus Ecclesiae hostes carent, injuriis, probris, dicteriis impetitur doctissimus auctor. Quamdiu vixit, non cessavit Mamachius stare pro domo Dei, ideoque edidit quoque epistolas ad J. Febronium JC. *de ratione regendae christianae reipublicae* deque legitima rom. pontificis potestate, Romae 1776—78 t. 3 in 8., elegantia et munditia latinae orationis plane insignes [1]). Adversus Eybel scripsit *Pisti Alethini epistolarum* ad auctorem anonymum opusculi anonymi: Quid est papa? t. 2, ib. 1787 in 8., quibus illius auctoris malam fidem in testimoniis patrum citandis palam facit: quem l. italice vertit annotationibusque illustravit Bargagnati Romae 1790 t. 2 in 8. Occasione cujusdam controversiae scripsit *de episcopatus hortani antiquitate* ad hortanos cives l. singularis, ib. 1759; *La pretesa filosofia* dei moderni increduli esaminata, e discussa ne' suoi caratteri, Romae 1770. Plura alia inchoaverat, sed ea non perfecit, munerum negotiis praepeditus. Nam a. 1779 factus est congregationis Indicis secretarius et biennio post sacri Palatii magister. Facilis erat et humanus cum liberali gratificandi voluntate, vehemens et acer adversus eos, qui desciscebant a veritate, quos ut oppugnaret mille cupere ajebat manus habere totidemque linguas ad inflammandos illorum animos, qui utilem christianae reipublicae praebere operam poterant. Ceterum et alias facile acer et vehemens erat in eos, qui alterius ab ipso essent sententiae. Decessit doctissimus vir 7. Jun. 1792 Corneti, quo venerat, ut requiesceret parum curasque animi relaxaret. Alia ejusdem opera sunt *de laudibus Leonis X.,* Romae 1741; *de rationibus temporum Athanasianorum* deque aliquot synodis IV. sec. celebratis, Florentiae 1748 adversus Mansi.

231. Praeter eos, quos passim laudavimus, ut Fr. Veith (p. 356), Steph. Wiest (p. 271), P. Erdt (p. 287), G. Fr. Wiesner (p. 290), alii quoque *historiam literariam* [1]) excoluerunt. Ita Hieronymus Tiraboschi S. J. Bergomas, vir eruditissimus, natus 18. Dec. 1731. Vel ab ineunte aetate signa dedit mirifici pudoris et grandior factus, cum processisset ad virtutis aditum, nemo illo fuit parentum voluntati obsequentior, nemo colendae religionis ceterosque, praesertim inopes, juvandi

[1]) De his tamen censura imperialis statuit: »Liber a capite usque ad calcem conviciis et contumeliis in Febronium refertus, ideoque (en specimen sollicitudinis paternae!) nonnisi erga schedulam permittendus.«

[1]) J. T. Duvernet auctor mordax († c. a. 1796), scripsit *Histoire de la Sorbonne,* Parisiis 1790 t. 2 in 8., germanice, Strassburgi 1791; opus indiligens et spiritu Ecclesiae hostili infectum.

studiosior, nemo in omni officio exsequendo diligentior atque solertior. Nondum completo aetatis anno 15. in societatem Jesu admitti postulavit. Humaniores literas, in quibus excelluit et ad quas praesertim a natura factus videbatur, magna nominis fama Mediolani docuit. „Propter suavissimos vero et castissimos mores vel ipsi parietes affari et appetere illum videbantur[1])." A Maria Theresia Augusta ob insigne carmen de ipsius incolumitate numismate aureo fuit donatus. Coepit autem absentibus etiam notus esse, cum a. 1766 in vulgus edidisset: *Vetera Humiliatorum monumenta* annotationibus ac diss. prodromis illustrata, quibus multa sacrae, civilis ac literariae medii aevi historiae capita explicantur, Mediolani 1767. 1768 t. 3 in 4. A Francisco III. Mutinensium duce praefectus fuit (1770) atestinae bibliothecae et museo numismatico una cum ejus collegis Troilio et Gabardio. Omnibus fere academiis per Italiam socius fuit adscriptus. Quod diu in voto habebat, summo cum studio tum coepit urgere, scribendae scil. italicae historiae, quae omnem rerum ad literas pertinentium memoriam ab antiquissimis Italiae populis ad exitum usque sec. XVII. breviter complecteretur. Totum opus undecim annorum spatio et 14 v. absolvit Mutinae 1771-82; Romae 1782-5 t. 12 in 4. cum annotationibus seu potius asperis animadversionibus Mamachii; Mutinae 1787 t. 9 in 16 v. ed. retractata, emendata et aucta, additis vindiciis apologeticis adversus Xaver Llampillas[2]) Hispanum et Mamachium, quae prius seorsim prodierant; Venetiis 1795; 1822—25 t. 27 in 8; Florentiae et Pisae 1805-13 t. 9 in 20 v. in 8; Mediolani 1822-1826 t. 16 in 8; 1833; 1836 t. 32 in 16, etc., opus ab eruditis magno plausu exceptum, simplici stilo, sagaci et modesto judicio conscriptum, accuratum, quam maxime eruditum, ideoque forte a nemine continuatum, quod nullus reperiretur qui auctoris accurationem assequi posset. Prodierunt aliquot ipsius compendia[1]) et versiones (saltem ex parte) in alias linguas. *Biblioteca modenese* o notizia della vita e delle opere degli scrittori natii negli stati del serenissimo S. Duca di Modena, Mutinae 1771—81 t. 6 in 4., opus nimis prolixum, in quo multos commemorat et laudat, quos melius forte fuisset silentio praeterire. In praemium tanti operis civitas mutinensis Tiraboschium satis magno argenti pondere donavit et honorificentissimo decreto in nobilium civium collegium adlegit.

---

[1]) Ita Fabronius 16, 244. Cf. quoque ejus vitam auctore Pozzetti praemissam *historiae literariae Italiae*, quae prodiit Florentiae 1805; deque ejus operibus Sommervogel VIII, 34—48. Wurzbach 45, 174.

[2]) Franciscus X. Llampillas (Lampillas) S. J. vir literatissimus, humanarum literarum professor, post suam ex patria expulsionem Genuae substitit, ubi totus literis vixit (n. 1. Dec. 1731; † 20. Aug. 1810). Praeter alia scripsit *Saggio Storico-Apologetico della Letteratura Spagnuola* contro le pregiudicate opinioni di alcuni moderni Scrittori italiani, Genuae 1778—81 t. 6 in 8., hispanice Caesar-Augustae 1782—84 t. 6 in 4., opus ab Hispanis magni factum, quia in illo suae nationi palmam in re literaria vindicat, non tamen sine censura praetermissum a Bettinelli et Tiraboschi in *Lettere* editis Mutinae 1778 in 8., quibus mox respondit Lampillas, Genuae 1778. Cf. *Lettere de' S. Ab. Tiraboschi et Bettinelli* con risposte del S. Ab. Lampillas intorno al Saggio . . . da servire di continuazione del medesimo Saggio, Romae 1781. Adversus Litta, qui jura Ecclesiae in statuendis impedimentis nimis restringit, scripsit *Lettera*... intorno il l. del Sig. Can. L. Litta sopra il diritto di stabilire impedimenti dirimenti il matrimonio e di dispensare, Genuae 1784.

[1]) Ita auctore Antonio Landi academico florentino, consiliario et pöeta apud Borrussiae regem, Romae 1784 t. 5 in 8; Parisiis 1786 sermone gallico, sed non satis fideliter: quod compendium italice redditum fuit a Moschini, Venetiis 1801-5 t. 5 in 8; aliud italice edidit Laur. Zenoni, Venetiis 1800 t. 5 in 8.

Mox edidit *Storia dell'augusta badia di s. Silvestro di Nonantola* aggiuntovi il codice diplomatico della medesima (ab a. 732—1492) illustrato con note, ib. 1784. 1785 t. 2, opus accuratum, pretiosum propter tot insignia diplomata primum in eo edita, quo multa quoque continentur ad historiam regionum circumjacentium spectantia. *Memorie storiche modenesi* col codice diplomatico, ib. 1793—95 t. 5 in 4., quarum t. 4. et 5. editus fuit a Joanne Baptista Venturi, cum auctor summo omnium dolore decesserit 3. Jun. 1794, relictis praeclarissimis exemplis virtutum, modestiae, temperantiae, justitiae, innocentiae, facilitatis singularisque pietatis ac caritatis in Deum et homines. Alia ejusdem opera sunt: *Vita di s. Olimpia Vedova,* Parmae 1775; *Memoria storica I.* su i primi promotori del sistema copernicano, recitata nell'Accademia scientifica de'dissonanti di Modena ai 15. Marzo 1792; *Memoria storica II.* sulla condanna di Galileo e del sistema copernicano recitata . . . 7. Mart. 1793 in *Storia Letter.* t. 8. p. 2. ed. 2. Praefuit quoque edendis ephemeridibus literatorum Italiae *(Nuovo giornale de' Letterati d' Italia),* ib. 1773—90 t. 43 in 12., in quibus procul ab omni metu exponebat quod sentiebat de editis scriptis, sed severitas tanta cum humanitate tantaque cum reverentia erga eos, qui se literis dediderunt, jungebatur, ut nemo aequi verique amans ejus judicium recusasset. Probavit quoque consilium eorum, qui de edenda Patavii *encyclopaedia methodica* cogitarunt iisque plura ad ornandum opus suppeditavit. Neque minus liberalis fuit in academias quasdam, quibus erat adscriptus, scriptis dissertationibus omni eruditione refertis.

232. Irenaeus (antea David) Affò O. Min. Observ. Buxeti natus 10. Dec. 1741, insignis historiographus, philosophiae primum lector, parmensis deinde bibliothecae praefectus († 14. Maji 1797), scripsit *Antichità e pregi della chiesa guastallese,* ragionamento storico-critico, Parmae 1774 in 4; *Istoria della città e ducato di Guastalla,* Guastallae 1787 t. 4 in 4: *Memorie degli Scrittori e Letterati parmigiani,* Parmae 1789—97 t. 5 in 4., cui adjecit quatuor alios spissos tomos Angelus Pezzana, ib. 1825—33, qui continent additiones, emendationes et continuationem, opus hinc accuratissimum. *Storia della Città di Parma,* ib. 1792-95 t. 4 in 4. et quam plurimas vitas virorum illustrium[1]). — Raphael Mohedano et Petrus Rodriguez M. par fratrum tertii ord. s. Franc. Hispani, viri admodum eruditi, qui in suo ordine promoverunt studium disciplinarum et linguarum orientalium, opus magnum aggressi sunt *Historia literaria de Espana,* origen, progressos, decadencia y restauracion de la literatura española, Matriti 1766—85 t. 9 in 4., cum *apologia* t. 5, ib. 1775, que elaborando a rege annua pensione donati fuere. Dolendum quod prolixitati nimiae indulserint, quaquaversus digrediantur a proprio themate, adeo ut vix attingant Gothorum tempora: ultimo enim t. de uno fere Pomponio Mela agunt: inter Hispanos nimia sedulitate quosdam referant, qui ad illos non spectant. Hinc mole operis veluti oppressi ab eo continuando cessarunt. Ceterum et J. Suarez Toletanus pro illo apologiam scripsit, ib. 1783 in 4. — Michael Casiri Maronita Tripoli n. 1710, Romae studiis operam dedit, quibus absolutis Assemanum in Syriam ad synodum maronitarum sedis apostolicae nomine legatum est comitatus (1735). A rege Hispaniae bibliothecae escurialensis praefectus dictus est et in socium academiae regiae electus

[1]) Cf. Pezzana op. cit. quo totum t. 6. impendit vitae P. Ir. Affò describendae recensendisque ejus scriptis editis (56) atque ineditis (57); Modona Bibliografia del P. Ir. Affò, Parma 1898.

(† 12. Mart. 1781). Collegit *bibliothecam arabico-hispanam,* Matriti 1760—70 t. 2 in f., opus admodum eruditum magnaeque utilitatis pro studio literaturae orientalis. Notitias exhibet de codd. 1805. — Joseph Rodriguez Castro [1]), bibliothecae regiae officialis concinnavit *Bibliothecam Española,* ib. 1781—1786 t. 2 in f., quorum primus complectitur scriptores rabbinos usque ad sec. 15., alter christianos usque ad sec. 13. — J. A. Alvarez collegit *Hijos celebres de Madrid,* ib. 1789. — Arana de Vaflora *Hijos de Sevilla* illustres en santitad, Sevilla 1791.

233. Joannes François OSB., in ditione Luxemburgica 26. Jan. 1722 natus aliquamdiu disciplinarum philosophicarum et theologicarum professor, in historia sui ordinis bene versatus († 22. Apr. 1791) praeter alia collegit *Bibiothèque générale des écrivains de s. Benoît* . . . contenant une notice exacte des ouvrages de tout genre composés par les religieux de diverses branches, filiations et réformes, Bouillon 1774 in t. 4 in 4., opus rarum (m. 120), sed forte non satis accuratum; *Histoire de la ville de Metz,* Metz 1769 t. 4 in 4., opus diligens; *Dictionnaire roman, wallon, celtique et tudesque* pour servir à l'intelligence des anciennes lois et contrats, Bouillon 1777 in 4., opus laude dignum [2]). — Georgius (antea Christoph Xaverius dictus) Lienhardt O. Praem. Überlingensis, n. 29. Jan. 1717, vir erat vere magnus pietate, zelo disciplinae, vita exemplari, ut alter diceretur roggenburgensis canoniae [3]), cujus erat abbas XXII. (ab a. 1753), fundator († 9. Dec. 1783). Ab ordinis praeposito generali dictus est vicarius generalis et visitator (1770). Plura reliquit, inter quae eminet *Spiritus literarius norbertinus* seu sylloge viros ex ord. Praem. scriptis et doctrina celebres, necnon eorundem vitas, res gestas, opera et scripta exhibens, Augustae 1771 in 4; *Ephemerides hagiologicae O. Praem.* seu quotidiana sanctorum, beatorum, opinione sanctitatis aut heroica virtute illustrium nivei instituti alumnorum memoria, acta et elogia, Augustae 1764 in 4; cum *auctario* 1767. Adversus Muratori (IV[3], 1484) scripsit: *B. V. Mariae originaria immunitas* a sequioribus Lam. Pritanii censuris vindicata, Augustae 1756 in 4; *causa sanguinis et sanctorum* seu cultus debitus residuis in terra SS. sanguinis et s. crucis particulis nec non SS. imaginibus et reliquiis diss. theologica assertus, ib. 1758. *Ogdoas erotematum* ex octonis theosophiae scholasticae tractatibus publicae luci et concertationi exposita, Ulmae 1746 in 8., quae tamen 18. Apr. proh. fuit et ab Eus. Amort in *Responsis ad scrupulos* G. Lienhardt circa explicationem primi ac maximi mandati, Augustae V. 1746. Composuit apologiam „sed vis altior judicavit mansuetum silentium praestare contentiosis scripturitionibus“: hinc illa mansit inedita: sed pro ipso stetit Virg. Sedlmayr (cf. supra p. 18). Pro sodalibus concinnavit *Exhortatorem domesticum* religiosam animam ad perfectionem excitantem, Augustae V. 1754, opus rarum. Reliquit et alia ut conciones, ascetica et scripta pro suo ordine. — Joannes Baptista Audiffredi OP. Saorgii prope Nicaeam natus 1714 († 1794) concinnavit egregium *catalogum librorum bibliothecae casanatensis,* Romae 1761—88 t. 4 in f., qui tamen non est completus. *Specimen editionum italicarum sec. XV.* prodiit posthumum (cum auctoris vita) secundum ordinem urbium alphabeti-

[1]) Alius ab eo est Jo. Bapt. de Castro, cujus est *Mappa de Portugal* antigo e moderno, Lisboa 1763. — Ant. de Lemos de Faria Castro edidit *Historio general de Portugal,* Lissabon 1786 t. 17.

[2]) Cf. Biogr. nat. de Belg. 7, 258.

[3]) Cf. l. *Denkmal der Dankbarkeit und Verehrung* dem ehemaligen Reichsstifte Roggenburg errichtet, Augustae s. a. pag. 64 ss.; Goovaerts I, 513—18.

cum usque ad literam G., ib. 1794. *Catalogus* historico-crit. romanarum ed. sec. XV., 1783 cum supplemento ed. Bresciano Parisiis 1897. — Angelus Maria Bandini Florentinus n. 25. Sept. 1726 Lamii (p. 145) discipulus, vir admodum literatus et archaeologus, qui multam laboravit in celebrioribus bibliothecis ut in vaticana, corsiniana, laurentiana etc. († 1800). Eruditionis suae reliquit fructus *Specimen literaturae florentinae s. XV,* Florentiae 1747—51; *Collectio veterum aliquot monumentorum* ad historiam praecipue literariam pertinentium, Aretii 1752, proh. „donec corrigatur" 20. Febr. 1753; catalogus codd. mscr. graecorum, latinorum et italorum bibliothecae laurentianae, Florentiae 1764—78; *bibliotheca Leop. laurentiana,* ib. 1791—93 etc. — Franciscus Morandi canonicus edidit *Monumenti di varia Letteratura,* Bononiae 1797; scripta Lud. Beccadelli (Becctelli) O. Min. archiepiscopi ragusini († 15. Oct. 1572 cf. supra III[3], 100). — Laurentius Mehus sacerdos florentinus custos bibliothecae laurentianae inter viros literatos celebre adeptus est nomen († 1791). De literatura patria multum meruit: edidit enim veterum opuscula rara vel monumenta Etruriae hactenus inedita, descripsit vitas virorum doctorum, ut *vitam* Ambrosii Camaldulensis (1439), quae in primis laudatur praesertim a Tiraboschi, plena enim est notitiis ad historiam literariam florentinam (ab a. 1192—1440) spectantibus deductis ex monumentis potissimum nondum editis. Ea praemissa est editioni epistolarum Ambrosii Florentiae 1759 t. 2 in f.

234. Neque omitti debet Michael Denis S. J. celeberrimus bibliographus, cujus tamen scripta prope innumera magis referuntur ad literas humaniores et profanas. Natus est Joannes Michael Cosmas Petrus Denis Schardingae in Austria superiori 27. Sept. 1729; societatem Jesu ingressus 17. Oct. 1747. A primis juventutis annis delectabatur literis humanioribus, poesi et historia literaria. Rhetoricam docuit annos duodecim in academia equestri theresiana: quo tempore innotuit suis poematibus. Societate Jesu suppressa, cui semper mansit addictissimus et gratissimus, praefectus electus est bibliothecae Garelli, totumque se dedit studio historiae literariae et bibliographiae, de qua etiam publicas habuit praelectiones magna auditorum undique concurrentium approbatione et laude. Ab imperatore Leopoldo consiliarius aulicus dictus (1791) munere fungebatur custodis in bibliotheca caesarea. Erga omnes erat comes, eruditos consilio et opere libentissime juvabat, literis unice vacabat scriptisque suis nominis celebritatem per universam Europam adeptus est. Calumnia est eum francomuratoribus fuisse adscriptum (cf. Jocham KL. III, 1504-10). Obiit 29. Sept. 1800. Ex ejus operibus huc referri possunt[1]): *Kurze Erzählungen* der Streitigkeiten über die alten Urkunden, Francofurti et Lipsiae 1783; Heidelbergae 1785; *s. Aurelii Augustini hippon. ep. sermones inediti* (25) admixtis quibusdam dubiis e membranis sec. XII., Viennae 1792 in f.; *Grundriss der Bibliographie,* ib. 1774 in 8; *Einleitung in die Bücherkunde,* cujus p. 1. complectitur bibliographiam; 2. historiam literariam, ib. 1777. 1778 t. 2; 1795. 1796 t. 2 in 4; Bingae 1782 t. 2 in 8. ed. mendosa; *codd. msc. theologici bibliothecae palatinae vindobonensis latini* aliarum-

[1]) Cf. plura de ipso in commentario *de vita* sua ll. 5, quorum tamen primum tantum elaboravit, qui pertingit ad a. 1759; Wurzbach 3, 238—46, qui exquisita diligentia omnia ad ipsum spectantia collegit; Sommervogel II, 1914—28 recenset ejus op. sub n. 94; Retzer Deni's litter. Nachlaß cum ejus autobiographia t. 2, 1801; Weiss Allg. d. Bi. 5, 515 s.; hist. pol. Bl. XVI (1845), 394—412; 521—43; 725—43; 777—798.

que occidentis linguarum pp. 6 in v. 2 in f., Viennae 1793—1802 t. 6 in f.; *Annalium typographicorum v. cl. Michaelis Maittaire* (qui prodierant Hagae Comitum 1719—25 t. 3 in 5 v. in 4; at 1. ex integro fere retractatus Amstelodami 1733 pp 2) *supplementum,* Viennae 1789 pp. 2 in 4., praecipuum auctoris nostri opus, quo annales illos auget 6311 articulis. *Denkmale der christlichen Glaubens- und Sittenlehre* aus allen Jahrhunderten, ib. 1795 t. 3 in 8; 1830, curante Silbert; *Extractio ex Psalmis Davidicis* pro indigentia temporis, 1799 in 8. Praetermittimus ejus merita in literas humaniores: fuit enim insignis poëta (qui se nomine inverso Sined vel bardum Danubii appellare solebat) et plurimum promovit in partibus austriacis culturam linguae germanicae. Quaedam post ejus mortem prodierunt inscripta: *Michaels Denis literarischer Nachlass* curante Jos. Friderico nobili de Retzer, Viennae 1801. 1802 pp. 2 in 4.

235. Ildephonsus Schwarz OSB. in monasterio bantensi Bambergae n. 4. Nov. 1652, sodalium magister in mathesi, philosophia et theologia, ita innotuit, ut plures ei offerrentur cathedrae: maluit tamen manere apud suos. Dum abbati suo sacra solemniter festo corporis Christi celebranti caeremoniarius assisteret, apoplexia tactus eoden decessit die (19. Jun. 1794). Concinnavit *Anleitung zur Kenntniss derjenigen Bücher,* welche den Kandidaten der Theologie, den Stadt- und Landpredigern und Vikarien in der kath. Kirche wesentlich notwendig oder nützlich sind, etiam sub titulo *Handbibliothek* für angehende Theologen, Coburg 1803—1806 t. 3 opus posthumum cum notitia de auctore scripta a J. B. Schad apostata quondam OSB. (a quo defecit, † 1834), qui annotationibus liberioribus et malesanis opus infecit. In hoc opere erudito librorum (etiam protestantium) analysis exhibetur et crisis instituitur. Auctoris nostri praeterea sunt[1]). *Handbuch der christl. Religion,* Bamberg et Würzburg 1793—94 t. 3; 1797 ed. 2., quam pariter Schad philosophia kantiana nimis infecit; 1802; 1804; 1818 ed. 5. *Betrachtungen* über einige der wichtigsten Wahrheiten der christlichen Religion, Bamberg 1793 etc. Symbolam quoque contulit ad Literatur des kath. Teutschland ed. a magistro suo Pl. Sprenger, et ad Magazin für Katholiken. — His addantur Jo. Daniel Andreas Janotzki (Janisch), qui ad fidem catholicam conversus factus est canonicus kiowensis et praepositus Babimosi in Polonia († 1786). Reliquit plura opera ad historiam literariam spectantia[2]), ut *Polonia literata* nostri temporis, Vratislaviae 1759 p. 1. (et forte unica); *Lexikon* der jetztlebenden Gelehrten in Polen, ib. 1755 pp. 2; *Literarum in Polonia instauratores,* Lipsiae 1744. — Antonius de Sotomayor y Valladares, cujus est *Seminario erudito,* Matriti 1784—91 t. 34, collectio scil. operum ineditorum. *Historia de Puerterico,* Matriti 1786.

236. Omnium tamen eruditorum totius forte seculi, nedum hujus epochae, merita vicit Franciscus Antonius Zaccaria (Zaccarias, Zacharia etc.) S. J., quo laboriosiorem virum in universa historia literaria vix invenies[3]). Nulla

[1]) Cf. Lindner Die Schriftsteller des Ben. Ordens II, 209 ss. Cf. supra pag. 68; Frank (ejus discipulis) Andenken an P. J. Schwarz, Bamberg 1796; Werner Gesch. der kath. Theol. p. 252; Schlichtegroll Nekrolog auf das J. 1794 t. 1 p. 317—45.

[2]) Cf. Meusel Lex. VI, 231.

[3]) Hoc ei composuit epithaphium typis vulgatum celeberrimus Steph. Ant. Morcelli: »Quieti et memoriae Fr. A. Zaccariae, domo Veneti, omnibus literatorum muneribus functi, religione et doctrina clarissimi, in quo Ecclesiae studium et recte sentientium amor enituit, labor scribendi, judicium, delectus summa putantur. Pius vixit an. 82, m. 6, d. 14 (recte

fuit disciplina theologica, in qua non excelleret; nullum eruditionis argumentum, in quo esset peregrinus; nulla theologiae pars, quam non operibus sive a se compositis, sive ab aliis elaboratis quidem sed sua cura auctis, illustratis, retractatis atque iterum editis illustraret; ferme omnium sui aevi in Italia literariarum molitionum exstitit socius, adeo ut mirandum sit, unum virum tot operibus scribendis edendisque fuisse parem. Quod si quis ea tantum haberet opera, quae ipse vel composuit vel edidit, ditissima frueretur bibliotheca, quae satis ei esset, ut in omni fere disciplinarum theologicarum genere plenissime instrueretur. Diu haesimus cui disciplinae ipsum assignaremus; medius jam sit inter historiam ecclesiasticam et theologiam practicam, cum utramque praeprimis excoluerit. Natus est Fr. A. Zaccaria Venetiis 27. Martii 1714 patre celebri jurisconsulto ex Etruria oriundo. Juvenis 17 annorum 17. Oct. 1731 ingressus est societatem Jesu in provincia Austriae. Professus est Goritiae rhetoricam, Pistorii controversias fidei explicavit. Inclaruit primum egregio concionandi talento, suaque eruditione virorum doctorum oculos in se convertit. Magnum commercium literarium instituit cum hagiographis bollandianis, Stiltingo in primis, quem haud parum juvit. A duce mutinensi selectus loco Muratorii in bibliothecae custodem (1754), hujus accuratum catalogum confecit; Mantuam vocatus est a comite Christiani gubernatore urbis ad condendam ibidem bibliothecam. Romam accitus bibliothecae domus professae S. J. praefuit. Amicitiam iniit cum viris celeberrimis, quibus tunc Italia florebat. Benedictus XIV. crebro cum eo docta miscebat colloquia. Acerrime propugnavit sedis romanae jura, unde a Clemente XIII. auctus fuerat stipendio, quod retinuit sub Clemente XIV., qui suppressa sosietate Jesu vetuit, ne in arcem s. Angeli truderetur, sed Urbis portis egredi ei non licuit. Pius VI. stipendium auxit, in Sapientia romana professorem historiae ecclesiasticae instituit, mox etiam praeposuit academiae ecclesiasticae nobilium: eique aditum ad se singulis permisit hebdomadis. Decessit 10. Oct. 1795 a. aetatis 82. ab eruditis Italiae et exterarum regionum maximi factus. Saltem 19 academiarum italicarum fuit socius.

237. Ingens vero est operum, quae testes omnigenae eruditionis reliquit, numerus [1]). Potiora tantum indicabimus. In primis multorum operum curavit editionem, auctam annotationibusque illustratam: J. St. Menochii (III[3], 1060) *commentarii totius s. Scripturae,* Venetiis 1743 t. 2, additis diss. in loca difficiliora, 1758 t. 3 in f.; *Theologia moralis* Th. Tamburini (cf. IV, 279) cum opinionibus hactenus ab apost. sede proscriptis propriis locis insertis et cum uberrimis prolegomenis, in quibus Tamburini elogium exhibetur et ejus doctrina a veteribus recentibusque D. Concinae et Vinc. M. Dinelli criminationibus vindicatur; adduntur insuper plures rom. pontificum praesertim Benedicti XIV. constitutiones ad theologiam moralem

a. 81 m. 6 d. 13), aetatem operum numero supergressus. Amici seni optimo mitissimo F. C.«

[1]) Ea diligentissime recenset Caballero in Bibl. script. SJ. suppl. I, 287—303; II, 105; Backer et Sommervogel hic VIII, 1381 ss. sub 161 numeris, quibus deinde plurima subjicit manuscripta. Etiam Budardi exhibet indicem chronologicum Venetiis 1782. Epistolarum Zachariae adversus Muratori mentionem fecimus IV, 1485. De controversiis quas habuit cum Concina cf. IV, 1629 ss. 1485, ad quas etiam spectant *Osservazioni sopra i primi cinque capitoli dell' esame teologico* (Dan. Concinae) del libro (P. Nic. Ghezzi) intitolato *Saggio de' supplementi,* Bastiae 1745. Dissertationes quoque plures inseruit collectioni sive *calogerianae* sive Gorii.

pertinentes, Venetiis 1755 t. 3 in f.; *Theologia moralis* antehac breviter concinnata ab H. Busenbaum S. J., deinde pluribus pp. aucta a Cl. La Croix S. J., postremo multis locupletata . . . in qua . . . singularis exstat l. . . . *de locis moralis theologiae,* item de s. Cruciatae bulla, de officiis confessarii et de catechetica theologia ll. 2; exhibentur insuper prop. omnes . . . damnatae, decreta ad morum institutionem spectantia ad 1758, aliaque quam plurima ad vindicandas a falsis recentiorum quorundam probabilioristarum criminationibus celeberrimorum virorum sententias . . . Accedit in op. calce ad Ang. Franzojam (IV³, 1625) de theologia morali PP. H. Busenbaum, Cl. La Croix et Fr. A. Zachariae nuper ab eo ad trutinam revocata *amica expostulatio,* Ravennae 1761 t. 2 in f.; Dom. Vivae S. J. *opuscula omnia theologico-moralia,* Ferrariae 1757 in 4. additis luculentis animadversionibus, quibus auctoris sententiae aut explanantur, aut confirmantur, aut a D. Concinae, Jo. Vinc. Patuzzi aliorumque criminationibus strenue vindicantur. Abellii *medulla theologica,* Venetiis 1757 t. 2 in 8., triplici egregio opusculo (annotationibus P. Faure in bullam Unigenitus, Phoebei de judice controversiarum et Aegidii Estrix Mens concilii tridentini etc.) aucta; Dyon. Petavii S. J. opus *de theologicis dogmatibus* cum auctoris vita, multisque accessionibus auctum, Venetiis 1757 t. 7 in f., editio optima; *jus canonicum* Viti Pichler (IV³, 780), cum additionibus utilibus, adnotationibus et vindiciis, Pisauri 1758 t. 2 in f.; *episcopus institutus* a Barth. Gavanto (III³, 903), sive opera ejusdem theologico-canonica, nunc locupletata, Ferrariae 1760 t. 2 in 4; *disciplina populi Dei in N. T.* ex scriptoribus sacris et profanis collecta Cl. Fleury . . nunc annotationibus ac variorum (utilissimis) diss. illustrata, Venetiis 1761 t. 2 in 4; 1782 t. 3 in 4; Tournelii (IV³, 1111) *praelectiones,* Parisiis (Venetiis) 1765 t. 11 in 4; Tirini in universam s. Scripturam *commentarius,* accedunt prolegomena uberiora ac selecta . . . notationes quam plurimae etc., Venetiis 1772 t. 3 in f.; N. Alexandri *historia ecclesiastica* (IV³, 1180), non solum PP. C. Roncaglia et J. D. Mansi notis et animadversionibus castigata et illustrata, sed et bibliotheca selecta cum V. tum N. T. (quae seorsim quoque prodiit Venetiis 1776 in 8.) aliquot etiam praestantium virorum diss., novis insertis annotationibus et dictionario historiae ecclesiasticae ad nostra tempora perducta et locupletata, Venetiis 1776. 1777 t. 10 in f.; L. Ferraris *bibliotheca canonico-juridica* (IV³, 1621); accedunt locupletissima trium praestantissimorum virorum additamenta et correctiones, Romae 1784-90 t. 9 in 4; ipse eam auxit art. 174; recusa a Benedictinis, Venetiis 1844 t. 8 in 4; Trattato *della lettura cristiana,* in cui si espongono le regole più acconcie a guidare i Fedeli nella scelta de' libri ed a loro rendergli utili (auctore N. Jamin O. S. Ben. cf. p. 317) trasportata in Italiano da D. C. Budardi, di annotazioni arrichita, Fulginiae 1785; *Istoria del concilio di Trento* scritta dal P. Sf. Pallavicino etc., illustrata con annotazioni, Faventiae 1792—97 t. 6 in 4. Venetiis 1802 et 1803 t. 14 in 8. praemissa vita auctore Ir. Affo O. Min. et doctissima diss. de historiis conc. tridentini et earum auctoribus.

[1]) Eodem fere tempore Marianus (Josephus Leodegarius in baptismo dictus) Müller OSB. principes abbas einsidlensis, Helvetus (n. 2. Oct. 1724; † 17. Oct. 1780) novam curavit editionem *theologiae dogmatico-moralis* N. Alexandri typis einsidlensibus 1768—72 in 8. plurimis accessionibus et notis, variis epistolis et monumentis auctam, illustratam et locupletatem (IV³, 1182). Cf. de vita scriptisque hujus abbatis N. bibl. ecclesiastica frib. 6, 76—96.

238. Ad *archaeologiam* spectant: *Marmora salonitana* observationibus illustrata, Venetiis 1742 in t., recusa in *Illyrici sacri* t. 2. auctore Farlati (cf. p. 142); *in Titi Fl. Clementis* viri cons. et M. *tumulum* ab Edw. de Vitry S. J. (IV[3], 1162) illustratum *paralipomena,* accedit ep. in quo Vitruvius defenditur, in collect. calogeriana XXIII, 343—434 coll. XXXIV, 229—39; *diss. duplex,* altera de veterum christianarum inscriptionum, altera de liturgiarum in rebus ecclesiasticis usu, Venetiis 1761 in 4; *instituzione antiquario-lapidaria* o sia introduzione allo studio delle antiche latine iscrizioni in 3 ll. proposta, Romae 1779 in 8; Venetiis 1793 ed. aucta; *instituzione antiquario-numismatica* ossia introduzione allo studio delle antiche medaglie, Romae 1772 in 8; Venetiis 1793 in 8.

239. Ad *historiam literariam* referri debent: *Ad Hier. Lagomarsinum* de msc. codd., qui in bibliotheca pistoriensi, ut ajunt, Sapientiae adservantur, *epistola,* in *Raccolta* d'opusculi scientifici et filologici XXX, 435—86. In primis vero *Storia letteraria d'Italia,* Venetiis et Mutinae 1750—57 t. 14 in 8., quibus t. 2 supplementi instar adjecit; iterum 1753—59 ed. 3., in qua sagacissimo judicio critico magnaque eruditione omnis disciplinae opera, quae eo tempore prodierant, recenset. Vix similis reperitur in universa historia literaria omnium nationum tam amplus coaevae literaturae tamque accuratus conspectus quotannis, ut in hac historia. Adjutores in ea edenda habuit sodales Leonardum Ximenem (n. 27. Dec. 1716; † 3. Maj. 1786) Siculum, celebrem sui temporis astronomum, mathematicum caesareum, geographiae in academia florentina professorem et in hydraulica scientia adeo peritum, ut a guberniis totius Italiae hisce in rebus consuleretur; Dominicum Troili (Mareratae n. 4. Apr. 1722; † 14. Febr. 1792) et Joachimum Gabardi Carpensem (n. 6. Aug. 1719; † 22. Aug. 1790). Magnis multisque controversiis sat acribus occasionem praebuit haec historia, unde querelae delatae sunt ad praepositum generalem Societatis J. P. Visconti, qui illius continuationem vetuit [1]). Hinc scripsit *Difesa della Storia Letteraria* e del suo Autore, Mutinae (Venetiis) 1755. Intercessit Mutinae dux, unde eam iterum permisit, sed sub tam onerosis conditionibus, ut demum prodire desierit. *Excursus literarii per Italiam* [2]) ab a. 1742—52, Venetiis 1754 in 4; *iter literarium* per Italiam ab a. 1753—57, ib. 1762 in 4; *Saggio critico della corrente letteratura straniera,* Mutinae 1756 t. 3 in 8; cujus continuatio est: *Biblioteca* di varia Letteratura straniera antica e moderna, Mutinae 1761 in 12; *Annali letterari d'Italia,* ib. 1762—63 t. 3 in 8., continuatio quaedam historiae literariae; *Bibliotheca pistoriensis* in 2 ll. distributa, quorum prior mscr. trium praecipuarum pistoriensium bibliothecarum codd., posterior pistorienses scriptores complectitur cum duplici appendice, una veterum, altera recentium, utraque ineditorum hactenus praestantiumque monumentorum, Augustae Taurinorum 1752 in 4; *Biblioteca* antica e moderna di Storia Letteraria ossia Giornale critico ed istruttivo de' libri, che a letteraria Storia appartengono secondo l'ordine delle materie accuratamente disposti, Pisauri 1766. 1767 t. 3 in 8. — De *sacris ritibus* meruit hisce operibus: *Ordo ad catechumenum faciendum* ex veteri cod. mu[illegible] primum erutus et annotationibus illustratus, in collect. calog. XXXVI, 83—133; *dell'anno santo* trattato, opera divisa in 4 ll., storico l'uno, l'altro ceremoniale, il terzo morale, l'ultimo pole-

[1]) Cf. scripta plerumque suppreso vero auctoris nomine contra hanc historiam et pro ea edita apud Backer 3, 1641 s.

[2]) Cf. St. Lett. 10, 347—52.

mico, Romae 1775 t. 2 in 8; *Bibliotheca ritualis* [1]) t. 1. de libris ad sacros utriusque Ecclesiae orientalis et occidentalis ritus pertinentibus, Romae 1776, in quo continentur diss. 1. de jure liturgico adversus Boehmer, Pfaffium, Mosheim; diss. 2. de usu librorum liturgicorum in rebus theologicis (etiam in thesauro theol. t. 1); et in appendice duo libri poenitentiales antea editi, sed minus obvii, annotationibus illustrati et ad antiquum cod. castigati; t. 2. ib. 1778, in quo triplici serie recenset librorum ritualium explanatores; cui adjecit p. alteram (t. 3) Romae 1781 continens supplementa praemisso J. Maldonati inedito de caeremoniis tr., cui praeter adnotationes accedit gemina editoris praefatio, scil. de antiphonarii et sacramentarii gregoriani auctore et de libro diurno rom. pontificum; opus admodum eruditum, cujus t. 3. praesertim est rarus. *Nuovo Effemerologio universale* che presentando per ogni giorno dell'anno molti santi, l'elezioni e le morti de' Papi e degli imperatori, battaglie ed altri curiosi e notabili avenimenti, ed usi così sacri come profani, può servire a chicchesia di una giornaliera lettura istruttiva e piacevole. Con due discorsi, uno previo sul Calendario, l'altro posto in fine sulle feste dell'anno, ib. 1780 in 12; *Onomasticon rituale selectum* ad usum cum cleri tum studiosae ecclesiasticarum antiquitatum juventutis, Faventiae 1787 in 4. (fr. 20), quod collegit ex auctoribus saltem 44.

240. *Historiae ecclesiasticae* illustrandae inserviunt *Cremonensium episc. series,* quam laudavimus pag. 139; *laudensium episcoporum series* a Ferd. Ughellio primum contexta, deinde a Nic. Coleto aliquantulum aucta, nunc tandem . . . restituta et emendata pluribusque nondum editis documentis locupletata; accedit duplex diss. altera de laudensis urbis origine, dignitate ac factis; altera de laudensis episcopatus initiis ac vicissitudinibus, Mediolani 1763 in 4; *Auximatium episcoporum series* nuperrime a cl. v. Fausto Ant. Maronio ex cler. reg. sch. p. emendata et continuata, nunc denique plenius restituta pluribusque nondum editis documentis illustrata, Auximi 1764 in 4; *Dei ss. martyri Fedele, Carpoforo, Gratiano e Felino* ll. 2, a' quali un terzo si è aggiunto dell' antica Badia detta de' ss. Gratiniano e Felino in Arona, opera . . . piena di critiche osservazioni e di molti pregevoli inediti monumenti arrichita [1]), Mediolani 1750 in 4. *Acta SS. bollandiana* apologeticis libris in unum volumen nunc primum contractis vindicata seu supplementum apologeticum ad acta bollandiana, 1755 in f. (fr. 90). Prodiit Antverpiae nonnisi post aliquot annos, quod congregatio s. Officii ne iterum suscitarentur controversiae cum Dominicanis vix sopitae, operis impressionem inhibuerat. *Dizionario storico* portatile composto in francese dal S. ab. Ladvocat (cf. pag. 97), Neapoli 1760 t. 8 in 8., auctum et correctum jam prius a Jo. Josepho Origlia et Ant. Maria Lugo O. Som., novis additionibus et emendationibus locupletatum; *Vico-Aequensium episcoporum series* . . . novis curis restituta et illustrata, Romae 1778 in 4; *series episcoporum caesenatium* nunc ut fieri potuit restituta atque ad nostrum tempus perducta, Caesenae 1779 in f. *Dissertazioni varie italiane* (20) a Storia ecclesiastica appartenenti, ib. 1780 t. 2 in 8., inter quas ex. gr. sunt: Diss. bibliografica per introduzione allo studio della storia ecclesiastica del V. T., o sia Indicetto ragionato degli Autori, che si possono consultare per introdursi nello studio di questa storia; sul tempo, in cui Christo bambino dimorò in Egitto; su Cefa ripreso

[1]) Cf. N. bibl. eccl. frib. 5, 211—27.

[1]) Cf. St. Lett. 3, 411—18.

da s. Paolo; sul Ave Maria [1]) etc. *De rebus ad historiam atque antiquitates Ecclesiae pertinentibus* diss. latinae, Fulginiae 1781 t. 2 in 4; inter quas reperiuntur: De inventione s. Crucis; de decretis ad rom. pontificis auctoritatem spectantibus a conc. nicaeno I. editis; de commentitio Liberii lapsu; de poenitentia Constantinopoli sublata a Nectario; de varia Ecclesiae praesertim latinae in promulgandis sacris constitutionibus disciplina; de formula, qua episcopi se apostolicae sedis gratia episcopos inscribere consueverunt; de jurejurando, quo archiepiscopi in sacra ipsorum ordinatione obedientiam rom. pontifici pollicentur etc. t. 2. adjecit collectionem canonum a Card. Laborante confectam nondum typis editam, ed. tamen est mendossima. — *Raccolta di diss.* (186) *di storia ecclesiastica* in italiano o scritte, o tradotte dal francese [2]); altre non più stampate, altre tratte dai giornali et da Raccolte d'Italia e di Oltramontani, ma cronologicamente disposte, e ad ogni secolo precedute da un compendio cronologico di esso [1]), Romae 1792—97 t. 22 in 8., collectio pariter admodum utilis et pretiosa. *Voltaire,* raccolta delle particolarità curiose della sua vita e della sua morte, ib. 1782 in 8. ex gallico l. Mariae M. Harel († 1823); trattato storico di W. B. prete romano e canonico di Bruges *sopra Zegero Bern. Van Espen,* Assisii 1787; 1793 ed. aucta; latine Mechliniae 1827 in 12. Adornavit quam plurimas utilissimas *collectiones,* cujusmodi est: *Anecdotorum medii aevi* maximam partem ex archivis pistoriensibus *collectio;* accedunt 1. breve chronicon rerum ad historiam sacram profanamque spectantium, quae in anecdotis continentur; 2. series episcoporum pistoriensium nunc restituta [2]), Augustae Taurinorum 1755 inf.

241. *Thesaurus theologicus,* in quo N. Alexandri, D. Petavii, Jac. Sirmondi, Jo. Mabillonii, P. Coustantii, G. Danielis, H. card. Norisii, Jo. Garnerii aliorumque cl. virorum diss. theologico-historico-criticae exhibentur ad ordinem tum tractatuum theologicorum seu summae angelici doctoris s. Thomae, tum materiarum ad singulos tractatus pertinentium dispositae, Venetiis 1762. 1763 t. 13 in 4., vere thesaurus opusculorum ... pretiosorum et utilium: sed notandum, quendam exstitisse ed., teste ipso Zaccaria in praefat. ad suum Antifebronium, »qui inconsulto atque adeo inscio auctore, licere sibi credidit nonnulla addere opuscula ab auctoris consilio aliena, aut inutilia, aut minus probanda, aliqua etiam omnino rejicienda. Ne quis decipiatur indicem auctorum in hoc thes. editorum consulat t. XIII., et quos non ibi invenerit, sciat furtim illuc irrepsisse [3])«. Ad theologiam *moralem* spectant, praeter ea quae p. 486 a. in-

[1]) Josephus Benedictus Heyrenbach S. J. Bavarus (n. 24. Maj. 1738; † 19. Apr. 1779), post societatis Jesu suppressionem custos bibliothecae caesareae viennensis et rei diplomaticae, in qua excelluit, professor, scripsit diss. *de salutationis angelicae in s. Ecclesia usu,* Viennae 1773; 1794 cum augmento. Asservantur in eadem bibliotheca 45 ejusdem opera. msc. Cf. Sommervogel IV, 361; Wurzbach 8, 463; Duhr Zeitschr. f. k. Theol. XIII (1889), 85.

[2]) Ejusmodi ex. gr. est ea, quae seorsim jam prodierat: *La relig. cristiana provata da un solo fatto* ossia Diss., in cui si dimostra che que' Cattolici, a' quali Ulderico rè de Vandali fece troncar la lingua parlarono miracolosamente per tutto il restante della loro vita, e da questo miracolo si traggono le consequenze contro gli Ariani, i Sociniani e gli Deisti e particolarmente contro l'autore dell'Emilio, rispondendo alle principali loro difficoltà, Montefalconii 1786 in 8., quae est versio operis gallici facta a Carolo Budardi S. J. (Romae n. 28. Nov.; † 15. Nov. 1812), celebri card. Pacca a secretis, cui adjecit Zaccaria praefationem notasque copiosas et eruditas.

[1]) Cf. earum catalogum apud Backer III, 1682—92.

[2]) Cf. St. Lett. d'It. 13, 403—7.

[3]) Accuratum diss. et opusculorum in hoc. thes. iterum editorum cf. apud Backer III, 1166—82.

dicavimus; Diss. ad Alph. de Ligorio moralem theologiam prolegomena *de casuisticae theologiae originibus, locis atque praestantia,* quam rogante s. Doctore conscripsit, ut praemitteretur editioni tertiae (1757) ejusdem theologiae moralis; reperitur passim in edit. theologiae moralis s. Alphonsi. Dum autem sagaciter disputat de locis theologiae moralis, prae oculis habet opus celebre M. Cani *de locis theologicis,* ejusque scopus est, ut theologiae morali solidam paret basim, qui certe plurimam meret laudem. *Della nullità delle assoluzioni ne' casi riservati,* Romae 1785 adversus Litta: *Della sacramentale assoluzione ne' casi riservati,* Lettere etc., Mediolani s. a.

242. Magnam nominis famam adeptus est operibus editis adversus Febronium eosque, qui hujus fuere plus minusve asseclae. Huc in primis spectat: *Antifebronio* o sia apologia polemico-storica del primato del Papa . . . contra la dannata opera di G. Febronio dello stato della chiesa e della legittima podestà del rom. pontefice, p. 1. polemica, premettesi una istruttiva introduzione, nella quale in fine si esamina, onde Febronio a scrivere il suo libro si è messo; si mostra quanto sia quest' opera pericolosa a' principi ed a' vescovi stessi, e ingiuriosa alla chiesa gallicana; si dà un saggio della mala fede di quest' Autore; si tratta dei fonti, da' quali egli ha principalmente derivate le sue dottrine, e tutto proponsi il piano della presente confutazione; p. 2. storica o sia storia del primato del Papa ne' primi otto secoli della Chiesa, si soggiugne un appendice o sia diss., nella quale contro certa diss. isagogica s' illustra e si difende la podestà del rom. pontefice sopra i beni ecclesiastici di tutte le chiese, Pisauri 1767 t. 2 in 4; Caesenae 1768-1770 t. 4 in 8., ed. multum aucta; inde prodiit *Antifebronius.* Febronius abbreviatus cum notis adversus neotericos theologos et canonistas, Augustae V. 1783—1785 t. 5; Bruxellis, Lovanii 1829; gallice cura ab. Peltier Parisiis 1859 t. 4; *breviculus modernarum controversiarum* seu compendium Febronii abbreviati, Augustae V. 1789; *Antifebronius vindicatus* seu suprema rom. pontificis potestas adversus J. Febronium ejusque vindicem Theodorum a Palude iterum asserta et confirmata, Caesenae 1771. 1772 t. 4 in 8; Francofurti et Lipsiae 1772 t. 2; Romae 1843 in 4. et in cursu theol. ed. Migne t. 27; *Antidoto* contro i libri prodotti o da prodursi da S. avvocato Camillo Blasi intorno al sacro Cuore di Gesù con osservazioni e monumenti, Florentiae 1773 in 8; *Storia polemica del celibato sacro* da contrapporsi ad alcune detestabili opere uscite a questi tempi, Romae 1774 in 8; *Nuova giustificazione* del celibato diss. quattro, Fulginiae 1785 in 4; *In tertium J. Febronii t. animadversiones romano-catholicae* tribus ep. comprehensae; accedit appendicis instar s. Cypriani l. *de unitate Ecclesiae* cum adnotationibus ill. ep. massiliensis ex gallico idiomate latine redditis aliisque editoris adversus Febronium, Böhmerum et Schubertum recentissimum inter protestantes pontificii primatus oppugnatorem, Romae 1774 in 8; *de doctis catholicis viris,* qui J. Febronio in scriptis suis retractandis ab a. 1580 laudabili exemplo praeiverunt, Romae 1791. *De s. Petri primatu* romanaque ecclesia ab eo condita atque episcopi jure administrata adversus nuperrimum l. londinensibus typis ut titulus ementitur excusum (a. 1770) diss., ib. 1776 in 4; similem l. italice edidit Fulginiae 1782 in 8.; *Storia polemica delle proibizioni de' libri,* ib. 1777 in 4., qua egregie et docte congregationem Indicis tuetur; *Dottrine false ed erronee* sopra le due podestà l' ecclesiastica e la secolare tratte da due libri del P. A. Pereira (cf. supra pag. 67) confutate con opportune annotazioni, Fulginiae 1783 in 8;

Preparativi per la desiderabile inoculazione del buono senso proposta contro il male della incredulità nel giornale eccles. di Parigi messi all'ordine in tre opusculetti, ib. 1783 in 8; *veridica imagine del Papa,* quale ci viene offerta dalle divine Scritture, dai ss. PP. etc. opposta a quella non ha guari publicata in Vienna . . . Fedele traduzione dal tedesco, ib. 1783, cui adjecit eodem anno duo opuscula, alterum J. B. Nogherae, alterum ex gallico versum. *Le storte idee raddirizzate* o sia Esame teologico e canonico di certe nuove dottrine intorno la podestà costrettiva della Chiesa e alcuni principalissimi punti di ecclesiastica Giurisprudenza, ib. 1784 adversus Al. Litta, qui respondere nisus est epistola damnata a congr. Indicis 5. Febr. 1790. *Prediche polemiche sopra s. Pietro* e i suoi successori e il divino loro primato (auctore Denneville), tradotte . . . con prefazione e note, ib. 1784 in 8. adversus famosos liberculos Eibelii; *Lasciamo stare le cose come stanno* o sia Diss. sulla mutabilità poco intesa da' più della disciplina ecclesiastica, Faventiae 1787 in 8; 1791 ed aucta; Romae 1836, contra quod scripsit Ubaldus Brandi O. Min. Ref. theologiae lector: *Il Dormitanzio del sec.* 18., ossia Esame critico etc., Florentiae 1789, sed eodem a. prohibitum, cui judicio se Brandi ante mortem (1791) subjecit. *Commandi chi può, ubidisca chi dee* o sia Diss. 3 della forza obligatoria della ecclesiastica disciplina, Faventiae 1788 in 8; Romae 1836; *Rendete a Cesare ciò ch'è di Cesare* ma si a Dio rendete quel ch'è di Dio o sia Diss. sulla podestà regolatrice della disciplina, Faventiae 1788 in 8; Romae 1836, adversus anonymum; *de episcoporum in dispensationibus super matrimonii impedimentis potestate* adversus l. a. 1781 viennensibus Trattneri typis excusum (scil. Aniani Eliphii *Concordia juris canonici* cum edictis caesareo-regiis recentius emanatis in materia dispensationum super impedimentis matrimonii ad v. Hungariae clerum), Faventiae 1789 in 8; in fratris Phil. Hedderich diss. juris ecclesiastici germanici *de juribus ecclesiae germanicae* in conventu emsiano explicati (Bonnae 1787) *specimen animadversionum,* Placentiae 1789 in 8; *Le dottrine del preteso secolo illuminato XVIII.* intorno la Gerarchia e la Disciplina ecclesiastica confrontate colle dottrine del tenebroso sec. XIV., Faventiae 1790 in 8., adversus l. anonymum *Confronto istorico* dei nuovi con gli antichi regolamenti rapporto alla polizia della Chiesa nello stato, Florentiae 1787. 1788; *il discorso di un anonimo* della monarchia universale de' Papi (Neapoli 1789) *trattato come si merita,* ib. 1791; diss. *de duabus antiquis canonum collectionibus ineditis,* et de inedita canonum collectione, quam XII. sec. card. Laborans composuit, in Gallandi *de vetustis canonum collect. dissertationum sylloge* 2,679—800. Universae theologiae inservit *apparatus omnigenae eruditionis* ad theologiam et jus canonicum, in quo praeter indices paparum, antipaparum, patrum, conciliorum et haereticorum ac theses ab apostolica sede confixas, subsidia ad utramque facultatem illustrandam aptiora ex bibliis, veteribus canonum collectionibus, poenitentialibus ac liturgicis libris, historia ecclesiastica ac literaria, chronologia atque adeo re antiquaria suppeditantur, Romae 1773 in 12. ed. secunda; 1795; Augustae V. 1783 in 8. ed. aucta. *Difesa di tre sommi Pontifici* . . . Benedetto XIII., Benedetto XIV. e Clemente XIII e del Conc. tenuto nel 1725 diretta a P. F. Viatore da Coccaglio etc., Ravennae 1782, qui Viator nisus est auctoritatem bullae *Unigenitus* illorum pontificum nomine infringere.

VI. Theologia practica.

243. Clementem XIV. secutus est Pius VI., antea dictus Joannes Angelus Braschi n. 27. Dec. 1718 Cesenae. Obitis bene variis in aula romana muneribus sub Benedicto XIV. et Clemente XIII., creatus est a Clemente XIV. cardinalis (1773); mox post sat longum conclave omnium cardinalium suffragio electus est pontifex 15 Febr. 1775. Vir erat comis et affabilis, in se ipsum severus, erga pauperes beneficus, dotibus omnibus ad pontificatum digne gerendum instructus. Sed acerbissimas incurrit undique difficultates, quales vix unquam alius pontifex, adeo ut ejus vita jugis erat via crucis. In Austria Josephus II. imp. suis innovationibus jura Ecclesiae susdeque vertit, quem infelici aemulatione secutus est in Etruria frater ejus Leopoldus et in regno neapolitano regia curia. In Germania archiepiscopi trevirensis et coloniensis episcopus moguntinus necnon archiepiscopus salisburgensis spiritu inficiebantur schismatico, ultra progressus est Scipio episcopus pistoriensis synodo sua schismatica; in Gallia bellum exitiale inferebatur omni religioni et nefandum exigebatur jusjurandum a clero in constitutionem civicam juribus et Ecclesiae indoli infestam. Frustra reclamavit pontifex, incassum Viennam profectus est, ut Caesarem ad meliora revocaret consilia. Sub iniquis conditionibus pacem cum hostibus praepotentibus inire debuit, ditione sua gradatim bonisque omnibus spoliatus, in exilium pulsus fuit. Iteratis vicibus exsilii locum commutare debuit, demum Valentiae duro detentus carcere laboribus aerumnisque consumptus sed non fractus decessit vere magnus et pius pontifex post pontificatum, qui diuturnitate omnium antecessorum regimen superavit 29. Aug. 1799. Specie tenus victus constantia sua vicit josephinismum, febronianismum, spiritum schismaticum, qui omnia jam infecerat, cum primatus sedis apostolicae exinde magis effulserit. Non est nostrum recensere magna beneficia, quae ex ejus regimine, dum pace frueretur, redundarunt in commodum populi, in emolumentum artium et literarum [1]). Brevia ejus et instructiones prodierunt collectae ex parte Augustae V. 1796 t. 2. Inter ea eminent ejus Breve contra Febronianismum *de potestate rom. pontificis* 28. Nov. 1786; const. ‚Auctorem fidei', qua 28. Aug. 1794 damnat errores synodi pistoriensis; et egregia responsio ad metropolitanos moguntinum, trevirensem, coloniensem et salisburgensem *super nunciaturis apostolicis,* Romae 1789, opus doctum et solidum.

244. Plurimi ex iis, qui *juri canonico* se dederunt [2]), aularum favorem et gratiam captantes jura Ecclesiae extenuarunt, plus minusve etiam prodi-

---

[1]) Cf. de Funk KL. X², 55—60; Bourgogne Mém. hist. et philos. sur Pie VI. (legatus Galliae ad aulas varias † 1811) et son pontificat Paris 1799 t. 2; 1800 ed. 2; Gendry, Pius VI. Sa vie, son pontificat après les Archives Vaticanes, Paris 1908 t. 2; J. Bertrand Le Pontificat de Pie VI et l'athéisme revolutionnaire, Paris 1879 t. 2. Cf. infra n. 489, ubi reperies qui ediderint ejus Brevia etc.

[2]) Joannes Bapt. Guarini S. J. Panormitanus n. 9. Sept. 1719, philosophiae et theologiae professor († 1795) *Juris naturae et gentium principia et officia* ad christianae doctrinae regulam exacta et explicata a. Fr. Suarez digessit notisque perpetuis illustravit, Panormi 1758; 1769; 1806; Romae 1769 cura P. Faure; 1778. 1779 t. 2 in 4; in Migne Cursus theol. t. XV. Edidit quoque *Ragionamenti filosofici* 1785. 1786 t. 4 in 8. Diss. *sopra la patria e martyrio* dei St. Vito, Modesto e Crescenzio inter diss. a Zaccaria collectas VIII, 238—63 et seorsim Panormi 1762.

derunt: sed plures quoque strenue illa adversus synodum pistoriensem, in primis vero adversus Febronium ejusque asseclas vindicarunt; alii sat mediocriter in iis vindicandis, exponendis illustrandisve versati sunt: unde ex eo, quod aliquos in textu absque pretii eorundem significatione adducimus, non propterea eos commendamus [1]). Donatus a Transfiguratione Domini Hoffmann schol. piar. Silesius, Leobschicensis n. 1703, principi badensi septem annis a confessionibus, juris canonici et civilis lector et principis campidonensis consiliarius ecclesiasticus († 1783), dedit [1]) *introductionem* in jurisprudentiam positivam, humanam et civilem, atque ecclesiasticam, 1755 t. 2 in 4; Campidoniae 1766. Curavit quoque [2]) *theologiae moralis* Alexii a s. Andrea editionem auctam et emendatam, ib. 1757 in 4; Rem. Maschat et Jo. Walprecht *resolutiones* (cf. IV[3], 1603) auctas Augustae V. 1762 t. 2 in 4; Venetiis 1770 t. 2 in f. — Modestus Schmetterer OSB. ad s. Petrum Salisburgi, Bavarus ex Metten (n. 17.

[1]) Praeter alios, quos suis locis indicabimus, minus probari possunt: Philibertus Obernetter O. Min. juris canonici in lyceo constantiensi prof. († 7. Apr. 1784), cujus sunt: *sylloge juris ecclesiastici* publici universalis et particularis Germaniae, Constantiae 1774; *institutiones juris canonici*, ib. 1781 p. 1., dextere compilatae ex auctoribus liberius sentientibus in systema ad Josephinismi opiniones expressum. Ob liberiores suas opiniones a pluribus impugnatus fuit. Cf. Roskovány III, 1085. — Joan. Bapt. Horix Moguntinus (n. 1730; † 30. Sept. 1792), laicus, in jure civili criminali versatus, universitatis rector, qui plura scripsit pro fictitiis juribus ecclesiae Germaniae adversus sedem apostolicam atque pro Febronio. Collegit *concordata nationis germanicae integra*, Frankfurt et Lipsiae 1763; 1771 ed. variis additamentis illustrata; Observationes chronologicae *de annis Christi* Salvatoris, Moguntiae 1789. Cf. Roskovány III, 955 s., Wurzbach 9, 270. — Josephus Wratislavius nobilis de Monse n. 1733 Neostadii in Moravia, advocatus, dein juris civilis et 1774 juris canonici in academia olomucensi professor († 6. Febr. 1793), canonista josephinismo addictus, cujus praeter alia exstat *synopsis juris canonici*, Olomucii 1775. — Claudius Mey Lugdunensis (n. 15. Jan. 1712; † 12. Jun. 1786), parlamenti parisiensis advocatus, deinde clericus, appellantium patronus laboriosus, qui etiam redegit *Nouvelles ecclésiastiques*. Cf. Quérard 6, 100; Feller 6, 50. — De Joanne Weimer cf. Roskovány 3, 756, sicut et de Wenceslao Grillparzer p. 753. — Joannes Rinaldi comes di Carli (Carli Rubi) Justinopolitanus (Capo d'Istria) n. 11. Apr. 1720; † 22. Febr. 1795, vir alioquin admodum eruditus, qui juvenis 18 annorum scripsit jam de aurora boreali, et 20 annorum inter socios academiae patavinae receptus est: a. 1744 Venetias vocatus fuit professor nauticae et astronomiae. Partes habuit in controversiis cum Tartarotti (IV[3], 1533) de magis et magia, quam rejicit. Reliquit opera plurima ad archaeologiam, numismaticam, disciplinas naturales etc. spectantia, quae prodierunt Mediolani 1784—95 t. 18; *Storia di Verona* fino al 1519, Veronae 1796 t. 7; *delle antichità italiche* con appendice dei documenti, Mediolani 1788—91 t. 5; 1793—95. In diss. *del diritto eccles. metropolitano* e delle elezioni e dipendenze de' vescovi, Mediolani 1786, extollit cum primatus praejudicio potestatem metropoliticam, et contendit jus convocandi concilia ad exemplum primorum octo conciliorum imperatoribus competere. Cf. Wurzbach 2, 281—84. — De Al. Arbesser O. S. Pauli cf. Roskovány 3, 863. — De Francisco X. Catani advocato, qui tamen ante mortem suas malesanas opiniones retractavit, Reusch II, 983, et ib. p. 938 de Francisco Richer parlamenti advocato (1718—98).

[1]) Praetermittimus Bernardum Gaigl OSB. in monasterio tegernseensi (n. 14. Martii 1718; † 3. Juli 1783), juris canonici et theologiae dogmaticae lectorem, cujus praeter alia sunt; Diss. historico-canonica, qua refertur impugnatio atque resumitur *defensio ep. decretalium a Clemente I. usque ad Siricium P.* necnon collectionis earum s. Isidori hisp., Tegernsee 1753 in 4; *immunitas Ecclesiae*; introductio et extensio succincte expensa, ib. 1754 in 4. Cf. Lindner 1, 163. — Sigismundus Sinningen O. Min., theologiae lector, in conventu coloniensi, et in academia bonnensi professor, quaestionem tractavit, *quae sit declarationum cardinalium s. conc. tridentini interpretum in rebus theologicis auctoritas*, Bonae 1787. — De Aux. Krupp O. Min. cf. Roskovány 3, 889.

[2]) Alia ejusdem opera etiam philosophia cf., apud Horányi 2, 112—6.

Mart. 1738; † 22. Mart. 1784), ss. canonum in universitate salisburgensi interpres (1770—73), pariter reliquit *introductionem* in universum jus canonicum, Salisburgi 1772 in 4; et *de origine et variis gradibus clericorum* in primis quinque Ecclesiae seculis, ib. 1771 in 4. — Josephus Ant. Bruno professor in academia taurinensi impugnavit Bono principi asserentem jus statuendi impedimenta dirimentia matrimonii et in eisdem dispensandi. Ejus est *Introduzione* alla giurisprudenza canonica, Taurini 1769. — Franciscus Minocki in academia cracoviensi professor et rector academiae posnaniensis († 1799), dedit *terminorum juris canonico-civilis* ad usum candidatorum jurisprudentiae *interpretationem,* Posnaniae 1773. 1775. — Constantinus Franciscus Florianus Antonius de Kauz (Khautz) Viennensis (n. 21. Maji 1735; † 28. Jan. 1797) vir eruditus in historia etiam literaria, quem magni faciebant Martini et Riegger ejus quondam praeceptores, librorum censor ad mortem usque, disputavit *de Scriptura s.* tamquam primo juris ecclesiastici fonte, Viennae 1756; *de cultibus magicis* eorumque perpetuo ad Ecclesiam et rempublicam habitu ll. 2, ib. 1767; 1771, quo in l. disserit contra magiam et sagas. Ep. *de ritu ignis in natali s. Joannis Bapt. accensi,* ib. 1759. Juvenis 20 a. coeperat *Versuch einer Geschichte der österreichischen Gelehrten,* Wien, 1755, et reliquit ad eam perficiendam multa collectanea.[1])

245. Huc referri potest Carolus Lud. Richard O. Praed. Lotharingius n. 1711, qui juvenis 16 anorum induit vestem s. Dominici. Doctor Sorbonae creatus plura compilavit opera in religionis catholicae commodum. Cum notasset parlamenti sententiam de matrimonio Judaei cujusdam conversi, ut illius iram evaderet, Insulas secessit. Graviter quoque impugnavit jusjurandum ab auctoritate politica clero impositum: unde in illa rerum omnium tristissima subversione Belgium confugere coactus est, quo a Gallis occupato, cum propter ingravescentem aetatem fuga elabi non posset, incidit in hostium manus, qui eum morti addixerunt propter libellum *Parallèle des Juifs* qui ont crucifié J. Christ *avec les Français* qui ont tué leur roi. Mortem constanter subiit optimus senex 83 a. die 16. Aug. 1794. Ex plurimis ejusdem operibus[1]) haec videntur potiora: *Dictionnaire universel* dogmatique, canonique, historique, géographique et chronologique *des scientes ecclésiastiques* etc., Parisiis 1760—65 t. 6 in f., quorum ultimus (rarus) est supplementum. Quo in opere adjutorem habuit P. Giraud; prodiit iterum inscriptum: *Bibliothèque sacrée* ou dictionnaire universel historique, dogmatique, canonique, géographique et chronologique des sciences ecclesiastiques, ib. 1821—27 t. 29 in 8. (fr. 174) encyclopaedia utilis et diligens; *Analyse des conciles* généraux et particuliers[2]), ib. 1772-77 t. 5 in 4., latine versa a Jo. Ant. Dalmaso Vicetino, Venetiis 1776—80 t. 5 in f. Hoc in op. imperatoribus asserit jus convocandi concilia oecumenica. Diss. *sur la possession des corps* et l'infestation des maisons par les démons, Parisiis 1746 in 8; *La Nature en contraste avec la Religion* et la raison ou l'ouvrage qui a pour titre *De la nature* (auctore Robinet) condammé au tribunal de la foi et du bon sens et réfutation de l'Alambic Mo-

[1]) Cf. Weiss Allg. d. Biogr. 15, 703.

[1]) Cf. Brunner *Charles Louis Richard* aus dem Predigerorden. Das Leben und die Werke eines Bekenners aus dem 18. Jahrh., zugleich ein Beitrag zur Geschichte der Revolution in Belgien, geschildert von P. F. R. Moulaert, Ratisbonae 1870. Recensentur porro in ea 81 scripta Richardi; Biogr. univ. 37, 559; Rottermund 6, 2020; Quérard 8, 20; Feret Ép. moderne VII, 431.

[2]) Cf. N. bibl. eccl. frib. 3, 570—78.

ral (auctore Rouillé de Orfeuil), ib. 1773 in 8; *Observations modestes* sur les pensées de d'Alembert, ib. 1774 in 8; *Défense de la religion*, de la morale de la vertu, de la société ou réfutation du système social, ib. 1775 in 8; *l'accord des loix* divines, ecclésiastiques et civiles relat à l'état du clergé etc., 1775 in 8; *les Protestants déboutés de leurs prétentions*, ib. 1776 in 12; *les cent Questions* d'un paroissien de Mile curé de... (Lud. Guidi, fanatici janseniani) pour servir de réplique à la suite de son dialogue sur le mariage des protestants, ib. 1776 in 12; *Annales de la charité* ou de la bienfaisance chrétienne, Mechliniae 1785 t. 2 in 12; *Exposition de la doctrine des philosophes modernes*, ib. 1785 in 12; pluresque alios edidit libellos acres et nervosos adversus incredulos, libertinos et jurium Ecclesiae adversarios. Cum Ludovicus Antonius Carraccioli (de quo infra) edidisset epistolas interpolatas Clementis XIV., scripsit Richard *Préservatif nécessaire* à toutes les personnes qui ont lu les Lettres faussement attribuées au pape Clemens XIV., Biponti 1776 in 8.

246. *Jus canonicum* in systema redegerunt vel exposerunt ex Germanis: Leopoldus Leeb, qui monasterium can. reg. Schlebdorfiense ingressus, mox eo relicto in lyceo monacensi professor juris canonici et historiae ecclesiasticae fuit designatus: hinc translatus ad academiam ingolstadiensem (1777), rexit cathedram theologiae moralis et pastoralis, qua relicta (1781) parochiam altdorfiensem administravit († 1785; juxta Mensel 1786). Edidit jus canonicum in 3 ll. divisum, historia ecclesiastica illustratum, praxi Germaniae et praesertim Bavariae accommodatum, Monachii 1774-80 t. 3 in 8; *praelectiones theologiae practicae*, ib. 1780 pp. 2, quas adversus gravem censuram vindicavit libello germanice edito 1780 in 8. — Gotthardus Kufner OSB. in monasterio mettensi, Bavarus (n. 9. Nov. 1743; † 25. Jan. 1792), theologiae lector et bibliothecae praefectus, compilavit praeter alia *synopsim jurisprudentiae ecclesiasticae universae*, publicae et privatae, statui Germaniae, maxime Bavariae, accommodatae, Burghusii 1781 in 8. — Andreas Mayer theologiae licentiatus, consiliarius ecclesiasticus episcoporum frisingensis et ratisbonensis et notarius, collegit *thesaurum novum juris ecclesiastici*, potissimum Germaniae seu codicem statutorum ineditorum ecclesiarum cathedralium et collegiatarum in Germania notis illustratum atque diss. selectis juris publici ecclesiastici adjectisque animadversionibus adauctum, Norimbergae 1792—94 t. 4 in 4., collectio incompleta. Ab hoc distingui debet Antonius Mayr S. J. (n. 6. Jun. 1710; † 20. Mart. 1772), cui illud opus per errorem tribuitur, et cujus est l. *de locis theologicis*, vera religione et Ecclesia, Augustae V. 1771 in 8. — Benedictus Oberhauser OSB. in monasterio lambacensi, in Austria superiori parentibus nobilibus 25. Jan. 1719 ortus, Salisburgi prius philosophiam docuit (1753), inde translatus ad seminarium episcopale dioecesis gurcensis professorem juris canonici et historiae ecclesiasticae per trienium egit. A fuldensi abbate expetitus jus canonicum in academia fuldensi per triennium exposuit. Domum redux in componendis libris vitam transegit († 20. Apr. 1786). In brevi chronico monasterii labacensis 1865 edito p. 46 dicitur vir quidem doctissimus, sed »principiis Quesnelli et Vanespen deceptus illorumque mordax propugnator«: unde a sede apostolica monitus retractare coactus est sententias suas. In epitaphio legitur »celebratissimus canonici juris consultorum in Austria coriphaeus, ultramontanistarum validissimus malleus.« Edidit *praelectiones canonicas* juxta titulos ll. decretalium ex monumentis, auctoribus et controversiis melioris notae in tres

primos decr. ll., Lauterbaci 1762. 1763 t. 3 in 4., propter quas cathedra motus est; eae sicut et *theses*, quas publice propugnandas proposuit a congr. indicis 16. Febr. 1764 reprobatae fuere: auctor vero laudabiliter ac solemniter eas reprobavit, sed propterea opiniones praeposteras non mutavit. Prodierunt auctae et emandatae per Seb. Schaaf Ultrajecti 1765; Francofurti et Lipsiae 1774 t. 2; in correctiorem et uberiorem ordinem plurimis mutatis digestae, Salisburgi 1785; *Compendium* praelectionum canonicarum juxta V. ll. decr., Francofurti 1773 t. 2 in 8; 1779. Oberhauser contractum matrimonialem separat a sacramento: qua separatione facta potestati civili jus tribuit in matrimonium prout est contractus civilis, et Ecclesiae prout est sacramentum; ex qua theoria intulit ad principes spectare impedimenta veri nominis seu dirimentia constituere: ad Ecclesiam vero ea, quae referuntur ad sacramenti sanctitatem, nempe impedientia. Ad hanc doctrinam porro evolvendam propugnandamque in subsidium vocat argumenta, quibus jam usus fuerat Launojus. Quapropter impugnatus fuit atque haereseos insimulatus a Ludovico Beck, alio juris canonici professore. Oberhauser hanc notam duplici libello a se amovere conatus et: *Apologia historico-critica* divisarum potestatum in legibus matrimonialibus impedimentorum dirimentium, Francofurti 1771; Viennae 1778 in 8., et *Systema historico-criticum* divisarum potestatum de legibus matrimonialibus impedimentorum dirimentium ex avitis sanae theologiae et jurisprudentiae canonicae principiis, ib. 1771; Viennae 1776. Cumque iterum expostulatus ab A. Schmidt S. J. haereseos fuisset, ipse novum libellum acrem admodum edidit inscriptum *Causa decisa* divisarum potestatum in legibus matrimonialibus, Francofurti et Lipsiae 1777; rursus impugnatus a M. Antonio Hoechstensi O. Cap. in *disquisitione canonica* causae decisae, Moguntiae 1780, defensus fuit a Sandbichler in opusc.: *Pagellae volantes* de causa decisa pro studio juris regii integri illustrando, Francofurti et Lipsiae 1782. Alia ejusdem opera sunt: L. Bern. van Espen *jus ecclesiasticum in epitomen redactum* ac subjunctis brevibus sententiis atque argumentis studii patristici instructum. Augustae V. t. 2 in 8; *Thomassinus abbreviatus* i. e. vetus et nova disciplina de beneficiis et beneficiariis in breviorem ordinem redacta, Salipoli 1774 t. 3 in 4; *Manuale* selectiorum conciliorum et canonum juxta historiam ecclesiasticam D. ab. de Fleury per breves epochas XVI sec., Salisburgi 1776 in 4; *Specimen cultioris jurisprudentiae canonicae* ad justas ideas divini primatus in romana ecclesia evolvendas, Francofurti et Lipsiae 1777 in 8; *de dignitate utriusque cleri* tam secularis quam regularis diss., Salisburgi 1785. 1786 p. 1 et 2., cui praefixa est ejusdem memoria biographica[1]).

247. Willibaldus Held O. Praem., canoniae rothensis in Suevia abbas (n. 6. Sept. 1724; † 30. Oct. 1789), vir doctus et in jure canonico versatus, collegit *jurisprudentiam universalem* ex juribus canonico, civili, romano et germanico tam publico quam privato, feudali et criminali et in quinque ll. contraxit, Memmingae 1768—73 t. 5 in 6 v. in 8., opus rarum; *Reichsprälatisches Staatsrecht*, s. l. et auctoris nomine (Kampoduni) 1782—87 t. 2: *Kurze Beleuchtung der Emser Punktation meistens aus der Geschichte*, Memmingae 1787; *Kritische Anmerkungen* über die sogenannte Reformation in Deutschland zu Ende des 18. Jahrh., Francofurti 1782. — Isidorus Keppler O. S. Aug. philosophiae ac theologiae doctor, quas disciplinas docuit Constantiae atque Erfurti, ubi etiam erat coenobii prior

[1]) Cf. Allgem. d. Biogr. 24, 92.

(† 1790), praeter *philosophiam universam*, Constantiae 1750 et alia philosophica reliquit *jus canonicum*, ib. 1752. — Udalricus Reiss O. Praed. Dilliganus (n. 1741; † 24. Aug. 1795), theologiae et juris canonici professor, qui sub alienis nominibus Belletri, Falck, Le Blank. Mayer latere voluit, dedit *introductionem ad Jo. Arn. Corvini jus canonicum* per aphorismos strictim explicatum publicis praelectionibus juxta hodiernos academicorum mores accommodatam, Augustae V. 1790 in 8. sub nomine Le Blanc, in qua principia de primatu bene proponit. *Analysim collectionum et fontium* (praesertim concordatorum et legum imperialium) juris ecclesiastici publici et privati germanici, quam in commodiorem usum tyronum juris sacri ex probatissimis autoribus[1]) collegit, ib. 1777; synopsim doctrinae christianae *de veris falsisque miraculis*[2]), ib. 1780. 1782 pp. 2; *historische Abhandlung* über die Kirchengeschichte von dem XIV. Jahrhundert bis auf itzige Zeiten, ib. 1874 in 8., sub nomine Juliani Mariae Belletri. — Hermannus Kurtz O. Cist., in monasterio hohenfurtensi, dein Pragae in collegio s. Adalberti professor, abbas (1767), qua dignitate a Josepho II. spoliatus, iterumque tamen (1790) in eam restitutus fuit (n. 1. Sept 1723; † 10. Apr. 1795), composuit *amussim canonicam* titulorum ll. 1—5 Gregorii IX. P. M. in tabulis mnemonicis analytice propositam, compendiosis controversiis hinc inde insertis distinctam, Pragae 1761—64 t. 5.

248. Praetermisso Joanne Nep. Kanka Pragensi (n. 1744; † 1798). laico, cujus exstant *institutiones juris canonici* ad ordinem decretalium, Pragae 1770 in 4., nominandi jam sunt tres, sed non laudandi, qui josephinismum eruditionis apparatu seu potius fuco exornare nisi sunt patrinorum circa eum cum aliis functiones obeuntes. Stephanus Rautenstrauch OSB. in monasterio Brevnovenobraunensi, Plottendorfii in Bohemia 29. Jul. (secundum Wurzbach in op. Platten 26. Jul.) a. 1734 natus. Ab abbate Pragam missus fuit ad audiendas juridicas praelectiones, posthac designatus ad docendam theologiam in domestico studio. Anno 1773 in abbatem est electus et a M. Theresia imp. Viennam vocatus ad consilium aulicum de rebus ecclesiasticis et studiis theologicis juxta illius temporis spiritum juribus Ecclesiae inimicum immutandum. Studiorum theologicorum ratio ab ipso proposita approbata fuit. Praeses designatus est facultatis theologicae pragensis (1774), deinde viennensis, et sectionis aulicae pro rebus ad cultum spectantibus. Studia theologica visitaturus per Hungariam missus Agriae (Erlau) praecoci morte ereptus est 30. Sept. 1785. Operose quod dolendum obsecutus est consiliis Ecclesiae bono in Austria tam noxiis; ipseque plurimum promovit seminaria generalia, quorum tristissimi exstitere fructus[1]). Praeter alia haec ejus opera[2]). *Prolegomena* institutionum juris ecclesiastici usibus Germaniae accommodatarum Pragae 1774, opus cujus suppressionem postulavit archiepiscopus pragensis Antonius Petrus comes Příchowsky, est enim fere ironia, cum de jure aliquo Ecclesiae vix sit sermo. Agente tamen Wenceslao Stephano de

[1]) Ejusmodi auctores sunt: Rautenstrauch sane non probatissimus (de quo mox), quem in brevi introductione excerpsit, Barthel et Zallwein, de quibus cf. p. 219. 207.

[2]) Cf. N. bibl. eccl. frib. 6, 307—14.

[1]) Cf. Kirchenlex. 9, 41; Klüpfel Necr. p. 57; allg. d. Biogr. 27, 459.

[2]) Cf. Tribuuntur ei erronee scripta quaedam malo spiritu Ecclesiae infenso infecta, quae sunt Joannis Rautenstrauch quondam protestantis Erlangae nati, sed Viennae conversi ad fidem catholicam († 1801), de quo (et de nostro) cf. Mitterrutzner KL. X, 818 ss.; Brunner Die theol. Dienerschaft p. 348.

Kronenfels, facultatis juridicae directore, numismate aureo ab imperatrice fuit donatum. Ed. 1. prodierat jam inscripta: *Institutiones juris ecclesiastici* cum publici tum privati usibus Germaniae accommodatae, ib. 1769; *Jus publicum* fusior expositio, cujus tantum t. 1. prodiit 1772; *Synopsis juris ecclesiastici* publici et privati (verius medulla josephinismi), quod per terras hereditarias aug. imp. M. Theresiae obtinet[1]), Viennae 1776 ad 253 propositiones redacta et vi decreti aulici 5. Oct. 1776 ubique praescripta (ad a. usque 1836); *Anleitung und Grundriss* der systematischen dogmatischen Theologie, ib. 1774 in 4.; *institutionum hermenuticarum V. T. skiagraphia*, ib. 1775 in 4; Pragae 1776 in 8. (quae ed. respicit etiam N. T.); *theologiae* et pastoralis et polemicae consp., 1778; *patrologiae et historiae literariae theologicae conspectus*, ib. 1786 in 8. etc. — Alter fuit Jos. Ant. Stephanus eques de Riegger[2]), filius non degener Pauli Josephi (de quo egimus p. 211), juvenis jam scriptor et patri in edendis operibus adjutor, sed etiam francomuratorius, juris civilis Friburgi et Pragae professor, qui plurimum promovit josephinismum spiritumque libertinum scriptis et praesertim opera, cum plura munera publica magni momenti ad studia pertinentia obiret (n. 13. Febr. 1741; † 5. Aug. 1795). Praeter alia opera malo spiritu infecta edidit *Innoc. Cironii opera omnia* cum notis et praefationibus, Vindobonae 1761 t. 3 in 4; *bibliothecam juris canonici*, p. 1. et 2., ib. 1761. 1762 in 8; *prolegomena* ad jus ecclesiasticum, ib. 1764 in 8; A. Augustini *de emendatione Gratiani* dialogorum ll. 2 cum St. Baluzzii et Gerh. Mastrichtii notis, ib. 1764 t. 2 in 8; diss. *de collectione decretalium Honorii III. P. M.*, ib. 1768 in 4; *conspectus juris ecclesiastici*, Friburgi 1769 in 8; *opuscula* ad historiam et jurisprudentiam praecipue ecclesiasticam pertinentia, ib. 1773 in 8; Bernardi praepositi papiensis *breviarium Extravagantium* cum Gregorii IX. P. M. decretalium collectione ad harmoniam revocatum, varietate lectionum et variorum notis illustratum, ib. 1778 p. 1. in 4. — Tertius est Josephus Jo. Nep. Pehem natus in oppido Stockach prope lacum brigantinum a. 1741, juris canonici in universitate oenipontana professor et in viennensi Eybelii successor († 17. Maj. 1799), cujus opera purum putumque josephinismum exhibent, jus quod dicunt cavendi societati civili ultra omnes extendit limites[1]): unde et vi decreti aulici 2. Nov. 1792 praescripta fuere pro praelectionibus academicis. Ceterum ea vel secundum Schulte non sunt nisi compilationes prolixae ex Van Espen, Berardi, Barthel, Rautenstrauch et ex Pufendorf et Pfaffio protestantibus. Huc spectant: *Jus ecclesiasticum publicum* p. 1., Viennae 1781; *jus ecclesiasticum universum*, ib. 1786; *praelectionum* in jus ecclesiasticum universum methodo discentium utilitati accommodata congestarum pp. 2, ib. 1791; p. 3. 1789; etiam germanice, ib. 1803 t. 2, quod opus perniciosum usque ad a. 1810 in cathedris dominabatur. *Versuch über die Notwendigkeit einer vorzunehmenden Reformation* der geistlichen Orden und das Recht der Regenten, aus eigener Macht dieselben in allen Ländern zu reformieren, einzuschränken und aufzuheben, ib. 1782; *Abhandlung* von Einführung der Volkssprache in den öffentlichen Gottesdienst. ib. 1783 etc.

249. In Italia jus canonicum excoluerunt: Vincentius Miceli Siculus Monte Regali n. 1733, qui philoso-

[1]) Cf. Wurzbach 26, 121—29; A. d. Biogr. 28, 549; Klüpfel Necrol. 132—44.

[2]) Cf. Jäger Zeitschr. f. k. Theol. 1878 II, 463 ss.; Grünwald op. supra p. 212 cit.; Schlichtegroll Nekrolog auf das J. 1795 p. 75—124.

[1]) Cf. Rösch Ein neuer Historiker der Aufklärung p. 158.

phiam et jus canonicum in seminario docebat. Ad canonicas institutiones *isagogen* post ejus mortem 1781 edidit discipulus, Neapoli 1782, cum auctoris vita et compendio ejus philosophiae. Miras professus est opiniones philosophicas[1]): creationi substituit emanationem, liberum arbitrium negat, mysterium ss. Trinitatis male explicat etc. *Institutiones juris naturalis* prodierunt Neapoli 1776. — Philippus Carolus comes Sacchi (Sacco) Bononiensis (n. 26. Jan. 1709: † 3. Oct. 1787) juris civilis, dein canonici professor, *Pontificii et caesarei juris institutiones* in tabulas synopticas distribuit, Bononiae 1742 in 4. — Franciscus Meniconi Perusinus n. 1707, juris civilis (1730), deinde canonici (1735—67) professor insignis, canonicus et rotae perusinae praefectus († 1787), *juris ecclesiastici institutiones* in 4 ll. distribuit et opportunis appendicibus locupletavit, Romae 1759 t. 2 in 8; Perusiae 1796. — Philippus Cafaro Neapolitanus, juris canonici Cataniae professor, reliquit *delecta juris canonici capita,* Cataniae 1793. 1794 t. 2 in 4; et hujus praeceptor et in cathedra antecessor Dominicus Cavallari Neapolitanus (1724—81) *institutiones juris canonici,* quibus vetus et nova Ecclesiae disciplina enarratur et mutationis causae enarrantur, Neapoli 1777 ed. 3; 1785; Bassani 1803 t. 2 in 8; Posnaniae 1834 t. 2 etc.; *institutiones juris canonici* in 3 pp. ac 6 t. distributas, Bassani 1797 in 8; Panormi 1786—91 t. 7 in 8; accedit enim huic ed. jus siculum ecclesiasticum singulis quibusque juris canonici tractatibus accommodatum auctore Vincentio Fontana; commentaria (posthuma) *de jure canonico,* Neapoli 1788 t. 6 in 4. Omnia tamen opera Cavallari prohibita sunt decreto congr. Indicis 27. Jan. 1817: tuetur enim inter alia superioritatem concilii supra pontificem. — Carminus Fimianus in academia neapolitana juris canonici interpres, dein episcopus neritonensis († 1797) dedit *elementa juris canonici,* Neapoli 1778; descripsit *historiam juris canonici,* ib. 1763; *ortum et progressum metropolum ecclesiasticarum* in regno neapolitano et siculo, ib. 1776; edidit *diss. selectas* Petri de Marca (III[3], 1179), ib. 1773, in quarum praefatione egregie et fuse disserit contra jansenianum figmentum de Ecclesia bicipiti; *adnotationes* quoque reliquit in ejus concordiam atque opuscula et *animadversiones* in selectas Boehmeri observationes, Bambergae 1788. — Franciscus Foggi composuit *institutiones canonicas* ad usum academiae pisanae, Pisis 1793 in 8. et *Dissertazioni* secondo l' ordine delle istituzioni canoniche, ib. 1793; 1816 t. 4 in 8. — Pyrrhus Aurispa junior dictus (senior † 1459 cf. Adelung 1, 1279) Maceratensis n. 6. Jan. 1716 in schola patria juris antecessor exhibet *institutionum canonicarum* ll. 3, Maceratae 1773, et plures (15) praelectiones seu diss. de juris argumentis variis, ib. 1777—89. — In Gallia Edmundus Martin (n. 1714; † 1793) juris canonici in universitate parisiensi professor, concinna methodo ex Justiniano composuit *institutiones juris canonici* ad usum scholarum accommodatas, Parisiis 1788 t. 2 in 8; 1789.

250. Controversia, quae tunc maxime agitabatur, plurimorum operum bonorum et malorum feracissima seges, fuit illa de juribus vel limitibus potestatis, ecclesiasicae et civilis deque utriusque inter se relationibus. Occasionem praebuerunt Janseniani, Josephinismus, synodus pistoriensis, in primis vero horum velute dux Febronius. Joannes (Chrysostomus) Nicolaus de Hontheim (hoc enim nomen proprium ipsius) natus est[1]) Treviris 27. Jan.

[1]) Cf. Lessico eccl. III, 521.

[1]) Cf. Mejer Febronius Weihbischof J. N. v. Hontheim und sein Widerruf mit

1701. Lovanii studiis operam dedit, ubi Van Espen (IV, 1281) habuit praeceptorem, iisque absolutis Treviros rediit, et juris doctor creatus (1721) ad excolendum magis ingenium iter instituit per Germaniam et Italiam, pluresque annos Romae degit[1]). Post suum reditum factus est assessor in vicariatu generali et quinquennio elapso professor (1732—38) pandectarum in academia trevirensi: a. 1738 officialis et parochus confluentinus et seminarii ibidem director. Partes habuit in redigendo seu potius depravando breviario trevirensi. Ab archiepiscopo electore Francisco Georgio Schönborn electus fuit 24. Maj. 1748 in episcopum auxiliarem et vicarium generalem et universitatis procancellarium. Sedulus fuit in adimplendis muneribus officii sui atque assiduus in choro, in omnibus negotiis gravioribus ab electore ejusque successore adhibitus. Hisce occupationibus non obstantibus otium nactus est componendi libros, cujusmodi sunt: *Historia trevirensis diplomatica et pragmatica* inde a translata praefectura praetorii Galliarum ad haec usque tempora e genuinis scripturis eruta atque ita digesta, ut non solum jus publicum particulare archiepiscopatus et electoratus trevirensis in suis fontibus plenissime exhibeat, sed et historiam civilem et ecclesiasticam Germaniae ejusque singularia jura, publica et privata illustret, Augustae 1750 t. 3 in f., opus, quod acta eruditorum lips. a. 1754 pag. 490 vocant „egregium ac patriae nostrae gloriosum, quo trevirensis electoratus historia mirifice potius illustratur, quam narratur; nec exigui momenti est utilitas, quae inde ad totius sacri nostri imperii res gestas redundat . . . Gratiae itaque publicae agendae ei sunt, quod votis precibusque doctorum satisfecerit (Hontheim); nec recedimus a veritate, dum spem nostram ab ipso non solum aequatam, sed superatam etiam esse censemus, quamvis nullos exhibeat trevirenses annales, neque uberiorem rerum gestarum proferat narrationem. Vastum hoc opus tribus maxime pp. constitutum est. Videmus enim primo loco diplomata ipsa aliaque historiae trevirensis documenta (c. 1400): deinde doctissimas observationes, quibus lux illis accenditur; diss. denique cum singulis seculis praemissas, tum singulis tomis aeque praefixas atque adjectas. Commentationum, quas ultimo loco notavimus, in primis ratio habenda est, propterea quod non solum erudite eleganterque scriptae sunt, sed etiam in illas ea omnia in unum locum congesta, quae per totum opus quasi dispersa jacent.“ Adjecit postmodum *prodromum* historiae trevirensis diplomaticae et pragmaticae exhibentem origines treviricas, gallo-belgicas, romanas, francicas, germanicas, sacras et civiles, ib. 1757 t. 2 in f.; *argumenta psalmorum et canticorum*, 1759.

251. Si hisce operibus fuisset contentus, nulla macula infecisset nominis sui celebritatem. Verum fato infausto a. 1763 t. 2 prodiit Bullioni (Fran-

Benützung handschriftlicher Quellen, Tubingae 1880; Friburgi 1885, quae biographia non bono spiritu est scripta. Küntziger Fébronius, Brüssel 1889. Cf. Bellesheim hist. pol. Blätter 86, 529—44; KL² 6, 276; Katholik 1891 II, 19 ss. Non est confundendus cum Justo Febronio, cujus exstant *Principia juris publici ecclesiastici catholicorum* ad statum Germaniae accommodata, Ulmae 1766. Pariter distingui debet a Petro Josepho ab Hontheim canonico trevirensi, cujus exstat *de romani imperatoris genuina idea* diss., Treviris 1760, in qua doctrinam de duplici gladio evolvit atque demonstrat, rom. pontificem in spiritualibus supremum caput esse, cui omnes episcopi subjecti sunt; imperatorem vero rom. esse supremum omnium terrae principum, cui reliqui principes respectu finis sacri seu boni Ecclesiae subjaceant.

[1]) A nonnullis dicitur in collegio germanico esse triennium commoratus: sed em. card. Steinhuber diligentissimus hujus collegii historiographus nullam ejus facit inter alumnos mentionem.

cofurti) Justini Febronii[1]) juris consulti *de statu Ecclesiae deque legitima potestate romani pontificis* l. singularis ad reuniendos dissidentes in religione christiana compositus, quo opere juribus primatus maxime noxio ingentes turbas excitavit plurimumque Ecclesiae bono nocuit[2]). De eo merito Clemens XIII. in brevi 14. Mart. 1764 ad Clementem principem Saxoniae, tunc episcopum ratisbonensem, pronunciare potuit: »Omnia ex haereticorum et s. Sedi infensissimorum hominum (scil. M. A. de Dominis, Richerii, Dupin etc.) libris conquisivit (auctor), absurdissima quaevis de suo adjecit.« Iterum prodiit liber 1765. 1770 editiones auctae: cum vero a pluribus impugnaretur, prodierunt tres alii t. (quorum 4. p. 1. et 2. continet), ib. 1770—74 in 4; *J. Febronius abbreviatus et emendatus,* Coloniae et Francofurti 1777 in 4., in quo assertiones quasdam mitigat, emendat, retractat. Exstant etiam plures ejus operis in alias linguas versiones. Mox damnatum fuit a congregatione Indicis 27. Febr. 1764 opus pseudonymum: quae damnatio deinceps saepius fuit repetita. Diu noluit Hontheim se operis fateri auctorem. Urgente Clemente XIII., instantius adhuc Pio VI. demum retractionem Romam misit 15. Nov. 1778, quam pontifex probavit, atque ipse epistola pastorali promulgavit 3. Febr. 1779. Nolumus inquirere fueritne sincera, de quo plurimi dubitant, quod vel ipsum non cedit in Hontheimii honorem. Prodiit quidem J. Febronii JC. *commentarius* in suam retractationem Pio VI. P. M. Kal. Nov. submissam Francofurti 1781 in 4., sed auctor phrasibus aequivocis utens retractationem emollire videtur, vel saltem plura tuetur juribus primatus contraria[1]); unde doctissimus Gerdil jussu Pii VI. edidit in commentarium a J. Febronio in suam retractationem editum *animadversiones* (inter ejus opera XIII, 197-390). Plures (10) quoque episcopi in Germania opus damnarunt; academia coloniensis 1765 et a. 1775 comitia cleri gallicani, cujus auctoritate abusus erat Febronius[2]), illud reprobarunt. Obiit Hontheim 2. Sept. 1790.

252. Febronii opus plurimos theologos incitavit ut Ecclesiae tuerentur jura et ipsum refutarent. Praeter eos quos supra laudavimus (cf. n. 116), Febronium impugnarunt Bandel (p. 41), Fr. X. Zech (p. 203), doctissimus Bergier (p. 310) ep. 12. Oct. 1775 data ad ducem Ludovicum Eugenium de Würtemberg, Viator a Co-

[1]) Ita se vocavit a fratris sui filia Justina, quae monasterium ingrediens Febronia fuit appellata.

[2]) Libri spiritus et summa bene ita describitur a Dr. Bellesheim in hist. pol. Blätter 86, 539: »Der Inhalt des Buches lässt sich in die kurze Formel fassen: *Depossedirung des Oberhauptes* der Kirche und *Rehabilitirung der Bischöfe* in die ihnen von Febronius zuerkannten Rechte unter gleichzeitig r Zuhülferufung der Macht des Landesfürsten. Vom kanonistischen Standpunkt muss man bekennen, dass das Buch von Widersprüchen wimmelt; philosophisch geprüft, erweist sich der Febronianismus als Anwendung der nominalistischen Doctrin auf die Lehre von der Kirche. Kirchlicher Radikalismus aber ist die Hauptsignatur des Buches, in welchem die kirchl. Regierungsgewalt der Menge zuerkannt uud erst von dieser auf die Obern übertragen wird.« Cf. etiam Picot in Biogr. univers. 20, 526—30; Phillips Kirchenlexikon 5[1], 324—28; Brück KL. 6[2], 276—81; Fleurii H. E. contin. l. 248 § 20 s. t. 85, 139—191; Fr. X. Kraus allg. d. Biogr. 13, 83—94.

[1]) Cf. N. bibl. eccl. frib. 6, 113—24; 471—81; Brück die rat. Bestrebungen im kath. Deutschland p. 35 ss.

[2]) Cf. Feller 4, 481—88 qui simul merito addit: »L'équite demande que nous rendions, à plusiers égards, justice aux bonnes qualités de l'auteur. Poli, honnête, prévenant, officieux, d'un commerce agréable et intéressant; prêtre, évêque, recommandable par ses moeurs et par son exactitude à remplir son minitère; il était personellement un contraste sensible et frappant de son livre avec lui-même.«

caleo (p. 258), Kleiner (p. 289), Vallarta y Palma (p. 297), Pey (p. 306), Traversari (p. 338), Ladislaus Sappel (p. 402), Mamachi (p. 473), Zaccaria (p. 495), s. Alphonsus M. de Ligorio (p. 541), Eus. Amort (p. 228) in *ep. ad cl. V. J. Febronium* H. de legitima potestate summi pontificis sub nomine Justiniani Febronii, Bullonii 1764, in qua dolet vices Febronii, quod spe frustratus uniendorum protestantium cum catholicis, eruditionis suae ac religionis specimina in ventos sparserit, talia de primatu proponendo, quae eundem destruunt, et unitatem, cujus gratia institutus est, convellunt. Haec tamen ep. ab aliis adscribitur Georgio abbati roggenburgensi, eique Horix sub nomine Germani Pacifici respondere nisus est. His addantur[1]) Joannes Godefridus Kauffmans Hulnensis, facultatis theologicae coloniensis decanus, universitatis rector (1776—79) vir vere strenuus[2]), canonicus et curiae archiopiscopalis sigillifer major († 1784), qui *pro statu Ecclesiae catholicae et legitima potestate romani pontificis . . .* apologeticon edidit theologicum, Coloniae 1767 in 4; 1770: quo in op. ostendit Febronium argumenta sua hausisse ex gallicanorum fontibus, ex Launoji praesertim et Dupinii scriptis, quin eos nominaverit. — Gregorius Trautwein praepositus et abbas exempti collegii s. Michaelis arch. ad insulas wengenses can. reg. († 1785), cujus sunt vindiciae (doctae) adversus J. Febronii de abusu summae potestatis pontificis l. singularem *l. singularis,* Augustae V. 1765 pp. 2 in 4. — Franciscus Maria Pedrazzi parochus edidit *L' Antifebronio* in difesa dello stato della Chiesa o della podestà del ss. Pontefice romano 1774; 1784; *della Podestà del sommo Pontefice romano* in confutazione delle nuove opinioni del l. stampato in Pavia l'a. 1782 col titolo: Riflessioni sopra l'autorità de' Vescovi e dei Principi nella Chiesa (auctore Besozzi, de quo infra). — Raymundus Corsi O. Praed. theologiae lector, cujus sunt: *de legitima potestate et spirituali monarchia rom. pontificis* adversus Febronium JC., Bononiae 1765, italice titulo parum immutato Venetiis 1767; *ep. Romae et a Sorbona probata* ad cl. V. J. F. emanata, Sienae 1765 sub nomine Ladislai Simmoschorvini: propter quae opera a Clemente XIII. laudari meruit; *Della storia ecclesiastica dell' A. T.* Romae 1756 t. 2 in 4; *delle vite degli uomini illustri* in santità e dottrina dei primi sei secoli della Chiesa, quod opus num prodierit nobis non constat. — Christophorus Sonnleithner Szegedinus († 1786, secundum alios 1788), advocatus et insignis musicus, edidit diss. antifebronianam *de infallibili Ecclesiae dispersae consensu,* Viennae 1775. — Julius Antonius Sangallus O. Min. Conv. († 1770?) adversus Febronium scripsit *le gesta dei sommi Pontefici,* Venetiis 1764 t. 4, necnon *Rom. Pontificis summa auctoritas,* jus et praestantia oecumenicorum conciliorum atque ecclesiae gallicanae placitis asserta, defensa et vindicata; accedit diss. historica de isidorianis decretalibus, necnon censura praecipuorum auctorum, quos J. Febronius in singulari l. cudendo consuluit, omnia 4 ll. comprehensa, Faventiae 1779 in 4. In diss. demonstrare nititur, probabilius videri, isidorianarum decretalium auctorem esse s. Isidorum Hispalensem; *dello stato della*

[1]) Cf. elenchum operum pro et contra Febronium apud Roskovány, Rom. Pontifex 3, 724—31; 743—50; 771—74; 790; Backer 3, 1650—53. Gla Repertorium der kath. theol. Lit. 1, II. 551 ss.

[2]) Fusius de eo agit H. Jos. Schmitz in hist. Jahrb. XV. (1894) 1—50. Natus est KL. 1. Jul. 1708. Dum theologiae in academia coloniensi vacaret, in gymnasio laurentiano docebat. Circa 1740 praesidem agebat collegii catechistarum. Postea fuit vicespraeses seminarii, ss. canonum lector et librorum censor (1750).

Chiesa e legittima potestà del rom. pontefice, Romae 1766; *Saggio compendioso* della dotrina di G. Febronio e confutazione della medesima, Lucae 1770. — Mingarelli Bononiensis (forte ille, de quo egimus p. 385) scripsit *in 3. J. Febronii tomum animadversiones* romano-catholicas 3 capitulis comprehensas, Bononiae 1773. Addi possunt tot alii, quos modo laudavimus, qui universim jura Ecclesiae vindicarunt; addi potest Petrus Ciminita S. J. († 25. Sept. 1790), cujus est: *Il dritto delle romane appellazioni* vindicato dalle ingiurie di Edm. Richer dottor di Parigi rinnovate oggidi dalla setta de' richeristi nell' esposizione del conc. di Sardica, in cui si mostrano la mala fede, le calunnie, i paralogismi e l' antilogie di questo dannato scrittore e de' suoi seguaci, Romae 1780. 1789 in 8. Alios adversarios in periodo sequenti nominabimus.

253. Amicus familiaris Hontheimii fuit Georgius Christophorus Neller, hinc aliquamdiu putabatur Febronii auctor. Natus is est in oppido Aub in Franconia 23. Nov. 1709, et electus qui institueret comites de Schönborn praeessetque archivio familiae. Edidit eo tempore, suppresso nomine, *principia juris pubblici ecclesiastici catholicorum* ad statum Germaniae accommodata, Francofurti et Lipsiae 1746 in 4., prohibita decreto Indicis 11. Sept. 1750, in quibus longe modestius quam Hontheim Ecclesiae et primatus jura circumscribit. Concursu facto obtinuit cathedram juris canonici Treviris a. 1748, quam postea commutavit cum cathedra juris civilis († 31. Oct. 1783). Reliquit quamplurima opera vel diss. (60) ad jus civile vel ecclesiasticum etc. spectantia[1]). Ejus *opuscula juris ecclesiastici et civilis,* historica, chronologica et numismatica collegit Georgius Phil. Chriatoph. Leuxner (cognatus et in cathedra successor), praefactionem vitamque praemisit, Treviris 1787 pp. 2, quam collectionem non absolvit. Alia fere eodem tempore prodiit Coloniae 1787—91 t. 5 in 3 v. in 4. Auctorem nostrum impugnarunt Jos. Gautier S. J. (cf. IV[3], 1339), Martinus Bender S. J. (n. 1731; † 1791) in academia trevirensi theologiae dogmaticae professor[1]). Statuerat scil. Neller *thesim juridicam:* Et papam accusari posse etiam extra casum deviationis a fide, docet inter alia exemplum Joannis XII. et XXIII. depositorum, Treviris 25. Mart. 1766, cui opposuit Bender *antithesim:* Papam a fide devium necnon in casu schismatis, quale erat inter Benedictum XIII., Gregorium XII. et Joannem XXIII. tempore constantiensis conc. a concilio deponi posse; sed alio in casu id fieri non posse, ib. 1766. Neller iterum statuit vindicias sive apologiam pro provincia romana Joannem XII. ut apostatam a. 963 reprobante et coram Ottone M. imp., Henrico I. trevirensi aliisque Germaniae et Italiae archi- et episcopis Leonem VIII. canonice eligente, ib. 1766 (proh. 1767), recusa in *thes. J. E.* Schmidtii II, 79, adversus quas edidit Bender *animadversiones,* ib. 1767 et in *thes.* cit. II, 195, et Adeodatus Ens eruditam et fundatam diss. inscriptam *Pythagoras novus excussus* sive disceptatio in *Apologiam* etc., Leodii 1767 et in *thes.* cit. II, 137. — Hyacinthus Berg S. J. Trevirensis, in academia coloniensi philosophiae et theologiae professor, edidit *disquisitionem criticam* in Georgii Neller de tribus episcopis s. Petri etiamnum viventis in romana cathedra successoribus systema novum ut et primatum pontificium s. Clementis I. ab eodem viro cl. in jus vocatum, Coloniae 1772 in 4; et *de-*

[1]) Cf. Baader 1, II, 72—75; Katholik 1891 I, 538 ss. De ejus diss. *de christiano paschate,* Treviris 1776 in 4. cf. N. bibl. eccl. frib. 4, 166—71.

[1]) Cf. Roskovány 3, 722; Backer 1, 555 s.

monstrationem duplicem methodo mathematica errores chronologicos relegentem G. Neller[1]) etc., ib. 1773 in 4. Contenderat scil. Neller tres illos episcopos, qui primi s. Petri successores numerari solent, tantum in adjutorium a s. Petro fuisse adscitos, non vero potitos esse ipso primatu.

254. Ceterum quaestionem de potestate sive juribus Ecclesiae[2]) et primatus vel de relatione inter potestatem ecclesiasticam et civilem versarunt quoque Philippus Soler y Bargallo Oriolae in Valentia n. 1710, advocatus, demum canonicus valentinus († 6. Dec. 1781), cujus est *Concordia jurisdictionis ecclesiasticae et secularis:* practicae quaestiones enucleatae saepius ab utriusque in jurisdictionum proelio judicibus controversae et nunc accurate discussae ad explanationem textus in cap. perniciosam 1. de offic. jud. ord., Matriti 1753 t. 1 in f. — Giruti OSB. scripsit *de finibus utriusque potestatis* ecclesiasticae et laicae commentarium, in quo quaedam constituendo generalia principia communi disputantium suffragio plerumque recepta, media tentatur via ad concordiam Sacerdotii et imperii, Lugani 1781. Nititur auctor utcunque restringere potestatem, quam ejus aevi politici imperio civili in rebus ecclesiasticis vindicabant. — Carolus Busaeus S. J. Moguntinus n. 3. Dec. 1714, theologiae professor Fuldae et Bambergae, hujus universitatis etiam cancellarius († 1782) plurimas theses de ejusmodi argumentis propugnandis statuit.[1]) — Rochus Bonola quondam S. J., (ad a. 1768) Novariensis scripsit *La lega della teologia moderna colla filosofia* a danni della Chiesa di G. Cristo, s. l. et a., aureum opusculum, saepe editum et in varias linguas versum, quod meruit laudari a Pio VI. in suo tr. *de nunciaturis.* In eo refellit librum noxium, qui Mediolani prodiit: *Confronto istorico dei nuovi cogli antichi regolamenti* rapporto alla polizia della Chiesa; et elegantes et lepide Jansenistarum et philosophorum contra Ecclesiam conspirantium fraudes ostendit. *Dubbj proposti* alli SS. Professori della facoltà di Pavia, 1790 in 8; quibus opposuit pseudonymus Tiburtius *Risposta,* Ticini 1790. Lettera (ad Scip. Ricci) di A. M. A. D. J. *Originarii diritti episcopali,* adversus Pistorienses, quam Fr. Eugenius Guasco canonicus basilicae liberianae notis auctam sub nomine Sofronii Lago iterum edidit inter *opusculi critici,* Fulginii 1794. Duas alias ep. edidit nomine cujusdam

---

[1]) Cf. de occasione hujus duplicis controversiae Backer 1, 572, in primis Roskovány 3, 736—38, ubi recenset libellos ex utraque parte editos, qui ei adscribit pag. 745 similem *disquisitionem* in Febronii systema de tribus episcopis s. Petri adhuc viventis in romana cathedra successoribus, Coloniae 1772.

[2]) Huc etiam referri possunt Michael August. Olivet Senogallensis, theologiae lector, cujus sunt: *Delle proprietà dei beni del clero,* Romae 1790 adversus manus rapaces quorundam politicorum; *della libertà ed eguaglianza degli uomini* nell' ordine naturale e civile, ib. 1790; *Riflessioni* sulla Memoria trasmessa in Francia da un italiano (ep. Ricci) intorno alle differenze, che passano fra il clero e l'assemblea nazionale, ib. 1792 in 8. — Joseph Marianus Palma (secundum Roskovány 3, 1019 jesuita) scripsit *defensionem cleri gallicani* ab imposturis adscriptae Bossueto declarationis, Ferrariae 1785. — Constitutionem civilem cleri gallicani impugnavit Dionysius Bérardier doctor et syndicus facultatis theologicae parisiensis, n. Corisopiti (Quimper, † 1792) nonnisi discipuli ope capitis periculum (a. 1791) elapsus, cujus est *les Principes de la foi* sur le gouvernement de l'Eglise en opposition avec la constitution civile du clergé ou réfutation du développement de l'opinion de M. Camus, Parisiis 1791 in 8., l. quaterdecies intra mensem ut dicitur editus; *l'Eglise constitutionelle confondue par elle même* ib. 1792. — Auxentius Krupp O. Min. disseruit *de vero ac gemino a Christo instituto societatis ac potestatis ecclesiasticae systemate,* Bonnae 1782, in quo, primatu admisso, regimen monarchicum in Ecclesia negat.

[1]) Cf. Sommervogel II, app. pag. V ss.

archiepiscopi datas Adjacii adversus duas pastorales literas Scipionis 5. Oct. 1787 et 18. Maj. 1788. — Antonius di Foppoli scripsit *l' ultimo tribunale* degl' appelli, lettere dommatiche, Comi 1784 t. 2 in 8; *I fondamenti della dignità pontificia* ossia Risposta all' opusculo intitolato: Lo Spirito della Corte di Roma, ib 1789, opus pereruditum; *della natura* dei sommi Imperi e della ubbidienza ai Principi dovuta, Faventiae 1789. — Joannes de Stracutio reliquit *in pontificii primatus jurisdictionem exercitationem,* Panormi 1784. — Jos. Glötzge in tr. *de variis in hierarchia ecclesiastica ordinibus,* Augustae 1782, connexionem primatus cum sede romana ex jure divino derivat et praecipuum jus primatus in difinitionibus dogmaticis reponit. — Franciscus Moliner S. J. Hispanus (n. 1718; † 1790) scripsit *sobre el Primado del Papa,* 1790. — Emericus Vajkovics S. J. Magnovaradinus n. 22. Jul. 1715, philosophiae et theologiae professor, societate supressa canonicus, dein praepositus colocensis et episcopus auxiliaris († 28. Nov. 1798, secundum alios 1796) plurima reliquit, inter quae diss. *de censura librorum perniciosorum* ac specialiter libertinismo infectorum, Colocae 1791 in 8; *de potestate principum secularium* in censura librorum ib. 1791 in 8; decas diss. ecclesiastico-politicarum *de censoria librorum disciplina,* quarum duabus postremis jam nuper typo datis nunc prima quoque addita est (de origine juris, quod Ecclesia habet in censuram librorum et de usu ejusdem usque ad Innocentii III. aetatem), Pestini 1791 in 8., quae simul iterum editae prodierunt inscriptae: *de censoria librorum disciplina ll. 2* conscripti Posonii 1767, qui subinde annotationibus illustrati annis superioribus parte aliqua in lucem prodierunt, Colocae 1795 in 8; *index alphabeticus* propositionum damnatarum, ib. 1795 in 8; *Iconismus orationis sacrae* practice adumbratus atque magistrorum aureae potissimum aetatis praeceptionibus, quin et verbis fere eorundem in usum candidatorum theologiae conformatus, ib. 1796 in 8; *Examen XII argumentorum* olim ab H. Grotio et aliquorum recentius ab Ad. Fr. Kollár (p. 385) pro imperio summarum potestatum circa sacra allegatorum, ib. 1797, in quo utrumque nimis extollentem cum Ecclesiae praejudicio imperantium potestatem refellit.

255. Mentione dignus est praesertim Ludovicus Cuccagni, collegii hiberni Romae rector, qui strenue josephinismum Ticini in primis grassantem plurimis operibus [1]) impugnavit: *De mutuis Ecclesiae et imperii officiis* erga religionem et publicam tranquillitatem tr., ubi expenduntur et refutantur principia, quibus nititur opus *de tolerantia* ecclesiastica et civili editum a. 1783 (a comite Trautmansdorf famosi Tamburini discipulo † 1814), 1784; Perusiae 1785, sub ficto nomine Laminii: cui opposuit Tamburini *Riflessioni* sopra il Trattato etc., et his auctor noster *Lettere pacifiche,* Romae 1786. *Ragionamento sulla podestà del rom. pontefice,* e sulla obbedienza che gli debbono tutti i cristiani secondo i principj della chiesa gallicana, Romae 1787 in 8; *del matrimonio cristiano* e della divina immediata podestà della Chiesa di apporre ad esso gli impedimenti, che diconsi dirimenti, ib. 1791, adversus Bono (cf. p. 530); *Confutazione* dell' opusc. intitolato: Cosa contengono i documenti della cristiana antichità sopra la confessione auricolare [2]) auctore Eybel, ib. 1787; Diss. *sulla confessione e comunione pasquale; della libertà delle chiese particolari,* de' vescovi de' primi

[1]) Cf. Cernitore, bibl. pol. 41—47.

[2]) De confessione cf. etiam C. Galimberti *Della confessione auricolare* lettere storico-dogmatico-critiche al Cittadino Giov. a Ranza, Crema 1799 in 8.

otto sec. dell' Era cristiana e del loro rispetto ed ubbidienza alla Chiesa romana loro madre e maestra; breve trattato in riposta agl' apologisti (in primis Ricci ep.) dell' assemblea nazionale di Francia, Romae 1792; *Sentimento teologico* sull' analisi delle prescrizioni di Tertulliano dell' ab. P. Tamburini già nel 1784 publicata in Bologna senza nome d' Autore col. tit. *Risposta* d' un teologo ad un amico ove si da la vera analisi di quel l. di Tertulliano. Si confronta colle dottrine degli altri padri e si confutano gli errori di quel preteso analizatore, Romae 1792 ed. 2; *dell' autorità della giurisdizione* della Chiesa e del rom. pontefice sulla erezione e distribuzione de' vescovadi e delle parrochie, sull' elezione e consecrazione de' vescovi e sulla disciplina della Chiesa, ib. 1788 in 8., adversus Vinc. Besozzi, qui ejusmodi auctoritatem duplici opusculo principibus laicis vindicaverat. Contra Besozzi opiniones jam 1783 ediderat quinque epistolas. *Esame* del l. portoghese uscito l' anno santo in Lisbona col titolo: *Analisi* della professione di fede di Pio IV. per A. Pereira (cf. supra p. 353); *Vita di s. Pietro* principe degli apostoli, cavata dalla s. Scrittura ed illustrata colle considerazioni dei ss. padri, ib. 1777; Venetiis 1782 aucta duobus aliis tomis, opus bonum. — Nicolaus Frichignono di Quaregna disseruit erudite[1]) *della politica e regolata podestà giuridizionale della Chiesa,* Taurini 1783—85 t. 2 in 4. in quo adversus Boehmer et Pfaff disputat de jurisdictione Ecclesiae in foro externo. — Liberius Scardoni bene disputavit *degli originarj limiti* della potestà dell' impero e dell' sacerdozio, 1788 in 8.

256. Exarsit quoque hoc tempore controversia de potestate sive Ecclesiae sive auctoritatis civilis in matrimonium christianum[1]). Haud pauci eo usque progressi sunt, ut societati civili seu regibus vindicarent jus statuendi impedimenta dirimentia in iisque dispensandi, vel saltem statuendi ejusmodi impedimenta una cum Ecclesia. Ita Benedictus Oberhauser (p. 507), Luigi Litta canonicus honorarius mediolanensis († 1785 a. aetatis 32) in op. *Del diritto di stabilire impedimenti dirimenti il matrimonio e di dispensarne,* Ticini 1782. 1782 t. 2 ed. 2., secundum quem ad statuenda impedimenta requiritur utriusque potestatis concursus. Eum impugnarunt Fr. X. Llampillas (cf. p. 475) et Zaccaria, qui auctorem alioquin laudat ab ingenii acumine, eruditionis copia et non effrenata in scribendo licentia, in opere *le storte idee raddrizzate* (p. 497). Cum in hoc reprobasset aliam quoque ejusdem auctoris opinionem validam scil. esse absolutionem a casibus reservatis sine speciali superioris facultate, opposuit Litta: *Della sacramentale assoluzione* ne' casi riservati, lettera . . . all' anonimo autore del l. intitolato: *le storte idee* etc., Mediolani s. a. prohibita decr. 5. Febr. 1790; cui respondit Cristianopoli[2])

[1]) Ipse Schulte de eo scribit 3, 536: »Ueberall wird auf die verschiedenen Zweige der Administration z. B. Errichtung, Theilung der Bisthümer, das Eherecht, Rücksicht genommen. Das Werk hat mit der für einen Italiener seltenen Vollständigkeit auch die deutsche und französische Literatur berücksichtigt, ist eine durchaus quellenmässige Arbeit und unzweifelhaft nicht blos die ausführlichste, sondern ziemlich die gründlichste, welche über den Gegenstand selbst vom römischen Standpunkt aus existirt.«

[1]) Martinus Pronath O. S. Ben. in monasterio priflingensi (n. 5. Oct. 1731; † 5. Jan. 1790) annis 21 theologiae lector, dein 20. Nov. 1781 abbas, disseruit de eo quod justum est *in matrimonio infidelium* altero ad fidem converso, Ratisbonae 1780 in 4., de qua controversia egerunt quoque Hil. Robeck (supra pag. 267; cf. N. bibl. eccl. frib. 4, 388—406) et Franciscus Xaverius Schlosser in diss. edita Friburgi 1780 in 8., de qua cf. ib. 159—63.

[2]) Hujus quoque est diatribe *de ecclesiastica potestate,* Romae 1774; *Analisi*

O. Praed. egregio opusculo: *Della nullità delle assoluzioni* ne' casi riservati, Romae 1785. Pro Litta interim defuncto respondit Jo. B. Guadagnini (de quo infra) *Nuove esame* di alcuni testi del Conc. di Trento relativi all' assoluzione nei casi riservati, Ticini 1787, cum duplici *Appendice* ib. 1789, qui tamen libelli prohibiti fuere. — De eodem argumento male scripsit etiam Georgius Siccardi canonicus monteregalensis in op.: *Della validità delle assoluzioni* dai peccati date in virtù del solo ordine sacerdotale senza veruna altra facoltà di approvazione. Verum contrarium ostenderunt Bolgeni, de quo infra, et Joannes Baptista Locatelli Zuccala diss. duabus *de potestate presbyterorum* in administratione sacramenti poenitentiae, Bergomi 1787 in 8. — Pro jure Ecclesiae in matrimonium stetit etiam Romualdus Biagi[1]) (Blasius) O. Camald., qui sub nomine Diodati Nicopolitani scripsit utilissimam *defensionem tridentinorum canonum* de ecclesiastica potestate in dirimentia matrimonium impedimenta adversus Launojum, Tamburini, Naestium aliosque recentiores; accedit anonymi diss. qua contra quosdam theologos propugnatur pontificia auctoritas in eadem impedimenta, Hierapoli 1786, quam secuta est duplex *Nuova difesa*, altera Romae 1788 adversum l. anonymum Cremae 1784 editum: *Del Diritto di stabilire impedimenti dirimenti il matrimonio;* altera Megalopoli 1789 adversus liberculos, qui Neapoli prodierant; *ep. ad anonymum antecessorem* taurinensem, qua illustrantur ejus editae (1788) propositiones de potestate Ecclesiae in matrimonia, Megalopoli 1789 in 8. Antecessor iste anonymus est Jo. Bapt. Augustinus Bono[1]) n. 1738 in oppido Verzuolo prope Salutias, juris (1756) doctor et juris canonici in academia taurinensi professor (1767). Praeter theses illas edidit l. *de potestate Ecclesiae tum principis* seu de jurisdictione; et 1791 tr. *de criminibus ecclesiasticis*, cui adjecit theses septem de usuris, quae impugnatae fuere a vicario s. Officii. Invadentibus Gallis Italiam propensum se illis exhibuit, imo occupato Pedemontio membrum factus est regiminis provisorii, hujusque quoque decretum firmavit, quo basilica Supergae commutaretur in templum gratitudinis in honorem civium fanaticorum ejicerenturque inde regum sepulcra. Sed jam post bimestre (1799) vivere cessavit. — Ecclesiae jus pariter assuerunt Georgius Jos. Ballet in diss. canonica *de potestate* (originali) *Ecclesiae* in statuendis matrimonii impedimentis, Argentinae 1785 in 8. adversus diss. contra hanc potestatem editam Friburgi in Brisgoja 1783, et Alexander Samhaber O. S. Aug., Bavarus, s. theologiae magister, juris canonici in academia moguntina lector, bis provinciae rheno-svevicae administrator († 1790), in tr. *de judice causarum matrimonialium*, Moguntiae 1757 in 4., adversus tr. Launoji *de regia in matrimonia potestate*, contra quem ostendit, soli Ecclesiae ejusmodi competere potestatem. Disseruit quoque *de nexu inter theologiam et jus canonicum*, ib. 1754; 1761. — Petrus Jos. Dufour O. S. Dom. diu theologiae professor in academia tolosana

critica del tr. del S. Le Vayer de Butigny dell'autorità del Rè sopra l'età nesessaria alla professione solenne de' Religiosi, ib. 1772.

[1]) Alius ab eo videtur Clemens Blasius (Biagi) pariter O. Camald. Cremonensis (nisi mutaverit nomen Clementis in Romualdum), qui adversus Bianchi (cf. p. 8) edidit *diss. adversus novum systema Blanchii* de remedio aeternae salutis pro parvulis in utero clausis sine baptismate morientibus, Faventiae 1770 in 4. Certe vero alius est a Camillo Blasio advocato, de quo cf. supra p. 79. Ab istis distingui debet Joannes Ev. Blasi de quo infra.

[1]) Alius ab eo est Joseph de Bonis (dei Buoni), cujus est *de veterum principum erga Ecclesiam catholicam obsequio* l. singularis, Bononiae 1786.

(† p. a. 1789), in *Exposition* des droits des souverains sur les empêchements diriments de mariage et sur leurs dispenses, Parisiis 1787 in 12., contractum matrimonialem a sacramenti ratione prorsus distinguit. Plura alia opera reliquit, ut *de ecclesiastica potestate*, regum ac principum imperio nequaquam metuenda cunctisque hominibus suscipienda et amanda ad normam solemnis declarationis, quam edidit clerus gallicanus a. 1682, 1764; *l' Autorité de s. Augustin et de s. Thomas* dans l'Eglise catholique établié par la tradition du témoignage perpétuellement rendu a leur doctrine, Tolosae 1773; Parisiis 1776 t. 2 in 12; *Lettre d' un théologien* où il est démontré que l'on calomnie grossièrement s. Thomas, quand on l'accuse d'avoir enseigné qu'il est quelquefois permis tuer un tyran et d'avoir posé des principes contraires à l'indépendance des rois, Galliae, 1761 in 12., quam mox secuta est altera epistola [1]).

257. De *re beneficiaria* disputarunt [2]): Jo. Georgius Schloer n. 14. Sept. 1732 juris canonici doctor et professor in academia moguntina (1777), canonicus et consiliarius ecclesiasticus (n. 14. Sept. 1722; † 20. Nov. 1783), cujus diss. vel disceptationes (11) agunt erudite et practice vel de jure beneficiario vel de concordatis Germaniae [1])— et Joannes Jac. Piales (n. c. 1720; † 4. Aug. 1789) advocatus parisiensis, ab a. 1763 caecus, Jansenianorum factioni addictus et familiaris Mey advocati, illius sectae columnae, in re bene-

---

[1]) Cf. Quérard 2, 641.

[2]) De argumentis *singularibus* disputarunt quoque Fr. Ign. Wedekind professor et procancellarius heidelbergensis (n. 1710; † 12. Febr. 1782) ejusque filius Georgius Jos. W. Fuldae n. 6. Jul. 1739, in academia heidelbergensi juris naturalis et civilis professor († 11. Aug. 1789). — Franc. Ant. Haubts n. 23. Mart. 1745, juris canonici et historiae ecclesiasticae in academia trevirensi professor, canonicus (1781) etc., cujus exstat systema primaevum *de potestate episcopali* ejusque applicatio ad episcopalia quaedam jura in specie punctationibus 1. 2. et 4. congressus emsani exposita, Treviris 1788. — Andreas Brauburger parochus bruchsalensis († 1791) scripsit commentationem juris ecclesiastici *de formula reformationis Ecclesiae* ab imp. Carolo V. a. 1548 statibus ecclesiasticis oblata, et a. 1559 variis supplementis aucta adhuc hodie in materia disciplinae ecclesiasticae in Germania pro norma serviente, Moguntiae, cf. n. bibl. frib. 6, 532—36. — Dominicus Schmidt O. Cist. lector historiae ecclesiasticae et juris canonici in monasterio altovadensi et bibliothecae praefectus (n. 23. Nov. 1748; † 11. Aug. 1796). — Fabianus a s. Friderico Zankl sch. p. (n. 1715; † 1782). — Christophorus Hauke respondit ad q. Was denkt und sagt die Kirche *von der Ehe und Ehelosigkeit der Priester*, Brunae 1793 in 8. — Jo. Schott juris canonici Bambergae professor (1776—95) et canonicus, a consiliis ecclesiasticis et in negotiis ecclesiasticis referendarius (n. 1746; † 29. Apr. 1798), disseruit *de legatis natis*, Bambergae 1778, de qua diss. cf. bibl. frib. 6, 164—69; Schulte 3, 283. — Jo. Philippus Stainhauser de Treuberg, a. 47 juris professor Salisburgi (n. 15. Maj. 1720; † 15. Apr. 1799), praeter alia (cf. ib. 3, 326) scripsit *de principiis juris publici ecclesiastici* in specie, ubi de concordatis nationis germanicae cum curia romana, Salisburgi 1773 in 4. Cf. Wurzbach 30, 100-104; Sattler Collect. p. 430ss. — Wigandus Kamper edidit *historiam indulgentiarum* cum reflexionibus dogmaticis, Moguntiae 1786, in qua multa congerit contra jus pontificis concedendi indulgentias. Adversus eum scripsit J. P. Jacobi *vindicias indulgentiarum* ad mentem universalis Ecclesiae et primitivae et modernae, Moguntiae 1788. — De Mohl et Wanner cf. Roskovány 3, 958. 973. 961 — de Joanne Cantio Toryani in academia cracoviensi professore et insigni concionatore († 1783) Wurzbach 46, 166. — P. Bodosse disseruit *de bullis et brevibus apostolicis*, Romae 1793. — Alexius Pagetti ostendit in suis disquisitionibus *in civile imperium* ex jure canonico (Romae 1794) potestates laicas non judices sed ministros, exsecutores, defensores esse Ecclesiae. — De Fr. X. Huter theologiae lectore et praeposito Straubingae (n. 1749; † 13. Aug. 1790) cf. Reusch Allg. d. Bi. XIII, 459.

[1]) Cf. ib. 3, 955 ss.; Waldmann biogr. Nachrichten p. 54 ss.; Schulte allg. d. Bi. 31, 529.

ficiaria secundum praxim, quae praecessit rerum omnium subversionem, bene versatus de hoc argumento reliquit sex majora opera[1]). Coepit quoque *Histoire de la Conception de la S. V.* et des contestations excitées dans l'Eglise sur la qualité de cette conception, cujus tantum p. 1. prodiit Coloniae (Parisiis). — *De sacris utensilibus* cum s. rotae romanae decisionibus disputavit de Albertis, Romae 1783 t. 2 in f. — *De re domestica episcoporum* ad can. 4. renovatum a conc. tridentino sess. 25 cap. 1: „Episcopus vilem supellectilem et mensam ac victum pauperem habeat, et dignitatis suae auctoritatem fide et vitae meritis quaerat". commentarium (Romae 1747 in 4.) scripsit Jos. Maria Caraffa dux de Montenigro congr. theat. Nolanus n. 14. Mart. 1717, juris canonici apud sodales lector, in Sapientia romana historiae ecclesiasticae professor (1749), episcopus triventinas (1754), mox (1756) miletinus, demum (1778) secretarius congregationis episcoporum et regularium († 7. Sep. 1786). Disserit quoque *de capella regis utriusque* Siciliae et aliorum principum l. unus, Romae 1749 in 4; Neapoli 1772 auctior et emendatior; *de gymnasio romano* et de ejus professoribus ab U. c. usque ad haec tempora, Romae 1751 in 4. — Constantinus Langhayder[2]) OSB, in monasterio cremifanensi (n. 13. Jul. 1726; † 29. Dec. 1787), juris utriusque doctor, juris canonici professor in universitate salisburgensi, cujus etiam fuit rector magnificus ab a. 1766, archiepiscopo ab intimis consiliis. Spiritus erat pacifici inter duas partes sibi contrarias, quarum una novitatis studio fervebat, altera antiquitatis erat tenax. Solide disseruit *de multiplici privilegiorum significatione* eorumque notione genuina et affectionibus propriis, Salisburgi 1766 in 4; sed non bene *de legatis et nunciis pontificum* eorumque fatis et potestate commentatus est, ib. 1785. — Matthaeus Aloysius Simoni reliquit *de origine immunitatis ecclesiarum* diss. historico-criticam, Vercellis 1787. — Joannes Nep. Endres Wirceburgensis (n. 1731; † 4. Maj. 1791), theologiae et juris utriusque doctor, Barthelii (p. 219) familiaris et postea in cathedra juris canonici successor, canonicus et consiliarius ecclesiasticus de variis argumentis disputavit, etiam de libertatibus ecclesiarum Germaniae[1]).

258. Jam ad theologiam *moralem* transeamus. Primus hic nobis occurrit s. Alphonsus Maria de Ligorio (Liguori) natus Neapoli 27. Sept. 1696, qui adolescentia sanctissime transacta, postquam a. 10 advocatum egerat spretis mundi blanditiis et honoribus, quos praeclaris ingenii sui dotibus certissime esset consecutus, totum Dei obsequio animarumque saluti se mancipavit. Hanc ut impensius, efficacius et constantius promovere posset, fundavit cum aliquot sodalibus congregationem ss. Redemptoris (1732). A Clemente XIII. factus est invitus et prae humilitate reluctans episcopus s. Agathae Gothorum (1762). Ardentissimum s. Caroli Borromaei zelum in se conjunxit cum amabilissima mansuetudine s. Francisci Salesii. Infatigabili alacritate

[1]) Cf. Quérard 7, 130; Feller 6, 534; Biogr. univ. 34, 245.

[2]) Hujus frater et sodalis in eodem monasterio Meinrad L. (n. 11. Febr. 1731; † 23. Sept. 1792) philosophiae professor in universitate salisburgensi (1765—67) triplicem edidit diss. *de philosophia Germanorum*, Salisburgi 1766. 1767 in 4. — Alter frater Silvester L. ejusdem monasterii sodalis (n. 19. Jun. 1717; † 4. Sept. 1794), in nobilium academia juris canonici, postea juris civilis professor, archivarius et etiam insignis architectus plura liquit edita et inedita ad jus spectantia. Cf. Guppenberger Bibliogr. des Clerus der Diöcese Linz p. 116 s.

[1]) Cf. Baader 1. I, 144; N. bibl. eccl. friburg. 1, 700—709; 6, 541—46; Meusel III, 115.

et vere apostolica sollicitudine omnibus omnia factus ovium sibi commissarum salutem promovit. Laboribus morbisque fractus post iteratas, diuturnas enixasque preces impetravit a Pio VI. missionem ab onere episcopali (1775), non tamen ut otiosus quiesceret, sed ut animae saluti vacaret et cum aliter propter corporis infirmitates non posset, saltem precibus scriptisque proximos juvaret. Piissime obiit 1. Aug. 1787. Nolumus fusius ejus virtutum exempla prosequi, cum ea Ecclesia catholica comprobaverit et ultra omnes ea norint [1]), hinc Pius VII. eum inter beatos 6. Sept. 1816, et Gregorius XVI. a. 1839 inter sanctos retulit. Ejus de scientia theologica merita, in primis de theologia morali, tanta fuere, ut rarissimo exemplo meruerit a Pio IX. ad petitionem 39 cardinalium, 10 patriarcharum, 544 episcoporum, 25 praepositorum generalium ordinum et 4 facultatum theologicarum doctor universalis Ecclesiae catholicae declarari (1871). »Nam ipse errorum tenebras, inquit [2]) Pius IX., ab incredulis et Jansenianis late diffusas doctis operibus, maxime theologiae moralis tractationibus, dispulit atque dimovit. Obscura insuper dilucidavit dubiaque declaravit, cum inter implexas theologorum sive laxiores sive rigidiores sententias tutam straverit viam, per quam christifidelium animarum moderatores inoffenso pede incedere possent.« Impugnata quidem fuit acerrime s. Doctoris doctrina moralis, imo delata ad supremi pastoris tribunal tamquam perniciosa. Verum ea vicit, talisque fuit victoria, »ut adversariorum scripta in oblivione jaceant, eorumque nomina tantum noscantur, quia ipsi miseram sortiti sunt gloriam, ut nimirum a tam sancto et docto viro refutarentur. Alphonsi vero scripta sedis apostolicae approbationem consecuta, misericordiam, benignitatem et dulcedinem Cordis Jesu sacris tribunalibus reddiderunt. Ipsa omnes avide et suaviter legunt . . . ipsa in scholis catholicis acceptata jure merito tamquam tuta, sana ac perpetua regula ab ipsis reputantur [1])«. Et merito cum post tot pontificum (nullus enim a Benedicto XIV. fuit, qui ejus doctrinam encomiis non exornaverit) testimonia [2]) de sanitate doctrinae moralis ejus dubitare nefas sit. Ita Gregorius XVI. in bulla canonizationis declarat: »Illud vero in primis notatu dignum est, quod licet copiosissime scripserit; ejusdem tamen opera inoffenso prorsus pede percurri a fidelibus posse, post diligens institutum examen perspectum fuerit«. Et ultra sexcentos sacrorum antistites ex omnibus Orbis regionibus uno ore pronunciant: »Ipsa (scripta moralia s. A.) in scholis catholicis acceptata jure merito tamquam tuta, sana ac perpetua regula ab ipsis reputantur;« ac pro-

[1]) Cf. Dilgskron Leben des h. Alfons M. L., Ratisbonae 1887 t. 2; Barth. congr. ss. Red. S. Alphonse de L., Paris 1900 ed. 2, Tannoja Della vita ed instituto di s. A. ll. 4, 1798—1802; Torino 1857 emendata cura P. Chiletti. Copiosam literaturam de s. doctore dat Hellbach KL. VII, 2023—52.

[2]) In decret. Urbis et Orbis 23. Mart. 1871 *super concessione tituli Doctoris.* Quae fere repetit in literis apost. 7. Jul. 1871 super confirmatione tituli Doctoris, praemittens: »Neque enim sine providentissimo omnipotentis Dei consilio factum est, ut, quum jansenistarum doctrina novatorum oculos in se converteret errorisque specie multos alliceret ageretque transversos, tunc potissimum exstaret A. M. de Ligorio . . . qui bonum certans certamen os suum aperiret in medio Ecclesiae, scriptisque doctis et laboriosis istam ab inferis excitatam pestem radicitus evellendam et ab agro dominico exterminandam curaret.«

[1]) Ita ad rem legimus in *supplici lib.* a plurimis em. S. R. E. cardinalibus, necnon rñis patriarchis, archiepiscopis et episcopis ex variis orbis regionibus pro impetranda doctoratus declaratione subscripto et Pio IX. oblato n. 6.

[2]) Cf. eadem chronologice disposita in vindiciis alphonsinianis diss. prooemialis § 1.

pterea petunt ut solemniter universalis Ecclesiae doctor renuncietur, cum ipsa praxi et facto doctoris instar jam in universa Ecclesia habitus fuerit. Et quantum in ejus doctrinae moralis commendationem cedit s. Poenitentiariae declaratio 5. Jul. 1831: s. theologiae professorem opiniones, quas in sua theologia morali profitetur s. Alphonsus, sequi tuto posse ac profiteri, nec inquietandum esse confessarium „qui omnes ejusdem sancti sequitur opiniones" in praxi sacri poenitentiae tribunalis, „quin perpendat momenta rationesve", quibus variae nituntur opiniones, sed hac sola ratione, quod a s. Sede apostolica nihil in ejus operibus censura dignum repertum fuerit. Imo interrogata s. congregatio, utrum quis non obstante juramento, quo cum gradus academicos obtinuit promiserit, se universitatis (quae probabiliorismum et probabilioristarum sententias sequitur) doctrinam retenturum, possit juxta illam decisionem 5. Jul. 1831 editam tanti Sancti doctrinam in omnibus tenere, tradere et tueri, an hoc obstet praefato juramento: respondit eadem 19. Dec. 1855 negative, scil. non obstare. Quare et ipsa s. congregatio in suis responsis saepe remittit ad probatos auctores, nominatim et etiam praesertim ad s. Alphonsum. Doctrinae praestantiam testantur innumerae etiam operum s. doctoris editiones et versiones, per orbem diffusio et usus, cum vix alicujus recentioris theologi opera adeo per orbem sint sparsa et in omnium fidelium manibus, quam libri s. Alphonsi.

259. Quare potius pro more potiora s. Doctoris opera recensebimus: non tamen indicabimus omnes vel praecipuas editiones, sunt enim ut diximus, innumerae. „Illud vero omnino mirandum, pronunciat verissime Gregorius XVI. in bulla canoniz. n. 7, quod licet in apostolici functione muneris perpetuis occupationibus detineretur atque adeo omni cruciatuum asperitate sua membra torqueret ac debilitaret, tanta nihilominus mentis alacritate in rerum sacrarum studiis versari ac tantum insumere temporis potuerit, ut doctis aeque ac laboriosis operibus in lucem editis rem christianam mirifice juverit. Enimvero ut se suasque vitae rationes omnes divino cultui devoveret, maxime arduum ac novi pene generis votum emisit, ut ne tantillum quidem temporis otiose, verum perpetua in actione traduceret. Plurimos sane conscripsit libros sive ad morum doctrinam tuendam, sive ad plenam sacri ordinis institutionem, sive ad confirmandam religionis catholicae veritatem, sive ad asserenda hujus s. sedis apostolicae jura, sive ad pietatis sensum in christianorum animis excitandum. In iis porro inusitatam vim, copiam varietatemque doctrinae, singularia ecclesiasticae sollicitudinis documenta, exquisitum religionis studium demirari licet". Initium facimus ab iis operibus[1]), quae referuntur ad theologiam *moralem*. Praecipuum est ejus *theologia moralis:* cui operi praelusit editione *Medullae theologiae moralis* H. Busembaum S. J. cum adnotationibus, 1748 in 4., quae haberi potest veluti ed. 1., quam secuta est 1753 et 1755 ed. 2. t. 2 in 4. variis diss. aucta et elencho 99 prop. emendatarum; 1757 ed. 3. in 3 t. cum diss. P. Zaccaria S. J. super theologia casuistica; 1760; 1763; 1767; 1773; 1779; 1785, quae ed. aliis aliisque diss. prius seorsim editis sunt auctae. Haec ed. 9. approbata est a s. Sede cum reliquis s. doctoris libris 18. Maji 1803 tamquam „nihil censura dignum continens;" subjiciuntur ei 1. elenchus aliquot quaestionum a s. auctore retractatarum (125); 2. praxis confessarii ab bene expiendas confessiones, quae

[1]) Cf. Fr. Meffert Der h. Alphonsus v. L., Mainz 1901 diss. ab universitate wirceburgensi praemio donata, in qua accurate agitur de Sancti operibus.

primum italice prodiit a. 1748; 3. examen ordinandorum; 4. epitome doctrinae moralis et canonicae Benedicti XIV. auctore Mansi (pag. 131). Novam ed. curavit Heilig Mecheln 1845; Paris 1857; emendatam notisque opportunis auctam curavit P. Mich. Haringer Ratisbonae 1879—81 t. 8 in 8. ed. 2. omnium forte optima. *Istruzione e pratica per li confessori* 1756 t. 3 in 8; Neapoli 1765 ed. 6; saepissime et variis in locis edita; Bassani solum ad a. 1798 decies, latine versa et inscripta *Homo apostolicus,* 1759 ed. admodum mendosa; 1763; Bassani 1770; diss. scholastico-moralis *pro usu moderato opinionis probabilis* in concursu probabilioris, Neapoli 1749; 1755; in ed. sequentibus non nihil immutata et aucta; breve diss. *sull' uso moderato dell' opinione probabile,* Neapoli 1762, eodem anno ab auctore latine reddita; *risposta apologetica* ad una lettera d'un religioso circa l'uso dell'opinione egualmente probabile, 1764; *Apologia* in cui si difende la diss. circa l' uso moderato dell' opinione probabile (a. 1762) dalle opposizioni fatte da un m. R. P. Lettore (Patuzzi cf. pag. 226), che si nomina Adelfo Dositeo, una cum app. super eadem materia, Bassani 1765; *dissertazione:* si prova, che quando l'opinione, che sta per la legge non è convincente o non è almeno più probabile della contraria, ella non obliga, 1765; *dissertazione:* la legge incerta non può indurre una obbligazione certa, 1765: *Apologia della teologia morale,* tacciata da alcuni per lassa, come seguace del lasso sistema probabilistico e specialmente dell' opinione meno probabile, 1769, quam latine vertit inseruitque operi *Homo apostolicus; Monitum* pertinens ad q., an usus probabilium opinionum sit vel ne licitus aliquando, 1772; *dichiarazione del sistema* che tiene l'Autore intorno alla regola delle azioni morali; e si risponde ad alcune nuove oposizioni che gli vengono fatte, 1774. In omnibus hisce scriptis, rejecto laxismo et rigorismo, verum tuetur, solidum atque genuinum *probabilismum;* falsumque prorsus est eum tueri aequiprobabilismum, communem seu probabilismum simpliciter dictum rejicere. Si vero tuetur in conflictu sententiae probabilis cum probabiliori hanc esse sequendam: loquitur de ea sententia, quae *certo* et sine haesitatione *notabiliter* sit probabilior, adeo ut prae ea altera jam non amplius possit dici *solide,* sed tantum *tenuiter* vel *dubie* probabilis. Quod si sententia probabilis non obstante probabiliori opposita retineret *veram solidamque* probabilitatem, ipse s. doctor testatur, »nostram sententiam, nempe quod *liceat sequi opinionem probabilem* pro libertate, relicta probabiliori, esse longe probabiliorem sive probabilissimam, imo *moraliter* sive lato modo *certam*[1]«. Diss. *de absolutione neganda* clerico habituato in vitio turpi cupienti initiari in sacris, Neapoli 1751; *Avvertimenti ai confessori novelli; il confessore diretto* per le confessioni della gente della campagna, Beneventi 1764; *dimande* che possono farsi a' sacerdoti che voglion prendere le confessioni di varie cose che più si appartengono alla pratica; opusc. *pro confessariis* tractans de rebus scitu magis necessariis. Horum plura prodierunt collecta Neapoli 1755 vel subjecta reperiuntur variis ed. theologiae moralis. *Omnia opera* moralia coeperunt prodire collecta cur. Leon. Gaude, Romae 1907 ss. notis criticis illustrata. Hactenus (1909) prodierunt jam t. 3.

[1]) Hanc enim thesim statuit in diss. *pro usu moderato opinionis probabilis* in concursu probabilioris, quam egregie propugnat nec unquam retractavit. Cf. inter alia diss. Ballerinii a. 1863 lectam et Romae 1864 editam *de morali systemate* s. Alphonsi M. de Ligorio; Katholik 1874 I, 156 ss. De controversia cum Patuzzi cf. supra et Döllinger Gesch. der Moral-Streitigkeiten I, 423 ss.; Vindiciae Alphonsianae, Romae 1873; Tournay 1874 ed. 2. aucta.

260. Inter innumera opera ascetica ubique nota, nam unctione singulari excellunt, eminent: *Del gran mezzo della preghiera* per conseguire la salute eterna e tutte le grazie che desideriamo da Dio, Venetiis 1759; quod ipse sanctus omnium suorum opusculorum utilissimum censuit; *Pratica di amare G. Cristo,* 1768. *Visita al Ss. Sacramento* ed Maria SS.; *Le glorie di Maria,* 1750; *Selva di materie predicabili* ed istruttive, 1760; Neapoli 1799 etc., Quaedam indicabimus, quae theologiam dogmaticam sed stilo ad populi captum concinnata spectant: *Verità della fede* fatta evidente per li contrasegni della sua credibilità, Neapoli 1762; *Verità della fede* contro i materialisti che negano la religione rivelata ed i settari che negano l'esistenza di Dio, i deisti che negano la Chiesa cattolica essere l'unica vera, 1767; Neapoli 1777; cui duplicem adjecit appendicem adversus Voltaire et Helvetium; *Riflessioni* sulla verità della divina rivelazione contro le principali opposizioni de' deisti, 1773; *Condotta ammirabile* della divina providenza in salvar l'uomo per mezzo di G. Cristo, Neapoli 1775; *opera dommatica* contro gli eretici pretesi riformati, 1769, scil. expositio articulorum fidei a s. conc. tridentino definitorum et refutatio errorum haereticorum, cui subjecit duplicem tr. 1. del modo come opera la grazia, ubi impugnat Berti jansenismo, ut ipse censebat, infectum et cujus sententiam reprobaverat jam in l. *Del gran mezzo* etc.; 2. dell' ubbidienza dovuta alle definizioni del concilio e per conseguenza alla Chiesa cattolica romana fuori di cui non vi è salute; *Trionfo della Chiesa* cioè istoria delle eresie colla loro confutazione, Neapoli 1772 t. 3; *vindiciae pro suprema pontificis potestate* adversus J. Febronium, 1768; *Riflessi* spettanti alla dichiarazione dell' assemblea di Francia (1682) circa l'infallibilità del Papa, 1765; *diss.* super prop. 29. damnatam ab Alexandro VIII: „Futilis et toties convulsa est assertio de pontificis rom. supra concilium oecumenicum auctoritate atque in fidei quaestionibus decernendis infallibilitate," 1748; diss. *super censuris* circa immaculatam b. V. Mariae Conceptionem, 1748, in quibus diss. utrumque dogma strenue tuetur; *Risposta* ad un anonimo, che ha censurato ciò che ha scritto l'autore nel c. 5 § 1 della 1. p. *delle Glorie di Maria* (1750), 1756. Ibi scil. s. Doctor propugnaverat, b. V. Mariam a Dei constitutam esse dispensatricem omnium gratiarum. *Dissertazioni* teologiche e morali appartenenti alla vita eterna, Neapoli 1776. Adversus infamem diss. Antonii Guyard (IV[3], 1642) italice versam *sull' onorario delle messe,* quod ille abrogatum voluit ut hae cessarent, scripsit *Risposta* al libro di un autore anonimo etc., 1769; Diss. *de justa prohibitione librorum* [1]) 1759; *vittorie de' martiri* ossia la vita di moltissimi ss. martiri, Venetiis 1777 t. 2 in 12. Ejus opera collecta prodierunt Neapoli 1842—47 t. 38; Taurini 1887 etc. *epistolae*[2]) Monza 1831 t. 2 in 8; Romae 1887—90 t. 9 quibus continentur ep. 1463; germanice Ratisbonae 1892—94 t. 3. Omnium opp. versionem germanicam curarunt sodales Hugues et Haringer Ratisbonae 1840 ss.

261. Praeter s. Alphonsum [3]) Andreas Lazzari Urbinas n. 16. Aug.

---

[1]) Cf. plura de op. s. Alphonsi deque eorundem praestantia in op. *Concessionis titulo doctoris* etc. in honorem s. Alphonsi etc. seu acta doctoratus, Romae 1870 in f.

[2]) Cf. de iis Katholik 1891, II, pluribus art.; Zeitschr. f. kathol. Theologie XIX (1895), 735—41; hist. pol. Bl. 116 (1895), 313—28; 404—23.

[3]) Praetermittimus Urbanum a s. Elisabetha O. Carm. Disc. provinciae brabantinae exprovincialem, theologiae et s. Scripturae lectorem, qui *examen theologico-scripturisticum* seu responsiones scripturisticas concernentes theologiam moralem collegit, Coloniae Agrippinae 1782

1854, juris utriusque doctor, eloquentiae professor et seminarii pisaurensis rector, archipresbyter et protonotarius apostolicus, ex Antoine, Cuniliati, Habert, Concina, Ferraris, Tournely, Reifenstuel deprompsit *Institutiones morales,* Jesi 1781; Lucae 1783 t. 3 in 4; Principj prattici *dell' arte oratoria* sacra e profana, Venetiis 1786. *Lettere inedite* Muratorii typis dedit, ib. 1783 t. 2 in 8; 1789: *Dell' Epigrafia,* Foligno 1784; *del modo di distinguere* le false Iscrizioni dalle vere, e delle sigle principali etc., ib. 1784; et plures diss. de urbe patria aliisque argumentis historicis. Hinc erat plurium societatum doctarum membrum [1]).

— Franciscus Antonius a Goritia O. Cap., religiosus clarissimus, quem Pius VI. in suo itinere viennensi benigne excepit († 1784 a. religionis 55), *Epitomen theologiae canonico-moralis* 233 tabulis omnes materias practicas exhibentem confessariorum, examinatorum necnon examinandorum usibus accommodavit, 1795, opus posthumum a sodali Hieronymo de Goritia absolutum, saepius editum, Venetiis 1805; Parisiis 1821; 1825; 1829; 1837; Bassani 1838. — Sebaldus Minderer O. S. Franc. n. Augustae 20. Maj. 1710, theologiae lector, definitor generalis et provincialis († 30. Nov. 1784), adjecit *supplementum* theologiae morali P. Benj. Elbel (IV[3], 1635) de indulgentiis in genere et specie necnon de jubilaeo pp. 6, Augustae 1763 in 8., disseruitque *de antiquitate, utilitate ac necessitate theologiae scholastico-dogmaticae,* Passavii 1746 in 4. — Fridericus a Jesu (nomine familiae Schelhorn) O. Carm. Monachii n. 6. Nov. 1721, ordinem ingressus 24. Jun. 1740, juris canonici lector erat et provinciae suae (1778) praepositus († 16. Oct. 1788), collegitque [1]) universam *theologiam moralem tripartitam* ex operibus Benedicti XIV. necnon ex casibus conscientiae de ejusdem mandato propositis et resolutis, ac doctrinis s. Thomae Aq. accommodatam, Augustae V. 1780 t. 3 in 8; *Lexicon scripturisticum* multiplicem s. Scripturae sensum ordine alphabetico exhibens, ib. 1782 in 8; *Lexicon theologicum* communiorem theologorum sensum et mentem ordine alphabetico continens, ib. 1784 in 8; *Cultus sanctorum,* 1755; *qq. sacrae* responsionibus concionatoriis pro omnibus anni dominicis ac praecipuis festis explanatae, ib. t. 4 in 12. et quamplura opuscula ascetica. — Wenceslaus Schanza Brunensis n. 1744, theologiae moralis primum Olomucii

ed. 2. in 8. — Bonaventuram a Coccaleo Cap. fratrem Viatoris pag. 258), cujus sunt *instituta moralia* theologi lugdunensis aucta et illustrata, Mediolani 1760; 1765. 1771 t. 2 in 8., quae tamen ipsius fratri quoque tribuuntur; la storia *de auxiliis* del P. G. Serry Dom. tradotta e compendiata, Brixiae 1771 sub nomine Rambaldi Norimene. — Ign. de Fabiani, qui edidit *Grundsätze der christlichen Sittenlehre,* Viennae 1788 — in primis vero Jacob. Danzer OSB. n. 4. Mart. 1743 Lengfeldae in Svevia, Salisburgi theologiae professorem (1734), liberiorum imo pelagianarum opinionum fautorem et vitae non satis exemplaris: quapropter ab ipsa facultate theologica delatus fuit apud tribunal ecclesiasticum: unde etiam cathedrae renunciavit (1792), habitum s. Benedicti exuit decessitque canonicus buchaviensis 4. Sept. 1796. Ejus praeter alia sunt: *Anleitung zur christlichen Moral,* Salisburgi 1792—1803 t. 3 in 8., ed. 3, plane anthichristiana, de quo op. cf. Brück die rationellen Bestrebungen S. 16 ss.; Studien u. Mittheilungen aus dem Benedictinerorden 1884 I, 371; *Beiträge* zur Reformation der christl. Religion überhaupt und der kathol. Dogmatik insbesondere, Ulmae 1793 in 8; Sattler Collectaneen p. 511—17; 523—535. — Alius ab eo est Josephus Melchior Danzer (n. 1739; † 10. Maji 1800) in physica et mathesi bene versatus, quas disciplinas etiam professus est Straubingae et Monachii, sectioni pro reformandis studiis addictus et consiliarius ecclesiasticus. Reliquit etiam quaedam ad disciplinam morum spectantia.

[1]) Cf. Bibl. pic. V, 245 ss.

[1]) Cf. Veith biblioth. august. alphab. X, 123—27.

(1477), dein in universitate viennensi (1784; † 27. Sept. 1787), postquam edidit de theologia morali *positiones,* Brunae 1780 t. 2; 1786; et *theologiam moralem* 1784, redegit *Moralem christianam* in systema locis s. Scripturae, traditionis et decretis a suprema potestate latis illustratam, Viennae 1785—88 t. 4 in 4., quae aliquot annis in praelectionum usum adhibebatur. — J. S. Steininger collegit *vollständige Moraltheologie* oder sittliche Gottesgelehrtheit aus der hl. Schrift, den Kirchenvätern etc., Augustae 1788—90 pp. 6 in 8. — Aemilianus Reif OSB. Benedictoburanus, Bavarus (n. 16. Mai 1741; † 9. Jun. 1790), theologiae doctor et theologiae moralis in universitate ingolstadiensi professor (1781—90), publicae luci dedit *systema theologiae moralis christianae* justis theorematibus conclusum, Ingolstadii 1787. 1788 t. 2 in 8. — Ludovicus Wagemann S. J. Biberacensis, theologiae moralis diu professor (n. 26. Jul. 1713; † 26. Jan. 1792), elaboravit *Synopsim* theologiae moralis, Oeniponti 1762 t. 3 in 8; 1765 ed. aucta; 1769, ex qua collegit *Manuale,* Dilingae 1772 in 8. — Theresii a Jesu O. Carm. sunt *theologiae revelatae dogmata* theoretica et practica, Wirceburgi 1793; *oeconomia divinae revelationis,* ib. 1791; *theologia moralis* pro recta monialium disciplina, Catalagironi 1785 t. 2 in 4. — Ant. Jos. Rosshirt n. Sulzfeldae ad Moenum 22. Jul. 1746, theologiae moralis Wirceburgi professor (1779), canonicus et consiliarius ecclesiasticus († 14. Apr. 1795), elaboravit *institutiones* institutionibus theologiae moralis P. Voit substituendas, Wirceburgi 1789 in 8., in quibus usus est haud parum institutionibus Buddei theologi lutherani. — Ludovici Bauer[1]) *theologia moralis* prodiit Moguntiae 1796 t. 2 in 8. — Jo. Leon. Becker, theologiae professor, consiliarius ecclesiasticus moguntinus mali spiritus, canonicus wormatiensis et aschaffenburgensis († 1799), scripsit *theologiae moralis compendium,* Moguntiae 1789 in 8; programma *de reformanda theologia morali,* ib. 1790, libri sine ullo pretio et rationalismo infecti.

262. His ex aliis nationibus addantur Jos. M. Pavone congr. ss. Redemptoris — Franc. Friso juris utriusque doctor, theologiae moralis lector et parochus patavinus († 10. Mart. 1782 a. aetatis 87), cujus sunt *institutiones morales,* Patavii 1751 in 8; 1769 — et Jos. Petrus Cotelle de La Blandinière, aliquamdiu congr. s. Sulp. Lavallensis n. 24. Jan. 1708 parochus, in seminario andegavensi lector theologiae, vicarius generalis et archidiaconus blessensis † 1795 a. aetatis 87), qui continuavit *collationes andegavenses* (cf. IV[3], 1305), Andegari 1746 ss.: propterea collaudatus a comitiis cleri gallicani et stipendio donatus (1780), sed a Jansenianis male habitus ob strenue defensa jura hierarchiae ecclesiasticae. Prodierunt auctore Parisiis 1829—30 t. 16 in 8. et 24 in 12. Eum impugnarunt *Nouvelles ecclésiastiques* (1785) et praesertim famosus Maultrot in ll. *Défense du second ordre,* 1787 t. 3 in 12; *Défense des droits des prêtres* dans le synode, 1789, quibus respondit auctor noster in collationibus agens de hierarchia. Se opposuit quoque constitutioni civili cleri, unde omnibus redditibus senex grandaevus privatus subsidiis piarum per-

[1]) Alius a Gilberto Bauer (Baur) O. Praem. in canonia marchtallensi lectore theologiae scholasticae et moralis, qui eodem floruit tempore. Plura reliquit quae spectant ad theologiam pastoralem (cf. Goovaerts I, 41), inter quae etiam: *Kurze Anzeige* von der Ungewißheit des Todes bei todscheinenden Personen sammt den kräftigsten Mitteln die Gewißheit des Todes zu erfahren, nebst Hilfs- und Rettungsmittel etc. Augsburg 1782 in 8.

sonarum sustendandus erat[1]). — Ant. Jos. Rodriguez OSB. n. 1705 Emeritae in Lusitania, in scientiis naturalibus, etiam in medica bene versatus, philosophiae aristotelicae infensus, academiarum matritensis et hispalensis socius († 1781), reliquit praeter alia[2]) tr. *theologiae moralis et juris civilis*, Matriti 1788 t. 4 in 4; *demonstrationem religionis christianae*, ib. 1762 in 8; *Biblioteca Española* Matriti 1781—86 t. 2 in f., quorum 1. complectitur scriptores rabinos, 2. gentiles et christianos usque ad sec. XIII., opus eruditum. — Josephus a Matre Dei reliquit *praelectiones* in universam theologiam moralem Matriti 1788 t. 4 in 4. — Celebrem cursum theologiae moralis salmanticensem in compendium redegit Emmanuel a s. Ambrosio — Th. Borowicz *theologia moralis contracta* Wratislaviae 1790 t. 2 in 8. lucem aspexit.

263. Ludov. Rompel O. Praed. in universitate heidelbergensi theologiae moralis professor († 1784) disseruit *de actibus humanis* eorumque regulis, Heidelbergae 1779 in 4; *de contractibus* et de virtute temperantiae, ib. 1778 in 4. — Alb. Antonius Bonanome O. Praem. Pragensis (n. 13. Jun. 1724; † 28. Jul. 1785) quaedam minoris momenti reliquit. — Norbertus Reders O. S. Franc., Paderbornensis (n. 6. Jul. 1748; † 15. Jan. 1792), proposuit doctrinam catholicam *de decem praeceptis decalogi* et septem N. L. sacramentis, Halberstadii 1787 in 4. — Beda Schallhammer[3]) O. S. Ben. Altachensis (n. 1736, † 23. Jan. 1791) Salisburgi philosophiae professor, scripsit Aliquid ex theologia contra grande nihilum seu diss. *de magia nigra* critico-historicam, Salisburgi 1769 in 4. — Carolus Maybaum S. J. Westphalus, in academia trevirensi theologiae moralis professor disseruit *de jubilaeo ecclesiastico* Augustae Tr. 1775. 1776 pp. 2; *de advertentia ad peccandum requisita*, ib. 1781 in 4; *de matrimonio infidelium*, ib. 1782 in 4; *de furto*, ib. 1784 in 4. — Caspar Bertalazzone abbas can. lat. Taurinensis erudite disseruit sopra *il precetto del digiuno quadragesimale* stabilito sull' apostolica tradizione, Romae 1790, et *sull' antichità del precetto di astenersi dalle opere servili* ne' giorni di festa, Romae 1788 in 8., quam opposuit Pii Costae *Ragionamento* sull' astinenza dell' opere servili ne' di festivi, Papiae 1787, qui contenderat, fideles neque lege divina neque ecclesiastica universali obligari ut se ab operibus servilibus abstineant, imo hanc praxim effluxisse e judaismo et gentilismo. — Francisci de Criptis Castri exstant *disquisitiones theologico-morales*, Assisii 1793 t. 3 in 8. — De usura disseruerunt Bartholomaeus de la Port (n. 1699; † 1786), factioni jansenianae addictus in *Principes théologiques, canoniques et civils sur l' usure*, 1769 t. 3 in 12., quibus adversus Mignot (p. 221 a.) *Traité des prêts de commerce*, 1767 t. 4 in 12., adjecit t. 4., et in duplici alio libro; et Jo. B. Gulielmus Gratien (cf. supra p. 300 a.), cujus est tr. *de contractibus usurariis*, Carnuti 1790. — *Casus* collegit Josephus Carina S. J. Dalmata t. 4 in 8. (n. 12. Oct. 1712-1791).

264. Ad controversiam *de probabilismo* spectat Emmanuel de Payva S. J. Lusitanus n. 24. Febr. 1725, philosophiae et theologiae professor, qui obiit Cesenae in exsilio. Ejus sunt *Probabilismus vindicatus* ab antiprobabilistarum criminationibus; dum ostenditur quid revera sunt Probabiliorismus et Probabilismus; et dum demonstratur quod Probabiliorismus ne punctum quidem amplius quam Probabilismus

---

[1]) Cf. Bertrand Bibl. Sulpic. 3, 190-200.
[2]) Cf. Biogr. univ. 38, 388.
[3]) Alius a Beda Sch. et a Paulo Sch., de quibus egimus IV[3], 1010.

ad conscientiae securitatem conducere potest, et quod Probabilismi securitas est plane inexpugnabilis, et dum etiam evincitur, quod Probabilismus fuit Ecclesiae coaevus, et quod Probabiliorismus antiquis incognitus emersit novissimus circiter abhinc duobus seculis cum dimidio, et tandem dum solvuntur adversariorum objectiones contra ipsum Probabilismum et simul sapientibus in variis speciminibus manifestatur, qualis latinus, dialecticus, theologus et historicus in eo oppugnando fuerit quidam nuperus scriptor (Concina) Assisii 1792 in 8; *Poenitens justificatus* seu doctrina catholicae Ecclesiae de usu virtutum ad justificationem; Venetiis 1783. — Jac. Hizler S. J. Bavarus, theologiae moralis Augustae, scholasticae Dilingae professor († 1785) quaestionem facti proposuit suppresso nomine contra Amort, Berti, Concina etc.: *an major fides sit habenda* probabilistis an antiprobabilistis in allegandis auctoribus eorumque doctrinis, Ingolstadii 1759: cui opposuit Amort *Duo academici anglipolitani malae fidei causa castigati,* 1759. Disseruit Hizler quoque *de obligatione restituendi,* Augustae 1755; *de sacramentis in genere,* 1756 in 8.

265. De theologia *pastorali* scripserunt[1]): Stephanus Poinsignon OSB. e congr. s. Vitonis et Hidulphi (n. 1703; † 27. Dec. 1782) in l. *le Pasteur instruit de ses obligations* ou l'institution des curés, Parisiis 1765 t. 3 in 12. — Franciscus Xaverius Geiger parochus bavarus († 1783), cujus est *Pastorallehre* von den Pflichten des Seelsorgers, Augustae 1789 in 8; 1806. — Joannes Daguerre vir vere apostolicus

[1]) Praetermittimus Joannem Hiltenbrandt Viennensem n. 1721, theologiae, historiae naturalis et rei rusticae Leopoli professorem, de quo cf. Wurzbach 9, 33. — Ludovicum Franciscum Revers (n. c. 1728; † 1798), qui redegit cum Plunkett et Charlier ex mandato Christ. de Beaumont archiep. *Pastoral parisien,* Parisiis 1786 t. 3 in 4. Cf. Biogr. univ. 79, 11; Feller 7, 238. — Michaelem Ignatium Schmidt Arnsteinensem n. 30. Jan., canonicum wirceburgensem, consiliarium ecclesiasticum et historiae germanicae professorem, qui Viennam a M. Theresia vocatus archivo caesareo praefectus est et muneribus consiliarii aulici, censoris librorum et institutoris archiducis heredis in historia a Josepho II. auctus est († 1. Nov. 1794). Scripsit bonam (juxta Knecht) *Methodum* tradendi prima elementa religionis sive *catechizandi;* accedit ad calcem brevis historia catechetica sistens fata catecheseos, necnon celebriores, qui prodierunt usque ad nostra tempora catechismos, Bambergae 1769, germanice versa a Benedicto Strauch can. reg. ord. s. Aug., ib. 1772; 1785. Magis innotuit auctor op. ideis josephinismi infecto *Geschichte der Teutschen,* Ulmae 1778—85 pp. 5; Viennae 1783—85; *Neuere Geschichte der Teutschen,* ib. 1785—1793 t. 6; reliquos t. 7—17. ex ejus schedis elaboravit et continuavit J. Milbiller, ib. 1797—1808. Cf. Baader 1. II, 204; Klüpfel Necrol. p. 108—17; Oberthür in ejus vita, Hannoverae 1802; Wurzbach 30, 303—8; N. bibl. eccl. frib. 3, 285—304; 4, 223—35; 599—605; 6, 229—49. Wegele Allg. d. Biogr. 32, 7 ss. — Jo. Ign. de Felbiger can. O. S. Aug. abbas saganensis (1758), inter pedagogos clarum consecutus est nomen et sub Maria Theresia munus gessit reformandi scholas inferiores. Obiit praepositus posoniensis 17. Maj. 1788. Cf. Felbigers Eigenschaften, Wissenschaften und Bezeigen rechtschaffener Schulleute, bearb. v. W. Kahl 1905 ed 2; Heppe allg. d. Biogr. 6, 610; Samml. päd. Schr. XXV, praef. De ejus methodo cf. Rösch p. 146 s. — Referri huc quoque potest Stephanus Kaprinai S. J., Hungarus (n. 14. Sept. 1714; † 10. Dec. 1786), Zingarorum diu apostolus, Cassoviae eloquentiae sacrae, juris canonici et exegesis professor, cujus sunt *institutio eloquentiae sacrae* generatim et speciatim ex veterum ac recentiorum praeceptionibus adornatae, Cassovie 1760 t. 2 in 8; *demonstratio theophorica,* Viennae 1767. Celeber tamen inter hungaros factus est sua *Hungaria diplomatica* temporibus Matthiae de Hunyad regis Hungariae, Viennae 1767. 1771 t. 2 in 4., opus accuratum et rarum, cujus t. 3. censura suppressit. Erat Kaprinai diligens historiographus, qui indefessa sedulitate omnes Hungariae bibliothecas et archiva excussit, ac plurima opera msc. reliquit, quae Budae in bibliotheca universitatis asservantur. Cf. Wurzbach 10_2 453.

(n. 1703; † 25. Febr. 1785), zelo indefesso amplissimum seminarium in dioecesi bajonensi instituit prudentissimeque moderatus est annis 52. Reliquit opus plane excellens *Abrégé des principes de morale* et des règles de conduite qu' un prêtre doit suivre pour bien administrer les sacraments, Pictavii, 1773 in 12; 1819. 1823 auctum a Lambert vicario generali pictaviensi[1]). — Josephus Pochard n. 1715. sacerdotum speculum, clericorum magister et dux in vita spirituali, in casibus dubiis consiliarius, prudentissimus seminarii bisontini director, vitam meritis plenam in odore sanctitatis finivit 25. Aug. 1786. Composuit *Méthode pour la direction des ames* dans le tribunal de la pénitence et pour le gouvernement des paroisses, quod primum Novi Castri ex mandato episcopi tullensis 1772 prodiit, ac deinde saepissime propter suam utilitatem; Bisontione 1817 t. 2 in 12. cum auctoris elogio cura Ludovici Rousseau parochi. — Philippus Beltran episcopus salmanticensis et inquisitor major († 23. Nov. 1783) reliquit *Colleccion de Cartas Pastorales y Edictos,* quae prudentia pastorali et eloquentia stilique nitore excellunt, Matriti 1783 t. 2. — Carolus Emmanuel (non Fridericus) Pallavicino S. J. (Cevae n. 27. Sept. 1719; † 19. Mart. 1785) auctor est operis, quod nunquam satis commendari potest, *Il sacerdote santificato* nella divota recitazione del divino ufficio; nella divota celebrazione del ss. sacrificio; nella retta amministrazione del sacramento della penitenza, Venetiis 1786, etiam in alias linguas versum. Cum sacerdos ravennatensis tertiam partem ferreis convitiis impugnasset, Raymundus Viescas S. J. n. 1731 Ibarrae in dioecesi quitensi, qui post Jesuitarum expulsionem exsul degebat Ravennae († 7. Mart. 1799), scripsit *Risposta alle osservazioni* sopra le due lettere che riguardano il sagramento della penitenza e che chiudono l' opera intitolata *Il sacerdote santificato*, Caesenae 1792 in 8, defensio praeclara. — Egregiam plane *instructionem pastoralem* reliquit (auctoribus Dr. Heissig et Paulo Kraus S. J.) Raymundus Ant. comes Strasoldo episcopus eichstettensis (n. Graecii 29. Apr. 1718), qui praesul vere apostolicus et virtutis exemplar plurimum promovit cleri reformationem et disciplinam († 1757-81). Ea diu viguit in dioecesi normae instar (1768—1854), atque saepius edita plurimum divulgata fuit. Prodiit adhuc nostra aetate Friburgi B. 1902. — Augustinus Erthel OSB. in monasterio fuldensi († 13. Oct. 1796) praeter alia reliquit *catechismum* pro dioecesi fuldensi saepe editum[1]). — Jo. Franciscus Giftschütz[2]) Viennensis (n. 10. Apr. 1748; † 10. Aug. 1788), theologiae pastoralis in universitate viennensi professor, scripsit jejunum omnique spiritu vere catholico destitutum *Leitfaden* für die in den k. k. Erblanden vorgeschriebenen deutschen Vorlesungen über die Pastoraltheologie, Viennae 1785 pp. 3; 1811 ed. 5., quae ex mandato gubernii translata fuit a Klüpfel in linguam latinam pro aliis provinciis, Viennae 1798. — Coelestinus Moser[3]) OSB. oberaltacensis (n. 3. Sept. 1746; † 5. Jan. 1791), theologiae lector et parochus, edidit theologiae

[1]) Cf. Bi. un. 62, 12—14.

[1]) Lindner Studien und Mittheilungen 1904 p. 214.

[2]) Ejus frater Carolus sacerdos juventutis institutione occupatus (n. 13. Febr. 1753; † 3. Jan. 1831) ab Imperatore numismate aureo donatus plurimos reliquit libellos asceticos, paedagogicos, precatorios, et *Erklärung der sonntäglichen Evangelien,* Wien 1818; der festtäglichen, ib. 1820. Cf. Kayser Bücherlex. I, 381.

[3]) Alius ab eo est Antonius Moser OSB. in monasterio Michaelburano (n. 17. Febr. 1711 in Gastein), philosophiae, dein theologiae moralis Salisburgi professor, ab a. 1765 abbas († 4. Mart. 1783). Reliquit praeter alia *Prolegomenon historiae* seu introductio in historiam univer-

pastoralis partem praecipuam *de sacramentorum administratione*, Straubingae, 1782 in 8; *die Pflichten des Seelsorgers*, Ratisbonae 1783 pp. 3 in 8. — Emericus Kelcz S. J., theologiae moralis et polemicae in academia tyrnaviensi professor, societate Jesu suppressa canonicus jaurinensis (n. 20. Dec. 1707; † 13. Nov. 1792) concinnavit *Institutionem parochi* l. quo pastor animarum id muneris recens aggressus docetur quae officii sui partes sint et qua via ac ratione eas possit adimplere, Tyrnaviae 1746 in 8. — Vincentius Maria a Merzana O. Cap. describit *praxim sacramenti poenitentiae*, Taurini 1792.

266. Aloysius Amici Camerini n. 5. Jul. 1735 in patria universitate s. Scripturae professor, canonicus, vicarius capitularis, dein (1768) episcopus camerinensis et farianensis († 1796), in suis *operibus pastoralibus*, Camerini 1778—81 t. 4 in 4., gravis est in monendo, in docendo solidus, in omnibus pius. — Jo. Dominicus Straticò O.S. Dom. n. Zarae 19. Mart. 1732 studii biblici primum in academia senensi, dein pisana professor, episcopus Phari (Lesina † 24. Nov. 1799) in *collezione di opusculi sagri e pastorali*[1]), Venetiis 1790 in 8., occurrit spiritui innovationis Pistoriensium. — Josephus Kugler S. J. († 22. Febr. 1800) collegit Spiritum Ecclesiae sive *principia practica* de vita exemplari, praedicatione verbi, administratione sacramentorum junioribus clericis usui futura ex variis auctoribus, Ambergae 1787 in 8. — Antonius Rosati canonicus poenitentiarius et examinator synodalis collegit *Summam de sacris Ecclesiae ordinibus* aliisque omnibus ad ordinandos ac ordinatos spectantibus ex sacris canonibus, ss. pontificum constitutionibus et probatissimorum doctorum sententiis, Romae 1777 pp. 4 in 8; *Memorie* per servire alla storia de' vescovi di Pistoja Pistoja 1766. — Joannes Rudolphus Rzikovsky eques a Dobrschitz Bohemus, foro civili prius addictus, quo relicto sacerdos (n. 5. Jul. 1733; † 24. Mart. 1799) et canonicus cremsierensis, dedit *praenotiones pastorales* in usum praeficiendorum, Vindobonae 1780 in 8. — Ant. Koerber S. J. Iglaviensis (n. 29. Jan. 1706; † 26. Maij 1782), philosophiae et theologiae professor et universitatis olomucensis cancellarius, *Poenitentiae sacramentum* quaestionibus practicis et casuum resolutionibus interstinctum in usum candidatorum ad munus confessarii fructuose obeundum aspirantium ex variis auctoribus in epitomen collegit, Pragae 1750 t. 2 in 8. — Guido ab Angelis Nicht Sch. piar. Bohemus (n. 1709), plurium variis in collegiis disciplinarum lector primisque in ordine muneribus honoratus († 1789) *de praedicatione verbi divini* consilia proponit[1]) Litomislii 1747; Campidonae 1779. — Jo. Bapt. Deppisch (n. 29. Sept. 1747; † 6. Jun. 1800), pauperum pater, in horum bonum scripsit: *Abhandlung über die Pflichten der Geistlichen und Seelsorger* in Beziehung auf die Wohlfahrt ihrer Untergebenen überhaupt und der Armen insbesondere, Wirceburgi 1790 diss. praemio ornata; *Homilien* Bamberg et Würzburg 1787 t. 2; 1789; *Sammlung vollständiger Predigten-Entwürfe* auf alle Sonntage und Festtage, ib. 1793. — Rudolphus (in baptismo Jo. Nep. dictus) Graser[2]) OSB. in monasterio

---

sam, Salisburgi 1756. — Ign. Maria de Moser Klagenfurti sacerdos, de quo cf. Wurzbach 19, 54, praeter alia non magni momenti concinnavit *Epitomium historiae literariae*, Klagenfurt 1779 in 8. Obiit 1786.

[1]) Cf. Wurzbach 39, 299.

[1]) Cf. Horányi II, 388—98, qui fuse disserit de magno sodalis op. in s. Scripturam sed inedito.

[2]) Alius ab eo est Jo. B. Graser paedagogus, qui quamvis non defecerit penitus ab Ecclesia, matrimonium tamen iniit etsi sacerdos (n. 1766; † 28. Febr. 1841). Plura scripsit de paedagogia, quae prin-

cremifanensi Linciensis n. 4. Jul. 1728 academiae literariae monacensis socius, clarus divini verbi praeco a nonnemine eloquentiae sacrae restaurator dictus († 20. Jan. 1787), concinnavit *Vollständige Lehrart zu predigen*, Salisburgi 1766 in 4. *Praktische Beredsamkeit* der christl. Kanzel in Regeln, Exempel und vollständigen Mustern, Augustae 1769; *Predigten* auf alle Sonntage und Festtage, ib. 1772—75; 1774—76 etc. — Ignatius Wurz S. J. Viennensis n. 28. Dec. 1731 studium linguae patriae plurimum promovit, hinc in academia viennensi factus est sacrae eloquentiae professor, quam societate suppressa retinuit, sed ob suum pro Ecclesiae juribus zelum aemulorum insectationibus cessit eique renunciavit (1776; † 29. Aug. 1784). Praeter conciones[1]) quae magni aestimabantur (collectae Viennae 1783—86 t. 8) composuit *Anleitung zur geistlichen Beredsamkeit*, Viennae 1770. 1772 t. 2 in 8; 1775; Lipsiae 1776; in compendium redacta, Viennae 1776; 1790 etc.; *Einleitung in die allgemeine Geschichte* alter und neuer Zeit, ib. 1764—70 t. 4 in 8. — Josephi Franc. Isla Hispanus, philosophiae et theologiae professor, concionator insignis et sagax criticus (n. 24. Mart. 1703; † 2. Nov. 1781), praeter alia opera egregia scripsit *Historia del famoso predicador Fray Gerundio* de Campazas, alias Zotes, Matriti 1758 t. 2 in 4; 1813 t. 4 in 8. ed aucta p. 3., stilo sarcastico, qui nulla versione fideliter reddi potest. In hoc op. classico vitia et abusus in habendis concionibus tunc vigentes carpit; hinc plurimos offendit ideoque et in indicem relatum fuit 1760: quam ob rem nunquam integrum prodiit. Saepissime edita fuit (sicut alia Islae opera) et in alias linguas versum, in germanicam interprete Bertuch Lipsiae 1773 t. 2 in 8: qui illam salibus in catholicos auxit[1]). Ipsius quoque sunt *Cartas familiares*, Madrid 1790; *Sermones*, ib. 1792. 1793 t. 6. *Compendio de la Historia de Espana*, Lugduni 1750 t. 2 in 8., quod est versio op. P. du Chesne annotationibus criticis aucta etc. — Gregorius Mayans y Siscar Valentinus[2]), scriptor eruditus, plurium academiarum socius, multorum operum editor, ab aequalibus impense laudatur ob sua in hispanam literaturam merita (n. 9. Maj. 1699; † 21. Dec. 1781). Reliquit *El Orador Cristiano*, 1733; Valentiae 1786; *Institutionum philosophiae moralis ll. 3*, ib. 1754 in 8; Matriti 1777 in 8; *Jo. Lud. Vivis opera omnia* cum vita Vivis, Valentiae 1782 t. 9 in f.; aliquot biographias etc.

267. *Liturgiam* sacram viri aliquot plane doctissimi illustrarunt, inter quos eminet Jos. Aloysius Assemanus Tripoli in Syria n. a. 1710, celeberrimi Jos. Simonis A. (pag. 248) frater junior, et avunculus[3]) Stephani Evodii A. (pag. 377). Romam adolescens adductus sub fratris institutione felicissimos fecit in literis orientalibus profectus. Linguam syriacam in Sapientia docuit et jubente Benedicto XIV. liturgiam sacram. Ab eodem pontifice, qui

cipiis christianis non reguntur. Cf. Kellner KL. V, 1830—34; Meusel IV, 425. — Contra ob sanam paedagogiam plurimum laudatur ab Hoffmann-Krayer in allg. d. Bi. 45, 661—65 Jos. Ign. Zimmermann S. J. Lucernensis (n. 15. Oct. 1737; † 9. Jan. 1797).

[1]) Cf. Sommervogel, VIII, 1245—56, qui ejus conciones et opera sub n. 79 recenset.

[1]) Cf. Backer 2, 266—85; Sommervogel 4, 655—86; Civiltà Catt. 1866 I, 560 ss.; Caballero I, 161 ss.; Gams Kirchengesch. von Spanien III, 419; Baumgartner St. aus M. Laach 1905, 82 ss.

[2]) Ejus frater Jo. Ant. M. († 29. Mart. 1801) praeter alia edidit *Ilici hoy Villa de Elche* illustrada con varios discursos. Valentiae 1771 in 4., quo in op. exhibet catalogum episcoporum illius urbis. Cf. de utroque Fustèr Biblioteca Valenciana 2, 98—105 et 245; Gams Kirchengesch. von Spanien III, 421.

[3]) Secundum *Biogr. univ.* 56, 499 nepos erat Josephi Simonis A. et frater junior Stephani Evodii A.

eum magni fecit, receptus fuit inter socios academiae literariae a se institutae († 9. Febr. 1782). Collegit *codicem liturgicum Ecclesiae universae,* quo continentur libri rituales, missales, pontificales, officia, dyptica etc. ecclesiarum Orientis et Occidentis ad msc. castigata cum latina versione, commentariis, variis lectionibus, Romae 1749—66 t. 13 in 4., (m. 1500), opus olim rarissimum, Parisiis iterum ed. 1902 t. 13 sed proh dolor, inchoatum, ad finem non perductum. T. 1. agit de catechumenis; 2. de baptismo; 3. de confirmatione, cum praevia diss., in qua praecipuae ex ritualibus libris catholica de hoc sacramento veritas adversus Dallaeum confirmatur; 4. continet de eucharistia p. 1. seu missale romanum vetus (scil. gelasianum) praemissa diss. de origine liturgiarum; 5. p. 2. qua continetur missale hierosolymitanum seu liturgia s. Jacobi cum ejusdem luculenta expositione s. Joannis Maronis; 6. p. 3. in qua exhibetur sacramentarium veronense seu vulgo leonianum; accedit diss., in qua novatorum exhibitae formulae illegitimae demonstrantur; 7. complectitur missale alexandrinum s. Marci, in quo eucharisticae liturgiae omnes ecclesiarum Aegypti graece, coptice, arabice et syriace exhibentur, addita de therapeutis diss. Hic Assemanus operis seriem abrupit. LL. enim 5. 6. et 7. (in quibus agere statuerat de poenitentia, extrema unctione et matrimonio) in aliud tempus reservatis transiit ad l. 8. et 9. et quinque t. (8—12.) Joannis Morini commentarium de sacris ordinationibus (1655, 1157) iterum protulit, quibusdam tamen cum praefationibus tum additamentis locupletatum. Alios porro libros quos promiserat scil. 10. de religiosorum initiatione, benedictione et consecratione; 11. de psalmodia; 12. de benedictionibus et consecrationibus episcopis reservatis; 13. de benedictionibus sacerdotalibus; 14. de suffragiis defunctorum, et 15. de sanctorum canonizatione, festis, kalendriis etc., non absolvit[1]). *De sacris ritibus* diss. cum Jo. Jos. Languet (IV. 1400) ep. suessionensis *de vero Ecclesiae sensu circa sacrarum caeremoniarum usum* diss., ib. 1757 in 4., liber rarus; commentarius theologico-canonicus *de ecclesiis,* earum reverentia et asylo et concordia sacerdotii et imperii; accedunt tr. Jos. de Bonis *de oratoriis publicis* et R. P. Fortunati a Brixia *de oratoriis domesticis* in supplementum op. J. B. Gattico *de oratoriis domesticis* et usu altaris portatilis, Romae 1766 in f.; *de unione et communione ecclesiastica* et de canonibus poenitentialibus diss., ib. 1770 in 4; *de catholicis seu patriarchis* Chaldaeorum et Nestorianorum commentarius historico-theologicus, ib. 1775 in 4; *de synodo dioecesana* diss., ib. 1776 in 4.

268. Emmanuel de Azevedo S. J. Conimbricensis nobilissimis genitoribus n. 15. Dec. 1713, in literis humanioribus exercitatissimus, a praeposito generali Romam accitus, maximi factus est a Benedicto XIV., qui eum pluribus congregationibus adjunxit eoque praesertim in editione splendidissima op. suorum est usus. Plura reliquit huc spectantia; erat enim liturgicarum rerum in collegio romano professor († 1796). *Exercitationes liturgicae* de divino officio in quatuor decades partitae, in quibus quae ad historicum et mysticum divini officii sensum desiderantur apprime habentur; accedunt diss. duae, una de disciplina arcani et de liturgiis, altera auctore Fabio Danzetta de cantico Te Deum, Romae 1754 in 4., ed. 2. (prima prodiit 1750). Disserit[2]) autem in hisce quatuor decadibus de officio divino generatim, ejus variis riti-

[1]) Cf. Zaccaria biblioth. ritualis l. 1 c. 2 n. 1 ss. St. Lett. 3, 162—64; 6, 455—66; 9, 268—73.

[2]) Cf. St. Lett. d'It. 3, 165—67.

bus, de divisione horarum canonicarum, de divini officii partibus. Cogitaverat auctor universae rei liturgicae exercitationes paulatim dare, sed consilium optimum exsecutioni non mandavit: imo nec decades 5—10 reliquas de divino officio, quas jam pollicitus erat, edidit. Curavit ut jam diximus IV[3], 1600 op. Benedicti XIV. ed. Romae 1747—51 t. 12, in qua quae italice prodierant latine vertit: sed posteriores edit. operum hujus pontificis sunt magis completae. Omnia quoque ejusdem opera in synopsim redegit [1]), Venetiis 1790 t. 5 in 4; Neapoli 1853—55 t. 5 in 8., cujus t. 5. synopsim Bullarii auctore Coppola continet. *Vetus missale romanum monasticum lateranense* cum praefatione, notis (Nic. M. Antonelli) et nonnullis opusculis, quae nunc in lucem eduntur [2]), Romae 1754 in 4; *pro vulgata ss. bibliorum latina editione* contra Sixtinum Amama l. apologeticus et aliae diss. in s. Scripturam [3]), Olisipone 1792 in f.; *Vita del Taumaturgo portoghese S. Antonio di Padova* arrichita di nuove notizie e critiche osservazioni tratte da codici e monumenti sacri ignoti a gli stessi più classici, non che ad altri autori delle cento e più vite del Santo lette dall'autore, Venetiis 1788; 1793 ed. 3; 1852, opus accuratum, quod adeo arrisit PP. Conventualibus, ut auctorem redderent participem omnium bonorum operum sui ordinis. Canit etiam versu elegico *fastos antonianos* ll. 12 comprehensos, Venetiis 1793 ed. 3., ex auctoris sententia ceteris praeferenda.

269. In primis vero nominis fama inclaruit Martinus Gerbert ab Hornau OSB. natus 11. Aug. 1720 Horbae ad Nicarum civitate, quae nunc est in est in regno Würtembergiae. Jam a pueritia ita discendi ardore incendebatur, ut institutori suo clam surriperet latinos libros, classicos praesertim, quos in campanili recreationis hora legeret, haud vulgarem inde linguae latinae usum nactus. Sexdecim annorum juvenis cum novem studiorum sociis novitiatum in abbatia celeberrima s. Blasii, ubi instituebatur, ingressus est. Studiis absolutis mox theologiam (1746) sodales juniores docuit et post decem magisterii annos libenter bibliothecarii munus in se suscepit, ut totus studiis posset vacare. Interim iter literarium (1659—62) per Germaniam, Italiam et Galliam instituit, ubique viros eruditos invisens, bibliothecas et archiva lustrans, libros et codices pretiosos pro monasterii bibliotheca colligens. Rediit thesauris literariis onustus magno suo profectu 1762 domum [1]). Defuncto abbate Meinrado, qui liberaliter Gerberti studia foverat, ipse 15. Oct. 1764 in abbatem et principem fuit electus. Primam curam po-

[1]) Hieronymus Lombardi S. J. Veronensis (n. 16. Nov. 1707; † 9. Mart. 1792), quo pariter usus est Benedictus XIV. in edendis suis operibus, et senatus venetus in negotio difficili de patriarchatu aquilejonsi tam feliciter, ut ei decreverit in praemium numisma aureum, Benedicti XIV. diss. in omni doctrinae genere selectissimas ex quatuor ejusdem auctoris *de canonizatione SS.* libris extraxit atque ad commodiorem usum in 3 pp. distribuit Venetiis 1751. 1752 t. 3 in 4. Cf. Caballero Suppl. II, 58.

[2]) Cf. St. Lett. d'It. 9, 273—292.

[3]) Haec disputatio inscripta *Pro vulgata ss. Bibliorum latina editione* contra Sixt. Aman l. apologeticus, in quo omnia Vulgatae loca male translata, quae in originali textu hebraeo a latino interprete male translata in sua Censura contra Vulgatam contendit A., expenduntur, congruis explanationibus illustrantur, cum hebraeoque conciliantur (accedunt plures diss. in V. T.), Olisipone 1792, tribuitur a B. Moral in Dict. de la Bible I, 1305, et ut videtur verius, Joachino Azevedo OSA. n. Villae Vitiosae in Lusitania, professori theologiae Conimbricae († 1808). Ita etiam Kirchl. Handlex. I, 436.

[1]) Rationem reddit sui itineris in l. *Iter alemannicum*, accedit italicum et gallicum, s. Blasii 1765; 1773. 1774. ed. 3. correcta; germanice interprete J. L. Köhler Ulm 1767.

suit in restituenda avita disciplina religiosa et condendis novis constitutionibus monasticis, quibus profectui et pietati, necnon bono totius congregationis consuleret. Maxime vero suam sollicitudinem ostendit, cum dirum incendium 23. Jul. 1768 fere universum coenobium absumpsisset. Distributis sodalibus per varia monasteria ipse cum paucis inter ruinas remanens animo generoso ad instauranda, quantocius fieri posset, devastata aedificia se accinxit: et revera intra quatuor annos novo splendore ex cineribus resurrexit celeberrima abbatia, utinam ad diuturniorem vitam! Magnificentissimam vero ecclesiam erigere curavit, quae solemniter fuit consecrata a. 1783, quo anno simul completum fuit octavum jam seculum a monasterii fundatione, quam maximam solemnitatem ipse princeps abbas ornavit edita doctissima *historia nigrae silvae OSB. coloniae* cum cod. diplomatico et variis tabulis aeri incisis, typis sanblasianis 1783. 1784 t. 3 in 4. In eo opere non modo res ord. S. Benedicti seu historiam omnium utriusque sexus monasteriorum, quae olim in late diffusa nigra silva exstiterunt, a sec. VII. usque ad medium sec. XVIII., sed et hierarchiam ecclesiasticam episcopatuum constantiensis, argentoratensis, spirensis et basileeneis describit, addita insuper illustrium in silva nigra familiarum historia. Praetermittimus autem ea, quae ipse in bonum spirituale et temporale subditorum statuit, sanxit, opere complevit; quamplurima enim sunt, quae eum prudentissimum fuisse et optimum abbatem et principem, cui suorum salus una cura et sollicitudo esset, ostendunt. Neque tamen immunis erat a calumniis malevolorum et vexationibus aulae caesareae aliorumque principum: adeo ut subinde profiteretur: „Nil lubentius facerem, quam officio, in quo quotidie novis obruor malis, sponte cedere“. Quapropter saepius in monasterii sui negotiis Viennam profectus est, ab Augusta M. Theresia (non vero ita a Jasepho II.) benigne susceptus et cum donis pretiosis dimissus. Etiam tunc venit, cum Pius VI. ibidem degeret, literis nuncii apostolici Garampi, qui abbatem nostrum magni fecit, invitatus. Pontifex ipsum benigne excepit ita eum affatus: „O mi bone abbas, volui ovem perditam quaerere, sed non inveni“. Pontificem Monachium et Augustam V. proficiscentem comitatus est. Inter tot negotia onerosa studiis nullatenus valedixit, sed quantum temporis illis suffurari posset, his impendebat, adeo ut fere singulis annis opus in lucem ederet. Literarum commercium frequens habuit cum viris eruditis Germaniae, Galliae et Italiae, quarum 10 vol. asservantur in archivo san-paulano: inter ea repiuntur epistolae ad summos pontifices, imperatores, ad cardinales et nuncios apostolicos, ad episcopos et principes, ad viros eruditos, etiam protestantes. Inter sodales quoque excitavit studium literarium, adeo ut sub ejus moderamine literae quam maxime florerent in monasterio s. Blasii. Testes sunt Trudpertus Neugart, Aemil. Ussermann, Ambr. Eichhorn, Ans. Buss, Victor Keller, Ignatius Kopp aliique, qui doctis operibus inclaruerunt: et quibuscum consilium iniit conscribendae *Germaniae sacrae,* quod saltem ex parte eorum aliqui perfecerunt, ut de singulis disserentes ostendimus vel adhuc videbimus. Bibliothecam incendio delatam iterum condidit, plurimis et melioris notae libris undique conquisitis, archivum manuscriptis pretiosis ditavit. Hinc factum est, ut vel sodales ad alias academias vocarentur variarum disciplinarum magistri, vel juniores religiosi ex aliis monasteriis s. Blasium mitterentur instituendi et excolendi in scientia: ipseque abbas propter sua in literas merita socius adsciseretur plurium academiarum, ut roboretanae, gottingensis, londinensis, metensis,

manheimensis et monacensis. Decessit optimus praesul 13. Maji 1793 magno suorum moerore et luctu: erat enim suis verus pater, subditis beneficus princeps, in pauperes et infirmos misericors, ideoque Gallos exsules, qui jam tunc affluere coeperunt, ut confessores Christi benigne excepit; jurium Ecclesiae et abbatiae strenuus propugnator, studiorum fautor, ipse doctissimus, ut testantur plurima ejusdem scripta.

270. Opera Gerberti potiora sunt: *Theologia vetus et nova circa praesentiam Christi*, Friburgi Brisgoviae 1756 in 8; *Principia theologiae exegeticae:* praemittuntur prolegomena theologiae christianae universae; accedit mantissa de traditionibus Ecclesiae arcanis, Augustae V. et Friburgi 1757, quo l. continetur demonstratio religionis christianae et disputatio de locis theologicis; *Demonstratio verae religionis* veraeque Ecclesiae contra quasvis falsas, typis san-blasianis 1760 in 8; *Principia theologiae dogmaticae* juxta seriem temporum et traditionis ecclesiasticae digesta, typis san-blasianis 1758 in 8. adversus haereticos et schismaticos; *Principia theologiae symbolicae*, ubi ordine symboli apostolici praecipua doctrinae christianae capita explicantur, Augustae et Friburgi 1758 in 8; *Principia theologiae mysticae* ad renovationem interiorem et sanctificationem christiani hominis [1]), typis san-blasianis 1758 in 8; *principia theologiae-canonicae* quoad superiorem Ecclesiae formam et gubernationem, ib. 1758 in 8; *de communione potestatis ecclesiasticae* inter summos Ecclesiae principes, pontificem et episcopos, ib. 1760 in 8., in quo nonnullas quidem sententias potestati episcoporum faventes tenet, sed supremam romanae sedis auctoritatem ubique tuetur et argumenta adversariorum ex exemplis nonnullorum pontificum praetensive aberrantium desumpta refellit. *De legitima ecclesiastica potestate* circa sacra et profana, ib. 1761 in 8; *Principia theologiae moralis* juxta principia et legem evangelicam, ib. 1758 in 8., cum quo l. conjunge *de aequa morum censura* adversus rigidiorem et remissiorem, ib. 1763 in 8. In hisce sequitur Gerbertus probabilismi principia. *Principia theologiae sacramentalis* septem sacramentorum N. T. doctrinam complexa, Augustae V. et Friburgi 1758 in 8; *de selectu theologico* circa effectus sacramentorum, typis san-blasianis 1764 in 8., in quo tamen l. nimis conqueritur de quaestionibus et subtilitatibus scholasticorum easque eliminandas censet ex scholis et libris theologicis: delectatur enim magis eruditione quam speculatione in tractandis argumentis theologicis [1]). *De eo quod est juris divini et ecclesiastici in sacramentis,* praesertim in sacramento confirmationis, ib. 1764 in 8; *principia theologiae liturgicae* quoad divinum officium, Dei cultum et sanctorum, Augustae 1759 in 8; *apparatus ad eruditionem theologicam* institutioni tironum congr. s. Blasii destinatus, Friburgi B. 1734; typis san-blasianis 1764 in 8; *de recto et perverso usu theologiae scholasticae,* ib. 1758 in 8; *de ratione exercitiorum scholasticorum,* praecipue disputationum cum inter catholicos tum contra adversarios in rebus fidei, ib. 1758; *de christiana felicitate* hujus vitae, ib. 1762; *de radiis divinitatis* in operibus naturae, providentiae et gratiae, ib. 1762 t. 3, adversus Spinoza et Bayle in primis; *de dierum festorum numero* minuendo, celebritate augenda, ib. 1765; *de peccato in Spiritum s.* in hac et altera vita irremissibili; accedit pa-

[1]) Michaelis Marciani extat tr. *di mistica theologia,* Fulginii 1790 pp. 2 in 10.

[1]) Scheeben Handb. der k. Dogm. l. s. n. 1107: Er verfasste eine Art von theologischer Encyclopädie, spricht aber bereits von der Scholastik, wie der Blinde von den Farben.

raphrasis cum notis selectis in ep. s. Pauli ad Hebraeos, ib. 1766 in 8; *daemonurgia theologice expensa* ib. 1776 in 4; *Ecclesia militans,* regnum Christi in terris in suis fatis representata, ib. 1789 t. 2 in 8., quod opus displicuit theologis liberiorum opinionum, maxime vero incredulis. Hujus prodromus est: *Nabuchodonosor somnians* regna et regnorum ruinas a theocratia exorbitantium, ib. 1791; *jansenianisticarum controversiarum* ex doctrina s. Augustini retractatio, ib. 1791, praestans apologia supremae auctoritatis sedis apostolicae pariter theologis janseniano spiritu infectis invisa; *observationes* in sec. Christi III. et IV., ib. 1791; *de sublimi in Evangelio Christi* juxta divinam Verbi incarnati oeconomiam, 1793 t. 3 in 8., opus posthumum ed. a P. Mauritio Ribbele; *Glossaria theotisca medii aevi,* unaque specimina codd. msc. a sec. IX. usque ad XIII., ib. 1765 in 8; *de periclitante hodierno Ecclesiae statu* praesertim in Gallia, ib. 1793 in 8.

271. Jam sequuntur opera majora. Praetermissis iis quae referuntur ad illustrandam historiam principum Austriae, huc spectant: *Codex epistolaris Rudolphi I.* Romanorum regis, locupletior ex msc. bibliothecae vindobonensis editus ac commentario illustratus; praemittuntur fasti rudolphini cum ex ipsis ejus epistolis, tum ex aliis antiquis monumentis et scriptoribus; accedunt diplomata, ib. 1772 in f. Huic supplementum adjecit F. J. Bodmann, Lipsiae 1806 in 8. *De cantu et musica sacra* a prima Ecclesiae aetate usque ad praesens tempus[1]); ib. 1774 t. 2 in 4. et *Scriptores ecclesiastici de musica sacra* potissimum ex variis Italiae, Galliae et Germaniae codd. msc. collecti et nunc primum publica luce donati, ib. t. 3 in 4. (m. 170), rec. Graecii 1904, opera immensae eruditionis: admodum enim delectabatur musica sed sacra, eamque reformavit in suo monasterio. Statuerat cum Joanne Baptista Martini O. S. Franc. Bononiensi (n. 1706; † 23. Aug. 1784), peritissimo illius temporis in componendis modis musicis sacris, quique jam ad 17,000 auctores de musica tractantes repererat, conscribere historiam musicae sacrae. Martini introductionis veluti loco elaboravit *Storia della Musica,* quae prodiit Bononiae 1757—81 t. 3 in f., Gerbertus historiam specialem sibi reservavit. Lustratis ubique bibliothecis pretiosissimum thesaurum codd. msc. de sacra musica sibi comparaverat, qui magna ex parte in illo incendio, de quo diximus, periit. Plura tamen asservata reperiuntur in hisce operibus, quae accuratione et eruditione superant Martini opus. *Vetus liturgia allemannica* disquisitionibus praeviis, notis et observationibus illustrata[2]), ib. 1776 t. 2 in 4. (fr. 35); *Monumenta* veteris liturgiae alemanicae; accedit pars ritualis et hermeneutica, ib. 1777-1779 t. 2 in 4. (m. 40), opus pariter eruditum et pretiosum[3]). Ipsius forte est

[1]) Conspectum operis cf. in A. E. lips. 1762 pag. 151—58; in N. bibl. eccl. frib. 1, 223—43; 399—426.

[1]) Card. Edmundus Henr. de Coussemaker (n. 19. Apr. 1805; † 10. Jan. 1876) Scriptorum de musica medii aevi *novam seriem* a gerbertina alteram collegit et edidit Parisiis 1864—76 t. 4 in 4. (m. 250), opus rarum; *Histoire de l' harmonie* au moyen-âge; ib. 1852; *Drames liturgiques,* ib. 1860. *Les harmonistes* des XII^e et XIII^e siècles, ib. 1865, opera pro musica pretiosa; *Troubles religieux* du XVI^e siècle dans la Flandre Maritime. *Documents originaux* 1560—70, Bruges 1876 t. 4, opus doctum.

[2]) Cf. N. B. E. frib. 2, II, 81—106.

[3]) Cf. conspectum operis ib. 3, 230—46; 4, 439—56, et in A. E. lips. 1762 pag. 71—80. Ceterum de Gerberto ejusque operibus cf. Scriptores O. S. Ben., qui 1750—1880 fuerunt in imperio austriacohung. pag. 115—37; Bader das ehemalige Kloster St. Blasien 94—111, cum Lindner Ergänzungen Freib. Diöc. Arch. t. 8; hist. Bilder serie 3 t. 3 auctore Kaestle M. Gerbert, Friburgi 1868.

etiam *Honorius I. P. M.* ab haeresi Monotheletarum vindicatus adversus R. P. Car. M. Güntherod, (cf. 285), Friburgi 1780 in 8.

272. Agathangelus a s. Ludovico Bussa O. Carm. Casalensis († 14. Nov. 1786) vir erat in rebus liturgicis peritus. Reliquit plurimas diss. de rebus liturgicis ut *de officiis dioecesanis*, Mediolani 1763; *de hymno angelico* in missis votivis b. M. V., ib. 1766; *de sequentia* in missa ss. Nominis Jesu, ib. 1766; *de sacerdote impotente* longam celebrare missam in dom. palmarum et fer. 3. et 4. seqq., ib. 1767; *de hora missam celebrandi* a regularibus ex privilegio, ib. 1769; *de missa votiva b. V. M.* in sabbatis, ib. 1769; *de anno sancto jubilaei,* Faventiae 1773; aliquot diss. de officio defunctorum etc. — Nicolaus Collin O. Praem. († 1788) plura edidit[1]), ut Traité *du signe de la Croix fait de la main* ou la Religion catholique justifié sur l'usage de ce signe, ouvrage historique et moral, Parisiis 1775 in 12; Tr. *de l' Eau bénite* ou l'Eglise cath. justifié sur l'usage[2]) etc., ib. 1776. Cum nonnemo auctorem nimiae credulitatis accusasset in duobus asserendis factis, respondit ipse opusculo *Réfutation d' une Critique* sur le Tr. de l'Eau bénite; Tr. *du pain bénit* ou l'Eglise cath. justifié etc., ib. 1777; Traité *des Processions,* ib. 1779 in 12; *du Respect dû aux Eglises,* ib. 1781; hujus veluti supplementum est: *Histoires choisies* touchant la verité de la très sainte Eucharistie, 1781 in 12; *de la Sanctification* des Dimanches et des Fetes, ib. 1783; *des Confreiries* en general et de quelques en particulier ib. 1784; *de la calomnies;* Lettre *sur la Fête de Pâque* in diario ecclesiastico a Dinouart Parisiis edito 72, 82. — Aloisius Bragalia dedit *Annotationum in rem liturgicam* rituumque sacrorum brevem collectionem, Faventiae 1788 t. 2. — Spiridio Carolus Talù Orat. Venetus chronologice disposuit *decretorum s. rituum congregationis hierolexicon* ab. a. 1602-1795, quod deinde Joannes Diclich usque ad a. 1836 auxit et ordine alphabetico cum notis distribuit, addito Caroli Talù elogio, Venetiis 1838. — Gulielmus Jenamy S. J. Viennensis, philosophiae et theologiae polemicae professor (n. 7. Apr. 1726; † 5. Jan. 1784) plura opuscula, quae huc referi possunt, edidit: *Dies dominica,* Ecclesiae catholicae a Christo resurgente fundatae praecipua perpetuaque solemnitas cum feriis annexis fidelium cultui proposita, Tyrnaviae 1755 in 8; *cultus religiosus sabbati christiani* seu diei dominici ex s. Scriptura, patribus, conciliis probatisque ab Ecclesia Dei devotionis generibus concinnatus, Graecii 1766 in 8; 1774; *dies dominicae* ceteraque Domini festa precipua, ib. 1777 in 8; *Octavae Domini* in Ecclesia Dei celebrari solitae, ib. 1778 in 12. etc.

273. Laudavimus jam plures *ascetas* sive *concionatores,* quibus addantur Hartmann Arth O. Cap. Alsata, Argentorati guardianus (1781—84), suae provinciae etiam praepositus, ob recusatum jusjurandum in constitutionem civicam relegatus in seminarium argentoratense, cujus est prolixum opus *Wissenschaft der Heiligen* Campoduni 1787—89 t. 3, complectens meditationes *de Christi vita*[1]). — Plurimas conciones reliquit Franc. X. Dorn notarius apostolicus, parochus et decanus Friedbergensis in Bavaria non semel editas et quaedam alia, quae recenset Meusel II, 418 (fl. c. 1781). — Joannis Bapt. Geoffroy S. J. Galli, a. 22

[1]) Cf. Goovaerts I, 133 ss. et supra p. 61.

[2]) De speciali q. *circa aquam sanctam* egit triplici diss. Jos. Cerusichini sacerdos perusinus († 1794), de quo cf. Vermiglioli I, 322.

[1]) Strassburger Diöcesanblatt XXVIII (1908), 501.

celebris rhetoricae professoris Parisiis (n. 24. Aug. 1706; † 20. Sept. 1782) *Sermons* prodierunt Lugduni 1788 t. 4 in 12. (sed t. IV. complectitur sermones Matthiae Poncet episcopi trecensis † 5. Aug. 1780). — Franc. Bocanegra episcopus guadicensis (1757-73), dein archiepiscopus compostellanus († 1782) edidit Matriti *Sermones* 1775 t. 2; 1783. — Andreas de Faventia O. Cap. guardianus et provinciae praepositus († 10. Nov. 1783), clarus concionator scripsit *Lettera didascalica* ad un predicatore novello, Faenza 1791; Mediolani 1898 ed. 10. — Petrus Maria da Pedarobba Min. Venetus (n. 1703; † 1786) annos 42 munus praedicandi exercuit atque in praecipuis Italiae civitatibus verbum Dei magno fervore et solide absque fuco quaesito annunciavit, adeo ut a Benedicto XIV. diceretur concionator concionatorum. Vim ejus verborum auxit singularis ejus humilitas [1]). Conciones post ejus mortem prodierunt Vicetiae 1786. — Hieronymus Trento Patavinus (1713—1784) reliquit *Panegirici e Discorsi morali,* qui saepius prodierunt: excellunt nobilitate naturali et unctione. — Ant. Acacius Sarracinelli SJ. Urbe veteri nobili familia n. 110 t. 1725 in praecipuis civitatibus Italiae sacra pulpita illustravit multosque peccatores ad conversionem induxit († 1782). Prodierunt ejus *Prediche Quaresimali* (cum Panegyricis) Fulginiae 1803 t. 3. — Joannes Nep. Tschupick S. J. Viennae n. 7. Apr. 1729 rhetoricae professor et eximius orator, cujus verba efficacia reddebantur virtutum exemplis. Annis 22 sub imp. Francisco I., Maria Theresia et Josepho II. in aula concionabatur libenter semper auditus. Luctu communi decessit vir hic vere apostolicus 20. Jul. 1784. Ejus sermones saepe prodierunt Viennae 1785—87 t. 11; supplementum, ib. 1798—1803; Paderborn 1898 ss. plures t. cur. J. Hertkens [1]). — Ignatius Parhamer S. J. Schwanenstadii in Austria 15. Jun. 1715 n., strenuus per Austriae ditiones missionarius, Francisco I. imp. a confessionibus, de orphanorum institutione insigniter meritus († 1786). — Bartholomaeus Baudriand S. J. (n. 18. Sept. 1701; † 3. Jul. 1787) suppresso nomine plura edidit opera ascetica [2]) piis fidelibus valde grata, saepe edita, in varias translata linguas, quorum plura collecta edidit Migne Parisiis 1855 t. 2. Inter haec est *L'Ame affermie* dans la foi ou Preuves abrégées de la Religion Lugduni 1779; 1821; 1861; germanice Augsburg 1786; 1803 ed. 4. — Jacobus Marmaduke bibliopola londinensis († 12. Apr. 1788), de quo cf. Gillow IV, 462—64. — Joachim Braunstein O. Min. n. Offenburgi 4. Oct. 1745, theologiae pastoralis Lucernae professor († 16. Nov. 1789) ed. conciones [3]), *Der in seinem Glauben beschämte Christ,* Augustae V. 1782; 1784 ed. 2; *Die Gebote Gottes* in biblischen Bildern betrachtet, ib. 1783; *die wohleingerichtete Haushaltung* in bibl. Bildern, ib. 1788; adversus Eybel *Wahre Quelle der falschen Eybel'schen Urkunden* von der Ohrenbeicht, ib. 1785 etc. — Jos. Devoyon aliquamdiu Congr. s. Sulp. lemovicensis n. 6. Oct. 1709, scholam theologicam seminarii rexit. [4]). Factus est postmodum canonicus lemovicensis († 13. Apr. 1790). Praeter alia, biographica praesertim ed. *Traité de la Perfection* de l'Etat ecclésiastique ou Considerations

[1]) Cf. Lessico eccl. IV, 183.

[1]) An seinen Vorträgen werden neben maßvoller Kürze u. übersichtlicher Gliederung, namentlich die scharfe Logik, die Kraft und Wärme der Sprache und die geschickte Verwendung von Schrift und Väterstellen gerühmt. KL. XII, 121; Sommervogel VIII, 261 ss.

[2]) Cf. Sommervogel I, 1020—48.

[3]) Cf. Eubel Gesch. der oberdeutschen Minoriten-Provinz pag. 131.

[4]) Cf. Bertrand I, 436—42; III, 188—190.

sur les devoirs du Clergé, Lugduni 1759 t. 2 in 12; Saint-Malo 1781; 1782; Bruxellis 1793; Tournay 1834; 1852, etiam in alias linguas versus; *Lettres sur les divertissements publics,* et en particulier sur les Bals, Limoges 1774, propter quas convicia sibi conscivit; *Calendier du Limousin,* ib. 1762—64 fasc. 3, quos alii continuarunt ad a. 1814, quae collectio pretiosa continet documenta pro historia hujus regionis; *Catologue des Evêques de Limoges* praemissus rituali hujus dioecesis ib. 1774 etc. — Joan. Baptista Antonius Hedouin O. Praem. Rotomagensis n. 1749 eloquentiae lector pro sodalibus († 1792) exhibet *Principes de l' Eloquence sacrée* melés d'Exemples puises principalement dans l'Ecriture sainte, dans le SS. Peres et dans le plus célebres Orateurs Chretiens, Soissons 1787. — Melioribus concionatoribus sui temporis accensendus est Jo. B. Beauvais episcopus sanitiensis 1774 res. 1883 († 1790), cujus sermones solidi et digni prodierunt Parisiis 1807 t. 4; 1827. Praemissa est notitia de auctore conscripta a Bouligno. — Anna Alex. Car. Maria Lanfant (Lenfant) clarus suo tempore concionator Lugdunensis n. 9. Sept. 1726, a Maria Theresia imp. Viennam accitus, ut ipsum audiret, quem tamen retinere non potuit. In illa omnium rerum perturbatione Parisiis trucidatus fuit 2. Sept. 1793. Ejus *Sermons* prodierunt Parisiis 1818 t. 8 in 12; 1825 cum auctoris elogio: ii tamen non respondent famae auctoris. *Mémoires* ou correspondance secrète du P. Lenfant pendant trois années de la revolution (1790—92), Parisiis 1834 t. 2 in 8. — Franciscus Hald S. J. Viennensis (n. 9. Aug. 1751; † 31. Dec. 1793). — Alexander Clinton, cujus nomen proprium est Mac-Kensie, S. J. Scotus (n. 23. Mart. 1730; † 5. Jan. 1800) reliquit opuscula ascetica, quae recenset Sommervogel II, 1242 s. — Ambrosius Kollonetz (Kollenetz), quem aliqui, etiam Backer II, 502, Jesuitam fuisse dicunt, qua tamen de re Sommervogel dubitat, patria fuit Bohemus, atque mortuus est praepositus boegendorfiensis 29. Aug. 1800. Multas reliquit conciones et etiam *Neues und vollständiges Lexikon* für Prediger, Breslau et Hirschberg 1789 t. 3 in 8. — Jos. Jakubowski congr. s. Laz. Polonus n. 30. Nov. 1743 disciplinis mathematicis et militaribus addictus collegit *Principes d' éloquence sacrée* expliqués par des exemples tirés de l'Ecriture s., des ss. Pères et de plus célebres orateurs chretiens, Varsaviae 1809.

III.

Theologi annorum 1801—1820.

I. Theologia dogmatica.

274. Inter cultores *philosophiae* referri possunt Bartholomaeus Pou (Povius) S. J. Balearico-Majoricensis n. 21. Jun. 1727, vir exquitae eruditionis, qui in tradendis literis humanioribus versatus est, earumque studium plurimum promovit († 17. Apr. 1802). Praeter alia reliquit *Institutionum historiae philosophiae ll. XII,* Bilbili 1763 in 4., opus multorum judicio et optima rerum dispositione et stili elegantia longe superans histor. Jac. Bruckeri [1]). — Antonius Guénard S. J. Lotharingus (n. 16. Dec. 1726; † 1806) adeo bene disseruit nondum sacerdos ad frenandam philosophorum in sacris licentiam *sur l' esprit philosophique,* Parisiis 1755, ut academia parisiensis eam Diss. praemio dignam judicaverit; 1821; 1823 et in variis opusculorum collectionibus, libellus parvus quidem, sed plane classicus et sagax. Impensa diligentia incubuit in refutanda Encyclopaedia parisiensi, sed terroris tempore metu correptus quae jam elaboraverat igni tradidit. — Antonius Eximeno S. J. Hispanus vir eruditus, orator facundus, insignis mathematicus (n. 1729; † 9. Jun. 1808) coepit edere expensis regis *institutiones philosophicas* et mathematicas Matriti 1796 t. 2 in 8. Maxime vero inclaruit op. *Dell' origine e delle regole della Musica* colla storia del suo progesso, decadenza e rinnovazione, Romae 1774, quod opus scriptores ephemeridum florentinarum summis laudibus sustulerunt et propter illud auctorem Musices Newtonem praedicarunt [1]). — Nicolaus Burkhaeuser S. J. Fuldensis natus in eadem qua celeber A. Kircher domo 15. Aug. 1733, dum esset philosophiae professor Wirceburgi, edidit *institutiones logicas,* ib. 1771; *metaphysicas* 1774 t. 3 in 8., quas Ruland Allg. d. B. 3, 624 ob methodum et doctrinae sanitatem praefert libris scholasticis illius temporis († 22. Dec. 1809). — Antonius Ludeña SJ. Hispanus n. 23. Dec. 1740, philosophiae et mathematicae Parmae et in lyceo camertino professor († 1820), praeter alia edidit [2]) *Universae philosophiae elementa,* Camerini 1792—95 t. 4; Diss. *sul quaesito filosofico* . . . cioè in quali materie, dentro a quali

[1]) Cf. Caballero Suppl. I, 230 ss.

[1]) Cf. Caballero I, 127.
[2]) Cf. Caballere I, 179.

circostanze e sino a qualsegno il giudizio del publico si abbia a tenere per un criterio di verità, Camerini 1797. — Henricus Walser O. Min. Ueberlinganus (n. 18. Mart. 1753; † 27. Jun. 1820), in conventu patrio guardianus, in usum auditorum concinnavit *Institutiones philosophiae ll. 6* ab a. 1790-96, quibus adjecit 1805 institutiones *philosophiae moralis.* — Jo. Bapt. Durosoy S. J. n. in Belfort 10. Febr. 1726, philosophiae professor, suppressa Societate J. professor theologiae Colmarii et archipiescopo parisiensi a consiliis ecclesiasticis, obiit profugus in Helvetia 22. Apr. 1804. Typis dedit *Philosophie sociale* ou essai sur les devoirs de l'homme et du citoyen, Parisiis 1783; Tournay (1828) et alibi; germanice interprete Luca, Monasterii 1852. Alia ejusdem opera in illa omnium rerum subversione manserunt inedita. — Ludov. Abel. Bonafons S. J. n. 3. Maj. 1736, societate Jesu suppressa communiter abbas de Fontenay dictus († 28. Mart. 1806), compilavit [1]) *Antilogies et fragments philosophiques* ou collection méthodique des morceaux les plus curieux et les plus interessants sur la religion, la philosophie, les scienses et les arts extraits des écrits de la philosophie moderne, Amsterdam 1774—76 t. 4; sub inscriptione Esprit des livres défendus, Paris. 1777 t. 4 in 12. — Franc. Ant. Nüsslein Bambergae n. 7. Maj. 1776 in lyceo bambergensi philosophiae professor, dein in aliis lyceis, demum Dillingae, sacerdos erat pius et comes, vir eruditus, in philosophicis dictus typus ‚idealista strictissimae observantiae' († 22. Mart. 1832). Praeter alia dedit [2]) *Lehrbuch der Metaphysik* nebst Grundriss der Geschichte der Philosophie, Augsburg 1837. — Raphael Zelli Jacobuzzi n. 20. Aug. 1772 ingressus est Romae (1791) O. S. Ben. in monasterio s. Pauli. Juvenis adhuc docuit sodales philosophiam, postea (1815) theologiam († 19. Jun. 1817). Laudantur [1]) ejus *Elementi di Filosofia metafisica,* Florentiae 1804; Bononiae 1830.

275. Cum jam rarissimi sint qui theologiam *scholasticam* excoluerint, omnes theologos, qui theologiae dogmaticae operam dederunt, sub una inscriptione complectemur. Horum vero forte plerique versati sunt ob temporum iniquitatem iis in argumentis, quae ad *theologiam fundamentalem* seu *generalem* spectant: invasit enim spiritus incredulitatis et licentiae omnes ferme hominum classes et coetus. Exordiamur ab ea regione, in qua veluti in foco spiritus hic dominabatur, a *Gallia.* Non defuerunt ibidem qui strenue causam religionis christianae et Ecclesiae catholicae in tam tristissima rerum publicarum conditione egerint. Huc referri debent: Amabilis Fidelis Poulin n. c. a. 1740, philosophiae, dein in collegio bisontino theologiae professor. M. de Durfort archiepiscopum sede pulsum comitatus est eique ad mortem usque omnis generis obsequia impendit. Redux in patriam decessit a. 1801. Reliquit *de Deo revelante* praelectiones theologicas t. 3 in v. 4 in 12., Bisontione 1787, quae sunt pars praeambula cursus theologici, quem elaborare coeperat. — Incredulos solide sagaciterque impugnavit Camuset Cabillonensis n. 1746, vir admodum eruditus, pluribus operibus, cujusmodi sunt: *Pensées antiphilosophiques,* Parisiis 1770 in 12. adversus Diderotii *Pensées philosophiques; Principes contre l'incrédulité,* adversus famosum *Système de la nature,* Parisiis 1771; *S. Augustin vengé des jansénistes* ou Réponse à la plainte d'un anonyme au sujet de quelques proposi-

[1]) Cf. Sommervogel I, 1690.

[2]) Cf. Specht Gesch. des k. Lyceum Dillingen passim, praesertim p. 150.

[1]) Cf. Molteni Less. eccl. IV, 1147.

tions tirées des Principes contre l'incrédulité, ib. 1771 in 12; *de l'Architecture des corps humains* ou le Matérialisme réfuté par les sens, 1772 praeclarum opus; *Pensées sur le théisme* ou Défense (ironica) d'Ali-Gier-Ber (Anacharsis Cloots), ib. 1785 in 12. — Carolus Chassanis Noviomagensis (n. 1750; † 1802), etsi mercator, religione per initum concordatum jam reflorescente scripsit pro ea opus insigne: *Du christianisme et de son culte* contre une fausse spiritualité, Parisiis 1802 in 8. Jam ante ediderat: *Essai historique et critique* sur l'insuffisance et la vanité de la morale des anciens comparée à la morale chrétienne, ib. 1783 in 12; *la Morale universelle* tirée des livres sacrés, ib. 1791 in 12. Suo zelo pro religione in se excitavit iram incredulorum, unde vix potuit eorum manibus elabi. — Idem argumentum tractavit Jo. Baptista Rose (n. 1714), vir eruditus, etiam in mathesi et astronomia bene versatus, academiae bisontinae socius, in op. *Morale évangélique comparée a celle des sectes et des philosophes*, Bisontii 1772 t. 2 in 12., opus majus, cujus specimen exhibuit in *Traité élémentaire de morale*, ou se trouvent développés les principes d'honneur et de vertu et les devoirs de l'homme envers la société, 1767 t. 2 in 12., quod propter suam praestantiam academia divionensis publico praemio donavit. *L'esprit des Péres* comparés aux plus célébres écrivains sur les matières les plus interessantes de la philosophie et de la religion, ib. 1790 t. 3 in 12; 1823. Dolendum eum spiritu malesano illius temporis fuisse abreptum, ut pro constitutione civili cleri scripserit [1]). Decessit senex 91 annorum 12. Aug. 1805. — Ch. J. Sailant Parisiensis, prius medicus, dein sacerdos († 1814), praeter alia ostendit: *La Religion catholique triomphante* de l'erreur par des décisions de l'Eglise, des conciles et des papes, Parisiis 1805 in 4; *Mémoires secrets* sur la vie de M. Clément évêque de Versailles pour servir d'éclaircissements à l'histoire ecclésiastique du XVIII. siècle, ib. 1812 in 8; *les véritables promesses* faites au peuple juif et à toute l'Eglise, ib. 1807 in 12. — Amatus Henricus Paulian S. J. Nemausiensis n. 13. Jul. 1722, physicus plane insignis, academiae patriae sodalis (n. 23. Jul. 1722; † c. a. 1801) composuit *Dictionnaire philosophico-theologique portatif* contenant l'accord de la véritable Philosophie avec la saine Théologie et la Réfutation des faux principes établis dans les Ecrits des Philosophes modernes, Noviomagi 1770 in 8. Cum illud Pelvert (Bonus Franc. Rivière, cf. pag. 294) in *Lettres d'un théologien*, 1776, crisi severiori minusque justae subjecisset, respondit auctor in *Réponse au libelle de l'Auteur des Questions encyclopédiques* contre l'Auteur du Dictionnaire etc. In *Système général de Philosophie* extrait des ouvrages de Descartes et de Newton, Avenione 1769 t. 4 in 12., agit de concordia inter utrumque philosophum. Reliquit plura alia opera philosophica.

276. Antonius Guenée decessit senex 86 a. 27. Nov. 1803. Natus erat 23. Nov. 1717 Stampae (Etampes) parentibus pauperibus. In universitate parisiensi meruit succedere (1741) celebri Rollin in cathedra rhetoricae, cui renunciavit (1761), ut totum se impendere posset defensioni religionis, pro quo studio collaudatus fuit a clero Galliae 1775 et 1780. Episcopus ambianensis eum inter canonicos et academia inscriptionum inter sodales (1778) recepit. Haec potiora ejusdem opera: *Les témoins de la resurrection, de J. C.* examinés suivant les regles du barreau, ex anglico Sherlokii, Parisiis 1753; *La religion chrétienne démontrée* per la conversion et l'apostolat de S. Paul, Parisiis 1754 in 12., versio op.

[1]) Cf. Biogr. univ. 39, 21.

anglici Lyttletonii; *Observations sur l'histoire et sur les preuves de la résurrection de J. C.* pariter versio op. anglici Westii contra Woolstonium, ib. 1757 in 12; simul cum praecedentibus 1821; *Lettres de quelques Juifs portugais, allemands et polonais* à M. de Voltaire, 1769 in 8., in quibus s. Scripturam V. T. adversus cavillos, sarcasmos et exceptiones tristissimi hujus auctoris egregie tuetur, opus vere classicum, quo vix praestantius in hoc genere reperitur, exquisita eruditione, magna sagacitate, methodo concinna et nitida elaboratum, et quo adversarium adeo insolentem plane conterit [1]), ejusque contradictiones, malam fidem, inscitiam, modeste quidem, sed solide aperit. Magno eruditorum plausu exceptae fuere hae literae saepiusque editae; posterioribus ed. adjecit decem epistolas, quae complectuntur sagaces doctasque observationes de lege mosaica; 1772 t. 2 in 8. (ed. 3); 1776 t. 3 in 12; 1815 t. 4 in 12. ed. 7, cui adjectae fuere praeter auctoris vitam diss. quatuor admodum eruditae de fertilitate terrae Palaestinae post captivitatem babylonicam usque tempus cruciatarum pariter adversus Voltaire. Parisiis 1817 ed. 8; 1837; Lugduni 1857. — Petrus Ludovicus Claudius Gin, Parisiensis n. 1726, advocatus et parlamento a consilio, intrepide stetit pro rege, cujus causam strenue defendit, propterea cum familia sua in carcerem conjectus († 19. Dec. 1807), scripto religionis quoque causam egit edito l. *de la Religion du vrai philosophe* ou l'Observateur impartial de la nature, contenant l'examen des systèmes des prétendues sages du XVIII. siècle et la preuve de la liaison des principes du christianisme avec les maximes fondamentales de la tranquillité des états, 1779 t. 4 in 8; 1806 ed. retractata et contracta, opus mediocre, diffusum et stilo neglecto conscriptum. Continuavit Bossueti *Discours sur l'histoire universelle* usque ad a. 1789, 1802 t. 2 in 12; quae pretio non caret, sed editio mendis scatet [1]). — Joannes Claudius Fontaine (n. 1715; † 1807), philosophiae professor in collegio aniciensi et canonicus, vir vastae et solidae eruditionis, scripsit *Réfutation de la nécessité et du fatalisme,* Anicii 1783 t. 2 in 8; *le véritable système sur le mécanisme de l'univers* ou démonstration de l'existence du premier moteur, ib. 1785 t. 2 in 8. — Petrus Jos. Boudier de Villemert Parisiensis (n. 1716; † 6. 1807), parlamenti advocatus, laicus, scriptor erat ferax [2]). Inter alia scripsit *L'Irreligion dévoilé* ou la Philosophie de l'honnête homme 1774-79, opus bona instentione conscriptum, sed minus solidum. *Réflexions sur quelques vérités importantes* attaquées dans plusieurs écrits de ces temps, 1752 in 12. etc.

277. Inter plurima (66 et ultra) opera [3]) Joannis Josephi Rossignol S. J. aliqua huc referri possunt. Natus is est 1726 Valle s. Ludovici in dioecesi embrodunensi, excelluitque maxime in disciplinis physicis et mathematicis. Juvenis disputationem Varsaviae habuit publicam de omni re scibili cum magno abstantium plausu et stupore. Professorem egit Massiliae, Vilnae, ubi etiam observatorio astronomico praefuit et celebrem Boscovich juvit in edendis operibus; docuit deinde Mediolani et Taurini († 1817). Praeter alia edidit: *De l'Usure,* Taurini 1787 in 12., qui liber factiosis delphi-

[1]) Ipse Voltaire in ep. ad D'Alembert 8. Dec. 1776 data fatetur: »Le secrétaire juif n'est pas sans esprit et sans connaissances; mais il est malin comme un singe; il mord jusqu'au sang en faisant semblant de baiser la main. Cf. Vigouroux Dict. III, 356.

[1]) Cf. Biogr. univ. 17, 391 s.
[2]) Cf. Feller 2, 121.
[3]) Cf. Backer 3, 356—359; Biogr. univ. 39, 51 s.; Funk Zur Gesch. des Wucherstreites Tübingen 1901.

natibus adeo displicuit, ut integram editionem igni dederint, quare auctor vix duo exemplaria servavit; *des peines du Purgatoire,* ib. 1808; *la Divinité de l'Eangile* prouvée par les Prophéties, ib. 1810; *Vues philosophiques sur l'Eucharistie,* Embroduni 1776 in 8; Taurini 1801, in quo physice nititur mysterium explicare. Cum vero propterea orthodoxia ipsius a nonnemine in dubium fuerit vocata, edita epistola Embroduni 1777 eam tuetur; *Reflexions sur l'Histoire ecclésiastique de M. l'abbé Fleury,* Parisiis 1802; *Examen impartial des époques de la nature de M. de Buffon,* Embroduni 1781 in 8. etc. — Prima religionis fundamenta philosophice tractavit Jo. Baptista Aubry OSB. congr. s. Hidulphi (n. 1736; † 4. Oct. 1809), cui injuncta fuit continuatio op. literarii celebris Remigii Ceillier (IV[3], 1443), quae tamen nunquam prodiit. Haec potiora ejusdem opera: *Quaestiones philophiques* sur la religion naturelle, dans lesquelles on propose et on resout avec les seules lumières de la raison les objections des athées, des matérialistes, des pyrhoniens et des déistes [1]), Parisiis 1783 in 8., in forma dialogi, vel ab adversariis Dalembert et Lalande collaudatum. Cum Guinot in suis *Leçons philosophiques* quaedam notasset, illi auctor noster opposuit *Lettres critiques* sur plusieurs questions de la métaphysique moderne 1783; *Leçons métaphysiques* à un mylord incrédule sur l'existence et la nature de Dieu, 1790; *Questions aux philosophes du jour* sur l'âme et la matière, 1791; *l'Anti-Condillac* ou Harangue aux idéologues modernes, Parisiis 1800; *Théorie* de l'âme des bêtes et de celle qu'on attribue à la matière organisée [2]), 1780; 1790 etc. — Petrus Sigorgne Lotharingus (n. 1719; † 1809), vicarius generalis matisconensis et decanus capituli, praeter alia scripsit *le Philosophe chrétien* ou Lettres à un jeune homme entrant dans le monde sur la verité et nécessité de la religion, 1765; 1776, opus praeclarum. Auctor erat admodum versatus in disciplinis physicis et dum Parisiis philosophiam doceret, Cartesianismum, qui tunc solus dominabatur in universitate, graviter solideque impugnavit: unde acris orta est controversia inter Cartesii asseclas et fautores systematis newtoniani, qui demum victoriam retulerunt [1]). — Petrus Greg. Herluisson Trecensis (n. 4. Nov. 1759; † 19. Jan. 1811), bibliothecae praefectus, initio quidem liberiores sequebatur opiniones. In op. *La théologie réconciliée avec le patriotisme,* Trecis 1790 in 12; Parisiis 1791 t. 2 in 12., tuetur, secundum ss. patres quemlibet populum jure frui determinandi regiminis formam, qua regi velit. Verum procedente tempore ad saniora rediit consilia, imo laudabili exemplo sermone publico illas emendavit, quo in se concitavit fanaticorum insectationes. Spiritu tamen malesano janseniano infectus ab a. 26. aetatis suae functionibus sacerdotalibus abstinuit. Scripsit *le fanatisme du libertinage confondu* ou Lettres sur le celibat des ministres de l'Eglise, ib. 1792 in 8. et *De la religion révélée* ou de la nécessité, des charactères et de l'authenticité de la révélation, 1813 in 8., opus posthumum [2]). — Claudius Latasse, Nancaeus n. 1745 plurimum promovit fidelium, ruricolarum praesertim, salutem concionibus utilissimisque opusculis. Propter recusatum jusjurandum in Germaniam secedere coactus est. In patriam redux factus est theologiae professor composuitque egregium plane librum *Le catholique instruit* en forme de dialogue ou Traité philosophique et

[1]) Cf. N. bibl. eccl. frib. 6, 584—94; Biogr. un. 3, 17; Feller 1, 312.

[2]) Cf. Quérard 1, 115.

[1]) Cf. Bi. univ. 42, 339.

[2]) Cf. Quérard 4, 89. Fuse de ipso disserit Séché les derniers Jansénistes II, 161 ss.

théologique sur la vraie religion, Nancaei 1804 t. 2 in 12.

278. Illustre Ecclesiae gallicanae ornamentum ea tempestate fuit Jacobus Andreas Emery congr. s. Sulpicii, qui natus in oppido Gex 26. Aug. 1732 primum theologiam dogmaticam docuit in seminario aurelianensi (1759), moralem in lugdunensi. In academia valentina promeruit (1764) lauream doctoralem. Anno 1776 rexit seminarium andegavense, imo et dioecesim administravit vicarius generalis episcopi; demum electus est a. 1782 in superiorem generalem (9.) suae congregationis, cui prudentissime utiliterque praefuit: cumque ea fuerit suppressa, membra dispersa colligere pro viribus nitebatur, ut quasi sub cinere latens tempore opportuno reflorescere posset. In illa rerum omnium subversione bis in carcerem conjectus fuit, in quo pluribus ad mortem damnatis ut Deo et Ecclesiae reconciliarentur utilis fuit. Carcere ereptus unus fuit ex illis, quibus a Juigné archiepiscopo parisiensi exsule dioecesos administratio fuit concredita. Undique propter suam prudentiam in difficilimis illis temporibus a viris ecclesiasticis et fidelibus consulebatur. Intrepida libertate causam egit romani pontificis coram Napoleone [1]). Decessit omnium bonorum moerore 28. Apr. 1811. Vir erat modestus, semper sibi similis sibique constans, mansuetus et prudens, unde aliis nimis indulgens, pertinax aliis videbatur. Opera ejus collecta prodierunt Parisiis 1857 ed. Migne in 8., quorum potiora sunt: *Pensées de Leibnitz* sur la religion et la moral, Parisiis 1803 t. 2 in 8. (ed. prima 1772 t. 2 in 12.); Bruxellis 1838 t. 2 in 12; Paris 1870, quo in op. philosophis incredulis doctissimum Leibnitium opponit insigniter de religione, praesertim de Ecclesia catholica, sentientem. Aliquot exemplaribus adjectum est: *Eclaircissement sur la mitigation des peines de l'infer,* quod tamen mox suppressum voluit. Adversus hanc. diss., quae etiam manuscripta per plurium manus ferebatur et usque Monasterium in Westphalia pervenerat, scripsit Jarry [1]) *Examen d'une diss. sur la mitigation des peines des damnés,* Lipsiae 1810 in 8. In primae ed. praefatione impense etiam laudaverat declarationem cleri gallicani a. 1682, quod tamen encomium in altera editione omisit. *Exposition de la doctrine de Leibnitz* sur la religion, Paris 1819. *La Conduite de l'Eglise dans la réception des ministres de la religion* qui reviennent de l'hérésie et du schisme, 1800; 1801; *le Christianisme de François Bacon* ou Pensées et sentiments de ce grand

[1]) Cf. Rohrbacher Histoire universelle de l'Église cath. l. 91 § 1 ed. Paris. 1877 XIII, 433 s.; Picot Notice sur la vie et les écrits de l'abbé J. A. Emery, Parisiis 1811; Bi. un. 13, 116—9; Gosselin Vie de M. Emery, Paris 1861—62 t. 2 in 8; Méric Histoire de M. E. et de l'Eglise de France pendant la Revolution et pendant l'Empire, Paris 1895 t. 2 in 12 ed. 5. aucta, praemio ab academia coronata; Bertrand Bibl. sulp. II, 10—35, qui diligenter recenset opera genuina, ea, ad quae E. aliqua contulit, et ea, quae falso ei adscribuntur.

[1]) Petrus Franciscus Theophilus Jarry patria Normannus, n. 1764, non solum jusjurandum a regimine clero impositum detrectaverat, verum et scriptis impugnaverat: quocirca solum vertere coactus est. Secessit in Angliam, deinde in Germaniam. A Pio VI. dictus est archidiaconus et canonicus leodiensis: qua tamen dignitate ei nunquam propter temporum iniquitatem frui licuit. Diu substitit Monasterii partesque habuit in conversione celeberrimi comitis de Stolberg. Pace per Europam composita in patriam rediit decessitque 31. Aug. 1820. Praeter alia scripsit quoque *Diss. sur l'épiscopat de S. Pierre à Antioche,* Parisiis 1807 in 8., epitome majoris operis latini de hoc argumento adversus Molkenbuhr, quod tamen nunquam prodiit; *sur la petite église,* ib. 1820 in 8. Cf. Biogr. univ. 68, 104; Quérard 4, 208. Prodiit etiam Parisiis 1842 in 8: *Du dogme catholique* sur l'Enfer et diss. de M. Emery ... sur la mitigation des peines des Damnés auctore P. J. Carle.

homme sur la religion, 1799 t. 2 in 12., quibus adjecit praefationem, vitam Baconis et duplicem dissertationem solidam sagaci judicio conscriptam; *Défense de la Révélation* contre les objections des esprits forts, egregium opusculum celebris Euleri, gallice versum, cui adjecit *Pensées* de cet auteur sur la religion, Parisiis 1805 in 8; Montpellier 1825 in 12; *Pensées de Descartes sur la religion et la morale,* ib. 1811 in 8; Tours 1870; *Nouveaux opuscules de Fleury* avec des corrections et additions, ib. 1807 in 12; ib. 1818. *L' Esprit de s. Thérèse,* recueilli de ses Oeuvres etc., Lyon 1775; 1779 etc.; 1858. *Lettres* a un Evêque sur divers points de morale et de discipline concernant l' Episcopat, Paris 1802, opus posthumum ed. a Pompignan, etiam inter hujus opp. (ib. 1855). Plures quoque art. inseruit Annalibus ed. a Boulogne *Bossuet et Fenelon* sur la Souverainité, Paris 1791.

279. Leonardus Alea Parisiensis († c. 1812) dedit *l' Antidote de l' athéisme* ou Examen critique du Dictionnaire des athées, Parisiis 1801 in 8., auctum et retractatum[1]) sub inscriptione: *La religion triomphant* des attentats de l' impieté, ib. 1802 in 8, opus valde laudatum; *Reflexions contre le divorce,* ib. 1802 in 8. — Thomas Joannes Pichon Cenomanus, canonicus et theologiae doctor († 18. Nov. 1812), providus nosocomii generalis director, plura levi manu nec satis accurate scripsit: *La raison triomphante des nouveautés* ou Essai sur les moeurs et l' incrédulité, Parisiis 1756 in 12; *Traité historique et critique de la nature de Dieu,* ib. 1758 in 12; *Carte aux philosophes à quatre pattes* ou l' immatérialisme opposée au matèrialisme, Bruxellis 1763 in 8; *Les droits respectifs de l' Eglise et de l' État* rappelés a leurs principes, Avenione, 1766 in 12; *Mémoire sur les abus du mariage* et sur les moyens de les réprimer, Amstelodami 1766 in 12; *sur les abus du célibat dans l' ordre politique,* 1765 in 12., qui liber bonorum animos commovit, sicut et alter inscriptus: *Etudes theologiques* ou Recherches sur les abus qui s' opposent au progrés de la théologie dans les écoles publiques et sur les moyens possibles de les réformer en France, 1767 in 12; *Arguments de la raison en faveur de la religion du Sacerdoce* ou Examen de l' Homme d' Helvétius, Londini 1776 in 12. — J. Bardou parochus (n. 1729; † 1813) compilavit *l' Esprit des apologistes de la religion chrétienne,* Bullonii 1776 t. 3 in 12. *Amusement d' un philosophe solitaire,* Bouillon 1783 t. 3 in 8. — Franciscus Champion de Pontalier S. J. Rotomagensis (n. 21. Oct. 1731; † 30. Dec. 1812) scripsit *Variétés d'un philosophe provincial,* Parisiis 1767; Bruxellis 1767 t. 2 in 12. opus rarum; *le théologien philosophe,* Parisiis 1786 t. 2 in 8. — Philippus Ludovicus Gérard Parisiensis (n. 1737; † 24. Apr. 1813) absolutis studiis humanioribus; laxiorem vivendi rationem secutus fidem perdidit. Sed paterna sollicitudine ab. Legros ad saniora rediit consilia et factus sacerdos magno zelo animarum curae se impendit, meruitque a clero gallicano (1775) pro suo studio propugnandi causam religionis christianae collaudari, ab incredulorum vero factione conjici in carcerem, quo diu retentus fuit. Composuit librum plane egregium inscriptum: *Le Comte de Valmont* ou les égaremens de la raison, in

[1]) Biogr. univ. 56, 155: »Cet ouvrage ainsi perfectionné est dévenu par son objet, son opportunité et son exécution un livre important et dont le succès a été complet. C' est la collection la plus utile que nous connaissions des sentiments des amis de la religion et des aveux de ses adversaires. Le card. Gerdil en faisait grand cas; Portalis (minister cultus, cui illum dedicaverat) ... manifesta hautement sa satisfaction à l' auteur et lui proposa vainement de le faire entrer dans le conseil d' état.«

quibus describit omnia pericula, quibus inexperta juventus est exposita: deinde proponit magna sagacitate et eloquentia motiva, quibus omnis filius prodigus alicujus adhuc bonae voluntatis ad saniorem revocari possit mentem et fidem christianam. Saepissime prodiit primum 3, dein 5, demum 6 t. *Leçons de l'histoire* ou Lettres d'un père à son fils sur les faits intéressants de l'histoire universelle, 1786—1806, in quibus describit historiam antiquitatis usque ad Christum. Prioribus voluminibus, quae magis accurata sunt, addidit doctas criticasque dissertationes. *L'Esprit du Christianisme* précédé d'un précis de ses preuves et suivi d'un plan de conduite, Parisiis 1803 in 12. et in Démonstr. évangéliques [1]) ed. Migne 12, 1233—74. — Petrus Gourju Orat. (n. 1762; † 5. Apr. 1814) Delphinas, philosophiae et physicae professor, et erecta universitate lugdunensi (1810) in eadem pariter philosophiae professor, edidit *La philosophie du dix-huitième siècle dévoilée par elle même,* ouvrage adressé aux pères de famille et aux instituteurs chrétiens, et suivi d'observations sur les notes dont Voltaire et Condorcet ont accompagné les Pensées de Pascal. Lugdini 1816 t. 2 in 8. — Car. Henricus Janson Bisontinus [2]) (n. 15. Nov. 1734; † 24. Jun. 1817), parochus apostolici zeli, qui propter recusatum jusjurandum illicitum damnatus fuit ad deportationem, quae tamen poena gravissima ob ejus affectam valetudinem commutata fuit in exsilium. Plurima paraverat opera, ex quibus pauca prodierunt, inter quae *La Vérité de la religion démonstrée* par le miracle de la résurrection de J. C., epitome op. anglici auctore Dillon; *l'Eucharistie selon le dogme et la Morale,* Bisontione 1762 t. 2 in 12; *Instructions familières* sur les verités dogmatiques et morales de la religion, ib. 1781 t. 5 in 12; in epitomen redactae, Parisiis 1788 t. 3 in 12. — Franc. Car. Nagot congr. s. Sulp. Turonensis n. 19. Apr. 1734, seminarii s. Sulpicii Parisiis (1789), dein baltimorensis (1791) erat regens non obstante diuturna jugi virium infirmitate. Missionem a munere demum impetravit (1810) decessitque virtutis exemplar [1]) 9 Apr. 1816 a. aetatis 82. Plura opera anglica Georgii Hay et Albani Butler gallice vertit, collegitque *Recueil de conversions remarquables* nouvellement opérées dans quelques Protestants, Paris 1789 in 12; 1791; 1796; 1822; Avenione 1829; Clermont 1859; *Vie di M. Olier,* Versailles 1818.

280. Indefessus et strenuus plane veritatis christianae juriumque Ecclesiae apologeta et vindex fuit Augusti-

[1]) Cf. ib. p. 1229 ss. plura de auctore in Biogr. univ. 17, 171.

[2]) Cf. Claudius Le Coz archiepiscopus Bisontinus scripsit *Défense de la révélation chrétienne et preuve de la divinité de Jesu Christ,* 1802 in 8., etiam in Migne *Démonstr. évang.* 13, 651—782, adversus *Mémoire en faveur de Dieu* auctore Delisle de Sales. Natus est Le Coz 22. Dec. 1740 atque directoris munere fungebatur in collegio Corisopitano (Quimper). Liberioribus illius aevi opinionibus ardenter inhaesit et in praemium electus est in episcopum constitutionalem (1791). Terroris tempore et ipse, quod se strenue opponeret presbyterorum matrimonio, in carcerem per menses 14 fuit conjectus. Conciliabulo schismatico parisiensi a. 1797 et 1801 ipse praesedit. Post conclusum concordatum muneri renunciavit dictusque est archiepiscopus bisontinus: non tamen propterea videtur mutasse suam sentiendi rationem; dum vero pontifex Parisiis degeret (1804), speciem quandam retractationis exhibuit. Redeunti Napoleoni ex insula Elba quam primum iterum adhaesit († 3. Maj. 1815). Plura scripsit ediditque pro novo rerum ordine tuendo et nonnulla pro tuenda religione revelata. Cf. vita praemissa l. citato apud Migne; Feller 5, 194; Biogr. univ. 23, 532; Séché les derniers Jansénistes t. 1 c. 8; Lorenz 3, 208; Journal de la librairie 1815, p. 122; L'Episcopat français pag. 130.

[1]) Cf. Feller VI, 209; in primis Bertrand Hist. Lit. de la comp. de s. Sulp. II, 37—46.

nus Barruel S. J. n. 2. Oct. 1741 Villanovae Helviorum (Villeneuve de Berg). Saeviente in Gallia adversus jesuitas procella in Austriam se recepit. Exstincta societate rediit in Galliam, sed a. 1792 in Angliam confugere est coactus, ubi principi regiae de Conty aderat in pauperibus stipe sublevandis. Pacatis aliquomodo turbulentissimis Galliae motibus Parisios rediit († 5. Oct. 1820 a. aetatis 79). Scripta ejus, quae sunt quamplurima, ingenio, eruditione et stili nitore excellunt. Inter haec in primis mentione digna sunt[1]): *Les Helviennes* ou lettres provinciales philosophiques, Amstelodami 1781 in 8., saepius editae et in varias linguas versae; ib. 1789 ed. 4. t. 5 in 12; Parisiis 1830 t. 4 in 12. ed. 7. cum notitia de auctoris vita et operibus. Hisce ep. 76 solertissimum prodit ingenium atque ita irridet perstringitque incredulos, ut ineptas eorum nugas oculis omnium patefaciat. Continuavit *Journal ecclésiastiques* ou Bibliothèque raisonée des sciences ecclésiastiques par un société de gens de lettres a Dinouart[2]) coeptum (a. 1760) ab a. 1788—1792, quo subversa fuit monarchia gallica, pretiosa collectio t. 9, in qua audacter mediis in periculis, docte et eloquenter pro veritate stetit. Occurrit in ea diss. *La conduite du S. Siége envers la France* dans les circonstances actuelles, qua insigniter prorsus agendi rationem Pii VI. tuetur. *La Génèse selon M. Soulavie,* 1784, agente ab. Soulavie ita a sigillifero suppressum, ut nullum reperiri amplius exemplar dicatur. *Lettres* (4) *sur le divorce* ou Réfutation d'un ouvrage ayant pour titre: *Du Divorce* (auctore Hennet), Parisiis 1789 in 8; *les vrais principes sur les mariages* opposés au rapport de Durant Maillane pour servir de suite aux Lettres etc., ib. 1790 in 8. Plura opuscula adversus constitutionem et jusjurandum civicum; *Question nationale sur l' autorité et sur les droits du peuple dans le gouvernement,* Parisiis 1791 in 12; *collection ecclésiastique* ou Recueil complet des ouvrages faits depuis l'ouverture des États généraux relativement au clergé et à sa constitution civile, ib. 1791—93 t. 14 in 8., quae quidem sub ejus nomine prodiit, sed potius ab. Guillon tribuenda videtur. *Histoiré du Clergé pendant la révolution française,* Londini 1793 in 8., saepe edita; Parisiis 1804 t. 2 in 8. ed. aucta, in varias linguas versa; *Mémoires pour servir à l'histoire du Jacobinisme,* Londini 1797—98 t. 5 in 8., pariter saepius edita et in varias linguas versa multumque lectitata, cujus *Abrégé* ipse auctor dedit ib. 1798 in 8; Luxemburgi 1800 etc. *Du Pape et de ses droits religieux,* Parisiis 1803 t. 2 in 8., quo opere primatus jura docte evolvit et vindicat, ut legitimam ostenderet adversus multos dubitantes vel murmurantas agendi rationem Pii VII., qui plenitudine potestatis suae praeter solitum utens plures episcopos ad resignandum suis sedibus pro bono Ecclesiae adegerat, Venetiis 1804. *Histoire civile, politique et religieuse de Pie VI.* écrite sur des Mémoires authentiques, Avenione s. a. in 8., quae tamen a Sommervogel ipsi non tribuitur.

281. *Elementa theologiae* ad omnium scholarum catholicarum usum ordine novo aptavit Franc. Florentinus Brunet congr s. Laz. Lotharingus, n. 11. Maj. 1731, aliquamdiu philosophiae et theologiae professor, assistens praepositi generalis, quem profugum Romam secutus, et a quo morti proximo (1804)

[1]) Cf. Caballero 1, 91; Backer, 1, 417—423; Sommervogel 1, 930—45; Biogr. un. 57, 217; Kerker, KL. 1, 2042.

[2]) Jos. Ant. Toussaint Dinouart Ambianensis (1716—86) edidit *Journal ecclésiastique,* quo continentur plura quidem utilia, sed et multa pro Jansenianorum reliquiis, quarum causam agebat. Plura alia edidit, inter quae *Manuel des pasteurs* t. 3 in 12; *Rhétorique du prédicateur* etc. Cf. Feller, 3, 286.

vicarius designatus est († 15. Sept. 1806) Romae 1801—4 t. 6 in 3 v. in 4. *Traité des devoirs des pénitents et des confesseurs*, Metis 1788 suppresso nomine. Magis vero innotuit opere prolixo et admodum erudito: *Parallèle des religions*, Cabilone et Parisiis 1785—1792 t. 3 in 5 v. in 4., quod compilavit studio 18 a. ex auctoribus praestantioribus, opus rarum. Collationem vero instituit ordine methodico et laudabili judicii aequitate inter paganismum, cujus tam moderni (10) quam antiqui (21) formas omnes historice et systematice proponit, mohammedanismum, judaismum et religionem christianam. Adjecit dissertationem philosophicam de revelatione[1]). — Ludovicus Bailly (n. 1730) annis 25 professor Divione theologiae dogmaticae et canonicus, propter religionem cum tot aliis in exsilium pulsus est. Redux in patriam recusata vicarii generalis dignitate maluit totum se impendere pauperum curae, cui omnium aedificatione immortuus est a. 1808. Composuit *theologiam dogmaticam et moralem*, 1789 t. 8 in 8.; Lugduni 1804 t. 8 in 12., et saepius alibi, in qua rigidiores sententias sectatur[2]). Ea in pluribus seminariis adoptata fuit. Editioni lugdunensi addi solet alius tomus complectens 1. appendicem de notis Ecclesiae; 2. documenta codicis civilis dispositionibus accommodata ex institutionibus theologicis ad usum seminarii cenomanensis excerpta; 3. tabulam analyticam tractatuum, qui in unoquoque theologiae Bailly voluminę continentur. Ea a Receveur retractata et nonnihil emendata fuit, tamen 7. Dec. 1852 prohibita »donec corrigatur.«

[1]) Cf. Notices bibliogr. sur les Ecriv. de la congr. de la Mission I, 17—23.

[2]) Nic. Theodorus Olivier (n. 28. Apr. 1798) clarus orator recusatis aliis episcopatibus demum acceptavit sedem ebroicensem (1841). Praesul erat fortis in regimine suae dioecesis († 21. Oct. 1854). Scripsit *Concordance* de la théologie de Bailly avec le code civil. Cf. L'Episcopat p. 235 s.

Tractatus *de vera religione*, Divione 1758 ed. 6. t. 2 in 12; tr. *de Ecclesia*, Divione 1771. 1776 t. 2 in 8; 1780, in quo principia declarationis gallicanae a. 1682 tuetur[1]); *les Principes de la foi catholique*. — Claudius Magdalena de la Myre edidit quoque *praelectiones theologiae*, Cenomani 1820 in 12. — Franciscus Mézin Nancaeus n. 23. Sept. 1739 s. facultatis parisiensis licentiatus theologiae primum Burdigalae, mox in academia nancaea professor et decanus coepit elaborare quosdam tractatus, ut *de matrimonio*, Nancaei 1785, in quo pro opinionibus tunc in Gallia vigentibus potestati civili jus statuendi impedimenta dirimentia vindicat, errores tamen Launoyi et de Dominis

[1]) Haec etiam pluribus operibus tuetur Petrus Chiniac de la Bastide Lemovicensis n. 5. Maj. 1741, advocatus et a. 1796 praeses tribunalis criminalis Sedenae. *Discours de l'abbé Fleury sur les libertés de l'Église gallicane* avec un commentaire, s. l. (Parisiis) 1765 in 12., qui merito plurium incurrit reprehensionem, cui opposuit *Reflexions importantes et apologétiques* sur le nouveau commentaire etc., Parisiis 1766 in 12. *Diss. canonique et historique sur l'Autorité du s. Siége et les decrets, qu'on lui attribue*, 1779. Ipsi quoque tribuitur *Diss. sur la préeminence de l'épiscopat sur la prêtrise*, 1766 in 4. Gallice vertit opus de potestate episcoporum Antonii Pereira (pag. 67) novamque curavit editionem tr. *d l'autorité du Pape* auctore Burigny, Viennae (Parisiis) 1782 t. 5 in 8. (cf. pag. 318) cum responso ad exceptiones, 1783. Edidit praeterea: *Discours sur la nature et les dogmes de la religion gauloise* servant de préliminaire à l'histoire de l'Église gallicaine, Parisiis 1769 in 12; hinc inductus fuit ad curandam ed. novam, emendatam et auctam op. *Histoire des Celtes* auctore Pelloutier, ib. 1770. 1771 ib. t. 8 in 12. et t. 2 in 4., cui adjecit *Diss. sur le temps où la religion chrétienne fut établie dans les Gaules*, quod censet fuisse sec. II. De nova ed. *capitularium regum francorum*, quam illustravit e schedis msc. Baluzii, egimus IV[s], 838. Baluzzi praefactionem gallice edidit inscriptam: *Histoire des capitulaires des rois de la première et seconde race*, 1779 in 8; *Histoire de l'Église gallicane; Essai de philosophie morale*, Parisiis 1802 t. 5 in 8. Cf. Biogr. univ. 8, 3 ss.; Quérard 2, 190.

repellit; *de gratia* 1786 ; *de sacramentis in genere,* de baptismo et confirmatione, ib. 1788. Jam imprimebatur tr. *de eucharistia,* cum rerum omnium subversio gallica ipsum ob recusatum jusjurandum civicum exsilio mulctavit. Diu omnibus destitutus varias peragravit regiones, donec exsulibus a. 1802 reditus in patriam fuit permissus. Mox rediit et duorum benefactorum stipendio suffultus optimus senex 79 a. in pace quievit[1]) 6. Febr. 1818.

282. Cum pugna adversus incredulos theologorum attentionem et diligentiam absorberet, controversiae speciales, etiam adversus Jansenianos[2]), fere conquieverunt; quare jam rara sunt opera de aliis argumentis specialibus. Carolus Ludovicus Fontaine archidiaconus lausanensis scripsit *Accord de la liberté de l' Être moral* avec l'empire absolu, les décrets immutables et l'action irrésistible de l'Être suprême, Lausannae 1790 t. 2 in 8; *un mot sur la tolérance religieuse* d' après les lumières de la raison, Friburgi 1800 in 8.

283. E *Belgis* praetermissis Dominico Bauduin Orat. Leodiensi (n. 14. Nov. 1742; † 3. Jan. 1809) professore historiae ecclesiasticae Trajecti superioris, cujus inter alia sunt *la Religion chrétienne justifiée* au tribunal de la politique et de la philosophie, Leodii 1788 in 12; 1807; *Essai sur l'immortalité de l'âme,* Divione 1781 in 12; Leodii 1805 — et Francisco Damiano Joseph de Kinder O. Praed. Bruxellensi (n. 1773; † 18. Sept. 1816), qui Ecclesiam catholicam adversus omnes haereses vindicavit (Lovanii 1794 in 8.) — eminet prae ceteris Franc. Xaverius de Feller Bruxellensis n. 18. Aug. 1735, et societatem Jesu ingressus a. 1754, vir pereruditus, laboriosissimus et sagacissimus rei catholicae apologeta. Luxemburgi et Tyrnaviae docuit theologiam; nondum absoluto studio theologico conciones habuit per quadragesimam ad discipulos, inter quos erant 3—400 theologi, tanta eloquentia et sermonis elegantia, ut omnes in admirationem raperet, et tamen illis praemittebat horam tantum meditationis. Exstincta Societate Jesu a. 1773, quam incredibili amore prosequebatur, omnes ingenii et eruditionis nervos ad libros scribendos adhibuit una fere sibi proposita religione christiana in scriptis defendenda, quibus magnam sui existimationem viris

---

[1]) Cf. Thiriet L'abbé Mézin, Nancaei 1884.

[2]) His accenseri debent Petrus Brugières, sacerdos constitutionalis fanaticus, Avernus (n. 3. Oct. 1730; † 7. Nov. 1803). Cf. Biogr. un. 6, 90; Feller, 2, 209. — Natalis Castera Larrière laicus, qui etiam constitutionem civilem cleri propugnavit (n. 1733; † 3. Jan. 1803; secundum alios 1802), ib. 5, 162. — Jo. Bapt. Silvanus Mouton, qui redegit *Nouvelles ecclésiastiques,* non Parisiis, sed Ultrajecti, quae tamen post ejus mortem (13. Jun. 1803) non amplius prodierunt. Cf. ib. 6, 183. Illas antea redegerat ad a. 1793 Marcus Claudius Guenin (n. 1730; † 12. Apr. 1807), qui deinde operam suam contulit fasciculis literariis ejusdem spiritus *Annales de la religion.* Cf. ib. 4, 293. — Bern. Lambert O. Praed. Provincialis n. 1738, scriba hujus sectae ferax admodum et tam fanaticus, ut amplexus sit opiniones chiliastarum et romanum pontificem habuerit pro antichristo. Scripsit inter alia *La vérité et l' innocence vengée,* Paris 1811. Cf. Reusch 2, 987; Biogr. univ. 23, 273; Quérard 4, 485 ss. — Claudius Franc. Desfours de Genetière Lugdunensis (n. 1757; † 31. Aug. 1819) fanaticus miraculorum falsorum diaconi Paris et convulsionum apologeta, qui clandestinis etiam typis suos diffudit errores. Cf. Feller 4, 257; Stimmen aus Maria-Laach 17, 21 ss. — Petrus Nic. Tabourier Carnotensis, sacerdos schismaticus, qui pro constitutione civili cleri et factione schismatica plura scripsit († 28. Nov. 1806), et Guil. Mauviel episcopus constitutionalis s. Domini (n. 1756; † 1814), qui cum Grégoire partem habuit in edendis *Annales de la religion.* Parisiis 1795—1803. Exstat ejus *Précis historique et critique sur les indulgences,* ib. 1800 in 8.

eruditis excitavit. Praeter ingenii laudem pollebat ille tenacissima memoria, ut quaecunque legeret et audiret firmiter teneret. Sacros omnes codices memoriter ad lubitum recitabat, ita et ll. de imitatione Christi, neque minus plures auctores profanos, in primis Virgilium et Horatium, quos sine libro explicabat. Italiam, Bohemiam, Poloniam, Germaniam, Hollandiam, Hungariam, Transilvaniam, Slavoniam, Helvetiam, et alias provincias plerumque pedes perlustraverat, diligentissimis disquisitionibus rimatus omnia, quae ad geographiam, physicam, historiam naturalem et politicam pertinerent. Quocumque iret, secum ferebat codicem, cui inferret, quidquid utile ei succurreret. Horum itinerum fructus prodierunt demum post auctoris mortem inscripti: *Itinéraire* ou Voyages d M. l'abbé de Feller en diverses parties de l'Europe etc., Leodii 1820 t. 2 in 8; 1823. Novam edit. curavit op. *Dictionnaire géographique* Leodii 1792 t. 2 in 8. abbatis Advocat (sub nomine Vosgien), quod ita magnis accessionibus et mutationibus instruxit, ut fere novum sit opus. Felleri eruditionem haud parum exornabat vitae sanctitas. Emicuerunt in eo eximia in Deum pietas, cultus Deiparae et sanctorum, in primis s. Francisci Xav., in cujus honorem composuerat insigne carmen heroicum *Xaverius* inscriptum 4 ll. distinctum, victus tenuitas voluntaria, minima seu nulla potius pecuniarum ratio, imo despectio, nullo in sui commodum ex libris editis adscripto quaestu, jugis mortis recordatio, cum ante cubitum solemnis ei mos esset recitandi commendationem animae. Quievit a laboribus optimus senex Ratisbonae 23. Maji 1802.

284. Haec sunt potiora ejusdem opera[1]): *Jugement d' un écrivain protestant* touchant le livre de Justinus Febronius, Lipsiae (Luxemburgi) 1770; 1771 ed. aucta et emendata ib. (Leodii) in 12. Nomine personaque assumpta protestantis sive hominis acatholici nervose refutantur Febronii errores; ideo autem latere voluit, quod ipsum bene noverat ab infantia eique aliquo gratitudinis vinculo obstrictus erat, ut colligimus ex ejusdem literis 18. Dec. 1780. *Entretiens de Voltaire et de M. P. Docteur de Sorbonne* sur la nécessité de la religion chrétienne et catholique par rapport au salut, Leodii 1771 in 8; Argentorati 1772; *Catéchisme philosophique* ou recueil d'observations propres à defendre la religion chrétienne contre ses ennemis, sub nomine anagrammatico Flexier de Reval, Leodii 1772 in 8; Parisiis 1777 ed. correcta et aucta, saepius editus, ab auctore et aliis auctus, ut ex. gr. Insulis 1825 t. 8 in 12; Parisiis 1829 t. 3 in 12; Tornaci 1846 in 8 etc., inter quas ed. illa non est probanda, quae prodiit cura comitissae de Genlis, Parisiis 1820 t. 2 in 12; variae quoque prodierunt versiones. Opus hoc inter praestantiora auctoris nostri aliorumque apologetarum recensendum est, in quo eruditio, sagacitas ingenii, concinnitas et accuratio de palma certant, eaque stili perspicuitate incredulorum exceptiones refelluntur, ut vel minime docti argumentorum vim percipiant. *Journal historique et littéraire,* qui fasciculi literarii successerunt a. 1773 illis, qui inscripti erant *Clef du Cabinet*

[1]) Plura de ipso ejusque op. cf. in Précis historique sur la vie et les ouvrages de l'abbé de Feller, Leodii 1802; 1810; Lovanii 1824 in 8. auctore Bern. de Saive S. J.; Sommervogel III, 606—33 sub n. 64; IX, 322; Caballero bibliothecae script. S. J. suppl. I, 131 ss.; Neyen, Biogr. Luxembourgeoise 1, 192; Feller, Biogr. univ. continuée par l'Simonin 3, 541 ed. paris. 1860, ubi de eo legimus: »Son style est d'une énergie qui surprend; il semble inventer des mots pour exprimer les choses, tant il savait choisir les expressions propres«; Biogr. univ. 14, 278; Biogr. de Belg. 7 ss.; KL. 4, 1322.

des Princes de l'Europe (seu Journal de Verdun) ab a. 1704. Jam ab a. 1769 suppeditavit Feller articulos literarios et theologicos, deinde ab a. 1773 ipse redegit fasciculos nomine immutato ediditque Luxemburgi; sed cum acri et forti crisi subjiceret innovationes Josephi II., eorum editio prohibita fuit: quare auctor eos a. 1788 Leodii, demum 1791 Trajecti superioris prodire fecit. Prodierunt 60 vol. usque ad a. 1794, collectio rarissima et pretiosa, quae magni fit ab eruditis, continet enim diss. plane praestantes de rebus physicis, astronomicis, geographicis, criticis ac theologicis (praesertim adversus theologos bonnenses), quarum aliquot conjunctim editae sunt sub inscriptione: *Mélanges de politique, de morale et de littérature,* Lovanii 1822 t. 4 (jam antea Bruxellis 1818—20 t. 3), vel immutato titulo: *Cours de morale chrétienne et de littérature religieuse,* Parisiis 1826 t. 5 in 8. Magna erat suo tempore harum ephemeridum per Belgium et Hollandiam auctoritas. *Examen de l'évidence intrinsèque du Christianisme* per M. Soame Jenyns, Leodii 1779 in 12; Antuerpiae 1822 in 8., versio ex anglico cum annotationibus; *Examen impartial des époques de la nature* de M. le C. de Buffon, Trajecti ad Mosam 1792 ed. 4., prima prodiit Luxemburgi 1780 in 8; aliam curavit Para du Phanjas (pag. 314), de qua conquestus est Feller, editorem nonnulla ex suo adjecisse, nonnulla etiam mutasse. In hoc examine docte nititur evertere comitis de Buffon opinionem, juxta quam mundanae machinae constitutio non ab initio creationis mosaicae, sed multis retro seculis transactis fuerit perfecta. *Disquisitio philosophico-historico-theologica* in quaestionem propositam a. 1778 ab academicis lugduno-batavis legati stolpiani curatoribus: Num sola rationis vi et quibus argumentis demonstrari potest, non esse plures deos, et fueruntne unquam populi aut sapientes, qui ejus veritatis cognitionem absque revelationis divinae ad ipsos propagatae auxilio habuerunt, Luxemburgi 1780 in 8. Ea ab academia rejecta fuit et praelata alia auctore Wyttenbach, qui ad q. negative respondit; eam auctor noster in suis fasciculis literariis impugnavit 1780; *Dictionnaire historique* ou histoire abrégée de tous les hommes qui se sont fait un nom par le génie, les talents, les vertus, les erreurs etc. depuis le commencement du mond jusqu'a nos jours, Augustae 1781 t. 6 in 8. opus vere utile, saepissime editum accessionibus locupletatum et continuatum a Felice de Pachtere, Ecuy, Ganith, Henrion, Pérennès, Simonin, Weiss, Busson etc. Prodiit recentiori aetate inscriptum *Biographie universelle*, ex. gr. Parisiis 1837 t. 4 in 8; 1841 t. 12 in 8; 1844 t. 13 aucta ut fertur ultra 5000 art.; 1845; Lugduni et Parisiis 1860 t. 8 in 8; 1867 ib. continuata usque ad a. 1866. *Abrégé d' un ouvrage* qui a pour titre: *Histoire et fatalité des sacrilèges* vérifiées par des faits et des exemples, tirés de l' Histoire sainte, ecclésiastique et profane etc. par Henri Spelman, Bruxellis 1789 ed. 2. emendata et aucta; prior 1787 est Petri de Doyar, de quo infra.

285. *Remontrances du Card. Bathyani,* primat d' Hongrie, à Joseph II. Empereur, au sujet de se sordonnances touchant les ordres religieux et d' autres objets, 1782 in 8. latine et gallice, quas strenue vindicavit adversus anonymi epistolam. *Véritable état du différent* élevé entre le Nonce apostolique résident a Cologne et les trois Electeurs ecclésiastiques au sujet d' une lettre circulaire adressée aux curés de leurs diocèses, Dusseldorfii (Coloniae) 1787, cum *Supplément,* ib. 1787; opus eximium, quod pluribus aliis edendis occasionem praebuit. *Coup d' oeil sur le Congrès d' Ems* précédé d' un second Supplément etc., ib. 1787, eximie ver-

sum in linguam germanicam, ib. 1789, in quo aperit etiam contradictiones Febronii; *Refléxions sur les 73 art. du Pro Memoria* présenté à la diète de l'Empire touchant les nonciatures de la part de l'archevêque Electeur de Cologne, Ratisbonae (Coloniae) 1788 in 8. cum *Défense des réflexions* etc. suivi de l'Examen du Pro Memoria de Salzbourg, ib. 1789 in 8. Laudata opuscula adeo probata fuerunt Pio VI. in suo doctissimo responso de nunciaturis ed. Romae 1789 in 4., ut creberrime iisdem uteretur; nam in iis Feller validissime confirmat jus pontificium mittendi legatos, et consilia electorum ecclesiasticorum circa dispensationes matrimoniales sine summi pontificis interventu praestandas ad juris et aequi normam circumcribit. *Observations sur la théologie de Lyon* (ed. 1784), Leodii 1787; *Observations sur la jurisdiction attribuée aux prêtres hérétiques,* la communication en matière de culte avec les ennemis de l'Église et quelques autres points de théologie, Leodii et Dusseldorfii 1794 in 12., in quo op. negat valorem absolutionis a sacerdote haeretico in articulo mortis collatae. Eam opinionem impugnavit Lovanii 24. Maj. 1794 publica disputatione Caspar Moser, deinde scripto: *De mente Ecclesiae circa absolutionem in articulo mortis* a sacerdote schismatico vel haeretico collatam scholae theologicae lovaniensis sententia a Prosp. Fagnani nec non Fr. X. de Feller objectionibus vindicata, quod tamen nonnisi a. 1819 prodiit Mechliniae [1]). Plura ex ejus opusculis collecta prodierunt Mechliniae 1824 in 12. inscripta: *Opuscules théologico-philosophiques.* Dolendum auctorem nostrum post tam praeclara opera quaedam carpsisse in Bulla *Auctorem fidei,* qua damnantur errores synodi pistoriensis, editis *notis,* quas nonnullis pistoriensis synodi propositionibus damnatis in dogmatica constitutione Pii VI. clarioris intelligentiae nomine adjiciendas censuit, 1794. In his enim erroneae expressiones occurrunt, quae concernunt doctrinam de eucharistia, de adoranda humanitate Christi et de cultu ss. Corsis Jesu: quas refutandas suscepit doctissimus card. Gerdil editis *animadversionibus in notas* etc., Romae 1795, et op. t. 6. et Migne *theol. curs. compl.* IX, 913—40.

286. *Hibernus* erat Arcturus O'Leary O. Cap. Corcagiensis n. 1729 parentibus rusticis, concionator plane eloquens, de patria insigniter meritus, magnae auctoritatis apud suos concives, quibus multum profuit, revocans eos ab excessibus: unde etiam aestimabatur ab ipsis Anglis. Decessit Londini 8. Jan. 1802. Praeter alia ejus sunt [1]): *Defense of the Divinity of Christ and the Immortality of Soul* 1771, adversus Blair medici scoti increduli *Thougts on Nature and Religion. Plea for Liberty of Conscience* 1781. Adversus Jo. Wesley Methodistarum auctoris calumnias catholicis impactas egregias solidasque edidit *Remarks, A review of some interesting Periods* in the Irish History, 1786; *Review of the Controversy between Dr. Carrol, Wharton and Hawkins,* 1787 in 8. — Natione *Scotus* erat Georgius Hay natus

[1]) Contra illud prodiit l. *Dubia quaedam* circa absolutionem in mortis articulo occasione l. E. D. Moser proposita. Ceterum C. Moser n. est 11. Jun. 1759 in Maestricht. Lovanium accitus factus est ‚ad catechismum conc. trid. professor' (1793) et ad s. Petrum canonicus. Sub Napoleone rigorem expertus est regiminis caesarei et Divionem in exsilium relegatus († 4. Dec. 1819). Edidit suppresso nomine *De impedimentis matrimonii,* Lovanii 1818., novamque curavit ed. *theologia* auctore Dens (cf. supra p. 46), Mechlinae 1819 t. 7 in 8. Cf. van Arenbergh bibl. nat. XV, 288.

[1]) Cf. Rotermund 5, 1065; Biogr. univ. 31, 561; in primis Bellesheim Geschichte der katholischen Kirche in Irland t. 3. passim.

24. Aug. a. 1729 parentibus protestantibus. Medicinae studio operam dedit, cum Carolus Eduardus Jacobi III. filius in Scotiam appelleret regnum jure hereditatis sibi debitum occupaturus; quem Hay secutus ut vulneratis militibus opem ferret, ipse in morbum incidit et post illius cladem captus est. Londinum deductus carceri mancipatus est, sed humano modo habitus. Ea occasione agnovit religionis catholicae veritatem, quam etiam professus est 21. Dec. 1748. Aliquamdiu artem medicam exercuit, sed familiari conversatione cum Challoner, egregio praesule catholico londinensi, inductus est, ut relicta medicina Ecclesiae obsequio totum se manciparet. Absolutis Romae in collegio Scotorum studiis et sacerdos ordinatus (21. Apr. 1758) mox in patriam rediit, ubi sua eloquentia et prudentia catholicorum animos sibi conciliavit, quamobrem Grant vicarius apostolicus eum sibi coadjutorem a sede apostolica postulavit. Episcopus consecratus (1769) Edenburgi commorabatur. Vir erat orationis, qui zelo prorsus apostolico per 40 annos et ultra difficillimis illis temporibus Scotiae ecclesiam administravit remque catholicam strenue egit plurimumque promovit: ipsi enim in primis debetur relaxatio legum poenalium, quibus catholici in Scotia tam inique antea vexabantur. Novam curavit cum Geddes et Robertson OSB. versionem s. Scripturae anglicam (1776). Erat insignis religionis catholicae apologeta, qui illam ad populi captum dilucide et solide exponebat et tuebatur, ut liquet ex ejus operibus. Adversus Albernethy scripsit *The Scripture Doctrine of Miracles* 1776, ib. 1873 t. 2, gallice Parisiis 1808 t. 3 in 12., in quo solide miraculorum possibilitatem et veritatem tuetur. Adversus Hope O. Praed. edidit: *Lettres on Usury and Interest,* showing the Advantage of Loans for the support of Trade and Commerce, Londini 1774. Decessit optimus pastor [1]) 15. Oct. 1811 aetatis anno 83. Opera ejus collecta prodierunt Edinburg 1871—73 t. 5.

287. *Angli* sunt Georgius Bruning S. J. (n. 19. Sept. 1738; † 3. Jun. 1802) cujus est *The Divine Economy of Christ in his Kingdom* or Churches practised taught and ordained by Himself to continue according to Scripture alone, Londini 1791. — Jacobus Barnard Londinensis parentibus anglicanis natus 1733, fidem amplexus est catholicam, et sacerdos ordinatus missionarium egit Londini. Aliquamdi (1776-82) praefuit collegio Anglorum olisiponensi. Redux Londinum a Challoner, cujus vitam postea scripsit, electus est in vicarium generalem († 12. Sept. 1803). Literarum serie ad Joseph Priestley demonstravit e Scriptura s. et traditione primitiva *The Divinity of our Lord J. Christ,* Londini 1789. Illas opposuit epistolis hujus auctoris ad Geddes. Ex iisdem fontibus eruit *A General View of the Arguments* for the Divinity of Christ and Plurality of Persons in God, ib. 1793 in 12. — Franciscus Eyre, etsi laicus († 7. Oct. 1804) praeter alia scripsit: *A few Remarks* on the History of the Decline and Fall of the Roman Empire (auctore Gibbons) relative chiefly to the two last chapters, Londini 1778 in 8. Cum Gibbons variis auctoribus, qui ipsum impugnaverant, respondisset, opposuit Eyre *A Short Appeal* to the Publick, ib. 1779 in 8. — Guilelmus Langley, de quo cf. Gillow IV, 133. — Mich. Bened. Pembridge OSB. Londinensis missionarius per Angliam (n. 1725; 27. Nov. 1806) praeter ascetica edidit *The Roman Catholic Church* and Religion Vindicated, Bath 1806 in 8. — Thomas Rigby (n. 1746; † 24. Jan.

[1]) Cf. Gordon catholic church in Scotland from the suppression of the hierarchy to the present time, Aberdeen 1874 p. 15—453; hist. pol. Blätter 82, 680—7; Bellesheim schott. KG. 2, 368 ss.

1815) diu Londini missionarius et vicarius generalis districtus londinensis edidit *Series of Catechistal Discourses* on Natural and Reveled religion. London (1780) 1814 t. 4 in 12; 1839. — Petrus Jenkins S. J. n. 21. Sept. 1735; † 14. Jul. 1818) praeter alia scripsit *The Doctrine et Practice of Auricular Confession* elucidated and enforced, Londini 1783 in 12.

288. In *Statibus unitis,* qui florere coeperunt ineunte hoc seculo, rem catholicam agere coepit Joannes Carroll S. J. n. 8. Jan. 1736 in Upper Marlboro Marylandiae loco. Lovanii docuit philosophiam et theologiam, cum supervenit Societatis Jesu suppressio, hinc missionarium in patria egit praefectusque est illius missioni (1784). Ob suum zelum et merita electus est (1789) in primum episcopum, dein (1808) archiepiscopum baltimorensem († 3. Dec. 1815). Ejus scripta[1]) minoris quidem voluminis et pro adjunctorum oportunitate pro re catholica edita primitiae sunt literaturae catholicae illis in regionibus. Tantae erat auctoritatis apud concives, ut juxta ejus consilium, ut fertur quidam articuli constitutionis reipublicae in favorem libertatis religiosae redigerentur. — Huic addimus Jo. Thayer quondam praeconem presbyteranum bostoniensem, qui suam ad fidelem catholicam conversionem ipse narrat in *An account* of the R. J. T.... who ambraced the Rom. Catholic Religion at Rome 25. Maj. 1783, Londini 1824 ed. 11; germanice Augsburg 1787 in 8. Factus est postea sacerdos et admodum strenue egit rem catholicam mortuusque est Neo-Eboraci sec. XIX decenio secundo[2]).

289. Theodorus Almeyda (Almeida) Orat. n. Olisipone a. 1722, insignis orator, primus qui ibidem physicam experimentalem doceret[1]), incredulorum argumentis respondit atque harmoniam inter rationem et revelationem ostendit. Operis prodiit versio gallica Parisiis 1823 t. 2 in 12. Cum sedi apostolicae ex corde esset addictus, incurrit potentissimi ministri Pombal offensionem, hinc in Galliam secessit (1760). Post illius casum rediit atque inter socios academiae olisiponensis relatus est († 1803). — Emmanuel de Cenaculo Villas-Boas O. S. Franc. archiepiscopus evorensis († 1814) vir erat omni eruditionis genere excultus. — Joannes Facundus Sidrus Villarroig O. S. Aug. Hispanus, n. 7. Aug. 1748, in valentina academia professor, vicarius generalis Ord. per Hispaniam et plurium academiarum socius († 15. Jun. 1816) edidit[2]) *institutiones theo-*

---

[1]) Cf. Sommervogel II, 779 ss. De auctore cf. Louis O'Donnovan in The Catholic Encyclopedia III, 381—84.

[2]) Cf. hanc narrationem aliaque documenta ad cum conversionem spectantia apud Raess Die Convertiten X, 305—60. Cf. de ea etiam Car. Frid. de Gerault: *Geschichte zweier merkwürdiger Bekehrungen* zur k. Religion nämlich des H. Thayers und des H. Joh. Jos. Keideks, eines Rabiners in Deutschland, Augsburg 1787. Ipse Gerault juris consultus gallicae ut videtur originis conversus est ad fidem suaeque conversionis reddidit rationem in egregio libello: *Die Ursache meiner Ueberzeugung* und des Uebergangs zur katholischen Religion, ib. 1798 et apud Raess X, 597—657.

[1]) Alius ab eo est Manuel Nic. de Almeyda episcopus (1820) angrensis, qui disseruit *de indulgentiis* duplici diss.; utraque tamen prohibita fuit 1824.

[2]) Cf. Fuster, Biblioteca valenciana 2, 385. Ciudad de Dios XXII (1890), 440—5; XXXVI (1895), 507. Joachim Millas caesaraugustanus, in regia academia d. Petri metaphysices professor auditoribus suis dicavit *introductionem ad metaphysicas disciplinas,* cum duplici prolegomenon de contemplatione et historia philosophiae et Logices totius analysi atque accommodatione praecipuis rationis et auctoritatis in veritatis investigatione criteriis, Placentiae 1798 t. 2 in 8. — Ignatius Monteiro S. J. philosophiae prof. n. 6. Jan. 1728, in Italiam deportatus decessit 1812. Praeter alia opera philosophica concinnavit *Philosophiam rationalem electicam,* quae complectitur metaphysicam, naturalem

logicas ad hispanorum adolescentium usum ll. 20, Valentiae 1782 in 4. — Raphael Nuix de Perpiña S. J. n. 17. Febr. 1741 in oppido castellano Thora, Ferrariae vitae cursum confecit 1802 ob nimium studendi contentionem. Hujus studii fructus exstitit *Titi Carici Perpennae ad Quirites pro romani pontificis in controversiis fidei dirimendis auctoritate* adversus falsos Ecclesiae catholicae cultores orationes quinque, plane solidae elegantesque, Assisii 1784 t. 3; *Alethini Philolai orationes quinque* (prolixae) ad Romanos pro humanae reipublicae felicitate adversus incredulam sec. XVIII. philosophiam, ib. 1788—97 t. 5 in 8. — Michael Elizalde Urdiroz S. J. n. 1747 in oppido Orbain dioeceseos pampelonensis, expulsa societate Jesu ex Hispania ab episcopo pampelonensi retentus variisque muneribus honoratus fuit († 7. Oct. 1816). Ita in patria mansit scripsitque Disertacion a favor *de la suprema autoridad del romano Pontifice* sobre todos los Concilios, Pampelonae 1815; *Descuidos del Dr. Joaquin Lorenzo de Villanueva:* en su obra de la leccion de la sagrada Escritura en lenguas vulgares (Valentiae 1791) demonstrados, ib. 1793 sub nomine anagrammatico Guillermo Diaz Luzeredi, in quo acriter illius doctoris opinionem impugnat, qua tuetur quascunque ss. Scripturas lingua vernacula esse legendas. Aliquamdiu prohibita fuit a gubernio hujus operis venditio. — Melchiades Salazar S. J. n. 9. Dec. 1737 in oppido Hinojosos Hispania bis ejectus opus egregium adversus libertinos ob invictum rationum pondus et ob styli nitorem composuit inscriptum, *La ragione,* Caesenae 1789—92 t. 3.

theologiam atque psychologiam, Venetiis 1770 t. 2 in 8; 1778 ed. aucta; *Ethicam physico-rationalem liberam* seu philosophiam morum ex natura hominis ratione naturali deduxit et secundum philosophiae eclecticae institutionem pertractavit, Ferrariae 1794 t. 2 in 8.

290. Didacus Jos. Fuensalida SJ. Hispanus nobili genere natus[1]) in urbe d. Jacobi (Santjago) in regno chilensi 12. Nov. 1744, America expulsus in foro Cornelii in Italia constitit, ubi theologiam moralem docuit. Cum card. Chiaramonte ecclesiae forocorneliensi praeficeretur episcopus, Fuensalidam voluit sibi a rebus theologicis et synodalem examinatorem: quae munera tanta cum episcopi approbatione sustinuit, ut idem ad summum pontificatum evectus eum Romam invitaverit theologi pontificii gradu exornandum, quem ille honorem modestia singulari recusavit. Decessit morte repentina oppressus 1. Oct. 1803. Jansenianos et synodum pistoriensem suis operibus exagitavit: *Lettera d' un ecclesiastico torinese* ad un ecclesiastico di Bologna datata da Torino il 26. Luglio 1781, pro defensione operis E. Iturriagae (de quo infra) *de sanctificatione festorum;* Osservazioni critico-theologiche[2])

[1]) Paulus Ant. Jos. Olavida Peruanus, Limanus, n. 1725, qui colonias sategit condere in America meridionali, jesuitarum ibidem adversarius, gratia excidit regia, muneribus fuit privatus, imo ob haeresis suspicionem Inquisitioni traditus et ad perennem damnatus carcerem: quem fuga evasit. Intercessione card. de Lorenzana in patriam redire fuit permissus. Rediit in se et conversus celebre edidit opus suae conversionis apologiam: *El Evangelio en trionfo* o Historia de un filosofo desenganado, Matriti 1803 magna aviditate exceptum et varias conversam in linguas († 1803).

[2]) Hoc tamen opus ab aliis tribuitur Joanni Nani episcopo brixiensi (1804); opus vero Tamburini, cujus nomen saepe nunc occurret, primum fuit, quo aggressus est primatus praerogativas. Adversus illud scripserunt praeterea Bruni (cf. p. 382), Bolgeni (de quo infra, Marcus da s. Francesco (p. 324 a.), Muzzarelli aliique etiam anonymi. Adversus Nani scripsit Tamburini *Lettere di un teologo piacentino* a Mons. Nani, Placentiae 1872 t 3, et *Lettera III.* ib. 1785 quasi apologiam sui operis, cui respondit Bolgeni in l. *Il Critico corretto* ossia ricerche critiche sopra la Lettera III. etc., Maceratae 1786 in 8. Cf. Roskovány 3, 774.

di Gaëtano da Brescia (sub quo nomine latere voluit) *sopra l' analisi del libro delle Prescrizioni di Tertulliano* di Don P. Tamburini, Assisii 1783 in 4; 1784 ed. plurimum aucta, in quo op. graviter notat errores, quibus Tamburini Jansenianorum assecla Tertulliani librum foedaverat. *Processo teologico sopra la clausura di monasteri delle monache,* ib. 1784, quo sub nomine Antonii Bonelli oppugnat errores Pii Cortesi de claustris sacrarum virginum, qui continentur ejus libro la Monaca ammaestrata; *Analisi del concilio diocesano di Pistoja* celebrato nel mese di Settembre dell' a. 1786 dall' Illmo e Rmo Mons. Scipione de Ricci . . . ossia saggi di molti errori contra la fede contenuti nello stesso concilio, ib. 1790 sub nomine Ant. Rasier, opus praeclarum, quod impugnandum sibi assumpsit Le Plat; *Le frodi del Giansenismo* usate già in Francia dai Quesnellisti e a' dì nostri rinovate in Italia da lor seguaci, segnatamente in Pavia e Pistoja ovvero risposta degli anedoti indirizzata al loro Autore da Mons. Fr. Lafitau Vescovo di Sisteron volgarizzata, ib. 1788 sub nomine Cajetani Brixiensis; *Sua difesa e di que' sacri Predicatori,* che trattano con valore argomenti sopra la verità della fede, in op. Zaccaria: *Prediche polemiche* sopra s. Pietro e i suoi Successori e il divin loro Primato di Deneville, Fulinii 1784. — Josephus Guevara S. J. Matritensis n. 13. Martii 1719, decessit exsul Hispelli ad Umbros, in cujus canonicorum collegium fuerat adscitus, 23. Febr. 1806. Ejus sunt: *Diss. antiblasiana* seu Blasius admonitor in Blasium commonitorem, Venetiis 1775, qua propugnat ss. Cordis Jesu cultum; diss. historico-dogmatica *de ss. imaginum cultu religioso* quatuor epochis complectens dogma et disciplinam Ecclesiae super ss. imagines, Fulginiae 1789 in 4; *Diss. sopra gli oracoli* nella quale si fa manifesto contra Fontenelle, che il demonio ebbe parte negli oracoli degli antichi, s. a. in 8; *Risposta all' anomino* della lettera sopra la vicinanza del giudizio universale, Fulginiae 1790 in 8. Paraverat Historia natural, politica, ecclesiastica y jesuitica del Paraguay t. 2 in f., sed in exsilium pulsus manuscriptum tradidit patribus dominicanis. Pars prodiit inscripta *Historia del Paraguay,* Rio de la Plata y Tucuman, in *collection, sur le Rio de la Plata* cur. Andrés Lamas t. 1. ll. 1 et 2.; continuatio non videtur prodisse. Buenos Ayres 1882. — Emmanuel Lacunza S. J. n. 19. Jul. 1731 in urbe s. Jacobi (Santjago) regni chilensis, pariter in Italia exsul († 17. Jun. 1801), omnem animi contentionem adhibuit in componendo opere, cui titulum fecit: *La venida del Messias en gloria y Magestad,* Observaciones de Juan Josaphat Ben-Ezra hebreo Cristiano dirigida a el Sacerdote Christofilo Atico Romano, Londini 1816 t. 4 in 8; Parisiis 1826 t. 5 in 12. Prodierat jam antea editio sed manca et mutila. In hoc opere erudito quidem, sed singulari, tuetur resurrectionem non uno eodemque tempore futuram, antichristum esse incredulorum coetum, non hominem singularem; opiniones millenariorum renovat[1]) etc. Prohibitum fuit opus (quocunque idiomate) a congr. Indicis decr. 6. Sept. 1824. Diatriba de hoc op. ipso auctore posthuma prodiit in fasc. literariis La Libertad christiana, Quito 1894. — De Petro Xav. Casseda S. J. Pampelonensi (n. 2. Aug. 1739; † 1816) cf. Caballero 11, 24.

291. Cum in *Italia* quoque liberior cogitandi loquendique ratio de die in diem magis diffunderetur, non defuerunt qui rem catholicam strenue egerint: inter quos eminuit ingenii saga-

[1]) Cf. de Lacunza ejusque sodalibus; quorum modo mentionem fecimus, Caballero in Bibliothecae script. S. J. supplementis.

citate, eruditionis copia, dignitatis splendore et librorum varietate Hyacinthus Sigismundus Gerdil in Samoëns Sabaudiae vico 20. Jun. 1718 parentibus piis, sed mediocris conditionis, natus. Puer excelluit ingenio, studio et in primis morum candore et pietate. Annum 15. pene assecutus ingressus est Barnabitarum ordinem. Bononiae theologiae operam dedit, ubi virorum doctorum, Lambertini in primis archiepiscopi, postea summi pontificis Benedicti XIV. sibi conciliavit animum, qui ejus opera subinde usus est in adornando opere de beatificatione et canonizatione SS., quo favore etiam postea semper gloriabatur Gerdil. Maceratae primum a. 1737 et Casalii philosophiam docuit, unde Taurinum accitus (1749) ibidem in academia philosophiae, deinde post quinquennium theologiae moralis cathedram occupavit. Taurini archiepiscopus brevi spectatis Gerdilii ingenio et virtute eum in consilium privatum conscientiae admisit: sodales vero tanta fiducia eum prosequebantur, ut Sabaudiae Pedimontiique collegiorum provincialem seligerent, imo cogitaverint de eo eligendo in praepositum generalem, quod tamen munus modeste recusavit. Benedictus vero XIV. eum commendavit Emmanueli III. Sardiniae regi ut prae ceteris aptissimum ad educandum erudiendumque ipsius nepotem, qui postmodum fuit piisimus rex Carolus Emmanuel IV., quo in gravissimo munere Fenelonium et Bossuetum aemulatus est. Clemens XIV. eum cardinalem designavit (in petto) hoc encomio: *Notus orbi, vix notus urbi* (26. Apr. 1773), sed non proclamavit: quod praestitit 27. Jun. 1777 Pius VI., qui eum prius Romam accivit et Dibbonii episcopum in partibus consecravit. Prope omnibus congregationibus adjunctus, imo et congregationi Indicis et propagandae fidei praepositus fuit (1795). Ejus consilio prae ceteris deferebatur gravissimis in rebus, in quibus moderationi studebat salvis tamen principiis. In tanto dignitatis splendore paupertatem religiose servavit degens apud sodales. Capta a Gallis urbe, ut secedere posset pro itineris sumptibus vendere coactus est libros suos. Recepit se Pedemontium, ubi magnis in angustiis, obsequiosa tamen caritate card. Loranzanae et Despuig archiepiscopi hispalensis adjutus, solitarius vixit. Adversos casus mirabili patientia sustinuit. Defuncto Pio VI. Venetias se ad conclave contulit. Ineuntibus suffragiis primo maximus ei fuit favor, verum card. Hertzan nomine Francisci imp. Austriae eum excludendum esse ab electione palam declaravit. Romam Pium VII. comitatus, ad pristina rediit munera. Decessit 12. Aug. 1802 a. aetatis 84. Fere omnium academiarum Europae erat particeps, apud eruditos magno in honore, qui libenter Romae apud ipsum conveniebant.

292. Pleraque ejus opera versantur in propugnanda adversus incredulos revelatione et religione christiana, in tuendis Ecclesiae et romani pontificis juribus, in refellendis fidei hostibus. Utitur stilo perspicuo et nitido, nunquam est acerbus, semper modestus in refutandis adversariis, solidus et accuratus in argumentis, inter quae libenter et sagaciter argumento ad hominem petito ex concessis ab adversario utitur, exemplar insignis apologetae. Opera ejus prodierunt Bononiae 1784—91 t. 6 in 4; Florentiae 1844—50 t. 7 in 8; plenius curante sodali P. Fontana Romae 1806—21 t. 20 in 4; Neapoli 1853—56 t. 7; selecta prodierunt Mediolani 1827—30 t. 5 in 8; 1836 t. 3. Haec vero potiora videntur[1]): T. 1.

[1]) Cf. plura in Elogio Litterario P. Fontanae, Romae 1802 op. 1, I—L, VII. ed. florentinae, quam in recensendis operibus sequimur; Henrion in ed. Feller 4, 155; Hergenröther KL, 5, 360—65; Tipalto Biogr. degli Italiani illustri IV; Picot Mémoires t. 4; hist. pol. Bl. 1852. I, 745ss.; G. Piantoni O. Bern. *Vita del card. G.*

Anti-Emile ou reflexions sur la théorie et la pratique de l'éducation contre les principes de M. Rousseau, Taurini 1763 in 8., in quo modeste sed solide refellit theorias Rousseau, qui hoc opere Gerdilii non fuit offensus, imo cum honoris significatione de ejus auctore loquitur; *Plan des études* pour S. A. R. Mons. le prince de Piemont avec quelques opuscules rélatifs à la même institution; *Logicae institutiones; Histoire de sectes des philosophes; Pensées* sur les devoirs des différents états de la vie; *Principes métaphysiques* de la morale chrétienne; *Reflexions sur un mémoire de Mons. Beguelin* concernant le principe de la raison suffisant de la possibilité *du système du hazard; Della origine del senso morale* ossia dimostrazione, che vi ha nell'uomo un naturale criterio di approvazione e di biasimo riguardante l'intrinseca morale differenza del giusto e del ingiusto: il quale unitamente alla nozione dell'ordine e del bello nasce dalla facoltà, che ha l'uomo di conoscere il vero; *Mémoire de l'ordre; Diss. della esistenza di Dio* e della immaterialità delle nature intelligenti; *L'immatérialité de l'âme* démontrée contre M. Locke (et Malebranche) par les mêmes principes par lesquels ce Philosophe démontre l'existence et l'immatérialité de Dieu avec des nouvelles preuves de l'immatérialité de Dieu et de l'âme tirées de l'Écritures, des Pères et de la raison, Taurini 1747. — T. 2: *Osservazioni sul modo di spiegare gli atti intellettuali della mente umana* per mezza della sensibilità fisica proposto dall'Autore del sistema della natura; *Défense du sentiment du P. Malebranche* sur la nature et l'origine des idées contre l'examen de M. Locke, Taurini 1748; in ed. 2. jam magis recedit a Malebranchi theoriis et eclectismum sectatur [1]). *Recueil de Diss. sur quelques principes de Philosophie et Religion,* scil.: Essai d'une démonstration mathématique contre l'existence éternelle de la matière et du mouvement, déduite de l'impossibilité démontrée d'une suite actuellement infinie des termes soit permanents, soit successifs. Que l'existence et l'ordre de l'Univers ne peuvent être déterminés ni par les qualités primitives des corps, ni par les loix du mouvement; Essai sur les charactères distinctifs de l'homme et des animaux brutes où l'on prouve la spiritualité de l'âme humaine par la nature de son intelligence; sur l'incompatabilité des principes de Descartes et Spinoza. Plura praeterea opera mathemathica et physica, inter quae *Mémoire de l'infini absolu* considéré dans la grandeur; *Esame e confutazione de' principj della filosofia wolfiana* sopra la nozione dell'esteso e della forza etc. — T. 3: *Introduzione allo studio della religione* con la confutazione de filosofi antichi e moderni circa l'Ente supremo [2]) etc., Taurini 1755, quae arrisit vel academicis berolinensibus, eam tamen non absolvit. *Breve esposizione de' caratteri della vera Religione* per servire d'introduzione alla dottrina cristiana, saepius edita; gallice etiam in Migne Démonstration évang. 11, 331—370. *Saggio d'instruzione teologica* per uso di convitto ecclesiastico, cui postea adjecit 3 diss. quae habentur t. 4; *Virtutem politicam* ad optimum statum non minus regno quam reipublicae necessariam esse, oratio habita . . . 1750 etc. adversus Montesquieu; *philosophicae institutiones,* quibus ethica seu philosophia practica continetur.

S. Gerdil ed analisi delle sue opere, Romae 1831. Fuit hic patria Cremensis (1791; † 10. Jun. 1865, orator eloquens, sed nonnihil turgidus, qui et aliorum virorum illustrium edidit elogia, ut card. Lambruschini, Ant. M. Grandi, Romae 1858; Lud. Fontanae ib. 1859 etc.

[1]) Cf. Werner, der hl. Thomas von Aquin 3, 605 ss.: Geschichte der apologetischen und polemischen Literatur 5, 125 ss.

[2]) Cf. St. Lett. d'It. 12, 290—302.

293. Tomo 4. continentur: *Traité des combats singuliers* ou des duels, Taurini 1759; *Considerations sur Julien*, sagax et accurata diss.; *Observations sur les époques de la nature* pour servir de suite à l'examen des Systèmes relatifs à l'antiquité du Monde; opuscula ad hierarchicam Ecclesiae constitutionem spectantia, Parmae 1789, Venetiis 1790, in quibus disserit de ratione ineundae concordiae catholicos inter et heterodoxos; de fidei controversiis per amicabiles transactiones dirimendis: utrobique diserte enuncians, supremam s. sedis apostolicae auctoritatem nec ignorari, nec dissimulari posse; de plenitudine potestatis episcopalis an et quomodo singulis episcopis tribuenda, seu de discrimine potestatis ordinis et potestatis regiminis; de consectariis nonnullis insignibus apostolici principatus in romana sede vigentis; consectaria ad hierarchicam Ecclesiae constitutionem spectantia ex his, quae acta sunt inter Bossuetum et Molanum et Leibnitium de ratione ineundae concordiae catholicos inter et protestantes, ubi rursus supremam pontificis potestatem debite extollit. *Animadversioni sul piano proposto da alcuni dottori sorbonici* per la riunione alla chiesa latina de' greci disuniti, Romae 1808, in quibus crisi subjicit plures incongruas expressiones doctorum sorbonicorum, qui sec. XVIII. cogitabant de hac unione procuranda, speciatim expressiones de primatu; *de sacri regiminis ac praesertim pontificii primatus proprio ac singulari jure* in omni ecclesiasticae potestatis communicandae ratione adversus Slevogtium: in quo l. agit de jure episcopatus constituendi, disjungendi aut in unum redigendi, de norma et ratione ecclesiastici juris exercendi in omni spirituali potestate communicanda, Romae 1808; in Georgii Sigism. Lakics (de quo infra) *praelectiones* canonicas de legitima episcoporum instituendorum ac destituendorum ratione *animadversiones*, quae respiciunt praesertim sententias plus minusve infensas juribus Ecclesiae ac primatus, Romae 1808. — T. 5: *Confutazione di due Libelli contro il Breve super soliditate* l'uno intitolato: La voce della Verità; l'altro: Riflessioni sopra il Breve del S. P. Pio VI., in cui si condanna il l. di Eybel, che cosa è il Papa, Romae 1789; *apologia compendiosa del Breve super soliditate*, ib. 1791; in *commentarium a J. Febronio in suam retractationem editum animadversiones*, ib. 1793. 1808. Percurrit singulas commentarii febroniani positiones (38) et congruas facit reflexiones ad doctrinam Ecclesiae clarius et pressius enunciandam pertinentes erroneasque Febronii expressiones corrigendas. Pius VI. brevi ad auctorem dato has animadversiones collaudavit. *Esame dei motivi della opposizione fatta da Mons. vescovo di Noli* (Benedicto Solaro) alla publicazione della bolla *Auctorem fidei*, preceduto dall' esame delle Riflessioni Preliminari dell' anonimo editore de' medesimi, Romae et Venetiis 1800. 1801. 1802 cum appendice (in t. 6). — T. 6: *Animadversiones* in notas, quas nonnullis pistoriensis synodi [1]) propos. damnatis in dogmatica constit. SS. D. N. Pii VI. quae incipit *Auctorem fidei* cl. Feller (cf. p. 600) clarioris intelligentiae nomine adjiciendas censuit, ib. 1795; etiam in Migne *theol. cursu* compl. IX., 911—40; *de pontificii primatus auctoritate in Petri cathedra* ejusdemque successorum a Christo constituti adversus Marsilii Menandrini exitialem errorem a Jodoco Coccio notatum l. 7. de hierarchia eccles. scil. b. Petrum nullam a Christo immediate accepisse potestatem super apostolos. Tr. *del Matrimonio* ossia confutazione de' sistemi contrari all' autorità della Chiesa circa

[1]) Adversus hanc et Böhmer sunt etiam ejus *catholici dogmatis de immuni Eccesiae auctoritate in sanciendis disciplinae legibus documenta* e trid. synodo petita, Romae 1800.

il matrimonio, Romae 1803 in 4., in quo praesertim impugnat errores M. A. de Dominis et Launoji; *Risposta ad un Quesito* intorno ad una prop. controversa del P. Gallifet sulla divozione del ss. Cuore di Gesù riportata nell' opera intitolata: *La via della Santità* mostrato da G. C. al cristiano nello spirito e nella pratica della vera divozione del suo ss. ed amorissimo Cuore. T. 7: *Theologia moralis; de Ecclesia ejusque notis,* egregium opus posthumum, in quo explicat in primis notam unitatis et residentem in Petri cathedra doctrinam veritatis; *Memorie sull' autorità della Chiesa* e del Rom. Pontifice rilevate dagli atti apostolici. Quaeritur, utrum ob difficultatem annonae fas sit episcopis super delectu ciborum quadragesimali tempore cum integra indiscriminatim communitate seu populo inconsulto R. Pontifice dispensare, 1851. Alia ejusdem opera jam parata ultimis vitae ejus annis perierunt: quaedam demum prodierunt in *analectis* jur. pont. serie I. Romae 1852 inscripta: *Nouveaux opuscules du Card. Gerdil* publiés pour la première fois d'après les autographes existant au collège des PP. Barnabites de Rome, inter quae sunt: Des censures théologiques; annotationes ad quasdam prop. inter damnatas per constit. dogmaticam Auctorem fidei; Défense de la bulle Auctorem fidei. Ejus Discours philosophique sur l'Homme considéré relativement à l'état de Nature et à l'état de Société exstat etiam in Migne Démonstrations évang. 11, 239—331; prodierat primum Taurini 1769 in 8.

294. Alius laboriosissimus et pugnacissimus apologeta fuit Joannes Vincentius Bolgeni S. J. Bergomas, aucupator tamen subinde novarum opinionum, n. 22. Jan. 1733. Philosophiam et theologiam Maceratae docuit. Exstincta societate Jesu eum Pius VI. Romam adscivit atque theologum poenitentiariae constituit, quod munus magna pontificis approbatione obivit. Capta a Gallis urbe et proclamata republica metu ut videtur impulsus juramentum civicum scripto pro eo edito defendit[1]), quo famam suam maculavit: mox tamen illud (sicut et aliud *sull' alienazione de' beni ecclesiastici,* 1798) reprobavit reprobationemque misit Venetias ad cardinalium collegium summo pontifici eligendo intentum. Decessit Romae 3. Maji 1811. Haec potiora ejusdem opera[2]): *Esame della vera idea della santa sede,* Ticini 1784, saepius editum, etiam Romae 1836 adversus Tamburinum Jansenistarum et Josephinistarum eo tempore per Italiam veluti patriarcham. *Il Critico corretto* ossia ricerche critiche sopra la Lettera III. di un Teologo Piacentino (Tamburini) indirizzata a Mons. Nani Vercovo di Brescia (cf. p. 606), Maceratae 1786; Fulginii 1791. Cum Jo. Bapt. Guadagnini utrumque l. censurae subjecisset (Placentiae 1786), edidit *Confutazione della Censura* etc., Maceratae 1786 in 12. *Risposta al quesito:* Cosa è un Appellante ossia osservazioni teologico-critiche supra due libri stampati in Piacenza 1784 e intitolati *Cosa è un Appellante?* e *Continuazione dell' Appellante* (auctore P. Tamburini), Maceratae 1787 in 8. *Stato de bambini morti senza Battesimo* eposto in confutazione d'un libro del S. G. Guadagnini, ib. 1787 in 8; Romae 1824 t. 2 in 8. Orta erat hac de re gravis controversia Ticini; contendit Guadagnini in op. *Esame delle Riflessioni teologiche e critiche* sopra molte censure fatte al Catechismo composto (a Bellarmino) per ordine di Clemente VIII. ec., ove specialmente si tratta de' bambini morti senza battesimo, Ticini 1786, infantes sine baptimo defunctos pati in carcere inferni poenam ignis; quam opinionem refellit Bolgeni, qui simul

[1]) Cf. libri qui occasione hujus libelli prodierunt apud Roskovány III, 1054 s.

[2]) Cf. Caballero 1, 99; Sommervogel I, 1611—22.

nititur ostendere, hanc non esse Augustini sententiam. *Fatti dogmatici* ossia dell'infallibilità della Chiesa nel decidere sulla Dottrina buona e cattiva de' libri, con una appendice, ch'è una confutazione generale del Giansenismo, Brixiae 1788 t. 2 in 8; Romae 1795 t. 3 in 8. ed. multum aucta, quem l. iterum Guadagnini acriter impugnavit in l. *Tre osservazioni* sul l. dei Fatti dogmatici, Ticini 1789, cui opposuit Bolgeni: *L'Economia della fede cristiana,* Brixiae 1790; Romae 1832, liber plane praestans.

295. Magnam controversiam excitavit opus *Della Carità* o Amor di Dio, Romae 1788 t. 2 in 8., in quo op. adversus de Rubeis (pag. 13) contendit, actum proprium caritatis erga Deum esse amorem concupiscentiae: amorem vero illum, qui amicitiae dicitur, quo Deus propter se diligitur, negat esse posse actum caritatis ejusque notionem in Scripturis et patribus contineri. Quam sententiam tamquam novitatem perniciosam plures ipsius sodales impugnarunt, ut Muzzarelli, de quo mox, in pluribus opusculis, praesertim in *Lettera amichevole,* Fulginii 1790; in opusc. *del motivo formale specifico e primario dell' atto di Carità,* ib. 1791 ed. 2; *Risposta ad alcuni objezioni* che potrebbero farsi al opuscolo etc., ib. 1791 ed. 2. — Joachimus Cortes [1]) S. J. in antibolgeniana diss. *de amore Dei,* Forolivii 1790; quam cum impugnasset Bolgeni, ejus vindicias egit Romae 1793. — Antonius Josephus Regono [2]) S. J. (Venetus n. 1731; † 1816 vel 1817) in *Rimostranze amichevoli* fatte al ch. Autore della diss. etc., Venetiis 1791. — Theophilus Cristiani in *Lettere teologico-critiche,* Firmii 1791. — Joannes Bapt. Gentilini S. J. in diss. *sopra la virtù della Carità,* Brixiae 1803 in 8. — Josephus Chantre y Herrera S. J. Valentinus [1]), theologiae professor Placentiae

---

[1]) Natus est J. Cortes Vallisoleti 26. Oct. 1735, et in Italiam deportatus decessit Tiburi 27. Nov. 1812. Reliquit praeterea *observationes theologicas* in aliquot doctrinae capita praelectionum Petri M. Gazzaniga, Assissi 1796 t. 2; *de s. missae sacrificio* seu de vitae sanctitate in sacerdote requisita ad missae sacrificium bene peragendum, Forolivii 1804.

[2]) Hujus quoque est *Libertatis humanae theoria* sive homo necessario liber demonstratus cum duabus app. de hominis anima et scientia Dei, Vercellis 1788, qui l. auctorem ostendit subtilem philosophum ac eximium theologum, in patrum, Thomae praesertim, lectione bene versatum.

[1]) Edidit quoque diss. theologico-dogmaticam *de infallibilitate ss. pontificis in rebus fidei definiendis,* Parmae 1794 in 4. Pro sententia Bolgeni stetit Laurentius Hervas y Panduro S. J. nobili genere in Hispania n. 10. Maj. 1735. Docuerat philosophiam in regio nobilium seminario matritensi, deinde in collegio murciano. Missus in Americam inde cum sociis expulsus fuit. Caesenae constitit magnaque animi contentione physicas et mathematicas disciplinas excoluit, in primis vero studium linguarum. Polymathiae inhians infinita pene ac varia auctorum lectione se obruit tanta rerum silva comparata, ut in quamcunque se partem daret, idoneus scribendis cujuscunque generis libris redderetur. A Pio VII. bibliothecae in palatio Quirinali ab eodem institutae praefectus est; eidem pontifici ob animi candorem, castitatem morum et insignem probitatem carissimus fuit et ejus quotidianis colloquiis familiaribus largiter dignatus. Variis academiis adlectus est socius. Decessit acerbissimis doloribus christiana patientia diu toleratis 24. Aug. 1809. Fructum indefessi studii contulit in opus magnum inscriptum: *Idea del Universo* che contiene la Storia della Vita dell' uomo, elementi cosmografici, viaggio estatico al mondo planetario e storia della terra e delle lingue, Caesenae 1778 t. 22 in 4. In t. 17. pollicetur se vulgaturum grammaticas compendiarias 18 linguarum americanarum, quas tradidit Cl. V. Baroni Humboldt curaturo, ut doctissimus Vater professor Halae Magdeburgi eas typis ederet in suo *Mitritades.* Delectabatur enim praesertim studio comparativo linguarum, quod nemo ante ipsum adeo promoverat, unde ediderat *Catalogo de las lenguas de las Naciones conocidas,* Matriti 1800—5 t. 6 in 4., alii 4 manserunt sub praelo. Exhibet inter alia orationem dominicam in 307 linguis adjectus annotationibus erudi-

(n. 1738; † 21. Aug. 1801) in tr. theologico *de caritate* ejusque discrimine a spe theologica et religione ceterisque virtutibus infusis, in quo expenditur ad loca theologica systema J. V. Bolgenii; accedit appendix super novissima ejusdem apologia, Bononiae 1792 in 4. Non tacuit Bolgeni editis *Schiaramenti in confermazione e difesa della sua Diss.* Fulginii 1790 in 8. et *Apologia dell' Amor di Dio detto di Concupiscenza,* ib. 1792, uterque l. acri stilo conscriptus.

296. Alia auctoris nostri opuscula sunt: *Specchio istorico* da servire di preservativo contro gli errori correnti tratto da alcuni opuscoli francesi e corredato di opportune annotazini, p. I. Geografia del Giansenismo; p. II. Lettera di Mad. la Marquesa di Rochefort a M. la Comtessa di Mole 1789 in 8. *L' Episcopato* ossia la podestà di governare la Chiesa, (Romae) 1789 in 4. adversus Januarii Cestari l.: *Lo spirito della giurisdizione ecclesiastica* sulle ordinazioni de' Vescovi, Neapoli 1788, cum duobus sequentibus opusculis iterum Romae 1824 t. 5 in 8. In eo opere tuetur Bolgeni, collatam esse immediate a Christo universalem jurisdictionem episcopis, non prout singuli sunt, sed prout corpus episcopale cum suo capite romano pontifice constituunt. Occasione data impugnat quoque Jo. Andr. Serrao *de ss. Scripturis* ostendens hujus op. affinitatem cum propositionibus damnatis Quesnelli. Cum vero contra Bolgeni l. edidisset P. Giovinazzi[1]) *Saggio della buona fede e del criterio dell' Ex-Gesuita Bolgeni* etc. respondit ille in *Analisi e difesa del suo l.* intitolato l'Episcopato etc. Romae 1791 in 8. *Diss. sulla giurisdizione ecclesiastica* in confutazione di una diatriba del Teologo G. Sicardi, Romae 1793 in 8., qui negaverat ordinis potestatem distingui a potestate jurisdictionis. *Problema se i Giansenisti siano Giacobini* in risposto alle lettere teologico-politiche sulla presente situazione delle cose ecclesiastiche (P. Tamburini Ticini 1794), Romae 1794 in 8. Affirmative respondet. Opposuit Palmieri[1]) *Lettera di Agatopisto Filarco,* cui adjecit alteram s. l. et a. *Il possesso* principio fondamentale per decidere i casi morali illustrato e dimostrato, Brixiae 1796 in 3; Urbe vetere 1847, quo in op. probabilismum nova quadam ratione tuetur. Plures illud impugnarunt, ut quidam episcopus editis literis pastoralibus, Assisii 1798; Agapitus de Palaestrina O. Min. Ref. in *Esame critico-teologico* di quanto ha scritto . . . Bolgeni sopra i peccati mortali dubbi e sulle circostanze notabilmente aggravanti la malizia delle mortali colpe, Romae 1799; Cajetanus Maria de Fulgore canonicus aversanus, in diss. *contro la regola del possesso,* Neapoli 1798; Joannes Trinch canonicus Tiburtinus in l. *Il Bolgenismo confutato,* Fulginii 1850

tis cum lexico polyglotto 150 linguarum, opus immensae diligentiae, quod ab eruditis magni aestimatur: ejus substantia habetur jam t. 17—21 operis supra citati, cujus t. ultimus inscribitur *Analisi filosofico-teologica della natura della Carità* ossia dell' Amor di Dio, qui tamen prodiit Fulginii 1792 in 4. Cf. alia ejusdem opera edita et msc. apud Caballero 1, 155; Sommervogel IV, 319—25; Biogr. univ. 67, 135.

[1]) Natus est Vitus Maria Giovinazzi (Juvenatius) S. J. Capellazettae, Apuliae urbe 20. Febr. 1727 († 28. Jun. 1805). Vir erat cultissimus in literis humanioribus, vastae eruditionis, de quo plura habet Caballero Suppl. II, 39 ss. Cf. Backer I, 2126.

[1]) Vincentius Palmieri Genuensis n. 1753, aliquamdiu congr. Orat., selectus fuit a Josepho II. in theologiae professorem pro academia ticinensi, dignusque fuit Tamburini collega in promovendis Jansenianorum et Josephinistarum erroribus, pro quibus plura edidit opera. Professus quoque est principia perversa gallorum fanaticorum de libertate et factionis cleri constitutionalis decessitque facta retractatione in patria sua 13. Martii 1820. Edidit: *Analisi ragionata* di sistemi e de' fondamenti dell'ateismo e dell'incredulita. Genuae 1811 t. 7 in 8. Cf. Biogr. univ. 32, 462; Reusch 2, 962.

in 8., cui subjecta est Prooemialis digressio antibolgeniana de necessitate confitendi omnia peccata mortalia sive certa sive dubia prout sunt in conscientia, Velitris 1847; Montbach in Untersuchungen neuer röm. Theologen auf dem Gebiete der Moraltheol., Ratisbonae 1857 et alii. Post Bolgeni mortem prodiit Diss. seconda fra le morali *sopra gli atti umani,* in continuazione alla prima intitolata il Possesso, Cremonae 1816; Urbis veteris 1850; Diss. undecima fra le morali *sopra l' impiego del denaro*[1]) *e l' usura,* Lucani 1835 in 18; *dei limiti delle due potestà* ecclesiastica e secolare, Florentiae 1849 in 8., prohibita 1850 donec corrigatur, nimium enim tribuit potestati laicae, et Ecclesiae denegat jus infligendi poenas corporales.

297. Admodum strenuus et laboriosus fuit Alphonsus Muzzarelli S. J. ex comitibus Muzzarelliis Ferrariae n. 22. Aug. 1749. A Pio VII. Romam vocatus theologi poenitentiariae munus summa pontificis approbatione gessit. Summo pontifice in Galliam sacrilege deportato Muzzarelli in carcerem fuit conjectus, deinde etiam deportationem subiit. Parisiis constitit usque ad pium sanctumque obitum 25. Maj. a. 1813, quem mensem Deiparae colendae consecraverat, marianum appellaverat et a populo christiano consecrandum vehementer curaverat. Vita functo variis in locis splendidae exsequiae celebratae sunt: Ferrariae triginta saltem poetae ejus laudes et merita cecinerunt, fuit enim vir religione, pietate, modestia spectatissimus, divinis humanisque literis ornatus, apologeta religionis et jurium Ecclesiae zelosissimus, in scribendo sagax, accuratus, solidus ut potioribus hujus aevi theologis sit accensendus. Inter opera ejusdem plurima eminet[1]): *Il buon uso della Logica in materia di Religione,* Fulginii 1787—89 t. 6 in 8; Romae 1807 t. 10 in 12. ed. 4; Ferrariae 1785 t. 4 in 8., quae dissert. collectio saepius prodiit aucta; Florentiae 1821 t. 11 in 12. Prodierunt etiam saepius seorsim et in varias linguas versae. Inter has (39) ex. gr. sunt t. 1. (ed. florent.): Pensieri sul modo da osservarsi al presente negli scritti di Religione; Abusi nella chiesa; Primato e infallibilità del Papa (Romae 1870); t. 2: Tolleranza; Numero e qualità de' Miracoli; t. 3: Scommunica; Storia ecclesiastica, in qua diss. criticae observationes continentur in Fleurii historiam ecclesiasticam, praesertim in ejus dissertationes (Ferrariae 1783); t. 4: Confessione auriculare; t. 5: Ricchezze del Clero (Ferrariae 1776); Inquisizione; Dominio temporale del Papa (1789); t. 6: Immunità ecclesiastica reale; Esame sull' Origine della Giurisdizione de' Vescovi nelle particolari Diocesi; 7. Esame delle opinioni del S. Bonnet (non bene sentientis) sopra i miracoli e la risurrezione (ib. 1781); i sistemi di alcuni filosofi contra l' esistenza e la possibilità degli spiriti provano la debolezza dell' umana ragione e l' utilità della Rivelazione e del Tribunale della Chiesa cattolica; Se un fatto dommatico deciso dalla Chiesa sia oggetto di fede teologica; Peccato originale; Della salute dei pagani; t. 8: Ricchezza e magnificenza delle chiese: Sepolture in chiesa, numero degli altari, imagini sugli altari, lumi nelle chiese, processioni; Del contratto del matrimonio in quanto Sacramento; t. 9: Valore dell' Indulgenze; Gregorio VII. (Fulginii 1789); Invano si sforzano gli increduli di smentire il

[1]) Fidelis a Jadera (Zara) O. Cap. (n. 1728; † 1805; secundum append. bibl. script. Cap. † 1800) scripsit *l'uso del denaro,* Venetiis. Collegit etiam *Hymnodion* seu hymnorum collectionem, 1797; *Mantissam* ad hymnodion 1800.

[1]) Cf. Caballero 1, 202; II, 76; Sommervogel V, 1488—1514 sub n. 51; IX, 708 s. Biogr. univ. 30, 509; Roskovány IV, 1030. De ejus adversus Bolgeni opusculis supra egimus p. 617.

prodigio del sovvertimento della Pentapoli col ricorrere alla satira e naturali spiegazioni; Santità e divinità della Chiesa cattolica dimostrata dall'eroica virtù de' suoi Santi; 10: Libertà morale; Punto non deroga alla Providenza e Giudizio di Dio l'aver eletta privativamente come suo popolo così piccola nazione qual'è l'Ebrea; 11: La Religione dell'uomo filosofo etc. Prodierunt iterum Mediolani 1840 t. 8 in 12., latine versae (42, quinque exceptis) a Georg. Zeldmayer de Buzitha abbate de Debalc, cathedralis ecclesiae cassoviensis praeposito, Cassoviae 1815—1817 t. 9 in 8; gallice Bruxellis 1837 t. 6 in 18. *Diss. selectae,* Romae 1807 in 8. Diss. 1. de regula moralium opinionum pro confessariis; etiam in Migne cursu completo theol. t. 11; diss. 2. de origine et usu oblationum, primitiarum et decimarum; 3. de regno millenario Christi visibiliter conversantis in terra; 4. an ss. pontifex habeat auctoritatem destituendi episcopum invitum et reluctantem a propria sede ob Ecclesiae necessitatem aut magnam utilitatem. *L'Emilio disingannato* dialoghi filosofici, Senis 1782 t. 2 in 4; Romae 1816 t. 3 in 12. ed. 3. etc.; Continuazione ossia *confutazione del contratto sociale* di G. J. Rousseau[1]), Fulginii 1794 t. 2 in 8; Venetiis 1818. 1828; *Lettera a Soffia interno alla setta dominante,* Fulginii 1790; 1814 in 4., in qua agit de gratia, caritate, deismo, philosophia et jure politico; *diss. intorno alle regole da osservarsi* per parlare e scrivere con esattezza e con proprietà sù la divozione e sul culto dovuto al SS. Cuor di Gesù C., Romae 1806 in 12; *Esame critico delle principali feste di Maria SS.,* Fulginii 1794; *Il buon uso delle vacanze,* Parmae 1798; *Annotationes* ad secundam partem relationis lectae in conventu gallicano a. 1682 per D. de Choiseul-Praslin et elucubratae per Bossuet, 1811 in 12; *Prop. Rom. Pontifex velut caput supremum Ecclesiae jus habet ex institutione divina sui primatus in creationem et maxime in confirmationem omnium et singulorum episcoporum:* ita ut eo recusante et contradicente, nemo haberi possit pro legitimo episcopo in Ecclesia catholica, neque unquam pacifice pro tali in eo casu habitus quisquam fuerit, s. l. et a. (1811); *Infallibilité du Pape* prouvée par les principes mêmes et le sentiment universel de l'Église gallicane, Avenione 1826 in 12; 1846; *de auctoritate rom. Pontificis in conciliis generalibus,* Gandavi 1815 t. 2 in 8., opus posthumum ed. cura Cornelii Geerts († 1819) S. J. Antwerpiensis s. theologiae professoris[1]); *della civile giurisdizione* ed influenza sul governo temporale esercitata dai rom. pontefici incominciando dal impero di Constantino sino alla donazione di Pipino re dei Franchi, Romae 1816 opus posthumum; Neapoli c. 1850; *All' anonimo autore del l. del diritto della civile sovranità* sopra il matrimonio e suoi impedimenti, risposta di piena confutazione tratta dalle gallicane dottrine ec. contro l'opera del Launojo ec., diss. del C. A. C. M., Veronae 1798, quod tamen opus forte est Christophori Muzzani, de quo mox. Alia quaedam ejus scripta ad facta illius temporis spectantia pro Ecclesiae et primatus juribus continentur in collectione inscripta: *Complément de la correspondance de la Cour de Rome avec Bonaparte,* Parisiis 1814 in 8.

[1]) Contra Rousseau scripsit etiam Atilanus Dehaxo al. de Ajo OSB. *El hombre en su estado natural,* Valladolid 1819 in 8. — *De la liberté et de l'égalité des hommes* et des Citoyens avec des considerations sur quelques nouveaux dogmes politiques, Vienne 1792; Ticini 1793 scripsit Seb. Ayala SJ. Siculus n. 28. Febr. 1744. Metastasii fuit amicus et biographus. Societate suppressa in Austriam se contulit. A republica ragusina electus est legatus apud imperatorem Austriae († 1817).

[1]) Hujus exstant plures theses Lovanii 1769—73 defensae, quas cf. apud Backer 1, 2072.

298. Natus est Christ. Muzzani, (Muzani) S. J. nobili loco Vicetiae 28. Apr. 1724, magnamque posuit vitae partem in concionibus sacris habendis. Suppressa societate Jesu rediit in patriam et canonicus poenitentiarius renunciatus est († 1813). Plura egregia et solida opera reliquit adversus illius temporis hostes Ecclesiae [1]): quibus opposuit *Difesa di que' sacri Predicatori* che trattano con valore argomenti sopra la verità della fede, Vicentiae 1782 in 8. adversus Jo. B. Roberti, etiam in op. *Preparativi* per la desiderabile inoculazione del buon senso proposta contra il male della incredulità, Fulginii 1783; *Lettere (6) di un Curato campestre* in risposta al libretto stampato in Brescia da P. Tamburini contra il Molinismo s. l. (1772), 1788; quibus Tamburini opposuit Osservazioni, Florentiae 1776 t. 2; *Quale totalità di consenso decida la controversia nelle materie di fede,* Perusiae 1790 in 4., in qua diss. erudita robustaque solide ostendit, non requiri consensum totius Ecclesiae ad dirimendas controversias. *Perfetta concordia* della dottrina delle controversie del v. Card. Bellarmino colla dottrina del suo celebre Catechismo, e in fine si aggiunge una breve Appendice sulla perfetta discordia della Grazia per se efficace insegnata nelle cattoliche Scuole colla dottrina dei moderni Settari, Venetiis 1791, adversus Jo. B. Guadagnini; *il domma cattolico della spirituale autorità della Chiesa* all' anonimo autore dei sei dialoghi sullo spirito della Religione cristiana, ib. 1800 in 4., quam diss. secutae sunt *Lettere apologetiche,* Vicetiae 1800, quibus mox alias adjecit, ib. 1800. *Della assoluzione sacramentale* e del dolore de' peccati necessario a riceverla salutarmente, ib. 1801; *Diss. del motivo formale e adequato del dolor di attrizione,* Venetiis 1802 in 4. adversus Nogarola (de quo infra), qui non tacuit, cui tamen Muzzani aliis editis diss. respondit; *Diss. teologiche* sopra le piu gravi e importanti controversie a'giorni nostri suscitate, ib. 1803 t. 2 in 8; due nuove lettere sulla materia importantissima *della Grazia,* Vicetiae 1804 in 4; *sopra le cinque proposizioni* da Innocenzo X. condannate diss. ib. 1810; literae polemicae adversus Franc. Baccari et Georgium M. Albertini.

299. Tertius qui hoc eodem anno decessit (1813) est Aloysius Mozzi de' Capitani pariter Soc. J. et strenuus rei catholicae apologeta. Natus est claro genere Bergomi 26. Maj. 1746. Exstincta societate Jesu renunciatus est canonicus et archipresbyter bergomensis et jussu episcopi praefuit examini candidatorum sacerdotalium et praeturam disciplinae in universa dioecesi administravit. A Pio VII. gratiosissimis literis Romam vocatus missionarium apostolicum egit et praefectum Oratorii, quod a P. Caravita S. J. appellatur. Academia Arcadiae romana eum sibi socium adscivit. Ex urbe Neapolim convolavit societati in utraque Sicilia restitutae (1804) nomen iterum daturus. Insignis erat probitatis, asperitatis vitae, pietatis in Deum ac Deiparam tantoque zelo actus, ut nunquam cessaret proximos quacunque posset ratione juvare. Laboribus pro salute animarum susceptis fractus migravit ad superos in villa marchionis Scotti prope Mediolanum 24. Jun. 1813. Plurima reliquit [1]) opera egregia, inter quae plura ad pietatem spectantia. Potiora sunt: *Lettere* (3) *ad un amico* sopra certa Diss. publicata in Brescia (1772 sub nomine Caleppii) sul ri-

[1]) Cf. Caballero I, 201; II, 75; Cernitori bibliotheca polemica pag. 108; Sommervogel V, 1483.

[1]) Cf. Vita del P. L. Mozzi, Novariae 1823 in 8; Backer 2, 1398—1402; Cernitori 104—108; Caballero 1, 197—99; II, 75; Biogr. univ. 74, 504—6.

torno degli Ebrei alla Chiesa [1]), Lucae 1777 in 8; *Lettera confidenziale* di un Teologo ad un Teologo, Vicetiae 1778 de eodem argumento. Verum auctor illius diss. aliam iterum opposuit: *Dell' epoca della conversione degli Ebrei* colla aggiunta di cinque Lettere teologiche in risposta al S. C. Mozzi, Venetiis 1779 in 8. *Il falso discepolo di s. Agostino e di s. Tommaso* convinto d' errore; riflessioni critico-dogmatiche sopra un nuovo libro sulle correnti dottrine (adversus Camillum Monici congr. Or.), Venetiis 1779 in 8; 1789; Bergomi 1781. Libri hujus titulus erat: *La doctrine de S. Augustin et de S. Thomas* victorieuse de celle de Molina et des jésuites par les armes que présente M. l'Archevêque de Paris dans son instruction pastorale du 8. Oct. 1763, Parisiis 1764 in 12. Adversus Mozzi scripserunt quidam anonymus, P. Modestus et Viator da Coccaglio (cf. supra pag. 258). *Vera idea del Giansenismo*, s. l. 1781 t. 2 in 12., quem l. impugnavit Antonius Thomas Volpi Bergomas († 1803) in Lettere *della vera idea del Giansenismo*, Bergomi 1782. *Storia compendiosa dello scisma della nuova chiesa d' Utrecht*, Ferrariae 1785 in 8; 1788, a Pio VI. brevi de d. 8. Jun. 1785 collaudata, quae occasionem dedit pluribus libris. Illam enim impugnavit Bossi canonicus mediolanensis in l. *Del Cattolicismo della Chiesa d' Utrecht*, Mediolani 1786, proh. 1787, cui valide respondit Mozzi opere jam majori: *Storia delle revoluzioni della Chiesa d' Utrecht ll. 5*, Venetiis 1787 t. 3 in 8. Iterum insurrexit Bossi editis *Lettere Ultrajettine*, quibus opposuit Mozzi *Risposta pacifica* al Cavaliere milanese autore delle Lettere ultrajettine, Bergomi 1788 in 8. *Cinquanta ragioni e motivi* pe' quali la Religion cattolica romana dev' esser preferita a tutte le odiose sette del Cristianesimo e che indussero S. A. S. Ant. Ulrico Duca di Brunswich e di Luneburgo ad abjurare il Luteranismo, opera tradotta dall' Inglese ed illustrata con note, Bassani 1789 in 8. *Trattenimenti familiari* fra una donna cattolica e un Teologo giansenista sopra la proibizione de' libri con annotazioni ed un indice cronologico ragionato dei libri del Partito gianseniano riprovati dalla s. Sede, Assisii 1790 in 8., praeclarus et utilis libellus; *I progetti degl' Increduli* sulla distruzione dei Regolari e sulla invasione dei beni ecclesiastici disvelati nelle opere di Friderico il Grande . . . con un appendice di alcuni Decreti dell'Assemblea nazionale de' Francesi sul medesimo argomento. Traduzione libera dal Francese con note, s. l. 1791, Assisii 1791 et alibi editum. *Compendio storico cronologico* de' più importanti giudizi portati dalla s. Sede apost. romana sopra il Bajanismo, Giansenismo e Quesnellismo, Fulginii 1792 t. 2 in 8. *Il culto dell amor divino* ossia la divozione al s. Cuore di Gesù [1]) opera di Mons. Gian Enr. Felice di Fumel Vescovo e conte di Lodeve tradotta in italiano e corredata di copiose ed interessanti annotazioni, Bononiae 1782 in 8; Novariae 1840 in 18.

300. Quibus adde [2]) Joannem Vincentium Giorgi S. J. Caprarolae prope

[1]) De hoc l. jansenianis erroribus infecto, in quo ipsa Ecclesiae infallibilitas in discrimen vocatur cf. Cernitori l. c. pag. 83—88.

[1]) Inter illustres ss. Cordis defensores merito est collocandus Benedictus Tetamus S. J. alius a Ferdinando (de quo cf. p. 252), Panormitanus († 1803), cujus exstat *de vero cultu et festo ss. Cordis Jesu* adversus C. Blasii (cf. p. 79) commonitoriam diss. apologeticus, Venetiis 1772 in 4., cum appendice, in qua continentur: *Refutatio Antirrhetici Christotimi Ameristae* et monumentorum ad calcem blasianae commonitoriae selectorum castigatio, ib. 1773 (m. 10). Cf. Nilles de festorum rationibus etc. I, 214.

[2]) Addi etiam posset Ludovicus Antonius Caraccioli origine Neapolita-

Viterbium 12. Jul. 1738 natum, qui diu missionarium per varia Italiae loca et concionatorem Venetiis egit; deinde Romam venit et a Pio VII., qui hominem noverat egregie doctum, theologus s. poenitentiariae est dictus († 30. Jan. 1803). Edidit *Epoche principali della Religione rivelata del vero Dio,* Venetiis 1791—96 t. 6 in 8., in quibus agit de necessitate revelationis divinae, de sex diebus creationis, qua occasione discutit mentem s. Augustini circa creationem, de natura et cultu ss. angelorum, de homine deque peccato originali, opus profunde theologicum et eruditum. Alios 4 t. paraverat, scil. de lege naturae, de lege scripta deque lege gratiae, qui tamen non prodierunt; *Riflessioni teologico-dogmatiche* sopra alcune epoche (f. pericope) evangeliche, colle quali dimostrasi il primato di s. Pietro Principe degli Apostoli in tutta e sopra tutta la Chiesa, ib 1800 in 8. Opera ejus collecta prodierunt ib. 1800—1802 t. 11 in 8. — G. Bartholomaeus Podesta scripsit *lettere filosofiche* del mondo creato giusta la storia di Mose in confronto dei nuovi sistematori, Venetiis 1786 t. 2 in 8. — Petrus Marcus Zaguri Venetus n. 1783, primum episcopus cenetensis, dein vicetinus († 1810), orator insignis et pauperum pater, egregium reliquit librum inscriptum saepius editum: *Piano per dar regolato sistema al moderno spirito filosofico* ovvero Istruzioni anecdote di un libero pensatore ad una Assemblea di Amanti del buon senso, Vicetiae 1791 t. 4, quo in opere utens sagaciter figura ironiae, ostendit infirmitatem et inconstantiam argumentorum, quibus utuntur increduli, et eorum responsionum ad argumenta firmissima religionis revelatae. — Johannes Baptista Athanasius Giovio comes (n. Comi 10. Sept. 1748; † 17. Maj. 1814) nonnulla conscripsit opuscula pro tuenda religione christiana adversus incredulos. — Alexander Tassoni Sabinus n. 1749, juris doctor et auditor rotae, aetate jam provecta ordines sacros recepit totumque se Dei et Ecclesiae obsequio dicavit. Opere erudito *La religione dimostrata e difesa* Romae 1800—5 t. 3 in 8; Pisis 1817, gratiam Pii VII. sibi conciliavit, qui eum auditorem s. palatii constituit. Jam agebatur de ejus ad cardinalis dignitatem promotione, cum morte abreptus est 31. Maj. 1818. — Bernadus de la Torre Neapolitanus n. 1736 fuit philosophiae professor in seminario et academiae pro tuenda religione catholica director. Anno 1791 electus est in episcopum stabiensem, mox translatus ad ecclesiam litterensem, et a Pio VI. dictus legatus apostolicus per regnum neapolitanum. Occupato regno a Gallis visus est illis favere, unde restaurata monarchia pulsus est in exsilium. Post reditum Josephi Buonaparte concredita fuit ipsi dioecesis neapolitanae administratio pro cardinali Ruffo in exsilium pulso, filiisque Murat novi regis erat ab eleemosynis. Reduce Ferdinando IV. secessit in dioecesim suam decessitque 28. Maj. 1820. Descripsit *I Caratteri degli increduli,* 1779; *Verità della religione cristiana,* opus posthumum [1]). — Lu-

nus, Parisiis n. a. 1721, aliquamdiu congr. Orat., qua tamen egressus est, qui plura opera sat levi et festino calamo composuit, inter quae *le langage de la religion* apud Migne *démonstr. évang.* 11, 1009—1090; *le langage de la raison,* germanice interprete Obladen Augustae 1766. *L' Univers énigmatique,* eodem interprete ib. 1776, adversus incredulos etc. Scripsit etiam vitam parum criticam Benedicti XIV. et Clementis XIV., cujus literas interpolavit (vel finxit Cf. Civ. Cathol. VII (1899) fasc. 1178 p. 129—43; et t. VIII, 67—104) Parisiis 1775 t. 2; 1776 t. 3 in 12. (cf. pag. 505). A republica gallica stipendium sat pingue quotannis percepit. Decessit 29. Maji 1803. Cf. Feller 2, 342; Querard 2, 47 s. Ad eum literas plures dedit H. Mich. Sauvage S. J. occasione vitae Clementis XIV., quae prodierunt Parisiis 1776. 1777.

[1]) Cf. Biogr. univ. 46, 277.

dovicus Maria Bartholomaeus Ferrari O. Barn. Mediolanensis n. 5. Jun. 1747, mathesis et physices 30 annos professor, admodum versatus erat in hydraulica, de qua plurimas edidit diss. Tradita ipsi (1816) in lyceo mediolanensi cathedra institutionis religiosae, scripsit *Missione di Mose*, cui subjecit Diss. inrorno al Pentateuco samaritano 1799; *Verità della Religione cristiana* et necessità della rivelazione ll. 2 con un appendice sopra i misteri 1816; *introduzione allo studio della Religione rivelata* 1819, cui inseruit suas praelectiones[1]). Obiit 19. Maji 1820. — Clemens Biagi OSB. Cremonensis n. 1740, abbas ravennatensis monasterii, theologiae et juris canonici in collegio de propaganda fide professor († 1804), italice vertit auxitque dictionarium Nic. Silv. Bergier (cf. pag. 311) et in suo diario ecclesiastico strenue Jansenistas insectatus est. Cum esset insignis archaeologus monumenta graeca et latina ex museo J. Nanii descripsit, Romae 1785. 1787 t. 2 in 4. In primis ab eruditione laudatur ejus tr. *de decretis atheniensium*, ib. 1785 in 4.

301. Primatum asseruit Josephus Recco (n. 21. Maj. 1743; † 1801), quem Pius VI. magni fecit, in op. *Della esistenza di vera Giurisdizione nella Chiesa cattolica* stabilita nell' autorità del Pontefice Rom. e della sua Sede provata con la disciplina de' primi secoli del Cristianesimo dalla promulgazione del Vangelo sino all' età di s. Leone, Romae 1791 in 8; *diss. epistolare* intorno alla celebre controversia del battesimo degli eretici fra s. Stefano e s. Cipriano[2]), ib. 1791 in 8; *Discussione delle due podestà* spirituale e temporale, ib. 1793 in 8; *Discorso sulla riprovazione della sinagoga e sulla vocazione delle genti*, ib. 1796 in 4.

[1]) Cf. Biogr. univ. 64, 107; Wurzbach 4, 191.

[2]) Cf. Biogr. univ. 78, 394.

Reliquit[1]) plura opera msc. — Jansenianos impugnarunt: Demetrius Sanna S. J. in Sardinia natus, missionarius in regno novo granatensi, qui in exsilium pulsus Fani sedem fixit, in op. *Il peccato in Religione ed in Logica* degli Atti e Decreti del conc. diocesano di Pistoja . . . nel quale si confutano e dimostrano alcuni errori, inesatezze e contradizioni, di cui si è pieno zeppo il detto sinodo di Pistoja, Assisii 1791. 1792 t. 2 in 4. sub nomine P. Mariano Pistofilo degli Eusebii di Città Geropoli. Ex multis operibus adversus illam synodum editis nullum forsitan majori rationum pondere ac istud pistorienses errores frangit ac debellat. — Joannes Carolus Brignole S. J. ex illustrissima familia senatoria Genuae n. 22. Jul. 1721 († 7. Mart. 1808) edidit *Raccolta d' opusculi interessanti*, Avenione (Genuae) 1789 t. 2 in 8; quibus continentur (7 epist.) examen criticum de nonnullis sententiis Baji, Jansenii et Quesnelli contra P. Molinelli e scholis piis, et quatuor ep. adversus Cyrillum Copozze O. Carm. in universitate genuensi theologiae professorem minus catholice de indulgentiis sentientem; *La dottrina della Chiesa* condannatrice degli errori di Bajo, Giansenio e Quesnel e la divozione del s. Cuore di G. C., in Italia 1793 in 12; *Antierasto* ossia Erasto preteso amico della gioventù dimostrato vero nemico di essa e traditore, Assisii 1796 adversus Joannis Jac. Filassier († 1806) *Eraste* ou l'Ami de la Jeunesse, Parisiis 1773. 1774 in 8; 1779 t. 2 in 8. ed. 3. etc., opus de summis pontificibus et de Ecclesia malemerentissimum.

302. Thaddaeus Nogarola S. J. ex nobilissima familia Veronae n. 24. Dec.

[1]) Eodem fere tempore (Friburgi 1790) disseruit, sed nimus bene, Jos. Greisinger de hac controversia in diss. exponente Cypriani . . . *de rom. pontificis primatu* atque juribus et muneribus sententiam.

1729 theologiam magna acuminis et eruditionis opinione profitebatur in collegio bononiensi s. Luciae. Ejus sunt: *Diss. theologica* sopra la disposizione necessaria a ricevere la grazia della giustificazione nel sacramento della penitenza, Veronae 1800 in 8., in qua totus est in asserenda sufficientia attritionis et Tamburinum valide impugnat. Verum hoc opere occasionem praebuit acri controversiae literariae cum J. Baptista Gentilini S. J., qui edidit: *Sopra il dolore dell' attrizione e la virtù della Carità* (contra Bolgeni) diss. due, Brixiae 1802. 1803 in 8., et cum Muzzani (de quo supra p. 625). Nimia forte vehementia respondit in *Analisi* della diss. etc. cum appendice, Veronae 1803, cui adjecit *appendice seconda* . . . indirizzata a dissipar le dubbiezze, le quali sopra la dottrina cattolica della Attrizione sparge una Diss. sopra tal argomento scritta dal erudito C. C. Muzzani, Veronae 1803. Gentilini vicissim edidit *Spiegazioni di alcune parole* del conc. romano celebrato sotto Benedetto XIII. risguardanti il dolore di attrizione, che servirà di appendice alle due diss., ib. 1804 in 8. necnon *Diologhi tre* . . . sulla materia importante del dolore di attrizione, Brixiae 1803 in 8. et *Quesiti teologici* proposti al cittadino Paolo Corobelli Arciprete di s. Maria Insulare, Veronae 1803. Et en Nogarola dedit *Risposta* . . . ad alcuni quesiti, ib. 1803 in 8. eidemque Archipresbytero jam anno antecedenti dederat acrem *Lettera di risposta,* aliamque epistolam inscripsit canonico Muzzani, ib. 1804, contra quem scripsit quoque *Osservazioni* sopra la natura dell' amor di Dio, ib. 1804, in quibus tuetur amorem erga Deum sine amore concupiscentiae. Hae videntur occasionem praebuisse operi Gentilini inscripto: *Disfida teologica publicamente intimata* . . . all'ab. T. Nogarola . . . per rilevare la vera dottrina dell' ang. Dottore s. Tommaso circa la carità perfetta ed imperfetta e circa il timore filiale, iniziale e servile, ib. 1804. Edidit Nogarola quoque: *L' immortalità naturale dell' anima dimostrata,* Venetiis 1780; Veronae 1806, opusculum plane aureum (primo latine editum 1779), cui adjecit ep. Bononiae 1806, et alteram Veronae 1807; *Spiegazioni e difesa dei quattro articoli della dichiarazione dell' assemblea gallicana dell' a. 1682,* ib. 1808 in 8., in quo opusculo egregio paucis sed aptissimis verbis acutissimus auctor mentem explicat ac multis sui ingenii condimentis mitigare conatur declarationem cleri gallicani, qui ea visus est haud parum detraxisse auctoritati pontificiae. *La verità infallibile* di quella dottrina in materia di fede e di morale, la quale viene pronunciata ex cathedra Petri, ib. 1809. Jam reliqua de Gentilini hic addamus. Natus is est 26. Nov. 1745 Vesione in dioecesi brixiensi. Exstincta societate Jesu curionem egit Portesii, deinde archipresbyterum et vicarium foraneum Lonati; eadem restituta eidem se iterum adjunxit domuique professorum Neapoli praefuit († 16. Dec. 1816). Scripsit (contra Bolgeni) robustissime adversus juramentum, quod populis praestandum Galli imponebant, spiritum democraticum, alienationem et venditionem bonorum ecclesiasticorum, et praeterea[1]: *All' anonimo autore del l. del diritto della civile sovranità sopra il matrimonio e suoi impedimenti risposta* di piena confutazione tratta dalle gallicane dottrine di Nat. Alessandro, di Giovenino, di Goneto, di Cabasuzio, di Colbert e degli stessi professori Parigini contro l'opera del Launojo intitolata *de jure principum in matrimoniis christianorum,* Veronae 1798 in 8., cujus l. impressionem prohibuit respublica cisalpina, cum duplice alio opusculo de hoc argumento. *La divozione al sacro Cuore di Gesù* dilucidata

[1]) Cf. Caballero I, 141; II, 38; Sommervogel III, 1327—30.

in forma di dialogo, ib. 1806. — Spiridio Berioli archiepiscopus urbinas (1787—19. Apr. 1819) reliquit succosam diss. dogmatico-liturgicam *de sacramento ordinis* addito perbrevi de clericorum coelibatu adnotatione, Castelli 1787; et *Osservazioni sul l. Progetto di Reforma dell' obligo del Digiuno* ib. 1788 in 8. — Septimius Costanzi edidit *Opuscula ad revocandos ad catholicam Ecclesiam dissidentes* Graecos et Ruthenos et protestantes aliosque sectarios postremae aetatis, Romae 1807; Philadelphiae 1810 t. 3, in quorum 1. agitur de processione substantiali Spiritus s. a Patre et Filio; in 2. de primatu; 3. continet appendices.

303. Laurentius Litta e nobili familia Mediolani 23. Febr. 1756 ortus jam a pueritia egregia ingenii solertis specimina dedit. A Pio VI. receptus est inter protonotarios apostolicos et electus 23. Jun. 1793 in archiepiscopum thebanum. Anno sequenti eum destinavit in Poloniam nuncium apostolicum. Adeo prudenter et fortiter se gessit difficillimis ultimisque temporibus exspirantis illius monarchiae, ut post triennium missus sit legatus apostolicus Moscoviam et Petropolim, ubi plurimum promovit causam catholicorum obtinuitque, ut in eorum spirituale commodum sex erigerentur episcopatus latini ritus et ritus graeci tres. Pius VII. eum praefecit thesauro publico, quem administravit magna solertia et integritate summa, unde pontifex jam 23. Febr. 1801 eum cardinalem designavit (in petto), quam electionem promulgavit 29. Sept. ejusdem anni. Pluribus congregationibus fuit adscriptus et congr. Indicis praefectus. Occupata a Gallis ditione pontificia coactus est vi publica primum abire Mediolanum (1808), deinde ductus in Galliam (1809), ubi iterato durius exceptus est a Napoleone. Anno sequenti Quintinum in exsilium fuit missus, quod cum aliis cardinalibus noluisset assistere matrimonio imperatoris cum Maria Ludovica. Ibi otium transegit in exercitiis pietatis et studiis litterariis. Cum Pio VII Romam rediit et Litta. In meritorum praemium constitutus est (1814) praefectus congregationis de propaganda fide, quod institutum sua diligentia et zelo ad pristinum restituit splendorem et momentum; eodemque anno promotus est ad episcopatum suburbicarium Sabinae; demum a. 1818 Pius VII. eum sibi in vicarium selegit aliisque muneribus auxit, quae evidens erant argumentum gratiae et auctoritatis, qua valebat apud pontificem. Dum visitaret suam dioecesim zelo supra vires abreptus in loco montano morbum contraxit, quo paucis diebus absumptus cum ingenti ovium sibi concreditarum moerore pie obiit[1]) in Domino 1. Maj. 1820. Reliquit *Lettres sur les quatre articles dits du clergé de France.* Ed. 1. prodiit auctore inscio, Parisiis (vere Lugduni 1818) titulo parum immutato; 1826 ed. 4. praemissa auctoris vita, opus praeclarum; germanice Münster 1844. In iis tuetur clare et solide pontificis infallibilitatem.

304. Theologiae cursum dedit: Michael Ang. Marcelli OSA. Sabinus, s. theologiae magister et in romano Sapientiae archigymnasio s. Scripturae interpres († 1804), cujus *institutiones theologicae* ad usum sodalium compositae prodierunt demum Fulginii 1847—51 t. 7 in 4. — Georgius Franc. Albertini O. Praed. n. 29. Febr. 1732 Parentii in Istria, concionator insignis, cui Pius VI. in collegio de propaganda fide cathedram theologiae dogmaticae assignavit (1789). Post Valsecchi obitum a republica veneta Patavium fuit accitus. Suppressa ejus cathedra (1807) in patriam rediit

[1]) Cf. Baruldi Notizia biografica sul Card. L. Litta in Memor. di Rel. XIV. Florentiae 1828; Weinand KL. VIII, 13-17.

(† 29. Apr. 1810). Edidit: *Acroases* ossia la somma di lezioni theologiche, Patavii 1798, Venetiis 1800—2 t. 5, quibus thomismo rigidiori renunciat[1]); *Diss. dell' indissolubilità del matrimonio,* Venetiis 1792. Aliam quoque scripsit diss., quae ab academia praemio donata fuit, in qua sola ratione nititur ostendere, hominem non amplius talem esse, qualis e manu Dei Creatoris prodiit[2]). — Augustinus Gervasio O. S. Aug. natus 1739 Montorii in dioecesi salernitana, Viennae in universitate theologiae professor (1763—68), episcopus gallipolitanus (1770), dein episcopus melfitanus a rege neapolitano designatus (1784), sed a pontifice non approbatus ob quasdam cum gubernio exortas controversias, demum (1792) archiepiscopus capuanus et capellanus major regius († 1806), reliquit tract. *de sacramentis in genere et in specie,* Vindobonae 1765. 1781 t. 2; *de Verbo Dei incarnato* ll. 3, ib. 1764; *de legibus, de peccatis et peccatorum poenis.* — Gervasii sodalis et in cathedra successor (1770—89) et Gazzanigae collega fuit Josephus Bertieri Cebae in Pedemontio n. a. 1734, dein episcopus comensis (1789), translatus 1792 ad ecclesiam papiensem († c. a. 1806), cujus exstant tr. *de incarnatione*; *de legibus*; *de sacramentis* in genere et de sacr. baptismi et confirmationis in specie, Vindobonae 1774. De alio ejusdem op. cf. p. 328. — Joannes Ev. Blasi OSB. congr. casinensis, historiographus regius et aliquamdiu professor theologiae in seminario panormitano († 1812) pro suis alumnis adornavit *institutiones theologiae,* Panormi 1774—77 t. 4 in 4. (prohib. 1783). Cum Dominico Schiavo canonico collegit *Memorie* per servire alla storia letteraria di Sicilia, Panormi 1765, cujus collectionis prodierunt tantum tomi 2 in 12; *Lettera al principe di Torremuzza* intorno alla soggezione de' vescovadi di Sicilia al patriarca di Constantinopoli e intorno al vescovado di Alesa negato dal can. D. Schiavo, Panormi 1780 in 8; *Storia cronologica de' Vicerè,* Luogotenenti e Presidenti del regno (di Sicilia), ib. 1790 t. 6 in 4., opus eruditum fructus laboris 16 annorum. — Car. Joannes Maria Denina Pedemontanus (n. 1731; † 5. Dec. 1813) reliquit *de studio theologiae et norma fidei ll. 2,* Taurini 1758, cujus etiam exstant opera historica, ut *le rivoluzioni dell' Italia* 1769—71 t. 3 in 4; *discorso sopra le ultime vicende della letteratura,* Taurini 1792 t. 3 in 12., cui a. 1811 adjecit t. 4; *Istoria della Italia occidentale* 1809 t. 6 in 8. etc. — Thomas ab Interamna O. Cap. († 1807) disseruit *de scientia Dei, praedestinatione et gratia Christi* ad mentem d. Augustini, Sondrii 1780; *Ethices christianae narratio* historico-theologico-critica iis omnibus, qui huic scientiae operam sint daturi, ib. 1781 in 4. — *De gratia divina* disputavit Paulus Ant. a S. Josepho Fabri Sch. p. n. Saranzanae 1715; † 1804.

305. Jam veniamus in *Germaniam,* in qua pariter incredulitatis spiritus altiores semper et latiores radices agebat. Non defuerunt qui eidem se opponerent[1]). Ita Henricus Sau-

[1]) Cf. Schneemann Weitere Entwickelung der thomistisch-molinistischen Controverse, § 1.

[2]) Cf. Wurzbach 1, 10.

[1]) Praetermittimus Diepoldum Ziegler OSB. abbatem Ensdorfensem (19. Mart. 1728; † 21. Nov. 1801), cujus est *Dei existentis* ejusque immensae artis ac ineffabilis providentiae ac bonitatis *testimonia* in corpore humano conspicua, 1761 in 4. — Car. Theodorum de Dalberg principem civilem beneficum, praesulem ecclesiasticum spiritu illius aevi infectum, beneficiis ecclesiasticis onustum. Decessit praesul ratisbonensis (n. 8. Febr. 1744; † 10. Febr. 1817), primas Germaniae dictus, sed qua talis a sede apostolica non agnitus. Cf. ejus opera philosophico-aestetica minoris pretii in thes. p. 157; Dalberg oder letzte Lebenstage etc. Carlsruhe 1846; a. d. Bi. 4, 703—8. — Gregorium Brunner OSB.

tier S. J. Friburgensis (n. 10. Apr. 1746; † 31. Martii 1810) — Aegidius Sexstetter OSB. in monasterio cladrubiensi (Kladrau in Bohemia), theologiae professor et suppresso monasterio (1785) parochus přesticensis, qui edidit: *Gründliche Darstellung christl. Glaubenswahrheiten* zur heilsamen Warnung vor der überhand nehmenden heutigen Freidenkerey und französischen Ausschweifungen, Pragae 1794 in 8; *Ist die heutige Ohrenbeicht in der alten Kirchenbuss zu finden oder nicht,* ib. 1785 in 8; *Gründlicher Beweis,* dass die Vereinbarung der griechisch-russischen Kirche mit der römisch-katholischen kraft der beiderseits anerkannten Grundsätze leicht zu bewerkstelligen sei, ib. 1803 in 8., *Beiträge zur böhmischen und mährischen Brüderhistorie*[1]), ib. 1781 in 8., quibus occasionem praebuit *martyrologium bohemicum* sive historia persecutionis bohemicae (primum Leidae 1648 sub nomine Joannis Amos Comenii in 12. edita), quam Jo. Theod. Elsnerus fratrum bohemorum Berolini praeco germanice reddidit, auxit praefatione et variis additionibus ediditque a. 1766. Cum haeretici illi suis martyribus adnumerarent etiam ss. Methodium, Ludmillam, Wenceslaum, bene ostendit auctor quam immerito id faciant: imo eos ne Husio quidem et Hieronymo pragensi gloriari posse, cum hi aliam ab ipsis professi sint fidem. — Anselmus (in baptismo Jo. Baptista) Rittler OSB. in monasterio weingartensi, Bavarus n. 20. Febr. 1737, Salisburgi theologiae professor 1769—84, quo anno electus est in sui monasterii abbatem; sed dolendo fato abbatum fuit ultimus († 19. Jan. 1804). Ejus sunt: *Ecclesia Dei vivi* supra immobilem petram fundata cum conspectu universae theologiae, Salisburgi 1782 in 4; *de Ecclesia credentium mundo coaeva,* ib. 1784; *de eo, quod synagogam cum honore sepeliri opportuit,* ib. 1779 in 4. — Tertius jam ex eadem sodalitate Wolfgangus Froelich monasterii s. Emmerami, n. Sinchingae 27. Maji

(† 1801), de quo cf. Lindner die Schriftsteller des B. O. im heutigen Königreich Baiern etc. 1, 140 — Ant. Luz reg. can. OSA. creuzlinganum (n. 7. Martii 1737; † 10. Dec. 1801), de quo cf. Rotermund 4, 236 — Josephum Malsiner S. J. Tirolensem (n. 28. Jul. 1743; † 1809), Brixinae theologiae pastoralis professorem — Innocentium Foertsch OSB. Villacensem (n. 12. Dec. 1744; † 17. Dec. 1803), de quo cf. Lindner 1, 203 — Hermannum Schoenenbusch S.J. († 1810 a. aetatis 83) — Franc. Poeckenhofer O. Praem. (n. 20. Mart. 1728; † 13. Aug. 1815), austriacum (cf. Goovaerts II, 53) — Valentinum Bambach OSF. Bavarum, philosophiae et theologiae lectorem († 1819) — Antonium de Vicari S. J. Friburgensem (n. 10. Dec. 1738), societate Jesu suppressa parochum ad s. Jacobum Constantiae, cujus est *Neuere von der Religion befreyte Irrwahne* gegen die Freydenker unsrer Zeiten, den heutigen Aufklärern gewidmet, Augustae 1786 in 8. — Ant. Oembs (Oehmbs) theologiae professorem (1764) et canonicum trevirensem, qui in op. *de Deo uno et trino* ad genuinam Evangelii doctrinam et Ecclesiae traditionem de ss. Trinitate restituendam contra numericae identitatis sententiam, Moguntiae 1789 in f., nititur probare, unitatem numericam divinae naturae alienam esse a doctrina PP., imo rejectam esse a patribus trium priorum sec., neque s. Scripturam ei favere. Librum facultas moguntina atque professores trevirenses et parisienses approbarunt, sed fac. coloniensis in suo *judicio* de l. cui titulus etc. Coloniae 1790, in eo plures propositiones censuit esse haereticas, scandalosas, piarum aurium offensivas. Cf. Brück *die rationalistischen Bestrebungen* im katholischen Deutschland pag. 40 ss., Moguntiae 1865; in primis Marx *Erzstift Trier* 4, 73; et fasc. lit. Pastor bonus XIX (1907), 366 ss. Oehmbs und seine Lehre. Decessit a. 1809. — F. M. Seidl parochum cujus est *der Geist der Religion Jesu* betrachtet aus der Geschichte der Evangelien, München 1814 t. 2 in 8. — Maximus Imhof OSA. Bavarus (n. 26. Jul. 1758; † 11. Apr. 1817), insignis fuit mathematicus et physicus, hinc socius academiae monacensis, imo director in ea sectionis physicae aliisque muneribus auctus. Cf. Keller KL. VI, 616, Necrolog des M. v. J., München 1817.

[1]) Cf. N. bibl. eccl. frib. 6, 431—9.

1748, theologiae doctor et professor erat prius in monasterio per sexennium, dein Ingolstadii Stattleri in cathedra successor (1781—1790). Cum se hic circumventum molestiis videret, sua sponte necdum impetrata Electoris licentia in monasterium suum se recepit. Postero a. 1791 Romam perrexit, unde demum sexennio in congr. cassinensi peracto ad montem s. Panoniae secessit, ubi philosophiam et theologiam docuit († 22. Aug. 1810, secundum alios 1812). Haec potiora ejusdem opera: *De libertate animae humanae* praelectiones theologicae et philosophicae, Anglipoli 1784 in 8; *Die Religion aus der Philosophie* oder Nothwendigkeit der Religion aus dem Dasein Gottes und einer geistlichen unsterblichen Seele erwisen, Augustae 1784 in 8; *Philosophische Gedanken über die Körper- und Geistesnatur,* sonderheitlich des Menschen sammt einem Anhang von der thierischen Natur, Ingolstadii 1785; *de conjugio sacerdotibus permittendo quaestio proposita* a Leon. Marstallero s. theologiae o. prof. Ingolstadii et 27 conclus. resoluta a. 1545, nunc bini progammatis theologici materia, ib. 1787 in 4; *Diss. an Bossuetus vere sit auctor l.* cui titulus: *Defensio declarationis gallicanae* critica disquisitio, ib. 1789; negative respondet et librum esse factionis jansenianae partum tam internis quam externis criteriis probat; *Quis est Petrus?* seu qualis Petri primatus? Ratisbonae 1790; 1791; etiam in op. inscripto: *Jura s. sedis romanae* in ss. literis fundata, documentis antiquis illustrata ac canonicis sanctionibus stabilita, Coloniae Apr. 1797, in quo opere docte pertractat argumentum praecipua jura primatus explicat et decretales Is. Mercatoris ab impostura vindicat. *Epistola apologetica* Roma Monachium occasione recensiti libri et in causa illuminatismi bavarici, Romae 1791; *Inquisitio critica* in historiam eccles. Eusebii caes., Posonii 1808, in qua asserit epistolas s. Cypriani et Firmiliani ad s. Stephanum de baptismo haereticorum esse suppositas, quam sententiam denuo tuetur duplici diss.: *Controversia ss. Cypriani et Stephani* de baptismo critico examini subjecta 1. ex notis externis; 2. ex notis internis 1809. 1810. De eo *quod canones vulgo sic dicti sardicenses* revera sint canones nicaeni diss. critica, Posonii 1808. Scripsit duas diss. adversus Stattleri *demonstrationem catholicam,* cui ille variis editis libellis respondit [1]).

[1]) De qua controversia cf. Roskoványi 3, 776—9. De auctore nostro cf. Lindner 1, 67. Hic forte mentione dignus est Rupertus Kornmann OSB. unus ex praecipuis praelatis sui temporis, socius academiae monacensis (1793) et ultimus abbas prieflingensis. Natus is est Ingolst. 22. Sept. 1757. A prima juventute optimorum virorum consortio fruebatur: unde admodum bene in literis fuit institutus. Anno 1790 electus est in abbatem. Plurimum promovit inter sodales studium, bibliothecam et varia musea liberalitate profusa auxit amplavitque. Belli tempore multa subiit incommoda, imo et periculum mortis (1800). Supremam sui monasterii perniciem nulla sollicitudine avertere potuit. Vandalismo barbarico, sicut tot alia monasteria, ipso die festo s. Benedicti a. 1803 dissolutum suppressumque fuit. Reliquum vitae suae impendit pietatis exercitiis studiisque literariis. Apoplexi correptus subito decessit 22. vel 23. Sept. 1817. Plurima reliquit opera edita (c. 30) et inedita (c. 30). Innotuit autem duplici praesertim opere: *Die Sibylle der Zeit aus der Vorzeit* oder politische Grundsätze durch die Geschichte bewährt: nebst Abhandlung über die politische Divination, Francofurti et Lipsiae 1810 t. 2 in 8; Ratisbonae 1814 t. 3. *Sybille der Religion aus der Welt- und Menschengeschichte,* nebst einer Abhandlung über die goldenen Zeitalter, Monachi 1813; Ratisbonae 1816; 1843, quibus addita fuere *Nachträge* ib. 1817, opus posthumum cum ejus vita, quos libros dicit Werner, *Geschichte der katholischen Theologie* p. 392: »vielgelesen, deren lose zusammenhängende Betrachtungen, nach Art sybillinischer Blätter an einander gereiht, halb Reflexion, halb Divination, die Summe seines Nachdenkens über Welt und Menschen, Staaten und Reiche, Vergangenheit und Zukunft enthalten, und auf das durch geschichtliche Erfahrung erprobte Zeugniss hinaus laufen, dass Sitten, Ge-

306. Udalricus Pfeiffer[1]) OSB. in monasterio Petrihusiano, n. 6. Nov. 1742 Herbelingae, philosophiae, dein theologiae et juris canonici lector, monasterii prior, demum parochus Klingencellanus († 16. Apr. 1819) praeter conciones edidit: *Vorlesungen über die natürlichen Pflichten gegen Gott* den Philosophen und Nichtphilosophen empfohlen, Augustae 1802 in 8; *der Mann ohne Religion* als ein schlechter Mensch, noch schlechterer Christ und gefährlicher Bürger geschildert, ib. 1800. — Josephus Ant. Franc. Maria Sambuga n. est 2. Jun. 1752 Welldorfii prope Heidelbergam. Instituto per Italiam itinere, ita ibi piorum virorum exemplo est captus, ut se Ecclesiae obsequio dicare statuerit. Romae studiis operam dedit primamque animarum curam exercuit in nosocomio comensi: nam familia ejus comensis erat originis. Patriae restitutus concionatorem aulicum egit Manheimii (1778), dein parochum Herresheimii (1785). Comitissa palatina a. (1797) eum ad aulam vocavit, ut principem Bavariae heredem, qui postea fuit rex Ludovicus I., in religione institueret. Modestia, pietate et eruditione omnium sibi conciliavit animos. Decessit 5. Jan. 1815. Plura reliquit[1]) opera, ex. gr. *Über den Philosophismus,* welcher unsere Zeit bedroht, Monachii 1805 in 8; *Untersuchung über das Wesen der Kirche,* ib. 1809 in 8; *der Teufel ein Neujahrsgeschenk,* oder Prüfung des Glaubens an höllische Geister nach der Lehre des H. P. Hartmann Predigers zu Altenötting, ib. 1810 in 8; *Sammlung verschiedener Gedanken* über verschiedene Gegenstände aus dem handschriftliche Nachlasse, herausgegeben von Fr. Nagl, ib. 1818 in 8; *Auserlesene Briefe,* ib. 1818. 1819 pp. 2. — Joannes Christophorus Zabuesnig († 1817) collegit: *historische und kritische Nachrichten von dem Leben und Schriften des H. von Voltaire* und anderer Neuphilosophen unserer Zeit, Augustae V. 1799 t. 2 in 8; vertit quoque germanice lexicon philosophicum Nonnotte (pag. 313), ib. 1775 in 8. — Matthias Jacobus Winkler Graecensis n. 11. Jul. 1746, theologiae doctor, canonicus et seminarii director († 28. Dec. 1809) descripsit *Triumpf* der christlichen Religion zur vollen Beschämung aller ihrer Feinde (Graecii) 1790 pp. 3; diss. historico-critica *de statu politico et ecclesiastico veterum patriarcharum et Hebraeorum,* ib. 1784 in 8; diss. historico-critica *gentium veterum,* ib. 1785 in 8., et quaedam ad theologiam pastoratem spectantia edidit[2]).

307. Cursum theologiae plures dederunt, sed plerumque sat compendiosum. Ita Coelestinus Wimmer, qui

---

setze und Religion die Grundfesten der Staaten sind.« Hinc inductioni historicae innixus statuit propositionem: die Epoche der wahren Civilisation der Nationen begann mit der Verbreitung der wahren Religion; die Widerkehr barbarischer Zeiten hatte immer der Verfall der Religion zum Vorboten. Cf. Lindner 1, 252—9; Felder, Literaturzt. für kath. Religionslehrer 1814 II, 261—68; Studien und Mittheilungen aus dem Bened.- u. Cist.-Orden 1883 II, 107—14; 335—56.

[1]) Alius a M. Pfeiffer, qui forte est idem cum M. Pfeiffer OSB. in monasterio ursinensi (Irrsee), cujus meminit Lindner II, 288 (n. 6. Mart. 1746; † 30. Nov. 1783), et cujus exstat *Hiob und die Psalmen* nebst Jeremias' Klageliedern und übrigen Gesängen der h. Schrift übersetzt, Salzburg 1809. — Alius et a Franc. Pfeiffer Solodurensi (n. 27. Febr. 1815; † 29. Maj. 1868) celebri germanista et professore viennensi, claro editione auctorum mysticorum medii aevi 1845—57; Concionum Bertoldi Ratisbonae 1862, legendarum marianarum 1846; 1863 ed. 2; Theologia deutsch 1851; 1900 ed. 4. etc. Cf. Strobl AdB. 25. 635—39.

[1]) Plura de ipso cf. apud Sailer, ejus amicum in scripto: *Sambuga wie er war,* parteilosen Kennern nacherzählt Monachii 1818, cujus epitomen exhibet Waitzenegger Gelehrten- u. Schriftsteller-Lexikon der deutschen kath. Geistlichkeit 2. 244—62; Weber HL. X, 1669.

[2]) Cf. Wurzbach 56, 272.

Brunae fuerat theologiae professor, sed ea universitate suppressa commigravit Olomucium professurus patrologiam, linguas orientales et hermeneuticam. Prodiit ejus *theologiae dogmaticae* tantum pars prior Brunae 1781. — P. Marcus Fuhr, cujus *epitome dogmatico-historico-theologica* prodiit Coloniae 1798 t. 2 in 8. — Rudolphus Schranzhofer O. S. Fr. Tirolensis theologiae lector (n. 1725; † 22. Apr. 1805), cujus est *Verbum theologicum abbreviatum* seu theoremata ex universa theologia, Bulsani 1769 in 4. — Michael Lory OSB. in monasterio tegernseensi, socius academiae monacensis, n. Monachii 24. Sept. 1728, in universitate salisburgensi philosophiae et mathesis (1759—66), dein theologiae dogmaticae et moralis necnon exegesis (1766—89) professor. Suppresso monasterio petiit recipi inter sodales ad s. Petrum Salisburgi, ubi clericos mathesin docuit. Decessit hic vir eruditione vere insignis et virtute venerandus senex 80 annorum 21. Maj. 1808. Plura[1]) praesertim ad apologiam religionis spectantia vertit e gallico in linguam patriam ediditque *theologiae dogmatico-theoreticae institutiones,* Coloniae 1784—1786 t. 4 in 8; *lustratio scepseos* diss. 3, Salzburg 1759-60; *commercium corpus inter et animam* nova ratione expositum, ib. 1761 in 4; — Jos. Widmann S. J. Constantiensis (n. 11. Mart. 1725; † 1810) in suis *institutionibus universae theologiae* dogmaticae, polemicae, speculativae et moralis practicae, Augustae V. 1775. 1776 t. 6 in 8. bonum dedit compendium theologiae wirceburgensis. — Jos. Ant. Schneller Tirolensis n. 12. Jul. 1738, in universitate dillingana professor s. Scripturae et linguae hebraicae (1773) et procancellarius (1779—1803). Academia suppressa se recepit Wittislingam, cujus erat jam ab a. 1774 parochus († 5. Maj. 1811). Praeter plurimos libros pro scholis inferioribus, quarum erat inspector, reliquit *institutiones theologiae positivae,* Augustae V. 1796 in 8., cujus exhibuerat ideam etiam sub titulo *Systema theologiae* ib. 1789 t. 2 in 8; *Zophnat Paneach* seu flores philologici ex lingua hebraica, chaldaica, syriaca, graeca et omni eruditione sacra collecti, Dillingae 1791. — Daniel Tobenz can. reg. congr. later. in canonia Claustro-neoburgensi, Viennensis n. 19. Dec. 1743, theologiae fuit lector, deinde (1775) amotis jesuitis in academia viennensi professor patrologiae, historiae literariae et theologiae polemicae. Ab a. 1790—1803 docuit theologiam dogmaticam. Instituit in theologia privatim Ern. principem de Schwarzenberg, Ferdinandum comitem de Chotek et Andream comitem de Ankwicz Skarbek; datus quoque est (1806—11) studiorum director et consiliarius Rudolpho archiduci, qui postmodum fuit archiepiscopus olomucensis et cardinalis. In meritorum praemium dictus est praepositus ad s. Mariam de Adony. Totum se jam impendit editioni omnium *operum* suorum, quae post ejus mortem (20. Aug. 1819) completa prodiit Viennae 1814—20 t. 15, quorum 1. et 2. complectitur[1]) *institutiones s. Scripturae* (1804—6); 3. *paraphrasim psalmorum*[2]), quam ex hebraico adornavit, notis et summariis instruxit (1809. 1814); 4—6. *institutiones theologiae moralis* (1817); 7. et 8. commentarios *in s. Scripturam N. T.* (1818 ed. 2); 9. *institutiones patrologiae*; 10—15. *institutiones theologiae dogmaticae. Examen* tr. Jo. Barberacii de doctrina morali PP. Ecclesiae

[1]) Cf. Lindner 1, 167; et in Familia s. Quirini in Tegernsee n. 783, ubi 51 scripta edita et inedita recensentur; Baader Lexikon 1, 322.

[1]) Cf. Waitzenegger 3, 459; Wurzbach 45, 214.

[2]) Cf. Quartalschrift für kath. Geistliche, Rottenburg 1833 ed. 3. 2, 209—16.

(1728) diss. 1., Viennae 1785; diss. 2. et 3. manserunt ineditae[1]).

308. Patritius Benedictus Zimmer n. 22. Febr. 1752 in oppido Abtsgmund (modo in regno Würtemberg), Dillingae fuit a. 1783 theologiae dogmaticae professor[2]). Cathedra dimissus a. 1795 parochiam Steinheim jam a. 1791 sibi concreditam administravit, sed a. 1799 iterum cathedram dogmaticam conscendit Ingolstadii. Translata universitate Landishutum a. 1800 ipse et illuc commigravit, ut doceret archaeologiam et exegesim, postea patrologiam et historiam literariam. Habuit hic sicut et jam Ingolstadii Jo. Mich. Sailer collegam, quocum familiariter conversabatur et in bonum universitatis conspirabat, sed et plures adversarios, praesertim inter illuminatos, quorum opera ter cathedra motus fuit, ter tamen restitutus. Multum laudabantur ejus praelectiones propter docendi vivacitatem, unde admodum a discipulis aestimabatur et colebatur. Laudabili quidem zelo nitebatur promovere speculationem in re theologica, minus felici successu, nam nimis se accommodabat recentioribus philosophematibus, repudiato Kantio, Fichte primum, deinde magno ardore Schellingii, quae tunc temporis variis in locis vel ipsam theologiam inficiebant, non sine genuini sensus dogmatum catholicorum damno et proditione veritatis. Anno 1819 electus est in rectorem magnificum, sed jam anno seq. 16. Oct. decessit apoplexia correptus. Gravis in vita fuit, teste Sailer, ac strenuus, sed idem humanus, benignus et comis; et in ipso animi sui fervore, si quem verbis asperis et vehementioribus fortasse increpuisset, semper tamen amabilis mansit convictor sociusque jucundus, plenus sinceritate et benevolentia. Justitiae et veritatis fuit integerrimus cultor, iniquitatis vero ac dissimulationis obtrectator inimicissimus; largus item, ne dicam, profusus in pauperem, nunquam non memor divini illius proverbii *hilarem datorem diligit Deus* (2. Cor. 9, 7). Haec potiora ejusdem opera: Diss. dogmatica *de vera et completa potestate ecclesiastica illiusque subjecto* prout illa a Christo instituta et hoc ab eodem determinatum est, Dillingae 1784 in 4; Campoduni 1786 ut videtur germanice, in qua de centro unitatis i. e. de romano pontifice peculiariter disserit ejusque potestatis amplitudinem evolvit, sed potestatem ecclesiasticam civili subordinat. *Theologiae christianae theoreticae systema,* eo nexu atque ordine delineatum, quo omnium optime tradi explanarique videtur, ib. 1787 in 8; *theologia christiana dogmatica,* Augustae V. 1789. 1790 t. 2 in 8. seu etiam sub titulo Veritas christianae religionis; *Theologiae christianae specialis et theoreticae*[1]) pp. 4, Landishuti 1802—6, quae opera dogmatica commendari nequeunt. *Fides existentiae Dei* seu de origine hujus fidei, unde ea derivari possit et debeat criticum examen, Dillingae 1791 in 8; *Philosophische Religionslehre,* 1. Th. Lehre von dem Absoluten, Landishuti 1805 in 8; *Philosophische Untersuchung* über den allgemeinen Verfall des menschlichen Geschlechtes[2]), ib. 1809 pp. 3, in qua discussione lapsum humani generis ex ipsa ejus conditione historica probare nititur; *Untersuchung über den Begriff und die Gesetze der Geschichte,* über die vorgeblichen Mythen im 1. B. Moses und über Offen-

[1]) Cf. Černik Die Schriftst. der noch bestehenden Augustiner-Chorherrenstifte in Oesterreich. Wien 1905 p. 225.

[2]) Cf. Specht Universität Dillingen p. 570 ss.; Brück 1², 408.

[1]) Cf. Denzinger Vier Bücher von der religiösen Erkenntnis 1, 209 ss., 540; Felder Literaturzt. 1811 I, 266—72; II, 260—65.

[2]) Cf. Felder 1810 II, 217—32; 241—49; 273—89; de sequenti op. ib. 1818; II, 377—88.

barung und Heidentum, als Einleitung in die Geschichte des menschlichen Geschlechtes, insofern sie Geschichte der Völker der alten Welt ist[1]), Monachii 1817 in 8. — Diffusior est Anselmus Zacherl OSB. († 1807), qui continuavit[2]) theologiam sodalis sui Oberndorfer (cf. pag. 29) additis t. 6—12 Frisingae 1768—80.

309. Notior est Marianus Dobmayr philosophiae et theologiae doctor, n. 24. Oct. 1753 Schwandorfii, qui juvenis ingressus est societatem Jesu, qua extincta transiit ad Benedictinos in monasterio Augiae albae (Weissenohe). Neoburgii docuit philosophiam (1781-87), Ambergae dogmaticam et historiam ecclesiasticam (1787—94), inde Ingolstadium vocatus cathedram rexit theologiae dogmaticae, patrologiae et historiae theologico-literariae (1794—99), dictus a serenissimo electore consiliarius ecclesiasticus. Cathedram dogmaticam in lyceo monacensi sibi oblatam verecunde deprecatus est seque in suum monasterium recepit. Amplius pariter munus sibi a Car. Theod. Dalberg, qui Marianum nostrum in primis aestimabat, oblatum modestissime recusavit maluitque iterum Ambergae theologicum suscipere magisterium. Ibi vero medias inter literarias occupationes praematura morte abreptus diem obiit supremum 21. Dec. 1805. Occidit flebilis omnibus, qui eum in vita penitius cognitum habebant. Fuit enim vir eruditus, singulari docendi facilitate et industria praeditus; et quamvis heterodoxiam satis strenue impugnaret, tamen ut in scriptis libris, ita et in vitae consuetudine multo potius irenicum prae se ferebat animum quam polemicum. Edidit *conspectum theologiae dogmaticae,* Ambergae 1789; sed praecipuum ejus opus est *Theologia dogmatica* seu systema theologiae dogmaticae, opus posthumum, cujus editionem curavit Th. Pantaleon Senestréy ord. Cist. Solisbaci 1807—1819 t. 8 in 8., qui et aliquibus additionibus illud auxit[1]). Hujus epitome inscripta *P. M. Dobmayr institutiones*

[1]) Cf. Werner pag. 254ss.; 310 ss. Plura de Zimmer cf. apud Sailer et Widmer: P. B. Zimmers kurzgefasste Biographie und Darstellung seiner Wissenschaft, Landishuti 1822; etiam inter Saileri opera XXXVIII, 405—519; Nachtrag ... oder dessen Theologie und Philosophie in gedrängter Kürze, Uri 1823, quem conspectum prolixae censurae subjicit Günther in Jahrbücher der Literatur 1824 t. 28, pag. 87—169, qua ostendit, Zimmer nimis secutum esse principia systematis pantheistici Schelling de identitatis theoria; Permaneder passim in Annalium universitatis Ingolstad. pag. V; Stamminger KL VII, 1390; Lauchert allg. d. Biogr. 45, 242—48; Gutberlet philos. Jahrb. XVIII (1905), 61—67.

[2]) Cf. Lindner 1, 116, qui alia ejusdem scripta recenset, inter quae et opusculum polemicum contra auctorem viennensem *introductionis in universum jus ecclesiasticum,* 1763.

[1]) Cf. Werner l. c. pag. 248—52, qui illud comparans operi analogo Zimmeri, de quo supra egimus, ita censet p. 256: »Offenbar hat letztere (dogmatica M. Dobmayr) den Vorzug grösserer Durchbildung und lässt in dieser Beziehung Zimmers Werk, ja alle früheren Werke über Dogmatik weit hinter sich zurück; es möchte bis heute noch kein Werk erschienen sein, durch welches Dobmayrs Arbeit in Beziehung auf genaue und sorgfältige Ordnung und Behandlung des dogmatischen Lehrstoffes überboten worden wäre.« Non tamen tam impense illud laudat in allgemeine deutsche Biogr. 5, 274. Bene pertractat quaestionem de primatu: in appendice tamen de infallibilitatis subjecto agens adoptavit eorum opinionem, qui contendunt, judicium papae se solo irreformabile non esse, sed manere provisorium quousque ei concensus episcoporum accesserit. Cf. Tübinger Quartalschr. 1819 pag. 416—440; 1820 p. 38—55; 309—23; 1825 pag. 116—33; Felder, Literaturzg. 1810 I, 177—81; II, 294—415; 345—59; Scheeben Handbuch der katholischen Dogmatik utroque allegato hoc dicit geistreich schematisirt und ziemlich erudit (die Schellingiana scheinen Zusätze des Herausgebers Senestrey zu sein, während Zimmer dieselben offen in seine Dogmatik hineintrug).

theologicae in compendium redactae, prodiit[1]) cura P. Emmer. Salomon, ib. 1823 t. 2 in 8; 1833. Idem Senestrey appendicis instar ad t. 6. adjecit ejusdem auctoris diss. posthumam *Regula fidei ac theologiae catholicae,* ib. 1821 in 8.

310. Omnium tamen notissimus est Engelbertus (in baptismo Jo. Andreas appellatus) Klüpfel n. 18. Jan. 1733 Wipfeldae exiguo Franconiae oppido. Adhuc puerulus admirabili literarum addiscendarum studio excellebat. Absoluto Wirceburgi philosophiae biennio vestem s. Augustini induit a. 1750 Oberndorfii in Suevia. Exacto tirocinio studiorum causa missus prius fuit Friburgum Helvetiae, dein Erfurtum ac demum Friburgum Brisgoviae: quibus absolutis in munnerstadiano gymnasio humaniores literas docendi munus suscepit (1758—63); postea in variis coenobiis philosophicas theologicasque disciplinas tradidit. Splendidam habuit publicam disputationem 6. Maj. 1767, qua eruditorum oculos in se convertit; hinc a Maria Theresia ex consilio Cosmae Schmalfi (cf. infra) vocatus est ad theologiae augustinianae cathedram Friburgi Brisgoviae eamque per 38 annos rexit posthabito honore eandem facultatem profitendi tam Wirceburgi, quam Viennae, quo (a. 1789) invitatus fuit a Josepho II. Diligens et assiduus erat professor, cui studium et profectus auditorum cordi erat totusque deditus libris. Anno 1805 petiit munere docendi exonerari, innixus dicto, oportet esse interstitium mortem inter et officium, missionemque impetravit obiitque 8. Jul. a. 1811 vitae suae 78. A Maria Theresia a. 1780 aureo numismate fuit honoratus. Libros collectionemque pretiosissimam ultra 5000 diss. reliquit universitatis bibliothecae. Vir erat sane eruditus nec sine meritis, novationibus tamen Josephi II. favere credebatur.[1])

311. Plura (22) composuit opera, inter quae potiora videntur: Diss. augustiniano-theologica *de statu naturae purae,* Frigurgi 1768 in 4., pro qua, cum impugnata fuisset a Fr. X. Waldner S. J. Biberacensi theologiae professore († 18. Jul. 1794), quod saperet errores Baji et Jansenii, scripsit: *De eximiis dotibus humanae naturae ante peccatum* l. apologeticus, ib. 1769 in 4; *Christus D. sacerdos secundum ordinem Melchisedech* diss. ib. 1772: diss. theologica *de precibus pro defunctis,* ib. 1773 in 4. Anno 1775 condidit *Novam bibliothecam ecclesiasticam friburgensem* a. 1775—90 t. 7, qui constant singuli 4 fasciculis literariis. Plerique articuli ex ejus prodierunt calamo; in ipsis fortiter impugnat rationalismum Joan. Sal. Semleri ejusque op. *Institutio ad doctrinam christianam liberaliter discendam* auditorum usui destinata. Halae Magd. 1774, quod justae subjecit censurae (Bibl. 1, 154 ss.) nefandumque ad evertendam Christi religionem compositum pronunciat. Quapropter ira exarsit Semler censoremque amarulentis conspuit calumniis: unde ipse coactus est aequitatem suae censurae tueri editis 14 prolixis ad Semlerum epistolis, quae illa bibliotheca continentur. Cum deessent arma scientiae, quibus adversus solidas Klüpfelii disputationes se tueri possent religionis christianae hostes, invocarunt hi potentissimum regis Borussiae patrocinium, ut apud M. Theresiam ageret adversus auctorem nostrum: quae tamen non cessit ejusmodi suggestionibus, imo patrocinio suo eum suffulsit. *Tertulliani mens de indissolubilitate matrimonii* infidelium

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1825 pag. 122—33; Kerz 1833 I, 47—59; 133—44. Plura de nostro auctore cf. in Permaneder p. V. p. 151. 192; Lindner 1, 212.

[1]) Cf. Hug in elogio E. Klüpfelii, Friburgi 1811, cujus epitomen exhibet Felder Literaturzeit. für kathol. Religionslehrer 1814 II, 217—227; Lanterius 3, 244—6; Streber KL. XII, 798.

altero converso, in Rieggeri *oblectamentis historiae et juris eccles.* p. 1., Ulmae 1776; *de libellis MM.*, Friburgi Brisgoviae 1777 in 8; *Vindiciae vaticinii Isaiae 7, 13 de Emmanuele,* ib. 1779 in 4. adversus Isenbiehl; *commentatio historica* sistens Lutheranorum novissima dissidia de canone divinarum Scripturarum[1]) sub nomine Jo. B. Sohm, Constantiae 1780 in 8; *vetus bibliotheca ecclesiastica,* Friburgi 1780 in 8., in qua statuerat disserere de viris eruditis eorumque operibus rarioribus aliaque monumenta antiquitatis illustrare: verum ultra p. 1. t. 1. nihil videtur prodiisse[2]). *Institutiones theologiae dogmaticae,* Vindobonae 1789 t. 2 in 8., ita ex regiminis praescripto in compendium redactae, ut unus professor spatio unius anni universam theologiam dogmaticam tradere possit[3]), 1802; 1807; 1821 ed. 4. cum prolixis eruditisque prolegomenis et additionibus, quibus ipsae ad saniorem doctrinam reformantur cura Gregorii Th. Ziegler (qui postea fuit episcopus linciensis), quae laudantur quidem ob systematicam concinnitatem, stili elegantiam et eruditionem literariam, qua dogmatum historiam prosequitur, sed major desideratur soliditas doctrinae et probationis. Pariter ex praescripto regiminis latine reddidit Fr. Giftschütz *institutiones theologiae pastoralis* (cf. pag. 552), Viennae 1789, ut in seminaria omnia imperii induci possent. *Commonitorium s. Vincentii lirin.,* praemisis epistola et prolegomenis (multae lectionis et doctrinae) notis (eruditis) illustravit[4]), ib. 1809 in 8; *Necrologium sodalium et amicorum literariorum,* qui auctore superstite diem suum obierunt, Friburgi et Constantiae 1809, inter quos tamen aliquos super meritum laudat, cum censura potius essent digni. *Sammlung bischöfl. Verordnungen und Hirtenbriefe,* welche seit 1780 besonders in Deutschland erschienen sind zur Aufklärung des Kirchenrechts und des deutschen Staatsrechts, Strassburgi 1786 in 8., e quibus plures sunt sane bonae, aliquot tamen minus sanae. Post ejus mortem prodiit ex sententia academiae friburgensis cura DD. Ruef (qui et notitiam de Klüpfel praemisit) et Zell professorum *de vita et scriptis Conradi Celtis Protucii* praecipui renascentium in Germania restauratoris primique Germanorum poetae laureati opus posthumum, Friburgi 1813—27 fasc. 12 in 4., infinitae lectionis et eruditionis literariae. Exorta versus sec. XVIII. finem controversia de liceitate juramenti a clericis ex praescripto regiminis gallici exacti, facultas theologica friburgensis responsum subscriptum a prof. Wanker, Schwarzel, Hug, Klüpfel, Schinzinger atque Petzek edidit 20. Mart. 1798 in favorem juratorum sacerdotum et pro validitate sacramentorum aliorumque actuum ab iisdem in Alsatia administratorum et positorum contra responsum vicariatus constantiensis datum juxta instructiones sedis apostolicae de juratis sacerdotibus Galliae. Cum illud a pluribus fuisset impugnatum, scripsit Klüpfel *Judicium fac. theol. friburgensis* de epistola anonymi doctoris parisiensis 1798, quod tamen a gubernio caesareo imprimi fuit vetitum, professoribusque intimatum est, ne deinceps al sque consensu regiminis quidquam typis mandare praesumant[1]).

312. Henricus Josephus Forkenbek S. J. Monasteriensis, in academia

[1]) Cf. N. bibl. eccl. frib. 5, 123—41.
[2]) Cf. ib. 5, 73—78.
[3]) Cf. Katholik 3, 273—96; Jahrbücher der Literatur 17, 107—31; Neue Quartalschrift, Salzburg 1833. 15, 272—78. Cajetanus Geist has institutiones in compendium redegit, Viennae 1805; 1843 ed. 4.
[4]) Cf. Felder, Literaturzt. 1811, I 273—82; de Necrologio ib. 1812 I, 346—52.

[1]) Cf. de hac controversia Roskoványi III, 1056—1058.

patria theologiae dogmaticae professor († 1807), scripsit *introductionem* in universam theologiam christiano-catholicam continentem prima ejus principia, Monasterii 1786. — *Prolegomena* ad theologiam scholasticam correctam, Friburgi Helvetiorum 1779 in 8., reliquit Josephus Reebmann S. J. Langenargensis (n. 27. Mart. 1730; † 3. Dec. 1812), theologiae professor Friburgi in Brisgovia, dein Friburgi in Helvetia, qui tamen, ut ferunt, etsi egregius professor, cathedrae renunciavit (1781) ob censuram minus aequam contra illa editam. Ipsius quoque est *Scepticus inexcusabilis* seu refutatio impiorum de divinitate religionis christianae dubitantium. — Jo. Matthias Carrich S. J. n. 1738 in Ehrenbreitenstein, s. Scripturae, deinde (1769) in collegio coloniensi theologiae professor dogmaticae et moralis et historiae eccles. Societate Jesu exstincta factus est canonicus capitularis ecclesiae coloniensis ad ss. Gereonem et socios MM., examinator synodalis, universitatis (1788—93) rector, judex ordinarius juriumque ac privilegiorum conservator apostolicus († 21. Oct. 1813). Scripsit[1]) *de Ecclesiae, rom. pontificis et episcoporum potestate ll. 3* contra perturbatores ecclesiasticae hierarchiae ac pacis istorumque principem J. Febronium l. 1. t. 1., Coloniae 1773 in 4., quo in opere Febronium eleganter et invicte perstringit, errores et malam fidem detegit et rom. pontificis jura nervose et erudite tuetur. Opus coeptum non est prosecutus auctor. *Judicium theologorum coloniensium* de l. cui titulus: *Opuscula de Deo uno et trino* . . . auctore Ant. Oehmbs ib. 1790, quo refutantur errores hujus auctoris statuentis tres in ss. Trinitate essentias; *doctrina catholica de traditionibus divinis* ex idea Ecclesiae repetita et asserta, ib. 1791 in 8; diss. extemporanea *in can. 6 conc. tridentini sess. XXIV.,* ib. 1793 in 8., quae forte est idem cum tr. *de matrimonio dissolvendo* per professionem religiosam, contra professorem bonnensem. Adversus Hedderich alium hujus academiae professorem edidit Ἔκθεσία sive *confessio publica P. Ph. Hedderich.* Strenuus cum parocho Anth (qui scripsit sub nomine Theodulphi van de Elsken) erat adversarius academiae bonnensis spiritu josephinismi et rationalismi infectae[1]). Scripsit quoque ex nutu capituli cathedralis contra institutionem catecheticam Eulogii Schneider, quae etiam sub mulcta prohibita fuit a principe electore 16. Maj. 1791, seque opposuit breviario a Thaddaeo Dereser in usum monialium compositio[2]).

313. Mauritius Schmid n. 1729 in pago Ried ad Oenum sito ditionis tirolensis pariter cum Herculano Oberrauch, cujus deinceps intima familiaritate est usus, Ord. s. Francisci est ingressus a. 1750. In eo 15 annis erat lector et ab a. 1784—91 inter summas temporum acerbitates minister provincialis (2. Jun. 1801). Typis edidit egregiam diss. *de traditione divina* per arcanam primorum seculorum disciplinam firmata, Oeniponti 1775 in 4. — *De articulis fundamentalibus et non fundamentalibus* ab heterodoxis sine fundamento assertis, Bambergae 1772 in 4. disseruit Lotharius Fortner OSB. Bambergensis (n. 21. Dec. 1746; † 27. Mart. 1805) — Rom. Fischer[3])

[1]) Cf. Felder 1812 Intelligenzblatt Nr. 1. 2.

[1]) Cf. Brück die rat. Bestrebungen im kath. Deutschland p. 48 ss. et p. 133.

[2]) Cf. Caballero 1, 116; Ennen deutsche Biogr. IV, 27.

[3]) Cf. Revista Augustiniana 1884 VII, 138, quae pag. 157 Augusti Fischer ejusdem ord. († 1816) mentionem facit, cujus praeter alia exstat *systema religionis revelatae,* Erfurti 1797 in 8. Cf. Felder Intelligenzblatt 1817 II. n. 4 p. 39—41. — Kiliani Ig. Fischer est diss. *de benedictione filiorum Israelis,* Würzburg 1814 in 8.

OSA. Regiscuriae in arvis a. 1728 ortus, theologiae professor in academia erfurtensi et praepositus provincialis († 1801), *de diversitate auxiliorum in statu innocentiae et naturae lapsae,* Moguntiae 1764; *Vindiciae* pro diversitate status gratiae *augustinianae,* ib. 1764 in 8; de Deo uno e trino, angelis et gratia *vindiciae augustianae* etc., ib. c. 1767; *de Honorio P.* in synodo generali VI. vere et juste condemnato, ib. 1767, quod idem tuetur Jac. Chmel[1]) OSB. in monasterio břevnoveno-braunensi, Reginaehradecii 26. Oct. 1727 natus, theologiae professor et (1786) abbas († 21. Oct. 1805) in *vindiciis conc. oec. VI.,* queis aequitas et veritas censurae synodalis adversus Honorium I, ejusdemque ad Sergium patriarcham CP. epistolas postliminio vindicantur; praemissa diss. historica de origine haeresis monothelitarum[2]), Pragae in 8. Ejus quoque sunt: *De officio hominis erga Deum* tr., Augustae V. 1765 in 4; *apologia singularis orthodoxae catholicaeque doctrinae* de morali hominis impotentia solis naturae vitiatae viribus servandi legem Dei naturalem, Pragae 1787 in 8. — Leopoldus Petzelt Conv. Offenburgensis, theologiae lector (n. 23. Apr. 1733; † c. a. 1806), descripsit *oeconomiam salutis,* Oettingae 1768 in 4., et *praecognita* ad theologiam dogmatico-historico-scholasticam, ib. 1769 in 4. etc. — Rupertus Aign OSB. in monasterio s. Emmerami, Ingolstadiensis (n. 5. Dec. 1729; † 19. Sept. 1813) exhibuit *conspectum theologicum* de vitiis et peccatis, de legibus et sacramentis, Ratisbonae 1761. 1762 t. 2 in 4. — Fulgentius Hüllinghoff O. Min. († 4. Maj. 1806) *antiquitatem confessionis privatae* ex vetustissimis cum latinorum tum graecorum patrum scriptis, utriusque Ecclesiae praxi, euchologiis atque conciliis deduxit et contra Eybelium aliosque ejusdem impugnatores ac hostes defendit, Monasterii 1789; dedit quoque *practicam instructionem* circa administrationem praecipuam sacramentorum poenitentiae et eucharistiae ib. 1799. — Antonius M. Aldericus de Jeger (Jaeger) O. Praem. in canonia wiltinensi, Tirolensis n. 31. Jan. 1746, philosophiae et theologiae doctor, per annos 30 in academia oenipontana theologiam dogmaticam est professus (1770-1800), deinde parochum egit et demum factus est praepositus infulatus bulsanensis († 1819). Occasione invasionis gallicae ob concionem, qua concives ad resistendum excitavit, captus diu in carcere detentus fuit. Disseruit *de dolore necessario in sacramento poenitentiae,* Oeniponti 1770 in 8; *de Tertulliano duce anthropomorphitarum,* ib. 1774; *de veterum temporum idololatria,* ib. 1781; *de jure territorii* praesulum ecclesiasticorum, ib. s. a. in 8.

314. Pergens O. Barn. († 1811) reliquit[1]) varias diss. *Abhandlung über die Frage,* was von dem Fegfeuer und Gebete für die Verstorbenen in der kathol. Kirche zu halten und zu glauben sey? Viennae 1783 in 8; Abh. über die Frage, *ob die Ohrenbeichte in der kath. Kirche nützlich und nothwendig sey?* ib. 1783 in 8; Abh. . . . *ob man*

[1]) Alius a longe celebriori Jos. Chmel can. reg. in canonia s. Floriani Olomuciensis (n. 18. Mart. 1798; † 28. Nov. 1858) qui ducibus Boehmer et Pertz laetissimos retulit fructus in colligendis documentis antiquitatis ex archivis et bibliothecis. Factus est propterea archivarius in archivo status et aulae. Vir erat incredibiliter operosus. Cum ageretur de condenda academia scientarum Viennae, ipse unus ex primis sociis erat ac diu veluti anima sectionis historicae. Academiae doctae 27 eum in socium receperunt. Cum vero ejus labores magis respiciant historiam civilem Austriae, supersedemus a recensendis ejus operibus et dissertationibus fere infinitis. Eas diligenter recenset Černik die Schriftsteller der noch bestehenden Chorherrenstifte in Oesterreich p. 74—100; Mühlbacher p. 255—365.

[2]) Cf. bibl. eccl. nova frib. 3, 686—89.

[1]) Cf. Rotermund 5, 1895.

in jeder Kirche und Religion das Heil und die Seligkeit finden könne, ib. 1783 in 8; Abh. . . . *ob die wahre und allein seligmachende Kirche sichtbar oder unsichtbar sein müsse?* ib. 1783 in 8; Abh. . . . *was von der Verehrung und Anbetung Mariä und anderer Heiligen in der kath. Kirche zu halten sei?* ob sie gut, billig und nützlich sei, ib. 1786; Abh. . . . *ob die Unkatholischen mit uns kath. Christen in den auch wichtigsten Glaubenslehren so gleich und einig,* dass sie in wenig von uns unterschieden und daher auch die Nächsten an uns sind? ib. 1783. In hisce diss. primatum praeclare vindicat. — Similia argumenta stilo familiari tractavit Franciscus Steininger aliquamdiu hermeneuticae et eloquentiae sacrae in studio theologico oenipontano professor († 28. Mart. 1805). — Joannes Christoph. Pannich Saxo e Lutheranorum castris ad Ecclesiam rediit (n. 1741; † 1818) et praeter alia scripsit Dr. M. Luthers *Kathechismus zur Warnung aller Verführten* 1781, non semel editus. — Jo. Laurentius Doller S. J. n. 3. Oct. 1750 in oppido Bretten, exstincta societate Jesu instituendis filiis nobilium se dedit. In universitate heidelbergensi rexit cathedram aestheticae: mox vero eam ob affectam valetudinem dimittere coactus est retento titulo et jure docendi, quo a. 1805, mutato regimine, privatus fuit. A Colmar episcopo moguntino benigne exceptus hujus fruebatur hospitalitate; quo defuncto (15. Dec. 1818) et hoc solatio orbatus fuit: unde ejus valetudo alioquin sat infirma graviter est attrita. Obiit omnium aedificatione pie in Domino 30. Jan. 1820. Haec potiora ejusdem opera[1]): *Zeugnisse* aus allen christlichen Jahrhunderten bis auf das Jahr 1815 für die Gewalt der Kirche und ihres Oberhauptes; nebst einem prüfenden Blicke auf ihre neuesten Gegner, Francofurti 1816 in 8., opus praestans; *Wessenberg auf der Kehrseite,* Monachii 1816; *Beleuchtung des Rechtsgutachtens des H. Dr. Koch* über das Verfahren des römischen Hofes in der Angelegenheit des Freih. von Wessenberg, Moguntiae 1819; *Wohlgemeinte Warnung* gegen die so berühmten Stunden der Andacht an alle die wahre Gottheit Jesu glaubende Christen[1]), ib. 1819; *Luthers katholisches Monument* oder kritische Betrachtung verschiedener Urtheile katholischer oder unter Katholiken gerechneter Schriftsteller über Luther und seine Reformation, Francofurti 1817, opus praeclarum; *Leibnitzens System der Theologie,* nach dem Mscr. von Hannover . . . ins Deutsche übersetzt (a Raess et Weiss) cum praefatione, Moguntiae 1820; 1825 ed. 3. — Ambrosius Carolus Czamler Moravus n. 20. Apr. 1753 s. theologiae doctor et in olomucensi lyceo theologiae dogmaticae professor recensuit *historiam scientificae theologiae dogmaticae*[2]), Viennae 1806 in 8. — Ans. Ellinger OSB. in monasterio Wessofantano Landshuti n. 20. Nov. 1738, bibliothecarius, in disciplinis naturalibus bene versatus, hinc academiae scientiarum socius († 28. Apr. 1816).

315. In *Hungaria* Ludovicus Csapodi S. J., in academia tyrnaviensi philosophiae, dein theologiae dogmaticae (1766—1773) professor, a Maria Theresia et Francisco I. magni factus et suppressa societate variis ecclesiasticis dignitatibus auctus, fuit enim capituli cathedralis vesprimiensis praepositus et episcopus in p. i. († 3. Jun. 1801), disputavit *de gratia Christi* ll. 4, Tyr-

[1]) Cf. Sommervogel III, 117, qui ejus opera sub n. 12 enumerat Bibliothecam suam Soc. J. legavit.

[1]) Cf. alia opera, quae contra illum librum perniciosum *Stunden der Andacht,* saepissime editum, prodierunt, apud Roskoványi 4, 579 s.

[2]) Cf. Felder Literaturzeit. 1811 I, 220—3.

naviae 1769 in 8., quibus praemittitur prolixa diss. historica de praecipuis circa gratiam Salvatoris erroribus et controversiis; *de religione revelata,* ejus regulis et virtutibus praecipuis ll. 3, ib. 1771 pp. 2; *de augustissimis Trinitatis et incarnationis mysteriis* ll. 2, ib. 1772; *de Deo et divinis ejus attributis* ll. 3, ib. 1772, quae opera sunt accurata et probationes ad rigorem mathematicum (docuerat enim etiam mathesin) redactae. — Franciscus X. Fuchs episcopus nitriensis et primus archiepiscopus agriensis († 27. Jun. 1807) in suis *assertionibus ex universa theologia,* Budae 1770, tuetur rom. pontificem judicem esse infallibilem controversiarum fidei. — Joannes Evangelista Sober (Schober) S. J. Posoniensis, theologiae professor in academia graecensi, societate Jesu exstincta canonicus et parochus posoniensis, abbas et demum episcopus titularis (n. 4. Dec. 1741; † 7. Jun. 1809), symbolam haud exiguam contulit ad collectionem scriptorum pro catholicae fidei propugnatione Augustae V. editam. — Matthias Zsivics theologiae professor in lyceo Quinque-ecclesiensi et canonicus (morte violenta oppressus 8. Dec. 1814) edidit *de dogmatis orthodoxae religionis ll. 10,* 1789—94; 1803 ed. 2; *de exsistentia revelationis divinae,* 1775. — Franciscus Krammer[1]) n. a. 1744 in oppido Gajar comitatus posoniensis, erat historiae ecclesiasticae Jaurini (1771—81), deinde Budae theologiae dogmaticae et patrologiae professor. Propter affectam valetudinem cathedrae renunciavit totum se consecrans studio, cujus fructus sunt *Institutiones historiae literariae theologiae,* Budae 1783 p. 1; Posonii 1785. 1787 p. 2. et 3. *Examen schediasmatis de sola salvifica* (i. e. Ecclesia), ib. 1781 fasc. 2, contra l. tunc per Hungariam diffusum adversus hoc dogma. Cum vero illud Examen nimis festinanter fuit compositum, nova cura et diligentia retractavit in *Fragmentis sex historico-dogmaticis* de christiani solius salvifici dogmatis fundamento, Tyrnaviae 1814—18 t. 4, a Binterim et Deby germanice versis additionibusque auctis sub inscriptione: *Von der alleinseligmachenden Kirche* und von dem Ursprunge der neumodischen Katholizität, Düsseldorpii 1851. 1852 pp. 2 in 8. Continent ea fragmenta responsionem plane egregiam, solidam et eruditissimam, qua sibi doctissimus auctor promeruit ‚Bossuetus Hungariae' dici[1]). Factus est[2]) Krammer 1796 canonicus et parochus posoniensis, 1802 canonicus strigoniensis et praepositus († 22. Oct. 1818). — Andreas Szabó director facultatis theologicae pestinae et episcopus cassoviensis, liberalissimae beneficentiae praesul (n. 1737; † 1819) disseruit *super bullam Unigenitus* 1781. — Basilii Protics exstat *vera imago rom. pontificis* opposita illi, quam photiani magistri effinxerunt seu tr. de primatu Petri et rom. episcopi, in quo paucis exponitur qualem ideam de primatu Petri et romani episcopi orientalis Ecclesia ab origine usque ad Photii tempora habuerit: addita brevi allocutione, qua graeci photiani ad catholicam unionem sub Clemente XI. revocantur, Budae 1804. — Josephus Kenyeres S. J. Sabariensis, societate Jesu suppressa canonicus rosnaviensis (n. 24. Maj. 1724; † 1805), asseruit *immaculatam V. Mariae conceptionem,* Tyrnaviae 1754. — Thaddaeus Brzozowski S. J. Polocensis, praepositus generalis Soc. Jesu (2. Sept. 1805—5. Febr. 1820), polonice vertit, correxit

[1]) Alius ab eo est Joach. Kramer OSB. in monasterio weingartensi n. 10. Jan. 1756 Thannheimii († 30. Mart. 1816), cujus est diss. *Divinitas D. N. J. Christi* ex Ev. s. Joannis comprobata, Salmansweiler 1788.

[1]) Cf. Neue Quartalschrift für katholische Geistliche herausgegeben in Salzburg ed. 3. 14, 178—81; 271—8; Linzer Monatschrift 14. J. t. 2 p. 37—54.

[2]) Cf. Wurzbach 13, 126.

auxitque *Lexicon philosophicum* a Nonnotte (pag. 313) compositum. Wilnae 1782 t. 4 in 8. — Franc. Erasmi Preiss SJ. Poloni († 1815) est *Veritas christianae apostolicae romanae catholicae fidei* vere divina adeoque invicta methodo clara, facili ac compendiosa enucleata atque defensa, Sandomirae 1788 t. 2 in 8.

II. Disciplinae ad ss. literas spectantes.

316. Studium biblicum non prorsus quievit hisce temporibus alioquin scientiae theologicae minime propitiis. Inter eos vero, qui illi se dederunt, pauci ita eminent, ut eorum labores posteritatis laudem mereant et usum, non tamen propterea sunt oblivioni penitus tradendi. Jo. Baptista Duvoisin natus 19. Oct. 1744 Lingoni (Langres), jam puer 14 an. de philosophicis thesibus cum auditorum approbatione disputavit. Lingonensis episcopi expensis adjutus studia est prosecutus iisque tanto successu incubuit, ut in Sorbona inter competitores bene excultos pro licentiatu vere excelluerit primumque omnium judicio locum meruerit: unde juvenis cathedram est adeptus, factus deinde parisinae officialitatis promotor, censor regius, canonicus antissiodorensis et laudunensis, necnon et vicarius generalis. Ingruente civilium tumultuum asperitate extra Galliae fines deportatus est a 1792, jusjurandum enim illicitum noluit praestare. In Angliam primum se recepit, inde transiit Bruxellas episcopum laudunensem revisurus demumque Brunsvici consedit, ubi mathesim humanioresque literas docuit. Pacata post concordatum a. 1801 Gallia patriam revisit et a. 1802 ad episcopatum nannetensem provectus est sibique adeo Napoleonis conciliavit benevolentiam, ut baronis titulo et honorariae legionis insignibus ab eo fuerit decoratus et electus qui sibi esset ab eleemosynis. Pluribus negotiis hujus temporis fuit immixtus atque cum aliis tribus episcopis deputatus, qui Pio VII. captivo adessent eumque inducerent, ut iniret perfida imperatoris consilia. Cardinalibus etiam adjunctus est et episcopis, quibus commissa cura fuit de quibusdam difficultatibus sententiam cum rationum expositione ferendi, imo hujus congressus plerumque fuit amanuensis. Quapropter videtur nonnullis vile se exhibuisse instrumentum praepotentis Caesaris, vel saltem pro religionis causa molliori brachio stetisse. Paulo ante mortem hanc ad imperatorem scripsit epistolam: »Imperatorem obtestor, ut summo pontifici restituat libertatem, cujus captivitas ultima vitae meae momenta conturbat. Mihi non semel contigit, ut ipsi dicerem quantum hac captivitate doleat christianitas universa, quamque molestum foret, si ea produceretur. Caesareae felicitati necessarium esse mihi videtur, ut sua Sanctitas Romam revertatur.« Vehementi morbo correptus brevi tempore consumptus est 9. Jul. 1813. Haec potiora ejusdem opera: *L'Autorité des livres du N. T. défendue* contre les incrédules, Parisiis 1775 in 12; *L'Autorité des livres de Moïsé établie et défendue* [1]) contre les incrédules, ib. 1778 in 12., quo in op. illorum ll. genuinitatem, veracitatem, integritatem et inspirationem tuetur; *Démonstration évangelique,* Brunsvigae 1800; Parisiis 1805, cui ed. (4.) adjecit Essai *sur la tolérance* (ib. 1798), opus parvae quidem molis, sed nitide, accurate et docte elaboratum, etiam in

[1]) Carolus Eduardus de Coetlogon Gallus († 16. Sept. 1820) scripsit *Exquise de la vie et du caractère de Moïse.*

Migne démonst. évang. 13, 762—892; diss. vero exstat in cursu compl. theol. 6, 1269—1302; Parisiis 1826 ed. 7; Diss. critique *sur la vision de Constantin,* Parisiis 1774 in 12., qua probat eam visionem prout ab Eusebio caes. refertur factum esse quam certissimum [1]); *Essai polémique* sur la religion naturelle, ib. 1780 in 12., quo probat, vertitates illas morales, quas homo rationis lumine assequi potest, non sufficere, ut plene de suis erga Deum officiis instruatur deque religione qua sit colendus Deus ideoque homini veram religionem esse inquirendam. *De vera religione,* ib. 1785 t. 2 in 12; *Examen des principes de la révolution française,* 1795 in 12: *Défense de l'ordre social* contre les principes de la révolution française, (Londini) 1798 in 8., Lipsiae 1801 etc. liber sagaci judicio conscriptus.[2]) — Matthias Engstler S. J. theologiae professor Graecii et Viennae, Societate exstincta academiae bibliothecarius et parochus rossaviensis (n. 1726; † 1811), reliquit *institutiones s. Scripturae,* Viennae 1776 pp. 2, in quarum priori agit de divina origine et natura ss. Scripturarum; in altera de partitione et canone ss. Scripturarum. — Jo. Augustinus Carabelloni OSA. Ligur, assistens Italiae, concionator pontificius, commissarius generalis Liguriae atque in genuensi universitate theologiae moralis professor († 1818), edidit *syllexim in N. T.,* de hagiographia primigenia et translatitia adjectis ex hebraeo textu divinis testimoniis ab apostolis et evangelistis e V. T. in N. adscitis revocatisque ad fontes nonnullis copticosacris fragmentis. — Benedictus a s. Petro Felio Schol. piar. Hispanus, theologiae et juris canonici professor († 1801), reliquit de integritate atque auctoritate hebraeorum graecorumque utriusque foederis codicum, de illustribus christianae religionis dogmatis ac de vetere hispanae ecclesiae dignitate *disceptationes philologicas,* Romae 1757 in 4. — Ferdinandus Kopf Tirolensis (n. 29. Oct. 1729; † 6. Nov. 1810) s. Scripturae professor in academia oenipontana (1755), studii philosophici director (1774) et procancellarius (1779) concinnavit *tirocinium s. Scripturae,* Augustae V. 1776 in 8. ed. 2., specimen introductionis in s. Scripturam et hermeneuticae. Ejusmodi specimen exhibetur et in utili libello inscripto: *Speculum biblicum* auctore M. Retter Augustae 1804 in 4.

317. Aloysius (in baptismo Antonius dictus) Sandbichler O. S. Aug. Rattenbergae in Tiroli 20. Febr. 1751 natus Salisburgi diligenter studiis operam dedit multumque tempus sibi permissus lectioni librorum sed absque methodo impendit. Diu philosophiam atque theologiam sodales docuit. Primum ejus opus fuit: *Pagellae volantes* etc., de quo egimus supra p. 508 et in quo adversus Ant. Schmid et Marcum Antonium O. Cap. denegat Ecclesiae jus originale statuendi impedimenta dirimentia matrimonium illudque asserit potestati civili. Adversus diss. Thad. Surer, sodalis apostatae (postea Franc. Wadler dicti), *Ueber das Bibellesen* in den ältesten Zeiten, ein allgemeines Christenbedürfniss, 1784, scripsit: *Lasen die ersten Christen die hl. Schrift* und wie lasen sie dieselbe? Zum unmassgeblichen Bedenken für übertriebene Feinde und Freunde des allgemeinen Bibellesens, Salisburgi 1784 in 8. *Anmerkungen über die Propheten,*

[1]) Idem argumentum tractavit Jo. B. Baroni Patavinus (n. 24. Jun. 1750; † 20. Febr. 1813), historiae ecclesiasticae prof. in op. *Assertiones tres,* quibus ostenditur historia s. Josephi comitis ad christ. fidem conversi veram esse; spectaculum Crucis Constantino M. objectae evinci posse ab argumentis protestantium; et verum esse factum confessorum africanorum in vandalica persecutione evulsa lingua loquentium, Patavii 1748. Alia cf. apud Vedova 1, 78.

[2]) Cf. Biogr. univ. 12, 424; Feller 3, 377; L'Episcopat française, Paris 1907, pag. 396.

Jesum und seine Jünger von *Horus* (libro admodum impio, quo negatur supernaturalis character religionis christianae) widerlegt in (31) Briefen, ib. 1785, quarum tamen stilus sat horridus est. Adversus impium l. *Philosophische und kritische Untersuchungen* über das A. T. und dessen Göttlichkeit (auctore Andrea Riem), Londini 1785, petente com. Stephano Oliverio Wallis, scripsit *Untersuchung der philosophischen und kritischen Untersuchungen* über das A. T. und dessen Göttlichkeit 1785-88 t. 3 in 8; adjecit ed. 1797 t. 4. (cum nominis appositione), in quo nonnulla emendat pluraque addit, quibus interim deistae novis exceptionibus occasionem praebuerant; *Ueber die Zuverlässigkeit des Grundtextes,* ein Fragment von mehreren Abhandlungen über verschiedene Gegenstände der Schriftkunde, Francofurti et Lipsiae (Salisburgi) 1788, qua in diss. tuetur textum originalem praesentem esse multis in locis sine mendis, non tamen penitus corruptum. Abhandlungen *über die zweckmässigsten Mittel, den hebräischen und griechischen Grundtext dem Wortsinne nach richtig zu verstehen,* Salisburgi 1791 in 8. *Acta eruditorum* (Oberteutsche allgemeine Literaturzeitung), quae Laur. Hübner jam ab a. 1788 coeperat Salisburgi rationalismo et spiritu liberali illius temporis haud parum infecta edere, multis accessionibus auxit Sandbichler. Verum ea gravi censurae subjecerunt viri critici Augustae: unde rogatus illis respondere nisus est in *Revision der Augsburger Kritik* über gewisse Kritiker und ähnliche Schriften, erster Jahrg. ib. 1791, quem secutus est: Zweiter Jahrg. ib. 1792 etiam inscriptus: *Freimütige Betrachtungen* über wichtige, von Obscuranten entstellte Religionsgegenstände nach den Bedürfnissen unserer Zeit, in quibus minus bene disserit de primatu. Hisce tamen controversiis pertaesus a respondendo ulterius destitit. Pro Brentano (pag. 350), cujus versio N. T. graviter fuit impugnata, scripsit *An den Clubb des Obscurationssystems* oder einige Anmerkungen über das Sendschreiben des H. von Brentano etc., Friburgi (Salisburgi) 1792, quas tamen animadversiones postea non amplius probavit. Opus biblicum Joannis Jacobi Hess protestantis antistitis usui catholicorum adaptavit ediditque inscriptum *Erläuterungen der biblischen Geschichte* nach J. J. Hess [1]) etc. p. 1., p. 2. etiam inscripta: *Entwicklung des Reiches Gottes* nach der Offenbarung Johannes als Erläuterung und Bestätigung der Hess'schen Gedanken vom Reiche Gottes, ib. 1794. Inde orta est idea amplioris operis, cujus prospectum exhibet *introductio in historiam consiliorum divinorum* ad salutem humani generis inde ab ejus ortu in perpetuas aeternitates procurandam initorum haustam e sacris judaeorum christianorumque libris, ib. 1802. Cogitaverat illud distribuere in 22 ll. et 5 t., et quadam praedilectione illud elaboraverat, sed propter nimiam prolixitatem linguamque latinam, qua conscriptum erat, editorem non reperit. Duo vero merito in suis ad apocalypsin commentariis carpebantur, propensio in chiliasmum et opinio, eo tempore transferendum fore primatum ab ecclesia romana ad hierosolymitanam. *Eine Stimme des Rufenden in der Wüste* oder Bemerkungen zu dem philologisch-kritischen und historischen Commentar über das N. T. H. H. Eberh. G. Paulus [2]), fasc. 1. Lincii 1805; 2. Monachii 1811; 3. et 4. Salisburgi 1814. 1816. Ejusmodi operibus innotuit Sandbichler per universam Germaniam, unde laurea doctorali honoratus fuit a facultate philosophica wirceburgensi (5. Nov. 1814) et a facultate theologica landshutana (27. Febr. 1815). Cathedrae quoque

[1]) Cf. Felder Literaturzeit. 1810, II, 369—79.

[2]) Cf. Qtlschr. für Geistl., Rottenburg ed. 3. II, 2, 144—9; 4, 33; 5. 115; Felder Literaturzt. 1810 I, 88—95.

ei oblatae fuere, imo ut fertur, vel a Friderico II., Borussiae rege, quas tamen ne sodales deserere cogeretur recusavit. Occupato a Bavaris Salisburgo et mutata universitate in lyceum ipse a Bavariae rege designatus fuit (1811) professor studii biblici et linguarum orientalium, simul vero praelectiones habuit de philologia graeca: unde in commodum auditorum suorum composuit compendia idonea, cujusmodi sunt: *Kurze Darstellung einer Einleitung in die Bücher des A. B. nach Jahn* [1]). Salisburgi 1813 in 8; 1822; *Darstellung der Regeln* einer allgemeinen Auslegungskunst von den Büchern des A. u. N. B. nach Michaelis, Hug, Feilmoser [2]), ib. 1813; *Uebersicht der Hauptgegenstände aus der allgemeinen Einleitung* in die Schriften des N. B. nach dem Bedürfnisse unserer Zeit, ib. 1813; *Darstellung einer allgemeinen Einleitung* in die Bücher des N. B. ib. 1813; *Besondere Einleitung* in die Bücher des N. B., ib. 1817—18 pp. 3; *philologische Uebersicht* der altgriechischen literarischen Bildung nach Ast und Eichhorn, ib. 1813. Decessit [3]) magna gratitudinis significatione pro dono fidei a Deo accepto 3. Febr. 1820.

318. Notior est Joannes Jahn [4]) philosophiae et theologiae doctor, natus in oppido Taswitz in Moravia 18. Jun. 1750. Juvenis 22 an. ingressus est ordinem Praem., in quo absolutis studiis mox lector hermeneuticae et linguarum orientalium designatur. Canonia suppressa (1784) easdem disciplinas docuit in lyceo olomucensi, unde Viennam 1789 accitus in universitate cathedram linguarum orientalium et literaturae, introductionis in V. T. et archaeologiae obtinuit, quibus ac si non sufficerent adjecta a. 1803 fuit cathedra dogmatica. Promovit quidem studium biblicum, sed rationalismi principiis nimis addictus limites sobriae criticae et sanae orthodoxiae excessit. Instructus sane erat selecta et ampla eruditione, sed auctoribus fere protestantibus delectabatur: hinc eorum exemplo nimia libertate utebatur in tractanda s. Scriptura. Quapropter graves in eum motae sunt querelae, ipseque card. Migazzi sui muneris esse censuit rem deferre ad imperatorem. Initio quidem ei fuit commendata moderatio, demum ut ei honorifica concederatur missio, factus est canonicus (1805) ad s. Stephanum. Nonnulla ipsius opera prohibita fuere tam a congregatione s. Indicis, quam ab ipso gubernio saltem pro usu academico. Decessit 16. Aug. 1816. Haec praecipua ejusdem opera: *Einleitung in die göttlichen Schriften des A. B.*, Viennae 1792; 1802. 1803 pp. 2 in 4 t. in 8., ed. recognita; *Introductio in ll. sacros V. T.* in epitomen redacta, ib. 1804 in 8., 1814 ed. emendata, prohibita a. s. congr. indicis 26. Aug. 1822. Et sane in ea negat decreto tridentino sublatum esse discrimen inter ll. protocanonicos et deuterocanonicos; in dubium vocat characterem historicum ll. Job, Jonae, Tobiae et Judith, qui ipsi sunt tantum poemata didactica; negat obsessos N. T. fuisse vere obsessos, sed tantum gravi morbo affectos opinatur. Ea ad saniorem formam redacta fuit a F. Ackermann († 1831), de quo alias. *Biblische Archäologie*, Viennae 1797—1804 pp. 3 in 5 t., 1807—15, opus valde eruditum dili-

[1]) Cf. Quartalschrift Tübingen 1859 p. 269—84.

[2]) Cf. Felder 1815. II, 332—48.

[3]) Cf. necrologium auctoris in Qtlschr. cit. 7, 1—20, ubi etiam exhibentur ejusdem *Gedanken* zu Dr. Fessler's Ansichten von Religion und Kirchenthum 20—59; Wurzbach 28, 178; Baader 2, II, 69; dem Andenken Alois Sandbichlers, Salzburg 1822.

[4]) Alius a Michaele J. O. S. Fr. Bohemo n. 1744, cujus exstat *Praxis debite ac fructuose fungendi officio sacerdotali* circa infirmos et moribundos, Salisburgi 1778; 1782. De Joanne cf. Wurzbach 10, 42—47; Werner d. Biogr. 13, 665; Felder 1817 Intelligenzbl. p. 6 s.; Goovaerts 1, 408 ss.

genterque elaboratum, et *archaeologia biblica in compendium redacta*, ib. 1805; 1814 ed. emendata, quod compendium pariter fuit prohibitum decr. 26. Aug. 1822, et ab Ackermann in saniorem formam redactum 1825; Vilnae 1829—36 t. 2 in 8. cur. M. Bobrowski. *Enchiridion hermeneuticae generalis* tabularum V. et N. F. ib. 1812, et appendix hermeneutica seu *exercitationes exegeticae*[1]), ib. 1813 fasc. 1. et 2., in quibus sequitur principia Ernesti; utrumque fuit prohibitum. Inter alia enim colloquium Evae cum serpente pro somnio Evae habet; vaticinium Malachiae de oblatione munda non interpretatur de sacrificio eucharistico etc. Praeter *grammaticas* hebraeam, aramaeam, arabicam, chrestomathiam chaldaicam et arabicam cum lexico arabicolatino, digessit quoque *biblia hebraica* et graviores lectionum varietates adjecit, Viennae 1806 t. 4 in 8. ed. praestans, in qua tamen mutavit ordinem solitum librorum. Inseruit plures dissert. in Bengelii *Archiv über die Theologie*, ex. gr. Ueber die Sprache und die Schreibart der mosaischen Schriften; über das fragmentarische der mosaischen Schriften und die vorgeblichen Anachronismen; Erklärungen der Weissagungen Jesu von der Zerstörung der Stadt Jerusalems, des Tempels und des jüdischen Staates[2]). Post ejus mortem prodierunt *Nachträge zu Jahns theologischen Werken*, Tübingae 1821 in 8., quibus continentur diss.: Was that Christus während der 40 Tage von seiner Auferstehung bis zu seiner glorreichen Auffahrt? Was hielten die Kirchenväter von der Accommodation? Was lehrt die Bibel vom Teufel, den gefallenen Engeln, von den Dämonen und bösen, unreinen Geistern? Lässt sich die unumgängliche Notwendigkeit der Beichte zur Vergebung der Sünden aus den theologischen Prinzipien beweisen? — Chrysostomus Probst O. S. Franc. n. 10. Aug. 1727, juris canonici et theologiae lector, monasterii bethlemitici in Palaestina aliquamdiu guardianus, post reditum Bambergam provinciae custos (1780) et bis (1783 et 1792) praepositus († 2. Maj. 1801), disseruit de *epistola s. Jacobi ap.*, Wirceburgi 1759; *de libris Machabaeorum*, ib. 1760 in 8., *de Davidis psalterio*, Egrae 1762 in 8; *de J. Christi secundum carnem genealogia*, Bambergae 1763 in 8. Collegit quoque *corollaria* ex jure ecclesiastico universali, ecclesiarum Germaniae particulari ac publico circa causas religionis religionumque tolerantiam desumpta ac notis illustrata, ib. 1765 in 4., deque aliis argumentis [1]), ut *de turni ecclesiastici historia* [2]), Bambergae et Wirceburgi 1777 in 8.

219. Huc etiam revocari possunt: Josephus Romanus Joly Cap. a s. Claudio Burgundiae civitate (n. 15. Mart. 1715; † 22. Oct. 1805 a. aetatis 91), vir admodum laboriosus et versatus in omni fere disciplina, academiae romanae Arcadum socius et auctor multorum operum, in quibus tamen desiderantur methodus et stilus. Ad rem nostram sunt [3]): *Lettres (17) sur divers sujets importants de la géographie sacrée* [4]) *et de l'histoire sainte*, Parisiis 1772 in 4; ed. emendata et in-

[1]) Cf. Quartalschr. cit. 4, 138—150; 5, 116—26.

[2]) Cf. de hujus vaticini commentario Qtlschr. 14, 238—62.

[1]) Cf. Baader 1, II, 156.

[2]) Cf. N. bibl. eccl. frib. 3, 473—80.

[3]) Cf. Biogr. univ. 21, 606; Feller 5, 7. Alius est a Raymundo Joly, de quo cf. p. 269a. — et Jo. Omer Joly de Fleury Parisiensi 26. Oct. 1715 procuratore et advocato generali parlamenti parisiensis, qui eloquenter et valide causam dixit contra incredulitatis opera Baylii praesertim, quae tunc divulgabantur, effecitque, ut plura igni traderentur. Obiit a. aetatis 95 die 29. Jan. 1810.

[4]) Jo. Bapt. Gibrat composuit pariter *Géographie ancienne sacrée et profane*, 1790 t. 4 in 12. Erat Gibrat sacerdos congr. doctr. christianae n. 1722 (secun-

scripta *la Géographie sacrée* et les monuments de l'Histoire sainte, ib. 1784 in 4., opus ejus praecipuum, in quo agit etiam de plantis et animalibus, quorum mentio fit in s. Scriptura cum multis delineationibus et figuris bene aeri incisis; *Atlas sur la Géographie sacrée et sur l' Histoire sainte* avec des Lettres sur divers sujets importants ib. 1786 in 4. cum 14 delineationibus; 1801 in 4; *Histoire de la praedication* ou de la manière dont la parole de Dieu a été prêchée dans tous les siècles, ib. 1767 in 12., in qua incipit ab Adamo; *Dictionnaire de morale philosophique* ou Règle des moeurs tirée des philosophes anciens et modernes appuyée par des traits d'histoire agréables et instructifs, ib. 1772 t. 2 in 8: *Théologie Abrégée* ou sommaire de la doctrine chrétienne, ib. 1790 t. 2 in 12. Curavit quoque ed. op. P. Lejeune *Histoire critique et apologétique de l' ordre des chevaliers du Temple,* ib. 1789 t. 2 in 4. — Jac. Couturier, frater Joannis, de quo egimus pag. 308, strenuus erat adversarius spiritus libertatis ecclesiasticae infensi. Propter recusatum jusjurandum in exsilium pulsus fuit. Episcopatum sibi oblatum post concordatum suae parochiae postposuit († 1805). Descripsit *Histoire de l'Ancien T.*, Divione 1825 t. 4 in 12. — Josephi Reeve S. J. Angli, qui ultra 50 annis vitam apostolicam egit in patria sua (n. 11. Maji 1733; † 2. Maj. 1820), exstant: *The History of the Holy Bible* interspersed with moral and instructive Reflections chiefly out of the Holy Fathers, saepius edita, Londini 1815 ed. 5; *A short (jejuna) View of the History of the Church,* Exeter 1802-3 t. 3; Eboraci 1820. — Alexander Jos. de Bassinet Avenionensis (n. 22. Jan. 1723; † 16. Nov. 1813), concionator insignis, vicarius generalis verodunensis, propter recusatum jusjurandum et exceptum fratrem regis (1792) gravissimum vitae periculum incurrit et etiam sub Napoleone per plures annos carcere fuit detentus. Edidit ipse *Histoire sacrée de l' A. et du N. T.* représéntée par figures 614 avec des explications tirées de SS. Pères. Parisiis 1804—1806 t. 8 in 8. (fr. 250—500). T. 8. est Jo. B. Ecuy († 1834). — Eriprandus comes Giuliari S. J. Veronensis (n. 15. Febr. 1728; † 1805), insignis concionator descripsit *le Donne più celebri della santa Nazione* (Sara, Rebecca, Judith, Esther), Conversazioni storico-sacro-morali, ob suam elegantiam et utilitatem saepissime editae, iterum Mediolani 1830 in 8; Neapoli 1846; 1855 in 24.

320. Franciscus Car. Alter S. J. Engelbergae in Silesia superiore n. 27. Jan. 1749, suppressa Soc. Jesu bibliothecae universitatis viennensis custos et linguae graecae professor, multarum linguarum peritiae tantam adjunxit in omni disciplinarum genere eruditionem, ut insignis dici possit polyglottus et polyhistor († 29. Mart. 1804). Praeter opera ad literaturam graecam spectantia [1]) edidit *N. T. ad codicem vindobonensem graece expressum;* varietatem lectionis ex codd. (ultra 20) bibliothecae palatinae vindobonensis (et versionibus copta, slovenica, latina s. Hieronymo antiquiore) addidit, Viennae 1786. 1787 t. 2 in 8., eruditissimum opus a viris criticis magni aestimatum; *Bibliographische Nachrichten* von verschiedenen Ausgaben orientalischer Bibeltexte und der Kirchenväter, ib. 1779 in 8. Dissertationes multas inseruit fasc. literariis *Momorabilien.* Eine philosophisch-theo-

dum alios 23. Nov. 1727), qui juravit in constitutionem cleri civicam et factioni schismaticae adhaesit, tamen in carcerem fuit conjectus. Inde libertati restitutus non rediit ad saniorem mentem. Decessit a. 1803. Cf. Biogr. un. 17, 327.

[1]) Cf. Sommervogel I, 212—14; Vigouraux I, 422; Caballero 2, 3; Wurzbach 1, 10; Meusel qui in Gel. Deutschl. numerat ad 250 ejusdem scripta.

logische Zeitschrift der Geschichte und Philosophie der Religion, dem Bibelstudium und der morgenländ. Literatur gewidmet von H. E. G. Paulus, Lipsiae 1792; ut de versione tartarica psalterii, de 1. Joa. 5, 7 secundum lectionarium armenum, de versione arabica psalterii, de Marc. 16, 9 ss. et Joan. 21 secundum versionem armenam; fragmenta Lucae ex versione antehieronymiana etc.; Χρονικον Γεωργιου Φραντζη του ποωτοβεστιαριου, Viennae 1796 in f., prima textus ed. recepta etiam in corpus scriptorum historiae byzantinae, Bonnae 1838 in 8. — Colomannus Sanftl OSB. in monasterio S. Emmerami niederaltacensi n. 27. Aug. 1752, dogmaticae, historiae ecclesiasticae et linguarum orientalium lector, bibliothecae praefectus, vir in codicibus msc. scrutandis peritissimus, semicoecus labore 25 an. accuratissimum catalogum manuscriptorum[1]) bibliothecae emmeramianae a sec. VIII. usque ad sec. XV. prelo paraverat († 23. Nov. 1809). Disseruit quoque *in aureum et pervetustum ss. Evangeliorum codicem* msc. monasterii s. Emmerami, Ratisbonae 1786 cum tabulis aeri incisis, diss. prorsus exquisita, docta et criticae artis specimen. — Jos. Montaldi O. S. Dom., theologiae professor Senis et philologus insignis (n. c. 1730; † 1816), composuit *Lexicon hebraicum et chaldaeo-biblicum* alphabetice primigenia et derivata V. T. hebraica et chaldaica verba et latinas eorum interpretationes ex J. Buxtorfii et aliorum eruditissimorum virorum operibus excerptas exhibens digestum cum multis auctionibus et illustrationibus, Romae 1784 t. 4 in 8. — Amandus Mauch Min. Wangensis[1]), lector s. theologiae et juris canonici (n. 7. Febr. 1751; † 1. Dec. 1816), collegit *Biblisches Universallexikon* über die nützlichsten und wichtigsten Gegenstände der h. Schrift zum Braunischen Bibelwerk, Augustae 1806. 1707 t. 2 in 8; disseruit *de carnis resurrectione* ex Job 19, 25-27, Bambergae 1790 in 4., et supra Ps. 21. *de extremis Messiae in crucem acti fatis,* ib. 1792. *Hermeneuticam sacram* positionibus notisque adumbravit, ib. 1792. — Paulus Emes OSA. Muennerstadianus (n. 1745; † 1814), edidit *synopsim historiae scripturisticae,* Riedlingae 1771 in 4. — Hujus sodalis Arsenius Gins Moguntinus, in academia erfurtana theologiae professor, scripsit diss. theologico-criticam, *utrum Judaei hebraicum textum sacrum voluntatis malitia corruperint?* Erfordiae 1790 in 4. Negative respondet. Proponit quoque *Elementa artis criticae* pro exegesi s. Scripturae, ib. 1787 in 4; diss. *de perfectione hujus mundi,* Constantiae 1779. qua in diss. compendiose reperies argumenta praecipua plane dilucideque exposita contra optimismum.

321. Plures praeter Mauch de *hermeneutica* solliciti fuere. Ita Adamus Vizer Quinqueecclesiensis Posonii hermeneuticae professor († 2. Febr. 1803), cujus sunt *Praenotiones hermeneuticae* N. T., Tyrnaviae 1777 in 8; *Hermeneutica sacra N. T.,* Budae 1784. 1785 pp. 3 in 8. — Andreas Maximus Zasio O. Praem. Cassoviensis, Hungarus (n. 12. Oct. 1741; † 30. Nov. 1816) hermeneuticae professor erat in facultate theologica pestina. Restituta iterum a Francisco I. canonia jassoviensi, hujus restaurator et praepositus, fuit (1803). Ejus est *Hermeneutica* seu ratio interpretandi s. Scrip-

[1]) Magna cum gratitudinis significatione nostri auctoris mentionem facit Frid. Henr. Rheinwald in suis *anecdotis ad hist. ecclesiasticam pertinentibus* partic. II., Berolini 1835 in 8. deque illius catalogo loquens, »novum profecto, inquit, in eo testimonium improbi illius laboris, cujus exempla hodie frustra quaerimus, ante oculos habemus, quo benedictinorum ordo saluberrima ratione quondam literas auxit, sustentavit, adjuvit.

[1]) Cf. Felder 1817. I. Intelligenzbl. 2, 9 ss.

turam Pesthini 1796 pp. 2; Waitzen 1801 ed. 2; *encyclopaedia theologiae*, Pesthini 1787; diss. *de arcani disciplina* ad firmandas traditiones et stabilienda fidei dogmata, Agriae 1775. — Steph. Hayd OSB. in monasterio zwiefaltensi (n. 13. Jul. 1744; † 19. Dec. 1802), in univertate friburgensi professor introductionis in ll. N. T. et linguarum orientalium (1774—1784) et in monasterio tabularii praefectus [1]), scripsit *introductionem hermeneuticam in ss. N. T. ll.*, Vindobonae 1777 in 8., pro qua meruit a Maria Theresia imperatrice numismate aureo donari. Adversus Hubigantium asseruit *auctoritatem textus hebraei*, Friburgi 1780. — Hieronymus Frida OSB. in monasterio břevnovenobraunensi, bohemus n. 19. Sept. 1729, in universitate pragensi hermeneuticae V. T. et linguae hebraicae professor, jam ab a. 1792 apoplexia tactus, vitae hujus miseriis ereptus 25. Sept. 1806, reliquit *institutiones hermeneuticas V. T.*, Pragae in 8. s. a. — Jac. Bertold Min. Bambergae n. 22. Febr. 1738, theologiae et s. Scripturae lector, et definitor provincialis, edidit *Orthodoxe Bibelexegese* mit den nöthigen Vorkenntnissen und Hülfswissenschaften, Schrift- und Moralprincipien sammt einem allgemeinen Schriftkriterium, Bambergae 1807, adversus commentarium H. E. G. Paulus; *specimen hermeneuticum* in vitam J. Christi, ib. 1784 in 4. adversus *Horus* (cf. p. 667) aliosque incredulos. *Nova literatura* de religione Kantii aliorumque in s. Scripturam neoexegetarum refutata, Augustae V. 1800 in 8; diss. biblica *de adaequato Scripturae criterio*, Bambergae 1783 in 4. et aliae duae diss. irenicae, ib. 1777. 1778 in 4. — Eugenius Kaiser OSA. theologiae moralis et polemicae professor in lyceo constantiensi, in quo docuerat dogmaticam etiam et linguas orientales cum hermeneutica, typis dedit *hermeneuticae sacrae canones praecipuos*, et *Sacrificium missae* a propheta Malachia praedictum. — Bernardus (in baptismo Antonius dictus) Stoeger OSB. in monasterio oberaltacensi, Passaviensis n. 12. Jan. 1757, fuit in academia salisburgensi philosophiae professor et concionator academicus (1785—1801). Suppressis per Bavariam monasteriis factus est professor philologiae Dillingae et Straubingae et simul studiorum director (1804—1810). Suppresso lyceo straubingano eodem functus est munere a. 1811 Passaviae († 6. Maj. 1815). Plura reliquit ad philosophiam spectantia [1]). Statuit *positiones* ex hermeneutica sacra V. et N. T. Ratisbonae 1784. — Florianus Minasiewicz Galicianus (n. 1760; † 1820), origine Armenus theologiae doctor et (1791) canonicus, ritum amplexus est latinum (1798) factusque inspector scholarum inferiorum et 1818 consiliarius caesareus. Reliquit *tentamen publicum* ex utraque s. hermeneutices V. T. institutionum parte, Leopoli 1784 in 8. et *positiones* ex hermeneutica tam V. quam N. T., ex patrologia ac historia literaria, ib. 1785 in 8.

322. Commentariis, paraphrasibus vel annotationibus libros s. Scripturae plures illustrarunt [2]), inter quos in-

[1]) Cf. Bibl. eccl. friburg. 3, 116—19; Lindner in Studien und Mittheilungen aus dem Bened.- und Cist.-Orden 4, 280; Klüpfel Necrol. p. 273—8.

[1]) Cf. Stattler pag. 602—11; Specht Gesch. des k. Lyceums Dillingen, passim praesertim p. 148 ss.

[2]) Praetermittimus Carol. Schwarzl (Schwarzel) egendorpiensem in Austria inferiori n. 19. Febr. 1746, qui professor erat theologiae polemicae, patristicae et historiae theologicae literariae in academia oenipontana et a consiliis ecclesiasticis episcopo brixinensi, deinde suppressa universitate oenipontana a. 1783, in academia friburgensi theologiae pastoralis et catecheticae professor, demum parochus cathedralis († 4. Mart. 1819). His muneribus non obstantibus francomuratoribus se adjunxit, imo et gradum inter eos est adeptus. Plura reliquit, inter quae *Praelectiones theologiae polemicae*, Viennae 1781; *acta congregationis archiepiscoporum*

claruit Josephus Ant. Weissenbach S. J. n. 15. Oct. 1734 Bremgartae in Helvetia, Lucernae theologiae professor, Dilingae concionator, et societate Jesu suppressa canonicus ad Aquas duras (Zurzach) († 11. Apr. 1801), laboriosus scriptor. Edidit praeter plura alia *novam formam theologiae biblicae* his temporibus accommodatae sive examen locorum eorum, quos novi gentiles falsitatis, superstitionis, absurditatis, postulare solent secundum seriem ll. ss. mentemque patrum, interpretum ac criticorum [1]), Augustae 1785 t. 3 in 8; *de optimis interpretibus divinorum ll.* praelectiones IV, ib. 1783 in 8; *loci patrum illustres* ad pleraque capita divinorum ll., quibus alia accedunt negotia religionis et hanc nostram aetatem spectantes, ib. 1784 pp. 4 in 8; *de eloquentia Scripturae ll. 4,* cui accedit psaltes laureatus, sive de pulchro et sublimi, quod est in Psalmis, ib. 1789 t. 2 in 8; *de eloquentia PP. ll. 13* in usum ecclesiasticorum, ib. 1775 t. 9 in 8; t. 6. continentur 4 diss. de ratione legendi patres, adnotandi, adhibendi et imitandi; *die kürzeste und leichteste Art einen Freigeist umzuschaffen,* Basileae 1779 in 12; 1782; Bambergae 1780; *die Vorbothen des neuen Heidenthums* und die Anstalten, die dazu vorgekehret worden sind, 1782 t. 2 in 8., ed. aucta, opus praeclarum; *Der letzte Vorboth des neuen Heidenthums Horus* oder astrognostisches Endurtheil das man heutiges Jahr über die Offenbarung Johannis gefällt und zum Handbuch der Freimaurer gemacht hat, Basileae 1784; *Kritisches Verzeichniss der besten Schriften,* welche in verschiedenen Sprachen zum Beweise und zur Vertheidigung der Religion herausgekommen, Basileae 1784; *Von den Missbräuchen beim Mariädienst* und was da abzuschaffen, einzuschränken, beizubehalten sey. Ein Hausbuch wider die Glaubensfeger, ib. 1786 t. 2 in 8; cum appendice: Soll man die Bischöfe nicht anhalten, dass sie gewisse Titel der Mutter Gottes abwürdigen? ib. 1787 in 8; *transactiones diabolicae,* ubi omnia malorum spirituum quae nunc veniunt in contentionem citra gratiam, clamorem, odium componuntur, in usum parochorum, ib. 1786 in 12; *Ueber das wesentliche in der Geschichtskunde* oder von der Glaubwürdigkeit der Geschichtsschreiber sowohl

et episcoporum Hetruriae 1787, Bambergae et Herbipoli 1790—4 t. 6; *vollständige Pastoraltheologie,* Augustae 1799—1800 pp. 3; *Uebersetzung und Auslegung des N. T.,* Ulmae 1802—5 t. 6, quae neque arrisit catholicis, quod spreta traditione liberiorem sequeretur interpretandi rationem, neque gratiam invenit apud protestantes. Dum Oeniponti professor esset, recusavit jurare juxta pium ibidem vigentem morem de tenenda firmiter et defendenda V. immaculata conceptione; unde ortum est scandalum, quod causa fuit ut haec consuetudo pia abrogaretur et in aliis academiis per Austriam. Ipse apologiam suscepit sacerdotum gallorum, qui juramentum praestiterant in constitutionem civilem cleri. Cf. Wurzbach 32, 341—43; histor. pol. Blätter 86, 829 ss.; allg. d. Biogr. 33, 256. — Omnino cavendus est Thaddaeus a s. Adamo O. Carm. exegesis professor in academia bonnensi, cujus scripta: *Sendungsgeschichte des Propheten Jonas, Lehrgedicht des Moses, Scripturs ätze, Anmerkungen* über etliche Ausdrücke im 19. Kapitel des 1. mosaischen Buches, der 68. Psalm, *die Versuchungsgeschichte* puro putidoque rationalismo sunt infecta. Cf. Brück die rationalistischen Bestrebungen im kath. Deutschland p. 51. — De Joanne Caspare Müller cf. ib. p. 73. 84.

[1]) Franc. Xav. Moïse n. 12. Dec. 1742 insignis theologiae professor in collegio regio Dolae, quo plurimi discipuli accurrerunt ejus audiendi gratia, elaboravit *Réponses critiques aux incrédules* sur plusieurs endroits des Livres saints, Parisiis 1783. in 12., qui l. suppresso auctoris nomine adjicitur ut t. 3. simili operi Bulleti (cf. pag. 52). Dolendum eum defecisse ad factionem cleri schismaticam, quae juramentum praestitit in jusjurandum civicum factumque esse episcopum constitutionalem (10. Apr. 1791). Episcopatu cedere coactus a. 1801 dictus est canonicus honorarius bisontinus atque rus concessit inter labores literarios et rusticos vitam transigens († 7. Febr. 1813).

insbesondere als überhaupt für einen jungen Herrn von Stand geschrieben, Turigi 1789 in 8; *die Kunst sich überall zu widersprechen* ohne mehr roth darüber zu werden oder noch besser: und das heisst man Aufklären, Basileae 1789 in 8: *hat man endlich der Theologie ihren Zusammenhang und eine natürliche Verbindung der Materien gegeben?* . . . mit einigen Anmerkungen über das wienerische Glaubensbekenntniss, Augustae V. 1789 in 8; *Und wie lange, meine Herren, wird der Staat die Kirche überleben*, 1792 in 8; *Ist des Rezensierens, Fegens, Maurens noch kein Ende?* den deutschen Jacobinern gewidmet, Augustae V. 1793 in 8; *de arte critica*, ac maxime illa, quae doctrinam, traditionem, disciplinam, historiam Ecclesiae retractat l. unus, ib. 1794, opus eruditum et utile, cui adjectum est specimen exercitationis criticae adversus Dallaeum de canonibus sardicensibus, quos ferunt a sede romana pro nicaenis obtrusos. *Vom Bücherverfälschen*, eine kritische Abhandlung ib. 1795 in 8. et plura alia ejusmodi opuscula adversus pseudocriticos et incredulos illius temporis [1]). — Andreas Pohl congr. miss. seu s. Lazari Polonus, fervidus et operosus missionarius (1742 — 13. Nov. 1820) *Scripturam s.* per quaestiones exposuit, responsionibus explicuit, contra incredulos defendit, Vilnae 1810—12 t. 5 in 8; *Philosophiam naturalem* theologiae revelatae praeambulam pp. 6 comprehendit, ib. 1794; *Theologia dogmatica et moralis*, in qua presse sequitur Collet, ib. 1809 t. 4 in 8; Varsoviae 1858 ed. 3. *Collectio Bullarum* et decretorum congr. Missionis concernentium, Vilnae 1815. Alia plura ascetica reliquit [2]).

323. Philippus Howard laicus Anglus (n. 3. Sept. 1730; † 8. Jan. 1810) edidit: *The Scriptural History of the Earth and of Mankind* compared with the Cosmogonies, Chronologies and Original Traditions of Ancient Nations; an Abstract and Review of Several Modern Systems; with an Attempt to explain philosophically the Mosaic Account of the Creation and Deluge, and to deduce from this last Event the Causes of the Actual Structure of the Earth, in a Series of Letters with Notes and Illustrations, Londini 1797 in 4. — Cajetanus Rost OSB. Bambergensis n. 11. Nov. 1748. ultimus abbas, Montis s. Michaelis (30. Mart. 1796; † 16. Febr. 1804) disquisitionem instituit philosophico-criticam *de pietate et fatis Enochii* (Gen. 5, 22), Bambergae 1789. — Jo. a s. Cruce Carm. Franco n. 29. Nov. 1740, professor linguarum orientalium in universitate heidelbergensi (1785) *l. Exodi Hermeniam* critico-literalem in locis obscuris ex polyglottis tentavit cum praemissa isagoge de scopo Exodi etc., Heidelbergae 1787. — — *Psalmos* illustrarunt: Georgius Ferrich Dalmata n. Ragusae 5. Jul. 1739, literaturae professor in patria (1773), capituli praepositus (1808) et vicarius generalis (1815; † 1820), qui eximio plane stilo latino utebatur, in *paraphrasi* in psalmos et cantica utriusque T. cum adnotationibus, Ragusae 1791. — Bartholomaeus Münch can. reg. Augustanus, juris canonici lector et bibliothecae praefectus (n. 10. Jun. 1745; † 18. Febr. 1806) dedit brevem ac solidam *dilucidationem Psalmorum et canticorum* in breviario romano contentorum ad fovendum spiritum accomodata, Augustae V. 1790. — P. Krekenberg edidit *Die Psalmen Davids* aus dem Lateinischen übersetzt im buchstäblichen und geistigen Sinne erklärt und mit nützlichen Anmerkungen versehen, Münster 1805. 1808 in 8. — Gregorius Zirkel theologiae et philo-

[1]) Cf. Caballero 1, 278; Sommervogel, VIII, 1040—49, qui 73 opuscula ejusdem recenset.

[2]) Cf. Notices bibliogr. sur les Ecriv. de la congr. de la Mission, Angoulême 1878 p. 199—201.

sophiae doctor, seminarii regens, episcopus hippensis et proepiscopus wirceburgensis, designatus episcopus spirensis, n. 2. Aug. 1762 Silbaci in Francoma, vir eruditus, linguarum orientalium peritus et studiorum promotor († 18. Dec. 1817), edidit *Der Prediger Salomon,* ein Lesebuch für den jungen Weltbürger übersetzt und erklärt, Wirceburgi 1792 in 8., quocum jungendae *Untersuchungen über den Prediger* nebst critischen und philosophischen Anmerkungen, ib. 1792 in 8. Praecedunt 12 disquisitiones criticae, quibus libri origo satis illustratur. Librum non esse Salomonis censet, sed posterioris auctoris, qui juxta Salomonis sentiendi rationem scripserit. Diss. *super benedictione Judae* [1]) Gen. 49, 8—12 insigni de Messia oraculo, ib. 1786, qua „duo me confecisse arbitror, inquit, sub Schiloh Siluntem montem intelligi hocque Jacobi oraculum fundamentum esse regni messiani ad Judam pertinentis.“ Quae tamen interpretatio multis displicuit. *Ueber das landesherrliche Patronat,* eine neue Erfindung, 1804; *Geschichte des Patronatrechtes* in der Kirche, ein Beitrag des zwischen dem landesherrlichen Patronat- und bischöflichen Diöcesanrecht erhobenen Streites, 1806 adversus Gregelii sententiam de patronatus jure; *die deutsche katholische Kirche* oder Prüfung des Vorschlages zur neuen Begründung und Errichtung der deutschen Kirche (Francofurti) 1817, quod opus vindicat Ecclesiae catholicae jura meritoque inter optimas hujusmodi commentationes refertur [1]). — Josef Bauer OSB. in monasterio bantensi Forchheimii n. 14. Mart. 1745 († 12. Maj. 1817) germanice dedit *Das Buch Tobias* nach der Vulgata mit Zuziehung der orient. Sprachen, Bamberg 1793; *Das Buch Ekklesiastikus,* ib. 1793 in 12. — Ferdinandus de Varese O. Cap. antea Beltrami dictus (n. 17. Jul. 1739; † 8. Sept. 1805) edidit *L' Ecclesiaste di Salomone,* secondo la nuova versione fatta da l'ebreo da PP. Cappucini della società Clementina di Parigi, Milano 1773; *Saggio sopra il l. di Giobbe,* ib. 1774. — Ant. Barcellona congr. Orat. Panormitanus n. 22. Nov. 1726, vir eruditus magnaeque auctoritatis penes archiepiscopos, bibliothecam Oratorii (quae publico usui erat aperta) plurimum auxit. Per 50 annos historiam ecclesiasticam singulis feriis IV. secundum congregationis morem a s. Philippo Nerio inductum exposuit lectionemque reflexionibus moralibus absolvit († 28. Jun. 1805). Haec ejus opera: *Parafrasi de' profeti,* Venetiis 1827 t. 5 in 8., quibus adjecit historiam temporum propheticorum et populi judaici a fine captivitatis babylonicae usque ad ejusdem populi per orbem dispersionem sub Romanis; *Parafrasi de' quattro evangeli* messi in armonia, Panormi 1831 t. 3 in f., opus posthumum, cui adjecit diss. eruditas 12 de variis argumentis, ut de prologo s. Joannis Ev., de variis methodis conciliandi genealogias J. Christi, de duplici carcere s. Joannis B., de sectis judaicis tem-

[1]) De eodem vaticinio egerunt: Franciscus Link O. Praed. in *sceptro jacobaeo* post exauthoratos reges in solis tribus Judae optimatibus superstite usque ad Herodem, Landishuti 1788 in 4. Hochstadii natus est a. 1741 eratque philosophiae et theologiae lector primarius, vir admodum eruditus in historia literaria et re diplomatica, qui nimio studio oculorum infirmitatem contraxit. Epistolarum commercium habuit cum plurimis viris eruditis, etiam protestantibus († 1. Febr. 1812). Cf. Baader 2, I, 166. — Placidus Dayn OSB. in monasterio Fiecht Tirolensis, theologiae lector (n. 7. Jul. 1745; † 2. Aug. 1817, cujus sunt: *Paraphrasis vaticinii Jacobaei* de perennitate sceptri Juda, Oeniponti 1783 in 8; *Godescalcus ab errore praedestinatianorum vindicatus,* ib. 1777.

[1]) Cf. Ruland p. 201; Reininger die Weihbischöfe von Wirzburg, W. 1865, pag. 292—339. A. F. Ludwig Weihbisch. Zirkel v. Würzburg in s. Stellung zur theol. Aufklärung und zur kirchl. Restauration, Paderborn 1904.

pore Christi, de ultimo paschate Christi, de conversione Hebraeorum in fine temporum, de descensu Christi ad inferos etc. *La felicità de' Santi,* ib. 1801 t. 3 in 4., opus praeclarum [1]).

324. Famosam controversiam excitavit Jo. Laur. Isenbiehl [2]). Natus is est Heiligenstadii a. 1744; sacerdos ordinatus Goettingam missus, ut curam ageret catholicorum. Omne tempus, quod supererat animarum curae, studiis impendit utens occasione, quam ei abunde praebebat notissima illa universitas, in qua praesertim professores Michaelis et Less audiebat. Ab archiepiscopo electore moguntino in seminarium vocatus est, ut ss. literas interpretaretur linguasque orientales doceret. Cum autem in sua exegesi liberiorem interpretandi rationem sectaretur, varia s. Scripturae loca sinistra interpretatione perverteret, nominatim contra unanimem totius nominis christiani traditionem oraculum de Emanuele Is. 7, 14 non de Messia, sed de futuro filio ipsius prophetae interpretaretur, merito commoti sunt animi atque querelae delatae ad electorem, qui tamen negotium nimis molliter tractavit. Quare eo defuncto (11. Jun. 1774) jussu capituli quaestio de eo est habita, ipseque cathedra motus et in seminarium relegatus, quo studia recoleret. Hac occasione elaboravit diss. ad suam de illo vaticinio tuendam opinionem, quam ipsa censura viennensis temerariam et erroneam pronunciavit. Prodiit inscripta: *Neuer Versuch über die Weissagung vom Emmanuel,* s. l. 1778 in 8. Facultas moguntina declaravit, ea contineri propositiones falsas, scandalosas, piarum aurium offensivas ac de socinianismo suspectas. Quare auctor a divinis suspensus et in abbatiam Erbacensem relegatus fuit. Verum 3. Jul. 1778 effugit, mox tamen receptus custodia vicariatus detentus fuit. Interim diss. illa a quam plurimis facultatibus theologicis reprobata, edicto publico imperatoris e terris imperii fuit proscripta, et causa Romam delata a Pio VI. Brevi 20. Sept. 1779 damnata, quod contineret doctrinam et propositiones respective falsas, temerarias, scandalosas, perniciosas, erroneas, haeresi faventes et haereticas. Sententiae summi pontificis se subjecit Isenbiehl. Quare libertati restitutus canonicatum Amoeneburgi obtinuit, quo tamen in illa summa omnium rerum perturbatione post aliquot annos privatus est, ejusque loco tenuem tantum pensionem impetravit († 26. Dec. 1818). Plures auctoris nostri sententiam impugnarunt [1]) ut Herm. Goldhagen (cf. p. 340) in pluribus fasciculis sui diarii religionis a. 1778, in quibus hallucinationes novi interpretis tetexit castigavitque omnium fere primus. Singulari prorsus studio ss. patrum de hoc Isaiae oraculo sententias excussit atque vindicavit. Textus restituit, obscuros illustravit nihilque praetermisit, quod ad hanc controversiam penitius pernoscendam spectare videatur. Praeter Goldhagen contra Isenbiehl scripserunt Jo. Jung, de quo egimus pag.

[1]) Cf. Villarosa Memorie degli Scrittori filippini pag. 30—35.

[2]) Cf. Fritz KL. VI, 959—63; Reusch deutsche Biogr. 14, 618.

[1]) Isenbiehl nactus quoque est defensores, ut Rautenstrauch (p. 510) et Hontheim (p. 514) eatenus saltem quatenus nihil erronei in hac diss. repererunt; Oberthür, cui ea admodum arrisit; anonymum quendam in sylloge *Katholische Betrachtungen* über die zu Mainz, Heidelberg u. Strassburg wider den Isenbiehlischen Versuch vom Emmanuel ausgebrachten theologischen Censuren nebst einem Salzburger Gutachten, Francofurti et Lipsiae 1778 in 4; alium pseudonymum in *F. Josephi a s. Lazaro ep. ad D. Louis* professorem et syndicum universitatis argentinensis (in eadem sylloge); alium anonymum in *Gespräch zwischen Isenbiehl und Jung,* ib. 1778; cui tamen Jung opposuit *Widerlegung des Gesprächs* etc., Heidelbergae 1779 in 8. Cf. de hac controversia N. bibl. eccl. frib. 4, 245—62; 514—19; 676; 5, 178.

370; Klüpfel, Kleiner, Franc. Christophorus Zwerger in *vindiciis vaticinii Isaiae 7, 14 de Emmanuele,* Friburgi apud Brisgojos 1779 in 4; Franciscus Phil. Louis ss. theologiae doctor et professor in academiae argentoratensi, s. facultatis syndicus et procancellarius, archiepiscopi moguntini consiliarius ecclesiasticus, in *vindiciis* censurae argentoratensis, 1779; Joannes Schmitt s. theologiae professor in academia moguntina in *celeberrimo vaticinio Js. 7* et judiciis theologicis de l. Isenbiehlii per diss. vindicatis, Aschaffenburgi 1779 in 8. Alia Isenbiehlii opera sunt: *Corpus decisionum dogmaticarum Ecclesiae catholicae,* Constantiae 1777; *Chrestomathia patristica graeca,* Moguntiae 1774 in 8; *de rebus divinis* tractatus introducentes in universam V. ac N. T. Scripturam et theologiam christianam 1787 t. 1. et ut videtur unicus; *Beobachtungen von dem Gebrauche des syrischen puncti diacritici bei den verbis,* Göttingae 1773 in 4.

325. Franc. Celsus Widermann († 1805)praeter alia (inter quae: *Religion nach Vernunft* oder kritische Untersuchung der Frage: Welches die beste Religion sei? Viennae 1792 ed. 2; 1793 etc.) dedit *Erklärung der vier Evangelienbücher* oder die ganze in einem einzigen Buche, von Text zu Text aneinander hängende evangelische Geschichte, Kremsii 1805 pp. 3; *Auslegung*[1]) *der sonn- und festtäglichen Episteln.* Augsburg 1795 t. 2 in 8; ... *der Evangelien,* ib. 1797 t. 2 etc. — Franc. Car. Kienle parochus († post 1802) dedit *Vollständige Erklärung* des h. Evangelii J. C. Augustae 1778-87 pp. 6 in 8; collegit *Lexikon des christlichen Glaubens und Sittenlehre* ib. 1784; 1786 t. 2 in 2 t. — Gregorius (in baptismo appellatus Ferd. Engelbertus) Mayer OSB. in monasterio mellicensi, Pulkaviae in Austria 19. Jan. 1754 natus, bibliothecae praefectus, in universitate viennensi disciplinarum novi foederis, linguae graecae et hebraicae professor (1780—1801), ab eadem canonicus linciensis (1801) electus, capituli decanus et post obitum episcopi Josephi Gall (1807) vicarius generalis, studiorum director († 25. Nov. 1820), edidit opera rationalismo sat infecta. Praecipua sunt[1]): *Specimen animadversionum in graecum Matthaei textum* (ad priora 5 cc.) eruditorum examini propositum, Norimbergae 1786 in 8; *Beiträge zur Erklärung des Ev. Matthäi* für Sprachenkundige[2]), Viennae 1818 in 8; *Beiträge zur Erklärung des Ev. Johannes* für Sprachenkundige (praesertim adversus Kuinoel et Paulus), Lincii 1820 in 8; *der Brief des Apostel Paulus* an die Galater und die zwei Briefe an die Thessalonicher, Viennae 1788 in 8; *institutio interpretis sacri,* Vindobonae 1789 in 8., in qua deviat a sana et catholica interpretandi ratione duces sequens R. Simon, Ernesti, Michaelis et Eichhorn; *Authèntie und*

---

[1]) Ejusmodi expositionem evangeliorum vel epistolarum dominicalium et festorum plures alii dederunt A. B. Leithner, Viennae 1801 — Mich. Buchmann, Wratislaviae 1802 — Joachim Richter de Richtenberg SJ. Briegensis in Silesia n. 18. Aug. 1736, origine Bohemus, philosophiae professor in academia theresiana, Soc. J. suppressa parochus et protonotarius apostolicus († 14. Jan. 1806) in opere posthumo Augustae 1843. Vertit quoque germanice opera Gallorum celebrium ut Bourdalone, Bergier etc. — Patritius Traubmayer, München 1807 — Jos. Ant. Gall n. 27. Mart. 1748, qui cum esset scholarum inspector de earum reformatione erat valde sollicitus, scripsit Socrates unter den Christen in der Person eines Dorfpfarrers, Wien 1784 t. 3. Factus est canonicus viennensis et a. 1788 electus episcopus linciensis († 18. Jun. 1807). Prodiit ejus Evangeliorum expositio Viennae 1782—84; 1799 ed. 3. pp. 2.

[1]) Cf. Scriptores etc. pag. 288; Wurzbach 18, 101; Stanonik allg. d. Biogr. 21, 93.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1821 p. 45—60; Felder Litzt. 1818 IV. 273—85.

Oeconomie der göttl. Schriften des N. B., ib. 1791 in 8; agit tantum de Evangeliis et actibus apostolorum; *compendium historiae literariae theologiae,* Vindobonae 1787 in 8; *Beiträge zur richtigen Uebersetzung der syrischen Chronik des Gregor Barhebraeus* oder Rechtfertigung verschiedener Stellen (c. 1500) der lateinischen Uebersetzung des Barhebräus, welche Paul Jac. Bruns und Gr. Wilh. Kirsch herausgegeben haben, Lipsiae 1819 in 8. et *Nachtrag* zu den Beiträgen, Viennae 1820 in 8. Vir erat sane eruditus, sed spiritu sui aevi infectus. — Franc. Breva OSA. Valentiae in Hispania n. 1752 († 1803), theologiae moralis in universitate patria professor, reliquit *Exposicion del S. Ev.* de que comprende los seis primeros cap. de s. Mateo, Valencia 1807. — Petrus Jos. Picot de Clorivière SJ. n. in Britannia minori c. a. 1735, propter recusatum jusjurandum parochia, quam societate Jesu exstincta administrandam susceperat, pulsus, vir persecutionis tempore plenus zelo ob inanes conjurationis suspiciones per plures annos in carcerem conjectus († 5. Jan. 1820), dedit *Explication des Epîtres de S. Pierre,* Parisiis 1809 t. 3 in 12; Lugduni 1864 t. 2 in 12., commentarius diffusus, sed accuratus unctione et doctrina plenus[1]). — Easdem illustravit Bambergae 1788, germanice Ambergae 1807 Jo. Bapt. Gerner[2]) Bambergae n. 10. Nov. 1748, parochus ambergensis benificentia insignis († 18. Dec. 1813).

336. S. Scripturam in linguam *slavo-carniolam* labore inter se diviso verterunt Josephus Richter, Carniolus, Georgius Japel (n. 11. April 1744), Joanni Carolo comiti de Herberstein episcopo labacensi a secretis, director seminarii klagenfurtensis, scholarum per dioecesim inspector et designatus episcopus tergestinus († 11. Oct. 1807), qui multum promovit literaturam slovenicam editis pluribus libris; Blasius Humerdey (n. 1744; † 10. Mart. 1805), Modestus Schrey (Sray), Antonius Traun, Josephus Skrinjar (Skriner) et Matthaeus Wolf. Ea prima in hac lingua prodiit complectens V. T. Labaci 1791—1800 pp. 9 in 8. N. T. jam prodierat 1784—86; 1800 ed. emendata. — Versionem *bohemicam* seu cechicam adornavit Franciscus Faustinus Prochaska O. S. Pauli jussu archiepiscopi pragensis, cui imperatrix Maria Theresia ejusmodi consilium suggesserat. Prodiit Pragae 1780; 1804 ed. emendata annotationibusque criticis aucta. Imperatrix jussit mille exemplaria distribui inter fideles. Natus est Prochaska Neopakaviae in Bohemia 13. Jan. 1749. Hortatu ductuque Fortunati Durich[1]) sodalis se diligenter impendit studio linguarum orientalium atque literaturae patriae. Sodales docuit linguas orientales, jus canonicum et hermeneuticam. Suppresso monasterio, cui adscriptus erat, totus vixit literis, factusque est director gymnasii pragensis (1786), librorum censor, quo in munere fuit admodum liberalis, a. 1807 director omnium gymnasiorum per Bohemiam et bibliothecae universitatis praefectus († 2. Dec. 1809). Reliquit

[1]) Cf. Felder, Literaturzeitung 1814. I. Nr. 9.

[2]) Vitam descripsit Terrien Paris 1892.

[1]) Fortunato Durich O. S. Pauli n. 28. Sept. 1730 Tyrnaviae primum munus vertendi s. Scripturam demandatum fuit, qui modeste illud recusans Prochaska designavit, cui crederetur. Soluto suo conventu transiit ad sodales Viennam, ibique confecit catalogum codd. msc. hebraicorum bibliothecae caesareae, quem stupenda arte kaligraphica conscripsit. Soluto etiam conventu viennensi in oppidum patrium se recepit ibique decessit 31. Aug. 1802. Disseruit *de slavo-bohemica s. codicis versione*, Pragae 1777, coepitque edere *Bibliothecam slavicam* antiquissimae dialecti communis et ecclesiasticae universae Slavorum gentis, cujus tantum ex 5 t. primus prodiit Viennae 1795. Reliquit thesaurum msc. observationum criticarum pro literatura slavica. Cf. Wurzbach 3, 394.

plura scripta, quibus admodum fovit, promovit illustravitque literaturam et historiam patriam [1]) — Car. Henr. de Seibt n. 21. Mart. 1735 consistorii archiepiscopalis pragensis secretarius, in seminario historiae ecclesiasticae professor, et suppressa societate Jesu facultatis philosophicae director († 2. April 1806), s. Scripturam germanice vertit 1781, quae tamen versio parum innotuit [2]). — Michael Nathanael Feneberg, Allgojus n. 9. Febr. 1751 juvenis ingressus est cum Michael Sailer, quocum deinceps semper familiarissime egit, societatem Jesu (1770), quae tamen mox suppressa fuit. Sacerdos ordinatus aliquamdiu rhetoricam docuit in gymnasio dillingano, dein curae animarum applicitus eximium egit pastorem ovium, quae grato animo ejus post mortem (12. Oct. 1812) per decennia recordatae sunt. Ejus versionem N. T. Mich. Wittmann episcopus ratisbonensis imprimere fecit multumque inter fideles diffudit [3]) — Versionem V. T. ab Henr. Braun coeptam (cf. p. 349) continuavit Augustinus Joannes Bapt. Heitmayr [4]) can. r. OSA. in canonia pollingana bibliothecae praefectus (n. 8. Jun. 1752; † 1818). — Ernst Turin parochus in dioecesi moguntina scholarum inspector et aliquamdiu Colmarii vicarius generalis (n. 21. Jan. 1738; † 2. Aug. 1810) Evangelia et Actus Ap. germanice vertit, Mainz 1803. — Andreas Jos. Fahrmann [5]), seminarii wirceburgensis regens et episcopus auxiliaris (n. 1742; † 1802), scripsit *Theolog. Gutachten* über die Bahrdtsche Uebersetzung des N. T., Wirceburgii 1788, quae versio erat infecta rationalismo triviali.

327. *A new Translation of the Holy Bible* from corrected Texts of the Originals with various Readings, explanatory Notes and critical Observations, Londini 1792 t. I; 1797 t. 2. (complectens plerosque ll. historicos) adornaverat Alexander Geddes, Scotus n. 1737, qui nimis libera conversatione cum hominibus secularibus infriguit adeo in spiritu clericali et fide catholica, ut foveret opiniones singulares, temerarias et heterodoxas abstineretque a functionibus sacerdotalibus; quapropter et ab iisdem suspensus fuit. Censuras in se latas irrisit decessitque (26. Febr. 1802) morte sat dubia. Negaverat inspirationem totius s. Scripturae; tuetur enim sacros scriptores quaedam scripsisse, quae sanae adversantur rationi, ideoque cum judicio esse legendos; Moysen indigno plane modo tractat, ejus narrationem de creatione, lapsu protoparentum mythis accenset, miracula in Exodo relata in dubium vocat etc. Unde mirum esse non debet, vicarios apostolicos per Angliam epistola pastorali fideles monuisse, ne illius versioni fiderent; nam vel ipsi Anglicani offensi fuere ejus audacia in tractandis vertendisque divinis literis [1]): hinc plura vulgavit scripta ad suum tuendum laborem. Non desunt tamen qui versionem laudent ob sagacitatem criticam, annotationum et praefationum eruditionem, lectionum adjectarum varietates [2]). Posthuma prodiit *A New Translation of the Book of Psalmes* from the Original Hebrew with various Readings and Notes, Londini 1807, quae usque ad Ps. 118, 11 est auctoris nostri, reliqua desumpta sunt ex Wilsonii opere. — Docte aberrationes

[1]) Cf. Wurzbach 23, 229—333.

[2]) Cf. Reusch allg. d. Biogr. 33, 611; Wurzbach 33, 326—29.

[3]) Cf. Jocham KL. 4, 1324—27, qui eum tuetur adversus accusationes pseudomysticismi. Sailer Fenebergs Leben, München 1814 et opp. t. 39.

[4]) Cf. Felder Lexikon 2, 313—17.

[5]) Cf. Klüpfel Necrol. p. 259—72.

[1]) Cf. Gillow 2, 410—15; Vigouroux Dict. III, 145; Kerker KL² 5, 164; Bi. un. 17, 10.

[2]) Cf. Andres 6, 568.

A. Geddes refutavit Joannes Earle missionarius († 15. Maj, 1818) in *Remarks* on the Preface prefixed to the First and Second Volumes of a Work entitled The Holy Bible etc., Londini 1799 in 8. — Angelus Sanchez S. J. Hispanus n. 1. Mart. 1727, philosophiae et theologiae professor († 15. Dec. 1803) ll. sapientiales Matriti 1785. 1786 t. 4, Psalmos ib. 1789 t. 2, cum Threnis Jeremiae vertit carmine hispanico notisque illustravit, quibus operibus magnam sibi opinionem comparavit ob numerorum elegantiam et hispanici sermonis dignitatem. — Antonius Martini [1]) Pratensis, episcopus bobiensis, dein et archiepiscopus florentinus (n. 20. Apr. 1720; † 31. Dec. 1809) insignem curavit versionem *italicam* s. Scripturae, propter quam meruit collaudari brevi Pii VI. d. d. 17. Maji 1778. Prodiit Taurini 1796. Saepius deinde prodiit, Mondovi 1897 t. 3 etc. Cum Janseniani illam malesanis annotationibus foedarint, novam curavit ed. correctam et emendatam ib. 1782—92, eaque modo communiter in Italia adhiberi solet. Quod linguam attinet, classica censetur, sed energiam et concisionem textuum originalium non assequitur. Archiepiscopi nostri *opera* collecta prodierunt Mediolani 1830 t. 10 in 16; Venetiis 1833—35 t. 32 in 16., inter quae sunt: *Istoria e concordia evangelica* spiegata al popolo, Florentiae 1814 t. 2 in 8; latine Mediolani 1829 t. 2 in 16; *Istruzione sopra il Simbolo degli apostoli,* ib. 1814 t. 3 in 8; *istruzione sopra il Decalogo* e l'orazione domenicale, sopra i sacramenti t. 3; *Responsio atque declaratio* contra i. ab ep. collensi circa quaestionem de decisivo parochorum voto praelectum etc., 1787; qua parochis votum decisivum denegat. — Joannes B. Caspar d'Ansse comes de Villoison (n. 5. Mart. 1750; † 25. April 1805) linguae graecae professor adornavit [1]) *novam versionem graecam* Proverbiorum, Ecclesiastis, Cantici canticorum, Ruth, Danielis et selectorum Pentateuchi locorum, Argentorati 1784 in 8. — A. J. de Vay doctor sorbonicus edidit *Biblia sacra ita exacte translata,* ut statim videatur quid referat unaquaeque vox textus, quod nullus antea praestitit interpres [2]), Londini 1817.

III. Patrologia.

328. Placidus Sprenger OSB. in monasterio banthensi Wirceburgensis n. 27. Oct. 1735, juris civilis et theologiae lector, prior et bibliothecae praefectus († 23. Sept. 1806), vir doctus [2]), collegit *thesaurum rei patristicae* continentem diss. ex rarissimo N. de Nourry apparatu et Gallandi nova bibliotheca patrum, Wirceburgi 1784—1792 t. 3 in 4; *Aelteste Buchdruckergeschichte von Bamberg,* 1790. Edidit quoque *Diplomatische Geschichte der Benedictiner-Abtei Banz* in Franken von den J. 1050—1251 mit 61 Beilagen und 1 Kupfer, Norimbergae 1803 in 8; opus pretiosum propter diplomata antea inedita, quod morte praeventus continuare non potuit. Edidit insuper fasc. literarios

[1]) Alius a Petro Martini, de quo infra fiet mentio. Cf. de nostro Vigouroux in Dict. III, 1032 ss.

[2]) Cf. Lindner 2, 214.

[1]) Diction. ed. Vigouraux I, 657.

[2]) Jo. Andreas Jac. Rotthier Belga (n. 3. Apr. 1749; † 1. Dec. 1819) post multas, difficultates et ambages sacerdos ordinatus iter in loca sacra instituit illudque lingua patria descripsit Antverpiae 1782. Cf. van Ortroy in bibl. nat. XX, 193—96.

primum inscriptos *Fränkischer Zuschauer* bei gegenwärtigen Aussichten für die Wissenschaften und Schulwesen im Vaterlande, 1773, dein *Literatur des kath. Teutschland*, Coburgi et Norimbergae 1775—92 t. 12; demum *Literarisches Magazin* für Katholiken u. deren Freunde 1792—98, fasc. 6, quod opus non est sine merito, etsi nonnihil infectum spiritu liberiori illius aevi. Socios habuit sodales IId. Schwarz, Bedam Ludwig, Columbanum Flieger etc. — Maurus Boni SJ. Genuensis (n. 3. Nov. 1746; † 4. Jan. 1817), archaeologus et bibliographus eruditus, a doctissimis viris Lanzi, Morcelli, Tiraboschi, Andrés in quaestionibus literariis consultus [1]), cum Bartholomaeo Gamba luci publicae dedit: *Degli autori classici sacri, profani, greci e latini biblioteca portatile* ossia il prospetto del Dre Eduardo Arwood reso più interessante per nuovi articoli e per recenti scoperte ed illustrazioni critiche, cronologiche e tipografiche, Venetiis 1793 t. 2 in 12; t. 2. subjectum est Quadro critico-tipografico ipso auctore. — Fructuosus Fehrer OSA. theologiae in academia erfurtensi professor († 1817), typis evulgavit *disquisitionem theologico-criticam,* utrum s. Cyprianus carthag. ep. sit auctor doctrinae de unica Christi religione atque Ecclesia salvifica, Erfordiae 1792. 1812 in 4., qua ostendit hanc doctrinam tam antiquam esse quam ipsam Ecclesiam.

329. Praetermissis Honorato Goehl OSB. eximio plane dignissimoque abbate ottoburano [2]), qui in suo monasterio studia, cultus majestatem et disciplinam religiosam plurimum fovit auxitque (n. 6. Jan. 1733; † 16—17. Jul. 1802). — Vitali Mösl OSB. ad s. Petrum Salisburgi (n. 19. Sept. 1735; † 2. Dec. 1809), qui versionem germanicam homiliarum et opusculorum Chrysostomi a Cramer protestante adornatam et versionem patrum apostolicorum auctore Grynaeo calviniano emendatam auctamque iterum edidit [1]) — et Franc. Xav. Berger Bavaro, qui nonnulla ex codd. msc. graecis derivavit in fasciculos literarios, quos de historia et literis Chr. de Aretin edebat, ex iis, qui patrum operibus edendis operam navaverint, mentione digni sunt: Michelangelus Luchi [2]) Brixiae n. 20. Aug. 1744, qui in congregatione Montis Cassini habitum induit s. Benedicti, lectoremque egit philosophiae atque theologiae. Cum Leopoldus II. a congregatione postularet pro academia florentina professorem linguarum orientalium, ipse ad hanc cathedram selectus fuit, illas enim egregie callebat. Bibliothecas Italiae lustravit pretiosa monumenta undique colligens. Pius VII. ejus quondam carissimus consodalis vix pontifex factus eum Romam accivit atque cardinalem creavit 23. Febr. 1801 promulgavitque 28. Sept. ejusdem anni et praefectum congregationis Indicis constituit, sed eodem die jam anni sequentis decessit (28., secundum alios 29. Sept. 1802). Edidit Venantii Honorii Clementiani *Fortunati pictaviensis ep. opera omnia*, Romae 1786. 1787 t. 2 in 4., ed. optima, integra, expressa ad codices bibliothecae vaticanae; *Polybii Appiani alex. et Herodiani loca selecta ad mores,* ad rempublicam, ad militiam et historiam pertinentia, ib. 1783 graece et latine. Reliquit ad 150 msc. graece vel latine, quae asservantur in

[1]) Cf. Biogr. univ. 58, 545; Wurzbach 2, 51; Caballero 1, 103 s.

[2]) Cf. ejus vitam vere exemplarem descriptam apud Lindner 2, 87—92. Reliquit plurima opera ascetica, inter quae: *Concordantia meditationum* s. Anselmi cum exercitiis genuinis s. Ignatii, Augustae V. 1766 in 8, ediditque aliquot s. Thomae opera abbreviata.

[1]) Cf. N. B. E. frib. 1, I, 29 ss.; Stanonik allg. d. Biogr. XX, 400.

[2]) Cf. Biogr. univ. 25, 357; Moroni 40, 89; Wurzbach 16, 130. De ejus fratre et avunculo Bonaventura egimus pag. 364.

bibliotheca vaticana. Cogitaverat de edendis bibliis polyglottis commentario accurato instructis 24 t. in f. comprehensis. Verum mors immatura eum oppressit, dum illustraret Marc. 6, 37, quo usque in suis studiis jam pervenerat. — Simon de Magistris congr. Orat. n. Serrae 1728, linguarum orientalium callentissimus, a Clemente XIV. et Pio VI. in quaestionibus de antiquitatibus ecclesiasticis utiliter adhibitus, praefectus congregationis pro corrigendis libris liturgicis Orientis, episcopus cyrenensis in p. i. († 6. Oct. 1802) praestantissimam et accuratissimam curavit [1]) *operum* quae supersunt *s. Dionysii alex. ep.* cognomento Magni editionem, Romae 1796, quam vita, praefatione et notis criticis auxit. *Daniel secundum LXX* ex tetraplis Origenis nunc primum editus ex singulari chisiano cod. annorum supra 1300, Romae 1772 in f., graece et latine. Adjectae sunt doctissima praefatio, diss. 5 plane insignes et tabulae quatuor; exhibet commentarium s. Hippolyti M. in Danielem; fragmenta l. Esther chaldaica, fragmentum Papiae canonis ss. Scripturarum. Apologiam quoque instituit eorum patrum, qui innixi narrationi Aristaei de versione LXX summi illam fecerunt, adversus Hody, van Dalen aliosque criticos recentiores. *Acta MM. ad ostia tiberina* ex msc. cod. regiae bibliothecae taurinensis, ib. 1795; *Gli atti di cinque martiri nella Corea* coll' origine della fede in quel regno, 1801 in 8.

330. Car. Lud. Buronzo del Signore Vercellensis n. 23. Oct. 1731 ex illustrissima familia, adeo excelluit in juris canonici studio, ut juvenis 18 a. lauream doctoralem in eo sit consecutus, et post aliquot annos primam in capitulo dignitatem. Ideo etiam a duobus episcopis et cardinalibus Costa et de Martiniana delectus est in vicarium generalem. Dum bibliothecam in ordinem redigeret diligentissimeque omnes lustraret codices non sine spe reperiendi opera Attonis vercellensis episcopi sec. X., quorum tantum pars e cod. admodum mendoso per D' Achery in suo spicilegio innotuerat, post aliquot annorum inquisitionem votis non est defraudatus; reperit enim codicem autographum, qui maximam illius episcopi operum partem complectebatur. Statim illis edendis se accinxit ediditque *S. Attonis Vercell. ecclesiae ep. opera* ad autographi vercellensis fidem nunc primum exacta, praefatione et commentario illustrata, Vercellis 1768 in f. Praefatio stilo elegantissimo est conscripta, in eaque adversus D' Achery, Dupin, Fabricium, Caveum etc. probat unicum tantum hujus nominis vixisse episcopum vercellensem (924—64). Annotationes testantur sanam artem criticam, sagax judicium, selectam eruditionem. Cogitaverat de edendo alio tomo, qui complecteretur reliqua ejusdem Attonis scripta, sed interim factus est episcopus acquensis (1783), novariensis (1791), demum archiepiscopus taurinensis (1797): rex vero eum sibi ab eleemosynis esse voluit aliisque honoribus auxit. Verum Burontius archiepiscopatu se abdicavit (1805) secessitque Vercellas, ubi dignissimus praesul [1]) vitam morte commutavit 23. Oct. 1806. — Jac. Eugenius de Levis Crescentinensis insignis historicus et archaeologus (n. 2. Jul. 1737; † 1810) edidit praeter alia: *Anecdota sacra* sive collectio omnis generis opusculorum veterum SS. PP., virorum illustrium, rerum liturgicarum, theologicarum, historicarum, chronicarum, necrologiorum et diplomatum per diversas Pedemontii provincias etc., Taurini 1789 in 4; *Lettere didattiche* ib. 1768 in 8., in usum archaeologorum, quae ab eruditis aestimantur; *de s. Priscillae senioris coemiterii urbani commento,* ib. 1779 in 4.,

[1]) Cf. Biogr. univ. 26, 128.

[1]) Cf. Biogr. univ. 6, 342.

diss. critica nonnihil audax; *s. Willelmi divionensis abbatis et Fructuariae pedemontanae fundatoris opera,* ib. 1797 in 4; *Veri fasti del glorioso s. Emidio* primo vescovo d' Ascoli e martire, protettore nei terremoti, ib. 1809 in 8. Reliquit [1]) ultra 25 opera msc.

231. Joannes Bapt. Galliccioli Venetus n. 17. Maj. 1733, orientalista egregius, in antiquitatibus tam sacris quam profanis erat versatissimus. Libentissime scientiae suae thesauros in alios, praesertim discipulos, derivabat. Comis erat et modestus effusissimaeque liberalitatis in pauperes, adeo ut ipse pauper moreretur (12. Maj. 1806). Edidit *opera omnia s. Gregorii M.* Venetiis 1768—1777 t. 17 in 4; editio quidem maurina, sed. ad codd. praesertim marcianos iterum exacta novisque accessionibus locupletata [2]). Ita adjecit t. 16. vindicias s. Gregorii a Gradenigo (pag. 429.) confectas adversus iniquas Oudini censuras et ejusdem ep. de nova s. Gregorii M. editione procuranda plane dignam ipsius ingenio et industria, quae prodierat in *collect. calogeriana* t. 21. T. 9. adjecit isagogen institutionum liturgicarum ad opera s. Gregorii pereruditam teste Zaccaria. Ultimam manum apposuit *thesauro antiquitatum judaicarum* Ugolini (pag. 89), cui adjecit indicem generalem; curavit t. 13. et 14. praestantissimae *bibliothecae* Gallandii (pag. 111); *La Fraseologia biblica,* Venetiis 1773; 1778 in 4; *dell' antica Lezione degli Ebrei* e dell' origine dei punti, ib. 1787 in 8; *Pensieri sulle LXX settimane di Daniele,* l. eruditissimus, pro quo omnes Italiae universitates gratias egerunt; *Vita di s. Vittore M.,* ib.; *Memorie venete antiche profane ed ecclesiastiche,* ib. 1795—7 t. 9 in 8., cum appendice adversus Tentori, qui illas acriter impugnaverat. Italice vertit stilo eleganti et nitido ll. apologeticos patrum Justini, scil. Athenagorae, Theophili antiocheni, Clementis I., Ignatii et Polycarpi, ib. 1798—1804 t. 6 in 8. Reliquit plura opera msc., inter quae opus eruditissimum, fructum 20 annorum, inscriptum: *Dell' approssimazione della Sinogoga* giudaica alla Chiesa Cattolica.

332. Franciscus Ant. de Lorenzana natus est parentibus nobilibus Legione in Hispania 22. Sept. 1722. Egregie institutus factus est canonicus toletanus, dein episcopus placentinus 5. Jun. 1765, mox 1766 translatus ad archiepiscopatum mexicanum. Vigilantissimo zelo rexit illam vastissimam dioecesim minime dubitans se vel vitae periculo exponere. Coegit (1741) synodum provincialem IV., actaque praecedentium synodorum typis edidit: *Concilios provinciales* I. II. et III. de Mexico 1555. 1565 et 1585, Mexici 1769. 1770 t. 2 in f., quibus 3. t. adjecit, qui complectitur insignes ejus literas pastorales et decreta (m. 100), opus pretiosum pro historia ecclesiastica illius regionis: sicut et alterum *Historia de nueva España,* Mexico (1770). Suae vero synodi acta a gubernio fuerunt suppressa ac demum prodierunt curante Tejada y Ramiro in sua Colleccion, Matriti 1859 t. VI. p. 177—313. Fundavit quoque orphanotrophium pro infantibus expositis. Post sexennium promotus est ad archiepiscopatum toletanum (27. Jann. 1772), cujus ditissimis proventibus usus est in bonum religionis et literarum magni Ximenis aemulus. Ecclesiam suam ditavit bibliotheca, et alia urbem, imo et universitatem fundavit. Liberalissime fovit presbyte-

[1]) Cf. Biogr. univ. 71, 452. Ejus frater Jo. Aug. L. OSA. (n. 5. Nov. 1740; † 1805), theologiae lector et definitor generalis, admodum erat versatus in disciplinis naturalibus, prout id ultra 30 ejusdem opuscula testantur, unde etiam plurium academiarum erat socius. Exstat quoques ejus *Expositio eucharistici cantici* Te Deum Vercellis 1771 in 4.

[2]) Cf. N. B. E. frib. 5. 185—88.

ros exsules gallos; inopiae tempore indigentium erat pater plurimaque condidit fundavitque instituta pro sublevandis varii generis miseris. Pius VI. eum creavit cardinalem 30. Mart. 1789. A Carolo IV. delegatus est a. 1797 ad pontificem, cui fidelissime ab eo tempore in tot calamitatibus adhaesit, donec vim inferentibus Gallis ab eo divulsus est. Defuncto summo pontifice plurimum contulit, ut conclave haberetur Venetiis, sumptibus quoque largissime suppeditatis cardinalibus pro instituendo itinere. Electum Pium VII. Romam comitatus est dolisque adversariorum politicorum [1]) eo adactus est, ut se abdicaret archiepiscopatu (1800). Apoplexia tactus placidissime obdormivit in Domino 17 Apr. 1804 a. aetatis 82. Pauperes scripsit heredes. Quam liberalis in eosdem fuerit, inde etiam liquet, quod hereditatem 25,000 scutatorum ei quondam obvenientem eadem die nihil sibi reservato in dotandis puellis sublevandoque nosocomio impenderit. Curavit splendidissimam editionem *operum patrum toletanorum*, Matriti 1782—85 t. 3 in f., quibus continentur Montani, s. Eugenii III., s. Ildephonsi, s. Juliani toletani antistitis et s. Eulogii cordubensis M., Dracontii etc. opuscula, quae praefationibus nonnullisque notis illustravit. *Missale gothicum* secundum regulam b. Isidori in usum Mozarabum prius editum, Romae 1804 in f., Toleti 1875, quod undique eruditione sua illustravit, absolutumque vidit ipsa die mortis. In eo edendo Arevali opera est usus. *Breviarium gothicum* secundum regulam bb. Isidori archiep. hisp. jussu cardinalis Fr. Ximenii de Cisneros prius editum, nunc recognitum ad usum sacelli Mozarabum, Matriti 1775 in f., editio magnificentissima; praefatio multijugi eruditione referta est, qua tota liturgia gothica plurimum illustratur. *Collectio canonum ecclesiae hispanae* ex probatissimis ac pervetustis codd. nunc primum in lucem edita, ib. 1806, cui addi debent *Epistolae decretales ac rescripta rom. pontificum*, ib. 1821 in f., quae tamen tribuenda videtur Francisco Antonio Gonzalez publicae matritensis bibliothecae praefecto, sub cujus nomine etiam prōdiit [1]).

IV. Historia ecclesiastica.

333. Plurimos quidem nominabimus, qui historiae ecclesiasticae operam dederint, sed quam pauci perennem sibi meruerunt memoriam. *Subsidia* ad historiam ecclesiasticam suppeditant: J. Crons in *Beitrag zur Methodik der Kirchengeschichte* oder über die Mittel, welche das Studium derselben erleichtern, Pragae 1795 in 8. cum 15 tabulis, — Carolus a Passione Domini Koppi schol piar. Vaciae n. 1744, historiae universalis in variis academiis professor, in physicis et mathematicis etiam versatus († 1801), edidit *prolegomena historiae ecclesiasticae*, 1786 in 8; *praenotiones* ad historiam Ecclesiae christianae necessariae, s. l. 1787 in 8. — Laurentius Chrys. Pfrogner Praem. philosophiae et theologiae doctor et abbas teplensis, Bohemus (n. 12. Aug. 1751; † 28. Sept. 1812), historiae ecclesiasticae post famosum Royko (de

[1]) Cf. Gams KG. von Spanien III, 385. 387 ss.

[1]) Qua occasione animadvertimus praefationem ad *collectionem canonum Ecclesiae hispanae*, quam IV[3], 1623 tribuimus A. Marco Burriel, esse Caroli Ant. de la Serna Santander, Hispani docti bibliothecae publicae bruxellensis custodis (n. 1. Febr. 1752; † 23. Nov. 1813, sec. Biogr. nat. de Belg. 1823), Burriel vero adornasse et parasse novam illius collectionis editionem. Reperitur illa praefatio etiam

quo infra), sed alterius ab eo spiritus, professor (1791) in universitate pragensi, et a. 1801 rector magnificus [1]), scripsit *Einleitung in die christliche Religions- und Kirchengeschichte überhaupt,* und in die Kirchengeschichte Böhmens insbesondere, Pragae 1801 pp. 2; 1805; *Ueber die unendliche Würde Jesu* und über die nichtswürdigen Bemühungen seiner Gegner sie zu vernichten, ib. 1812 in 8; *über den Ursprung des Guten und Bösen,* ib. 1806; *über den natürlichen Zusammenhang des Guten und Bösen* in dem weisen Plane der ganzen Schöpfung als Gesichtspunkte der Gottesgelehrtheit überhaupt, ib. 1808. — Germanus Poirier OSB. congr. s. Mauri, Parisiensis n. 1724, archivi custos ad s. Dionysium, dein ad s. Germanum in Pratis, in monumentis antiquitatis versatus, ideoque Instituti socius († 3. Febr. 1803), partem habuit in edendo celebri opere *l' Art de vérifier les dates* (pag. 126) et t. 11. rerum gallicarum et francicarum scriptorum (cf. IV [3], 1521), quem doctis praefatione, annotationibus et supplementis instruxit. Ad tempus deseruerat congregationem, ad illam tamen iterum rediit. — Aloisius Brenna S. J. Romanus n. 17. Apr. 1737 doctissimi Lazeri (pag. 448) dignus discipulus, cujus mors († 27. Jan. 1812) omnibus fuit aedificationi: nam illustres publicasque significationes dedit intimi ex animo doloris de suis tum opere tum scripto erratis, et dum viatico reficeretur coram omnibus adstantibus tam facta quam scripta minus consentanea revocavit: quam revocationem sua manu exaratam suo confessario etiam tradidit cuicunque legendam. Praeter duas exercitationes, quas publice habuit praeside Lazeri *de arte critica* et *de vera et falsa traditione* (cf. pag. 448 s.), aliam habuit *de criticae regulis,* quibus vera falsis admixta secerni possint, ib. 1754 in 4; et *de haeresi albigensium,* ib. 1756. Alia ejusdem opera sunt: *De generis humani consensu in agnoscenda divinitate,* opus metaphysicum, criticum et historicum, in quo plures recentiorum incredulorum, praesertim P. Baylii, confutantur errores ac plurimi illustres viri plurimaeque gentes tum veteres tum recentiores ab atheismi nota vindicantur, Florentiae 1773 in 4., opus eruditum, accuratum et elegans, quo plenissime de hoc argumento disseritur [1]). *De infinita perfectione Dei* opus metaphysicum adversus plures recentium, plurium philosophorum, praecipue religionis christianae hostium errores, ib. 1774, in quo magna elucet in exponendis subtilibus meditationibus perspicuitas. *De sceptro Judae* ad Messiae tempora non defecturo, in t. 35. op. *Nuova raccolta* di opusculi scientifici e filologici [2]), Venetiis 1780, Florentiae 1781, diss. quae rationum pondere et sermonis perspicuitate praestat. *Lettere theologiche e filosofiche di Roberto Filalete* circa la giurisdizione ed autorità competente al sovrano sopra le persone, i beni e gli affari degli ecclesiastici, Florentiae 1790 in 8., opus merito graviter reprehensum, quod plus justo potestatis tribuat principibus. Conquestus tamen est Brenna nonnulla

apud Migne *patrol. lat.* 84, 849—914. Alia opera doctissima hujus bibliographi eruditi cf. apud Quérard 4, 590, Bergmans in Biogr. nat. XI, 383—86, inter quae eminet: *Dictionnaire bibliographique choisi du XV. siècle* ou Description par ordre alphabetique des éditions les plus rares et les plus recherchées du XV. siècle (circa 1500); précédé d'un Essai historique sur l'origine de l'imprimiere, ainsi que sur l'histoire de son établissement dans les villes, bourgs, monastères et autres endroits de l'Europe (circa 204), avec la Notice des imprimeurs qui ont exercé cet art jusque à l'an 1500, Parisiis 1805—7 t. 3 in 8. Cf. Caballero 1, 257.

[1]) Cf. Wurzbach 22, 204—6; Goovaerts II, 32.

[1]) Cf. N. B. E. frib. 1, 383—93.

[2]) Hujus collectionis editor est Fortunatus Mandelli O. Camald. abbas Venetiis 1770—73 t. 15—24.

se inscio operi adjuncta fuisse. Ejus *Vitas Galilaei* et *Muratorii* recepit Fabronius in suam collectionem. Ad aliorum quoque virorum illustrium vitas symbolam contulit et ad ephemerides literarias pisanas. *Giornale de' Letterati* inscriptas plurimum juvit conficiendo compendia et judicia de libris typo vulgatis [1]). In t. 58 p. 208—53 exstat ejus Lettera ... *sopra i Selvaggi d' America* che non arrivano giamai all' uso della ragione.

334. Angelus Fumagalli Cist. Mediolanensis n. 28. Apr. 1728, versatus fuit in re diplomatica et critica, unde ab aula caesarea licentiam obtinuit instituendae in suo monasterio cathedrae de re diplomatica. Electus est in abbatem claraevallensem, dein in praepositum generalem. Post gallicam invasionem tenui victitans pensione totum se dedit edendo operi, quod fructus erat studiorum 40 annorum, quodque inscripsit: *Delle istituzioni diplomatiche,* Mediolani 1802 t. 2 in 4., primum opus, quod in hoc genere in Italia prodiit illudque plane insigne, imo et classicum, in cujus praemium electus est in socium Instituti nationalis recens tunc conditi [2]). Decessit 12. Martii 1804. Alia ejusdem opera sunt [3]): *Codice diplomatico S. Ambrosiano,* ib. 1805 in 4; *Delle antichità longobardico-milanesi* illustrate con diss. (40), ib. 1782 t. 4, verus eruditionis thesaurus pro Lombardiae historia, in quo edendo sodales socios habuit; *Liturgia Ambrosiana,* in *Raccolta milanese* t. 2. — Eruditus vir et in antiquitate plane versatus erat Cajetanus Marini (n. 18. Dec. 1742; † 17. Maj. 1815), custos archivi et bibliothecae vaticanae [1]), cujus opus *I Papiri diplomatici,* Romae 1805 in f. est admodum rarum. *Degli archiatri pontificii,* Romae 1784 t. 2. *Iscrizioni antiche* delle ville et dei palazzi a Albano, ib. 1785; *Atti e monumenti* dei Fratelli Arvali, ib. 1795. Ejus *Memorie istoriche* degli archivi della s. sede primum edidit Romae 1825 card. Mai cum Memorie storiche della Ottoboniana auctore Const. Ruggeri; dein Laemmer in Monum. vatic. Friburgi 1861 p. 430—53. — De re numismatica egregie meruit Franciscus Neumann can. reg. s. Aug. in canonia s. Floriani, n. 22. Nov. 1744 Cremisii in Austria inf. Canonia suppressa substitutus est celebri Eckhel (pag. 390) in praefectura numothecae caesareae atque cathedram de re numismatica et antiquaria rexit. Edidit *Populorum et regum nummi veteres incogniti,* Viennae 1779—84 t. 2. Adlectus est plurium academiarum socius et ab imperatore ornatus insignibus ordinis imp. Leopoldi († 7. Apr. 1816).

335. Ecclesiae *universalis* historiam quamplurimi vel ex parte enarrant vel compendiose referunt [2]). Ferdinandus

[1]) Cf. Caballero 2, 15; Sommervogel II, 111—13.

[2]) Fumagalli's treffliche Institutionen zeugen auch dort, wo er delle bolle dei papi (2, 104 ss.) handelt von gutem Verständniss und scharfen Blick, aber es lag ihm fern einzugehen, dazu reichte seine Kenntniss von Originalurkunden bei weiten nicht aus. Diekamp histor. Jahrbuch 1883 p. 212.

[3]) Cf. Wurzbach 5, 32—34, qui alia ejusdem historica op. recenset.

[1]) Plura de ipso ejusque operibus cf. in commentario *Degli anedoti di G. Marini,* Romae 1822 edito ab ipsius nepote Marino Marini, viro pariter docto et praefecto archivi vaticani; et in ejus vita scripta a Jo. Romagnoli et edita in op. *Biografie e ritratti* di uomini illustri di tutto lo stato pontificio, Forolivii.

[2]) Historiam profanam magis spectat Ludovicus Petrus Anquetil du Perron Parisiensis n. 21. Febr. 1723 Can. s. Genov., regens seminarii rhemensis, dein parochus, qui terroris tempore in carcerem fuit conjectus († 6. Sept. 1809). Scripsit dum Remis degeret *Histoire de Reims* 1756 t. 3 in 12, quae aestimatur. Pluribus aliis operibus historicis de Gallia erat intentus, ut *L' Esprit de la Ligue* ou Histoire des troubles de la France pendant le 16e et 17e siécles, 1767; 1783 t. 3 in 12., opus saga-

Meisner SJ. Glogoviensis, theologiae professor n. 2. Febr. 1730. — Matthias Platthy SJ. Hungarus, theologiae professor Cassoviae et Tyrnaviae, societate exstincta canonicus neosoliensis et abbas mitratus (n. 2. Febr. 1725; † 1801), *primordia s. catholicae Ecclesiae* e sacris IV primorum nominis christiani sec. monumentis graecis juxta ac latinis proposuit, Budae 1790, Tyrnaviae 1791 in f. — Aemilianus Petrasch Cist. Pilsenae n. 1736, juris canonici professor in academia pragensi, edidit *diss. in historiam sacram et profanam* exhibentes succincte vitas et gesta patriarcharum, prophetarum, judicum et regum ac imperatorum rom., vitas ducum et regum Bohemiae, archiducum Austriae, summorum pontificum; cardinalium etc., pp. 4 Pragae 1772—5; *Gallia hodierna* cum appendice de libertatibus ecclesiae gallicanae, ib. 1773—5; *apologia pro dissolubilitate matrimonii in infidelitate consummati* in casu quo alteruter conjugum ad christianam fidem convertatur contra P. Robeck (p. 267), ib. 1776 in 8; *diss. de jure asyli*, ib. 1776 in 8. — Jo. Bapt. Molnár SJ. Hungarus, Scripturae s. interpres et theologiae professor, societate Jesu exstincta canonicus sepusiensis, abbas mitratus et academiae budensis director, literaturam hungaricam verbis scriptisque plurimum promovit (n. 13. Jun. 1728; † 15. Febr. 1804). Scripsit [1]) hungarice *historiam ecclesiasticam*, Tyrnaviae et Claudiopoli 1769—88 pp. 4; contra incredulos et Calvinianos, *et de ratione critica legendi libros* moderni temporis sine jactura religionis et veritatis ll. 2, Posonii et Cassoviae 1776 in 8; *Psalmorum* juxta seriem divini officii *explicationem*, Cassoviae 1786 in 8; *Responsorum ad objectiones moderni temporis*, quibus fidelium animi percelluntur t. 2, ib. 1789 et Viennae. — Georgius Schneller OSB. in monasterio oberaltacensi, Bavarus n. 25. Febr. 1746, philosophiae et theologiae doctor, Ambergae theologiae professor et seminarii inspector, theologiae moralis et pastoralis, liturgiae et s. eloquentiae in universitate ingolstadiana professor (1790—8) et 1796 rector magnificus († 31. Mart. 1804), praeter brevissimum historiae ecclesiasticae *conspectum*, Straubingae 1777. 1778, dedit *conciliorum* ab a. 716—1770 in Bojoaria ac confinibus quibusdam locis, civitatibus praecipue metropoliticis ac episcopalibus celebratis *indiculum*, Ingolstadii 1797, et *conc. ratisbonensis*

citer concinnatum; ejus velut continuatio sunt: *Intrigue du cabinet sous Henry IV.* et sous Louis XIII, 1780 t. in 4., minoris pretii quam praecedens; *Louis XVI., sa cour et le Régent*, 1789 t. 4 in 4 quae est compilatio; *Histoire de France* 1807 t. 14 in 12. festinanter et obiter conscripta, quam fere senex octongenarius suscepit. *Précis de l' Histoire universelle*, 1797 t. 9 in 12; 1801 t. 12 in 12., et saepius adhuc editum. Feller 1, 190 de hoc ita censet: C'est son meilleur ouvrage, et il lui assure un rang distingué parmi nos meilleurs historiens. . . . Il ne doit être lu cependant qu'avec précaution étant un abrégé de l'*Histoire universelle des Anglais*. Nostri frater Abraham Hyac. A. (n. 1731; † 17. Jan. 1807) Academiae inscriptionis socius, qui diu apud Indos degit (1754—62) inde rediens pretiosos codices secum detulit. Inclaruit autem, quod repererit atque ediderit *Zend-Avesta* ou Recueil des livres sacrés de Perses praemissa erudita vita Zoroastris et relatione de suo itinere literario. — *Table chronologique* de l'Histoire Universelle depuis le commencement de l'a. 1700 jusqu'à la conclusion de la paix générale en 1803, Dresden 1803 concinnavit Theodorus Augustus Mann Anglus n. 22 Jun. 1735, qui ad fidem catholicam (4. Maj. 1756) rediit et ordinem Carth. est ingressus. Cum autem delectaretur studiis mathematicis et physicis ut his liberius vacare posset, venia obtenta ordine est egressus. A gubernio austriaco in Belgio adhibitus fuit in ejusmodi studiis († 23. Febr. 1809). Socius etiam erat regiae academiae. Reliquit etiam praeter alia *Essai d' histoire naturelle* de la Ville de Bruxelles et de ses Environs, Bruxelles 1784 in 8. Cf. Gillow IV, 402—6; Feller V, 505.

[1]) Cf. Sommervogel V, 1185—89; Wurzbach 19, 22.

sec. XIII. (a. 1377) *celebrati statuta* ex cod. msc. bibliothecae oberaltacensis eruta, Straubingae 1785 in 8. Disserit quoque *de Liberii R. P. communioni s. Athanasii renunciantis oeconomia,* ib. 1779. — Guil. Gahan OSA. Dublinensis n. 1730, Lovanii theologiae doctor renunciatus (1755), aliquamdiu in patria parochum egit; sed post triennium hoc pondere exoneratus, totum se dedit componendis libris in utilitatem popularium suorum. In carcerem conjectus fuit, quod nollet episcopi apostatae conversionem prodere. Indefesso zelo incumbebat excipiendis fidelium confessionibus multisque confirmandis in fide et virtute, adeo ut per 50 annos fuerit catholicorum in Hibernia pater atque magister. Piissime obiit in Domino a. 1804. Sermone anglico breviter descripsit historiam ecclesiasticam. — Andreas Bianchini Venetus (n. 1738; † 30. Jan. 1805), theologiae professor, compilavit *Storia della Chiesa,* Venetiis 1790 t. 22 in 12; *diritto ecclesiastico* tratto dalle opere di Van-Espen, ib. 1796 t. 4 in 4; *Cause spirituali ed ecclesiastiche* rapporto ai diritti del sacerdozio e dell'impero, ib. 1773 in 4.

336. Matthias Dannenmayer n. 13. Febr. 1744 Opfingae in Suevia, Friburgi theologiae polemicae (1773), dein historiae ecclesiasticae (1779) erat professor, inde Viennam accitus est a. 1786. Anno 1797 constitutus est librorum censor et a. 1803 primus custos bibliothecae universitatis: quapropter a munere docendi cessavit († 8. Junii 1805). Haec ejus opera: *Introductio in historiam Ecclesiae christianae universam,* Friburgi 1778; *Historia succincta controversiarum* de librorum symbolicorum auctoritate inter Lutheranos agitatarum [1]), ib. 1780; *institutiones historiae ecclesiasticae N. F.,* periodus I. a Christo usque ad Constantinum, ib. 1783, quas deinde complevit edidit que Viennae 1788; 1806 ed. 2. Eas pro meliori compendio manuali historicae ecclesiasticae declaravit Josephus II., praemio prae aliis donavit atque omnibus seminariis praescripsit, quocirca per aliquot decennia secundum illas tradebatur clericis historia ecclesiastica: quod dolendum cum eae institutiones ratione habita formae laudabiles quidem sint, sed spiritu infectae illius aevi servili erga principes, indifferenti adversus errorem et infenso juribus Ecclesiae, speciatim primatui [1]). Symbolam suam contulit ad fasciculos menstruos (eodem spiritu infectos) *Der Freimüthige,* quos edebat Caspar Ruef. Ferunt eum addictum fuisse francomuratoribus. — Pejoris spiritus est Jos. Zola Concesione prope Brixiam natus a. 1739, theologiae moralis in academia patria professor ejusque rector. Collegam habuit famosum Tamburini, quocum plenis velis nisus est importare in Italiam merces jansenianas: unde uterque cathedra motus (1771) a Molino cardinale et episcopo brixiano, Romam secessit, ubi agente card. Marefoschi uterque consecutus est cathedram, et Zola quidem cathedram theologiae moralis. Mox tamen (1774) Ticinum vocatus ad docendam historiam ecclesiasticam, rectorem quoque egit collegii germanico-hungarici

[1]) Cf. N. B. E. frib. 5, 25—34.

[1]) »Stöger, Royko und Dannenmayer tractiren die Kirchengeschichte, die sie in einen Roman voll Schmähungen gegen alles Herrliche in der Kirche verunstalteten.« Ita Brück die rationalist. Bestrebungen im kath. Deutschland p. 15. De Ferdinando Stoeger supra egimus p. 678; de Royko mox agemus. A scriptoribus illius temporis magnis laudibus exceptae fuere hae institutiones, quod mirum non videbitur, qui noverit spiritum qui tunc fere ubique dominabatur. Ad illas quidam discipulus expressit *Leitfaden in der Kirchengeschichte,* Viennae 1790 t. 4, Rotvilae 1826—28 ed. aucta annotationibus auctoris derivatis ex ejus institutionibus. Cf. de eo Klüpfel Necrol. sodal. lit. p. 300—16.

illuc a Josepho II. translati. Sedulus fuit cum Tamburini aliisque ejusdem spiritus collegis exsecutor consiliorum imperatoris et apostolus modernarum idearum. Defuncto imperatore agentibus episcopis longobardis suppressum fuit studium illud theologicum jansenismi seminarium restitutis seminariis dioecesanis: quare Zola et Tamburini cathedrae renunciare coacti sunt (1794). Post invasionem gallicam Zolae iterum concredita fuit cathedra historiae rei diplomaticae et legum. Redeuntibus austriacis suppressa fuit academia ticinensis, sed post Gallorum (1802) victorias rursus cathedram occupavit Zola († 5. Nov. 1806). Plura reliquit opera, inter quae *Prelezioni theologiche* de locis theologicis deque mundi consummatione, Brixiae 1775 t. 2 in 8., quibus inseruit commonitorium V. Lirinensis, et aliquot opuscula vel operum fragmenta s. Augustini, Ticini 1785, quae ed. prohibetur propter praefationem in 2. vol. praemissam variis d. Augustini opusculis decreto congr. Indicis 10. Jul. 1797. *De ratione et auctoritate s. Augustini* in rebus theologicis ac speciatim in tradendo mysterio praedestinationis et gratiae. diss. cum prologo galeato, ib. 1788, sine auctoris nomine, proh. decr. 5. Febr. 1790; novam ed. op. G. Bulli anglicani († 1710) *Judicium Ecclesiae cath. primorum sec.* de necessitate credendi quod J. Christus sit verus Deus assertum, ib. 1786 in 8; *commentaria de rebus christianis ante Constantinum M.,* Ticini 1780 t. 3 in 8, quibus complectitur duo tantum secula; proh. „donec corrigatur“ decr. 10. Jul. 1797 congr. Indicis; prolegomena ad ea jam prodierant a. 1777; *de vitanda in historia calamitatum Ecclesiae dissimulatione,* 1774; praelectio de *catechista* habita ad alumnos suos, quum iis explicare aggrederetur s. Augustini l. de catechizandis rudibus, Ticini 1781, qua compendio complectitur opus Joannis Serrao (cf. p. 324) *de claris catechistis; Biblioteca ecclesiastica* e di varia letteratura, ib. 1790—93 t. 4 in 8. cum Tamburini, Palmieri aliisque. *Opera posthuma* t. 2 praemissa vita edidit Tamburini[1]).

337. Jo. Fridericus Batz[2]) Bambergensis n. 21. Nov. 1770, philosophiae 1788 et theologiae doctor 1794, historiae ecclesiasticae, dein theologiae moralis professor, et suppressa universitate lycei erat rector. Valde operose[3]) nisus est reformare secundum spiritum illius temporis studium philosophicum, scholas inferiores et cultum publicum († 14. Aug. 1807). Inchoaverat *Christliche Religions- und Kirchengeschichte,* Bambergae 1797 in 8., sed prodiit sectio tantum 1 t. 1. De ejus *Lehrbuch der christkatholischen Religion* spiritu rationalistico infecto, quod tamen pro catechismo adhibebatur, cf. Knecht K. L. VII², 308. — *Observationes in secula christiana de disciplina et moribus Ecclesiae catholicae* in usum cleri utriusque, typis monast. einsiedlensis 1791 pp. 4 in 8., collegit Vincentius Ilger OSB. in monasterio sanblasiano, censor morum et magister novitiorum (n. 12. Febr. 1742: † 1808), in quibus egregiae habentur digressiones historicae pro vindicandis primatus praerogativis. — Cosmas (prius Franc. de Paula dictus) Schmalfus OSA. Bohemus n. 4. Maj. 1730, philosophiae in universitate pragensi professor relicta philosophia aristotelica eclecticam

[1]) Cf. Biogr. univ. 52, 417; Reusch II, 961; Notizie istorico-critiche intorno alla vita, ai costumi ed alle opere dell' A. D. Gius. Zola.

[2]) Ejus frater Jo. Joseph Batz n. 22. Jun. 1775 a. 22. aetatis suae jam philosophiae professor, dein 1805 theologiae in lycco bambergensi, in novas opiniones pronus († 12. Mart. 1814) coepit *Theologische Zeitschrift* 1809, 1810, quam deinde continuavit usque ad a. 1814, Brenner, qui inseruit XIV, 508—24 ejus elogium, seorsim etiam Bambergae 1814.

[3]) Cf. Baader Lexikon 1, I, 37.

est secutus. Primus deinde fuit, qui in eadem academia theologiam ad mentem s. Augustini est professus. Romam bis venit a. 1766 et 1773 assistentis Germaniae munus exercere, ibique in bibliotheca angelica ad novam ampliorem formam redacta et card. Dom. Passionei libris, quos ordinis conventus pretio triginta scutatorum millium emerat, adaucta tam ingentem voluminum numerum in ordinem redegit et materiarum indicem improbo labore digessit atque perfecit, nominum autem ultra medium perduxit, quem postea complevit alius Germaniae assistens P. M. Richardus Tecker. In patriam reversus ter electus fuit provincialis, decanus facultatis pragensis ac prodirector, et etiam 1785 universitatis rector († 1811). Edidit[1]) *historiam religionis et Ecclesiae christianae* a Christi nativitate usque ad a. 1792 in 4 periodos digestam, Pragae 1792. 1793 t. 6 in 8., quae in foliis literariis augustanis *Kritik über gewisse Kritiker* 1795, 8; 1796, 271 acri censurae subjicitur ob liberiorem sentiendi rationem. *Commentarius* in c. 10—12 l. s. Augustini de corrept. et gratia, adjecta apologia pro mag. J. L. Berti ib. 1765. — Ant. Michl Bavarus Ebersbergensis, n. 21. Apr. 1753, post saepe frustratam spem et varia fortunae fata demum professor juris canonici et historiae ecclesiasticae in universitate ingolstadiana, quae mox translata fuit Landshutum (1799), socius quoque academiae monacensis († 12. Mart. 1813), composuit[1]) *Christliche Kirchengeschichte*[2]) Monachii 1807. 1811 pp. 2 in 8; 1812; 1819, opus prorsus leve spiritu illius aevi eoque prorsus vulgari infectum. *Kurze Uebersicht des kath. Kirchenrechts,* Landshuti 1805 in 8; *Kirchenrecht für Katholiken und Protestanten* mit Hinsicht auf den Code Napoleon und die baierischen Landesgesetze[3]), Monachii 1809 in 8; 1816, sat jejunum nec methodicum, aevi spiritui accommodatum. In hoc commentarium scripsit F. A. Frey, Bambergae 1812—20 t. 3, ut illud expurgaret ab ideis et opinionibus malesanis, quibus inficitur, quem auctum iterum edidit J. Scheill Kitzingae 1823-33 pp. 4 in 6 v.; *Reflexiones* in literas retractatorias J. Febronii, Francofurti et Lipsiae 1778 in 4; *Abhandlung von der Macht der Bischöfe in Ehesachen,* besonders in Deutschland, ib. 1782. — Petri Phil. Wolf *Geschichte der christl. Religion und Kirche* non est melioris spiritus: fuit enim sectae Illuminatorum assecla. Laicus erat et academiae Bavaricae membrum († 1808). Prodiit Zürich 1792 t. 2 in 8. Ejus quoque sunt: *Geschichte der röm.-kath. Kirche* unter der Regierung Pius VI., ib. 1793—1803 t. 7 in 8; *Geschichte der Religion* in Frankreich, pp. 2 in 8. Leipzig 1802; *Geschichte der Jesuiten,* Zürich 1789—92 t. 4 in 8., qua protestantes libentur utuntur. — Nicolaus Albanus Foertsch Wirceburgensis n. 27. Jun. 1773, philosophiae ac theologiae doctor, in universitate patria theologiae exegeticae et linguarum orientalium professor († 2. Maj. 1813),

[1]) Lanterius in *postremis sec. sex rel. august.* alia quoque ei tribuit opera, inter quae *erotemata quaedam scripturistica* circa fidei nostrae mysteria ac sinceram textus hebraei expositionem contra Judaeos et haereticos; *diss. scripturales,* nempe an locus 4. Reg. 5, 18 inspecto autographo intelligendus sit de praeterito vel futuro; qua lingua Sennacherib illiusque exercitus 4. Reg. 18, 26 locuti fuerint, et an lingua hebraea velut prima et mundo coaeva salutanda sit; diss. *de auxiliis divinae gratiae,* Pragae 1763, de sacramentis poenitentiae, extremae unctionis, ordinis et matrimonii. Cf. Reusch allg. d. Biogr. 31, 620.

[1]) Cf. E. X. Krüll dem Andenken des A. Michl, Landshuti 1813; Baader 1. II, 39; Permaneder Annales ingolst. p. 103 s. et 334.

[2]) Cf. Felder, Literaturzeit. 1810. II, 49—56.

[3]) Cf. Felder 1814. 1, 60—77; 81—90; 97—104.

tentamen historicum reliquit inscriptum *Historia Ecclesiae christianae antiquissimae selectis classicorum latinorum locis illustrata,* Wirceburgi 1804 in 8., diss. succincta, lectu digna, sed rara. Theses quas praeside Onymo publice propugnavit 19. Maj. 1797 quondam prohibitae fuere decr. congr. Indicis (26. Aug. 1805).

338. Josephus Milbiller monacensis n. 5. Oct. 1753, lustratis academiis Altorfii, Erlangae, Lipsiae, Jenae et Halae ad Salam, duce famoso Semler historiae cathedram hic assecutus est (1786—94). Munere docendi dimissus Viennam se contulit, dein honorifice in patriam revocatus (1799) in universitate landshutana cathedram historiae germanicae, geographiae et statisticae consecutus est († 28. Maj. 1816). Plurima reliquit opera ad historiam profanam spectantia, continuavitque historiam Germanorum, quam inchoaverat M. Ign. Schmidt (cf. supra pag. 549 a.). Huc spectat [1]) ejus *Geschichte der christliche Religion und Kirche,* Turigii 1792—93. — Udalricus Peutinger OSB. in monasterio Irsee, Inningae prope Augustam V. n. 8. Jun. 1751 († 12. Jun. 1817), in universitate salisburgensi theologiae dogmaticae professor (1793—1804) incoepit *Die Geschichte der Kirche unsers H. J. Christus,* Salisburgi 1802 t. 1. et unicus; *Religion, Offenbarung und Kirche in der reinen Vernunft aufgesucht* [2]), Salisburgi in 8., opus ideis kantianis et ratonalisticis erroribus infectum; *de mutata theologia* et immutabili Ecclesiae fide, Salisburgi 1797. — Beda Aschenbrenner OSB. Bojus n. 6. Mart. 1756, Straubingae 1781—87, dein Ingolstadii 1789—96 juris canonici professor, ultimus (1796) abbas oberaltacensis († 24. Jul. 1817), liberiorum opinionum vir [1]), propter suas de tolerantia opiniones vel a senatu ingolstadiano monitus, composuit *breviarium historiae ecclesiasticae,* Ratisbonae 1789; *elementa praelectionum canonicarum,* Straubingae et Ratisbonae 1787 pp. 3. — Casparus Royko n. 1. Jan. 1844 Marburgi, studuit sub famoso Riegger juri canonico. Graecii creatus est theologiae doctor. Quidquid temporis a cura animarum ipsi reliquum erat, studio historiae ecclesiasticae dabat: quare etiam a. 1774 hujus disciplinae cathedram in academia graecensi obtinuit atque a. 1777 munus directoris seminarii. Suppressa academia graecensi translatus est Pragam (1782). A Leopoldo II. factus est consiliarius et referendarius in negotiis ecclesiasticis pro regno Bohemiae, quo in munere magnos implexosque subiit labores. Anno 1797 electus est rector magnificus et a. 1817 adlectus canonicis († 20. Apr. 1819). Plura reliquit opera [2]), quae josephinismum spirant [3]), (francomuratoribus enim ad-

[1]) Cf. Baader 1. II, 42—46, ubi sub 39 num. ejus scripta recenset.

[2]) Cf. Werner Gesch. der kath. Theologie pag. 251 s.; Lindner 2, 174.

[1]) Cf. Lindner 1, 127, qui plurima ejusdem scripta, etiam ad concordata spectantia, enumerat; Felder 1, 11—15. — Alius est a Mich. Aschenbrenner apostata, de quo cf. thesaurus p. 27.

[2]) Cf. Wurzbach 27, 180—4.

[3]) Cf. supra annot. pag. 710. Ita etiam censet Knöpfler KL. 7², 562: »Wie anderwärts so begnügte man sich auch in Deutschland für kirchengeschichtliche Fragen lange Zeit mit den Annalen des Baronius, sowie mit Uebersetzungen französischer Werke ... Angeregt durch die Studienreform unter Maria Theresia und Joseph II. begann dann auch für die allgemeine Kirchenhistoriographie eine neue Periode in Deutschland. Ihr Anfang d. h. die josephinische Epoche ist nun freilich ganz in Josephs Gegensätzlichkeit gegen Rom befangen und ist oft tendenziös und bitter-polemisch, zu compendiös und viel zu wenig auf Quellenstudium gegründet. Es sind darum auch die Erzeugnisse dieser Zeit grossentheils wieder der wohlverdienten Vergessenheit anheimgefallen. Hieher sind zu zählen Royko ... der in seiner derben tendenziösen Weise auch

dictum fuisse scribunt): *Synopsis historiae religionis et Ecclesiae christianae* methodo systematica adumbratae, Pragae 1785 in 8; *Einleitung* zur christl. Religions- und Kirchengeschichte [1]), ib. 1788; 1790 ed. 2; *christl. Religions- und Kirchengeschichte*, ib. 1789—92 t. 4 in 8; reliquos 8, quos cogitaverat, tomos negotiis muneris sui praepeditus, absolvere non potuit: *Geschichte der grossen allgemeinen Kirchenversammlung zu Kostnitz*, Graecii 1781, 1782 p. 1 et 2; Pragae 1784. 1785 pp. 3. et 4., quae partium studio inficitur, contra pontificis primatum directa nec sat accurata est. Occasione hujus operis edidit J. X. Selig: *Anmerkungen über Royko's Geschichte* etc. zum 1—3. Th., Graecii 1784, quibus refellit ea, quae Royko adversus primatum protulit. *Decret der Versammlung zu Kostnitz* von der Kommunion unter beiderlei Gestalten mit Anmerkungen, Pragae 1783.

339. Novam epocham historiae ecclesiasticae inauguravit celeberrimus Frid. Leopoldus comes de Stolberg ex praenobili et antiquissima familia Bramstedae in Holstenia 7. Nov. 1750 ortus. Religione protestans sincere tamen abhorrebat a spiritu antichristiano, qui tunc ubique fere dominabatur. Postquam per plures annos variis honorificis muneribus publicis functus est, palam professus est fidem catholicam 1. Jun. 1800, quo facto ingentem aetate illa adeo indifferenti vel incredula movit admirationem, aliis plaudentibus et mirantibus animum heroicum, ad magna pro Deo veraque fide sacrificia offerenda promptum, aliis, etiam ex iis, qui quondam familiares ejus fuerant et amici, vituperantibus; imo et calumniantibus [1]) virtutem adeo virilem et masculam (neque mirum, *animalis* enim *homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei* 1. Cor. 2, 14). Vere dici potest a tanti viri conversione coepisse auroram veluti restaurationis spiritus catholici per Germaniam, ejusque exemplum multos bonae voluntatis viros a vera Ecclesia devios ut eum sequerentur permovisse, nutantesque catholicos in fide confirmasse. Post suum ad Ecclesiam reditum omnibus muneribus honoribusque se abdicavit, Monasterium secessit ibique familiarissime conversatus est cum doctis et piis illis viris Fürstenberg, Katerkamp, Overberg, Droste-Vischering, qui apud nobilissimam cultissimamque principem de Gallitzin convenire solebant [2]). Decessit 5. Dec. 1819 editis animae vere christianae signis et ex corde omnibus condonans quidquid injuriae ipsi unquam fuerat illatum [3]). Haec ejus opera, quae ad nos spectant: *Geschichte der Religion J. Christi*, Hamburgi et Viennae 1807—18 t. 15 in 8., quorum 4 complectuntur historiam N. T. usque ad a. 430. Ea est scripta cum unctione, sagaci sanoque judicio ex corde vere catholico: hinc haud

---

eine Histoire der allgemeinen Synode zu Köstnitz schrieb, die, obwohl jünger als die des Calvinisten Lenfant, doch weit hinter dieser zurücksteht.« Fere iisdem verbis scripsit et Hefele KL. VI[1], 153. Cf. quoque Werner Geschichte der kath. Theologie pag. 223 s.

[1]) Florentius OSA. presso nomine adversus hunc l. scripsit *Meine Gedanken über die Einleitung* etc., 1791, quibus acriter castigat excursiones auctoris adversus primatum.

[1]) Conversio haec plurimis scriptis tam pro illa, quam contra illam occasionem praebuit, quae recensent Rassmann Nachrichten von dem Leben u. Schriften münsterländischer Schriftsteller 1, 333 ss. et Roskoványi 4, 515 s.; 565—8.

[2]) De ornatissima hac virorum egregiorum corona seu familia sacra cf. hist.-polit. Blätter 85, 432—52; lit. Handweiser 1878 c. 73 s.

[3]) Cf. ejus Biographia auctore Nicolovio (col. Tüb. Qtlschr. 1846 p. 620), Moguntiae 1846; Brischar KL. X. 381—86; Menge Graf Fr. L. Stolberg und seine Zeitgenossen, Gothae 1862 t. 2; Janssen Fr. L. Graf zu St., Friburgi 1876. 77. t. 2, cujus biographiae epitome prodiit 1882 ed. 3. 1910 ed. 4.

paucorum conversionem promovit. Eam continuarunt Frid. Kerz t. 16—45, Moguntiae 1818—46, et Jo. Nep. Brischar t. 46—53, ib. 1848—64; illius compendium exhibet Allioli, Viennae 1823 t. 4; indices ad priores 15 t. elaborarunt Jos. Moritz [1]), Hamburgi 1825 t. 2; ad t. 16—23 Sausen, Moguntiae 1844. Adjecit auctor diss. (bonas), ita *Ueber den Vorrang des Ap. Petrus* vor den andern Aposteln und seiner Nachfolger vor den andern Bischöfen (t. 10.), Ratisbonae [2]) 1843; *Ueber die Unfehlbarkeit der Kirche,* ib. 1818. Insignis quoque et pius est *Ein Büchlein von der Liebe,* Monasterii 1820. *Leben Alfred des Gr.,* Münster 1817; 1836.

340. Phil. Angelus Becchetti OP. episcopus civitatis Castri plebis (Città della Pieve), temporibus illis turbulentis nonnihil a recto tramite muneris episcopalis deflexit, sed ante mortem omnia, quae egit scripsitque adversus sanctam Sedem, retractavit († 27. Aug. 1814). Continuavit historiam card. Orsi (IV[3], 1506) usque ad conc. tridentinum (seu potius usque ad a. 1587); alius t. ex ejus msc. prodiit demum Romae 1859, quo eadem continuatur ad a. 1608. — Phil. Jacobus de Huth [3]) Wirceburgensis n. 25. Sept. 1742, bibliothecae academicae ingolstadiensis praefectus 1769, canonicus monacensis († 5. Jul. 1813), praeter alia scripsit *Versuch einer Kirchengeschichte des 18. Jahrh.* [1]) im Anschluss an die Kirchengeschichte des A. Ducreux (pag. 400), Monachii 1807 et 1809 t. 2, quae ratione habita praesertim temporis quo conscripta fuit utilis est laudemque meret. *Von Bildung des Priesters,* ib. 1773; 1784; Würzburg 1798 ed. 3. — *Fragments relatifs à l'histoire ecclésiastique* des premières années du XIX. siècle, Parisiis 1814 in 8. collegit supresso nomine Ludovicus Matthias de Barral, in quibus describit statum rerum ecclesiae gallicae durante captivitate Pii VII., sed in sensu gubernii gallici, hinc gesta neque satis sincere neque integre narrantur [2]). Natus est de Barral Gratianopoli 20. Apr. 1746, dictusque episcopus trecensis a. 1790. Recusato jurejurando in cleri constitutionem sedem suam relinquere coactus est. Post initum concordatum factus est episcopus meldensis, mox translatus (1805) ad sedem episcopalem turonensem. Magna fruebatur gratia apud Napoleonem, cum esset ei propinquus. Hinc imperator eo utebatur tamquam fideli et devoto instrumento in suis subdolis cum Pio VII. negotiis. Dictus est senator et imperii comes, imperatrici erat ab eleemosynis. Redeunti Napoleoni ex insula Ilva (Elba) iterum adhaesit, hinc restaurata monarchia sede sua se abdicare debuit († 6. Jun. 1816). Post

[1]) Hic Ensdorfii 16. Febr. 1769 n. quondam erat OSB. in monasterio ensdorfiensi, quo soluto factus est bibliothecarius Ambergae et professor ibid. juris canonici (1816), dein (1824) Dillingae, archivio gubernii Monachii addictus et socius academiae scientiarum bav. († 13. Mart. 1834). Compilavit indicem in plura alia opera historica. Cf. Lindner 1, 284 s.; Specht p. 164.

[2]) Etiam haec diss., scriptis polemicis occasionem praebuit, de quibus cf. Roskoványi 4, 525.

[3]) Alius ab Adamo H., de quo cf. p. 210

[1]) Eleonora Maria Desbois de Rochefort Parisiensis (n. 1747; † 5. Sept. 1807), etsi Sorbonae doctor, vicarius generalis rupellensis et parochus parisiensis, professus est theorias fanaticas illius temporis, factusque episcopus constitutionalis ambianensis, non tamen propterea persecutionem evasit. Nam per duos fere annos carcere detentus fuit, unde melior non prodiit: abdicavit tamen se munere episcopali (1801). Redegit cum Gregoire, Mauviel aliisque factionis jansenianae ducibus *Annales de la religion* ou Mémoires pour servir à l'histoire du dixhuitième siècle, 1795—1803 t. 18 in 8.

[2]) Germanice a Paulus in Beiträge zur Geschichte der kath. Kirche im 19. Jahrh., Heidelberg 1823.

ejus mortem prodierunt praemissa notitia de sua vita et scriptis cura fratris sui: *Défense des libertés de l' église gallicane* et de l' assemblée du clergé de France tenue en 1682, ou Réfutation de plusieurs ouvrages récemment publiés en Angleterre sur l' infallibilité du pape, in qua denegat bullae *Auctorem fidei* vim obligandi in Gallia [1]). — Ludovicus Maïeul (Mayeul) notior sub nomine Chaudon, OSB. in congreg. cluniacensi Gallus n. 20. Maj. 1737, bene versatus in historia et chronologia, socius plurium academiarum († 28. Maj. 1817), composuit [2]) *Eléments de l' histoire ecclésiastique,* Cadomi 1785. 1787 t. 2 in 12. ed 2. prorsus retractata, epitome scil. historiae Fleurii continuata usque ad Pium VI; *le chronologiste manuel,* Avenione 1766 in 12; Parisiis 1770; *Leçons d' histoire et de chronologie,* Cadomi 1781 t. 2 in 12; *Nouveau Dictionnaire historique,* Avenione 1766 t. 4 in 8., saepius editum et auctum; Parisiis 1810 ed. 9. t. 20, ed. admodum mendosa. Parisiis 1821 ss. t. 30. *Dictionnaire anti-philosophique* pour servir de commentaire et de correctif au dictionnaire philosophique (Voltairii) 1767. 1769 t. 2 in 8; Parisiis 1780 ed 4., propter quod opus meruit collaudari a Clemente XIII. et Pio VI., bene enim refellit Voltaire; *les grands hommes vengés* ou Examen des jugements portés par Voltaire et autres philosophes avec des remarques critiques, Lugduni 1769 t. 2 in 8., sub nomine Des Sablons; *Dictionnaire historique des auteurs ecclésiastiques,* Lugduni 1767 t. 4 in 8.

341. *Gesta romanorum pontificum* narrant: Angelus Fabronius, Maradi, quod oppidum est Etruriae, n. 7. September 1732, academiae pisanae curator, bibliographus insignis, praelatis domesticis a Clemente XIV. adlectus, qui ultimos annos vitae suae in occupatissimae pietatis officiis, et ultimos menses aucto fervore et solicitudine animae saluti consecravit († 22. Sept. 1803). Inter ejus opera reperiuntur [1]): *de vita et rebus gestis Clementis XII.* commentarius, Romae 1760, sat mediocris; *Leonis X. P. M. vita,* Pisis 1797. Magis innotuit op. *Vitae italorum doctrina excellentium,* qui sec. 17. et 18. floruerunt, Pisis 1778-1804, t. 19, quibus continentur 153 vitae accurate et stilo nitido ab ipso fere omnes (exceptis 21) scriptae, sed animo minus aequo in Jesuitas et nimis propenso in Jansenianos. T. 20. qui continet vitam ipsius a se ipso conscriptam (usque ad a. 1800) cum epistolis ad eum datis adjectus fuit a Dominico Pacchi, Lucae 1805. Condidit et magna ex parte edidit *Giornale de' letterati,* cujus Pisis prodierunt 105 tomi; *historia Lycei pisani,* ib. 1791. 1793. 1795 t. 3 in 4; *Elogj d' illustri Italiani,* ib. 1786. 1789 t. 2 in 8. — Maximilianus Prokopowicz schol. piar. (n. 1738; † 1807), Cracoviae theologiae professor scripsit polonice *vitam Clementis XIV.,* Cracoviae 1774; vertit ejusdem epistolas ib. 1779 t. 2 in 8; deditque *epitomen* chronologicam historiae ecclesiasticae ib. 1787 t. 2 in 8. — P. L. Blanchard Normannus n. c. a. 1762 scripsit *Précis historique* de la vie et du Pontificat de Pie VI., Londini 1801 adversus *Mémoires historiques sur Pie VI.,* qua in vita pontificis gesta egregie vindicat; sed postea Pii VII. agendi ratio in Galliae negotiis ei admodum displicuit: hinc tuebatur causam cleri seu sic dictae parvae ecclesiae reprobantis concordatum a Pio VII. cum Napoleone initum pro restauranda hierarchia in Gallia et jactantis libertates ecclesiae gallicanae, pro qua

[1]) Cf. Feller 1, 409: L' Episcopat p. 346. 631 s.

[2]) Cf. Biogr. univ. 60, 553. Ejus frater Esprit Joseph (1738—1800) Orat. reliquit opera ad historiam literariam spectantia.

[1]) Cf. Biogr. univ. 14, 69—76.

varia edidit opera [1]), inter quae ex. gr. *Controverse pacifique* sur les principales questions qui divisent et troublent l'Eglise gallicane, savoir: les Demissions episcopales; la Promesse ou le Serment de fidélité; le Concordat; le Jugement du Pape sur ces matières; celui des évêques qui l'ont donnée, ib. 1802, quibus alias subjecit, ib. 1805; *Question importante* relativement à l'état actuel de la religion en France, ib. 1808 etc.

342. Plura ad historiam ecclesiasticam hujus praesertim temporis memoria digna reperiuntur in *Correspondance diplomatique et Mémoires inédits* (1792 — 1817) du Card. Maury, L'élection du dernier roi de Romains. — Les affaires de France. — Le conclave de Venise. — Le concordat de 1801. — Le sacre. — La Restauration, annotés et publiés par Mgr. Ricard etc., Parisiis et Insulis 1891 t. 2 in 8. Natus est Joa. Siffrenus Maury in Galliae oppido Valréas 26. Jun. 1746 parentibus conditionis humilis. Insignibus ornatus naturae dotibus quas diligenter excoluit, gloriaeque cupidus eloquentia oculos eruditorum aulaeque in se convertit, receptusque est inter socios academiae gallicae (1783). Amplioribus de die in diem auctus honoribus in praemium zeli, quo intrepide et eloquentissime pro religionis causa in turbulentissimis Galliae comitiis stetit, dictus est a Pio VI. archiepiscopus nicaenus (1792), legatus apud Franciscum Austriae imp., cardinalis et episcopus Montis Falisci 1794. Gratia quoque Ludovici XVIII. fruebatur, cujus causam apud sedem pontificiam enixe agebat: quae tamen sollicitudo referbuit invalescente Napoleonis dominatione. Hujus jam se addixit obsequio ab eoque dictus est archiepiscopus parisiensis (1810): et prae nimia honoris ambitione liciti praetergressus est limites debitaeque defuit observantiae erga pontificem, hinc hujus gratia excidit, et cum Romam venisset, in carcerem fuit conjectus per sex menses, et nonnisi post annos veniam ex parte impetravit († 11. Maj. 1817). Ejus insuper sunt [1]) *Essai sur l'éloquence de la chaire*, Parisiis 1810 t. 2 in 8. ed. aucta, saepius edita, opus eruditum et utile; plura eloquentiae specimina i. e. sermones; *Discours choisis* sur différents sujets de religion et de littérature, ib. 1777. Ejus opera collecta prodierunt ib. 1827 t. 5 in 8., inter quae eminet ejus sermo panegyricus de s. Vincentio de Paula impense laudatus ab aequalibus. — Mazier Brady in suis Anglo-Roman Papers, London 1890 publicae luci dedit *Memoirs of Card. Carolus Erskine* Papal Envoy to the Court of George III. C. Erskine natione fuit Scotus, Romae tamen n. 13. Febr. 1739. Advocatum egit, sed a Pio VI. etsi laicus factus est promotor fidei, canonicus ad s. Petrum et decanus advocatorum consistoralium. Ordines minores et subdiaconatum suscepit demum 1783, missusque est legatus ad Angliae regem, ut hujus imploraret patrocinium pro tot sacerdotibus ex Gallia in Angliam profugis. Non caruit multiplici fructu ejus legatio [2]). Ejusdem acta cum utilitate leguntur in citatis Memoriis. Redux creatus est cardinalis, primum reservatus in pectore (23. Febr. 1801), dein (1803) promulgatus. Cum Pio VII. ei Parisiis commigrandum fuit, ubi 20. Mart. 1811 mortem oppetiit.

343. Stephanus Borgia Velitris 3. Dec. 1731 natus parentibus nobilibus, jam a juventute maxime antiquitatum studio delectabatur, ideoque

[1]) Cf. Quérard 1, 350; Reusch II, 1020.

[1]) Cf. ejus vita a nepote edita Parisiis 1828, et vita conscripta a Poujoulat (1845) et a Ricard (1898); a Hergenroether, Würzburg 1878; hist. pol. Bl. 109, 645—59; Feller 5, 624; Streber KL. VIII, 1080—85.

[2]) Cf. Bellesheim hist. pol. Blätter 107, 859—69.

etiam magnis expensis ditissimum numismatum, manuscriptorum rerumque peregrinarum etc. thesaurum sibi collegit. A Benedicto XIV. factus est a. 1759 beneventanus gubernator, quo in munere strenue se gessit; a Clemente XIV. a 1770 secretarius congregationis de propaganda fide, unde plurimas nactus est occasiones ditandi museum suum objectis raris et notabilibus ex remotissimis regionibus mundi. Purpura a Pio VI. a. 1789 auctus praefuit congregationi Indicis, deinde congregationi de propaganda fide. Cum difficillimis illis temporibus augerentur de die pericula adversus dominium temporale summi pontificis, concredidit Pius VI. ipsi et duobus aliis cardinalibus summam rerum (1797). Prudentissime gessit munus suum, donec irruentibus Gallis coactus est pontifex 1798 Roma secedere. Captus est Borgia coactusque pariter Urbem relinquere. Secessit Venetias et Patavium minimeque neglexit curam sibi impositam propagandae fidei, collectisque pecuniis missionarios in varias mundi partes misit. Rediit Romam cum Pio VII., qui eum praefecit congregationi ad reparandas tot bellorum turbis illatas ruinas institutae. Iterum coactus Roma secedere comes Pii VII. in Galliam, gravi morbo correptus Lugduni substitit ibique decessit 23. Nov. 1804 magno omnium moerore, eruditorum praesertim, quos humanissime consilio, opera, pecuniis juvabat [1]). Ex ejus operibus mentione digna sunt: *Vaticana confessio b. Petri* chronologicis tam veterum quam recentiorum scriptorum testimoniis illustrata, Romae 1776 in 4. *Monumento di Papa Giovanni XVI.* ib. 1750; *Breve istoria del dominio temporale* della sede apostolica nelle due Sicilie descritta in 3 ll., 1788 in 4. adversus *Esame* della pretesa donazione fatta da S. Arrigo Imp. alla s. Sede, 1785; 1789 ed. 2. cum documentorum appendice: *Difesa del dominio temporale* etc., Romae 1791; *de cruce vaticana* ex dono Justini in parasceve majoris hebdomadae publicae venerationi exhibita; accedit ritus salutationis crucis in ecclesia antiochena servatus; nunc primum syriace et latine editus cum annotationibus, ib. 1779, opus eruditum; *de cruce veliterna* commentarius, ib. 1780 in 4; *fragmentum copticum ex actis s. Coluthi M. sec. V.* ac latine redditum, nunc primum in lucem prolatum, ib. 1781 in 8; praemisit eruditissimam praefationem; notis intexuit pro re nata observationes theologicas, quae ad fidei catholicae illustranda comprobandaque dogmata opportune referuntur [1]). Diss. *de Chaldaeorum dioecesi*, 1773; *Memorie storiche della città di Benevento* (a sec. VIII—XVIII), ib. 1763—9 t. 3 in 4. Primus edidit 1799 l. *Explanatio symboli* habita ad competentes (Mig. 52, 865—874), quae videtur esse l. V. *de symbolo* Nicetae de Romatiana [2]). *De' viaggi da' Sommi Pontefici intrapresi* comminciando da S. Pietro Ap. sino al regnante Pio VI., opera nella quale si dà l'idea degli affari interessanti la storia e il governo de' Pontefici viaggiatori, Venetiis 1783 in 8. scripsit Ant. Severinus Ferlone, insignis concionator n. 17. April 1740, qui tamen inopia adactus calamum suum vendidit reipublicae cisalpinae, hinc hujus ideas inter clerum propagare nisus est († 4. Nov. 1804). Paraverat ingens opus, fructum triginta fere annorum, inscribendum *Variazione della Disciplina della Chiesa* in 30 t. distri-

[1]) Cf. Paulinus a s. Bartholomaeo in *vitae synopsi St. Borgiae*, Romae 1805 in 4., qui etiam jam antea recensuit *Musei borgianis Velitris codices msc.* avenses, peguanos, siamicos, malabaricos, indostanos cum animadversionibus historico-criticis; accedunt monumenta inedita et cosmogonia indico-tibetana, Romae 1793.

[1]) Cf. N. B. E. frib. 6, 383—91.

[2]) Cf. supra I[3], 301; Bardenhewer KL IX, 264.

butum, sed in Gallorum invasione perierunt omnia ejus scripta [1]). — Jos. Reig SJ. Hispanus bis a patria exsul († 1806) exhibet *Compendio de totos los Concilios Generales,* de algunos nationales y provinciales, y de los hereges y heregias que se condenaron en ellos, Bononiae 1796 in 8.

344. *Hispaniam sacram* a Florez coeptam (pag. 149) continuarunt Emmanuel Risco et Franc. Mendez individuus Henrici Florez comes et operis socius († 1803), cujus vitam quoque conscripsit ediditque una cum *itinerario* multarum Hispaniae provinciarum, quas antiquitates investigandi causa perlustrarunt (cf. p. 150a). Ille vero natus est in oppido Haro 1. Jun. 1735, habitumque s. Augustini induit a. 1752 in monasterio N. Dominae del Risco, hinc ejus cognomen. Lectorem egit philosophiae 1762, dein Vallisoleti theologiae 1765. A Carolo III. designatus fuit qui continuaret opus Florezii [2]). Statim recognovit t. 28. et 29., quos ille ineditos reliquerat, aliosque 13 t. prioribus non multum inferiores adjecit († 30. April 1801). Edidit quoque *Tipografia Española* o historia de la introduccion, propagacion y progressos del arte de la imprenta en España, Matriti 1796 t. 1., alter iniquitate temporum lucem non aspexit; sed prior, qui agit tantum de sec. XV., iterum prodiit corregida y adicionada por D. Dion. Hidalgo, ib. 1861. — Joannes Franciscus Masdeu [3]) SJ. Panormi n. 14. Oct. 1744, laboriosissimus scriptor, illustrandae patriae unice intentus, composuit *Historica critica de España* y de la cultura Española, quam italice coeperat, sed deinde retractavit atque lingua patria t. 20 in 4. edidit Matriti 1783—1805, in qua etiam historiam ecclesiasticam attingit. Opus est quidem eruditum, sed nimis prolixum abundans digressionibus circa facta vel res minoris momenti; deest subinde etiam judicium criticum, stilus sapit saepe magis ascetam quam virum in scrutandis factis accuratum et solidum. T. 20., qui inscribitur *España restaurada* continentur Illustraciones preliminares contra los PP. Florez y Riscos. Prohibitum tamen fuit opus 11. Dec. 1826 »donec corrigatur.« Dum instaret operi, quod ex voluntate aulae hispanae susceperat, orta in patria saeva tempestate a naufragio communi neutiquam fuit expers: unde in exsilium pulsus Romam secessit operisque editio cessavit, quod si eadem pro-

[1]) Cf. Pezzana, Memoria degli Scrittori e Letterati parmigiani 7, 402—6; Biogr. univ. 14, 359; Cancelieri Elogio del Card. St. B., Roma 1806.

[2]) Cf. Lanterius 3, 241, qui de eo etiam refert: »Matriti composuit opus *de professione christiana* juxta s. Scripturae, ss. patrum et conciliorum doctrinam eo fine, ut antidotum quodam modo opponeret quibusdam laxioribus opinionibus, quas tunc aliqui divulgabant.«

[3]) Hujus fratres secundum carnem et professionem religiosam fuerunt Balthasar M. (n. 7. Mai 1741; † 31. Dec. 1820), ex regno quitensi in Italiam deportatus, cujus exstat *Ethicae seu moralis philosophiae* tum particularis, tum generalis *epitome,* Placentiae 1805 t. 2 in 12; »opus merito commendatum a stili elegantia et claritate, egregia methodo rationumque pondere (Caballero 2, 66);« in cujus p. 2. ethicam Tamburini aggreditur; et Joseph M. (n. 1739; † 29. Dec. 1810), e regno quitensi, quo commigraverat, in exsilium cum sodalibus pulsus, in seminario episcopali camerino et in academia placentina professor theologiae, cujus specimina dedit: *Divina gratia Augustini* a Lutheri, Calvini, Baji, Jansenii et Quesnelli dogmatibus recuperata ac s. doctori restituta, Camerini 1791 in 4; *universae s. theologiae thesium* contra infideles omnes *dogmatico-scholasticae diatribae* compendiaria perpetua ratiocinatione constantes, Marcerata 1794 in 8., in quibus opusculis admiranda elucet sacrorum auctorum lectio, quorum testificationibus suas propositiones confirmat. Ab his. tribus distinguit Backer II. 1128 Joannem B. Masdeu S. J., quem scripsisse dicit adversus Bolgeni et concilium nationale parisiense: Sommervogel tamen nulla hujus Joannis B. M. mentione facta ea tribuit Jo. Francisco M.

lixitate fuisset continuatum, 50 vol. complesset. Rediens in patriam obiit Valentiae 11. Apr. 1817. Edidit praeter alia [1]), praesertim poëtica, *Coleccion de lapidas y medallas* que sirven para illustrar la España Romana, ib. 1789 t. 2 in 4. et etiam Florentiae 1789 t. 4 in 4; *Difesa critica* degli antichi atti del S. M. Emidio Vescovo d'Ascoli nel Piceno . . . contro le censure dei chiar. Bollandisti e d'altri scrittori moderni, Asculi 1794 in 4. *Lettera . . . a Mons. G. Vescovo di C.* in difesa del Conc. Tridentino intorno all'età sufficiente per la professione religiosa, Romae 1805. Tuebatur scil. Gamboni ep. Capreae invalidam esse professionem religiosam ante a. aetatis 21; *Lettere sette sulle antiche iscrizioni romane* ne'recenti scavi rinvenute, Romae 1813, quibus confutare nititur interpretationes Caroli Fea (quocum etiam acrem habuit controversiam de Colosseo), quibus mox alias sex de eodem argumento adjecit. — Joachimus Landazuri Victoriae n. 1734, vir in historia multum versatus († 12. Jan. 1806) descripsit stilo eleganti *historiam ecclesiasticam et politicam Cantabriae* (Biscaja), 1752 t. 5 in 4. et *historiam hominum illustrium* ejusdem provinciae, 1786 in 4., quae opera ab eruditis aestimantur.

345. Petrus Ant. Sanchez natus in Gallaciae oppido Vigo a. 1740, theologiae professor in academia compostellana, dein canonicus, licet pinguissimo frueretur beneficio (cujus annui fructus dicuntur attigisse 80.000 fr.), adeo effusus in pauperes erat, ut mortuus archiepiscopi et capituli expensis debuerit sepeliri, pater miserorum propterea dictus († 1806). Praeter *annales sacros* Matriti 1784 t. 3 in 4; *Summam theologiae sacrae,* ib. 1789 t. 4 in 4; tract. *de tolerantia religiosa,* ib. 1785 t. 3 in 4; diss. *de eloquentia s. in Hispania,* ib. 1788 in 8., in qua eloquentiae sacrae historiam narrat recensetque potiores oratores sacros etc.; descripsit quoque *historiam ecclesiae africanae,* ib. 1784 in 8., opus accuratum, quod merito ab eruditis aestimatur [1]). — Teste Gams [2]) haud pauca ad illustrandam missionum historiam reperiuntur in operibus Ant. Capmani Barcinonensis viri eruditi, perpetui academiae matritensis historicae secretarii (n. 24. Nov. 1742; † 14. Nov. 1813), quibus res barcinonenses ornavit. — Paulinus a. s. Bartholomaeo, ante suum in O. Carm. ingressum Philippus Wesdin seu Weszdin dictus, n. est parentibus agricolis 25. Apr. 1748 in oppido Hoff Austriae inferioris. Missus a. 1774 in Malabariam, ibi munere etiam vicarii generalis et visitatoris apostolici est functus. Romam revocatus ut referret de missionum conditione illis in regionibus, hic mansit, ut praeesset (1790) editioni librorum pro missionariis. Irruentibus Gallis coactus est Viennam secedere (1798). Post biennium Romam rediit factusque est consultor congr. Indicis et studiorum praefectus in collegio de propaganda fide († 7. Jan. 1806). Libris suis plurimum promovit studium litteraturae indicae; unus enim ex primis fuit, cui cognitio debeatur linguarum, mythologiae, superstitionum et antiquitatum indicarum: et forte omnium primus est europaeus, qui libros pro studio literaturae sanscriticae ediderit. In primis notandae sunt ejus diss. *de latini sermonis origine* et cum orientalibus linguis connexione, Romae 1802; *de antiquitate et affinitate linguarum zendidicae, sanscriticae et germanicae,* Patavii 1798.

[1]) Cf. Backer, 1129—1133, qui sub 50 num. ejus opera recenset; Sommervogel V, 670—80; Caballero 2, 66—70; Biogr. un. 27, 357; Gams III, 421.

[1]) Cf. Biogr. univ. 40, 302.

[2]) Kirchengeschichte von Spanien 3, II, 417.

Quam ob rem etiam adlectus est socius academiae neapolitanae, instituti nationalis parisiensis aliarumque academiarum [1]). Inter ejus opera sunt: *India orientalis christiana,* Romae 1794 in 4., in qua exhibentur fundationes ecclesiarum, series episcoporum, missiones, schismata, persecutiones, reges, viri illustres cum charta Malabariae; *de veteribus Indis* diss., in qua cavillationes auctoris alphabeti tibetani (A. Georgii cf. pag. 467.) castigantur, ib. 1795; *Viaggio alle Indie orientali,* ib. 1796 in 4; germanice interprete Foerster, Berolini 1798; *systema brachmanicum, liturgicum, mythologicum, civile* ex monumentis indicis diss. illustratum, ib. 1791 in 4., germanice Gothae 1797 in 4; *Monumenti indici* del museo naniano illustrati, Patavii 1799; *examen historico-criticum codd. indicorum* bibliothecae s. congregationis de propaganda fide, Romae 1792 in 4; *de basilica s. Pancratii M.* disquisitio, ib. 1802; *Sidharubam,* i. e. grammatica linguae sanscriticae, Romae 1799, prima quae in Europa prodiit, et alia 1804 fusior sub titolo; *Vyacaranam.* — Josephus Marinovich SJ. natione Pirusta Illyricus n. 9. Jun. 1741, post societatis Jesu suppressionem theologiae professor Venetiis, s. Georgii abbas, et recusato episcopatu catharensi a Pio VII. Romam accersitus, ut munere theologi poenitentiariae fungeretur († 13. Sept. 1801). Excelluit in poesi latina, praesertim in imitando Catullo, qua in arte perpaucos habuit competitores. Composuit hortante Joanne marchione de Serpos *Compendio storico di memorie cronologiche concernenti la religione e la morale della nazione armena* suddita dell' impero ottomano, Venetiis 1786 t. 3 in 8. Ediderat enim de Serpos *diss. polemico-critica* sopra due dubbii di coscienza concernenti i cattolici sudditi dell' Impero ottomano, Venetiis 1783 pro orthodoxia ecclesiae armenae, quae accusabatur de communione in sacris cum schismaticis. Displicuit ea tribus facultatis senensis theologis, in primis P. Marcello del Mare minime pertinaci jansenistarum hosti, qui contra illam ediderunt *censuram* 15. Dec. 1784. Contra hanc scripsit Marinovich (secundum Moschini potius Tetamo): *Esame teologico* del voto publicato da tre teologi etc., quod Dominicus Stratico OP. ep. Liesinae (cf. pag. 553) primum Senis 1785, tum cum additamentis adjunctum operi sequenti Venetiis 1786 una cum approbatione universitatis viennensis edendum curavit. Cum hoc Examen del Mare impugnasset, en prodiit: *Risposta* al S. ab. P. Marc. del Mare sopra un opuscolo da lui dato alle stampe col seg. titolo: Principi teologici per servire di preservativo contro gli errori contenuti nell' esame teologico etc., ib. 1786 tacito auctoris nomine, quem eruditi dicunt Marinovichum (al. Tetamo) sicut etiam diss. polemico-criticae supra laudatae, quae nomine March. de Serpos insignitur [1]). *De duplici regula fidei* remota et proxima deque Deo uno ac trino positiones theologico-criticae, ib. 1792 in 4.

346. Georgius Pray SJ. Hungarus, sed origine Tirolensis (n. 11. Sept. 1723), familiari conversatione cum Erasmo Fröhlich excitatus fuit ad fovendum studium historiae, et jam tunc cum illo mente concepit Annales Hungarorum, quos postmodum composuit. In academia budensi docuit theologiam polemicam et moralem. Ut vero edendis operibus totum se posset impendere, munere docendi exoneratus fuit. Ab imp. M. Theresia potestatem impetravit lustrandi omnia Hungariae archiva, imo 1773 dictus est historio-

[1]) Cf. Wurzbach 1, 169; Rotermund 5, 1711; Jolly allg. d. Biogr. 25. 275.

[1]) Cf. de scriptis ultro citroque in hac controversia editis Backer 2. 1099; Caballero II, 63.

graphus regius et 1777 custos primarius bibliothecae universitatis budensis. A Leopoldo II. dictus est canonicus in capitulo magnovaradiensi, et a Francisco II. abbas s. Mariae V. de Tornova. Defuncti 23. Sept. 1801 funus academia budensis omni apparatu et honore celebravit. Erat enim de historia patria meritissimus gentisque hung. encomiastes, chronologus accuratus et diligens, antiquitatis sagacissimus investigator. Inter ejus opera eminent *Annales veteres Hunnorum, Avarorum et Hungarorum* ab a. a C. n. 210—997 deducti, ac maximam partem ex scriptoribus rerum Orientis Occidentisque congesti, Vindobonae 1761 in f.; ad a. 1564 deducti pp. 5 ib. 1764—70 in f. cum supplemento, Tyrnaviae 1764 in 8; diss. (10) in eosdem, Vindobonae 1774 in f. aliaeque dissertationes et scripta apologetica. Hujus operis veluti epitome accurata et *Historia regum Hungariae* stirpis austriacae cum notitiis praeviis ad cognoscendum veterem regni statum pertinentibus in 3 pp. divisa, Budae 1801 t. 3 in 8. *Vita s. Elisabethae* viduae Landgraviae Thuringhiae necnon b. Margaritae V., quarum illa Andreae II., haec Belae IV. regis hung. filia erat, ex cod. msc. eruta ac praeviis diss. illustrata, ib. 1770 in 4; diss. historico-critica *de sacra dextera d. Stephani I.* Hungariae regis, adnexa vita s. Stephani auctore Chartuito ep. cum icone, Vindobonae 1771 in 4; diss. historico-critica *de s. Ladislao Hungariae rege,* Posonii 1774 in 4; *de ss. Salomone rege et Emerico duce Hungariae,* ib. 1774; *specimen hierarchiae Hungariae* complectens seriem chronologicam archiepiscoporum et episcoporum Hungariae cum rudi dioecesium delineatione pp. 2, Posonii 1776-79 in 4., quarum 1. complectitur archipiscopatum strigoniensem cum suffraganeis; 2. colocensem cum suffraganeis; addita est chorographia patriarchatus ipekiensis auctore Mich. Millisich; opus quod ordine, industria singulari, diplomatis antea ineditis se commendat; *diatribe* in diss. de s. Ladislao . . . ab Ant. Gánótzy conscriptam (pag. 424); cui accedunt synodus sub Laurentio archiep. strigon. celebrata e msc. sec. XII., et conscriptio decimae pontificiae in dioecesi Veszprim e msc. sec. XIV., ib. 1777 in 4. et aliquot scripta pro Ecclesia sola salvifica [1]).

347. Stephanus Katona SJ. Hungarus n. 13. Dec. 1732, historiae professor, bibliothecae capituli colocensis praefectus (1790) ibidemque theologiae professor, in meritorum praemium canonicus (1794) et (1799) abbas mitratus († 18. Aug. 1811), historiam patriam operibus pluribus ita illustravit, ut inter primos suae nationis historiographos mereat numerari. Nullus forte hactenus fuit adeo diligens, accuratus, sobrius et sagax simul in describenda Hungariae historia [2]). Inter ejus opera eminet *Historia critica* (ducum et) regum Hungariae, Pesthini 1778-1802 t. 42 in 8. *Historia pragmatica Hungariae,* Budae 1782—84 t. 2 in 8. etc. Ad nos in primis spectat: *Historia metropolitanae colocensis ecclesiae* pp. 2 cum epilogo biographico de colocensibus canonicis et parochis vivis et defunctis, Colocae 1800 in 8. *Synopsis chronologica historiarum* ad sublevandam memoriam historiophilorum pp. 3, Tyrnaviae 1771—5 in 8.

[1]) Cf. plura alia ejusdem scripta edita et inedita in vita auctoris et recensione operum a Mich. Paitner praemissa operi auctoris nostri inscripto: *Syntagma historicum* de sigillis regum et reginarum Hungariae pluribusque aliis, opus posthumum cum 15 tabulis aeneis, Budae 1805 in 4., cui accedunt etiam series chronologica cancellariorum et vicecancellariorum Hungariae et duo vetera calendaria ecclesiae strigoniensis; Caballero 1, 234; 2, 118; Wurzbach 23, 224—9; Sommervogel VI, 1182—92.

[2]) Cf. Sommervogel IV, 938—43; Wurzbach 11, 35—37.

— Josephus de Benkő Transilvanus (n. 20. Dec. 1740; † 1815) de historia patria operibus eruditis bene meritus, auctor est operis *Milkovia* sive antiqui episcopatus milkoviensis per terram Transilvanicam maxima suae dioeceseos parte olim exporrecti explanatio, quam ex variis certisque monumentis collegit ad illustrandas res praesertim ecclesiasticas Transilvaniae, cujus etiam chorographia hucusque desiderata exhibetur, Viennae 1781 t. 2. — Michael Szvorényi Hungarus n. 17. Sept. 1759, theologiae professor erat in academia budensi, dein zagrabiensi, unde iterum Budam est translatus (1786) ad docendam historiam ecclesiasticam, quam postea praelegit (1788) in seminario generali vesprimensi. Cum vero liberiores sectaretur in docendo opiniones, parochus (1790) et a comite Fesztetics abbas hahotensis factus est († 26. Oct. 1814). Edidit [1]) praeter alia *historiae ecclesiasticae regni Hungariae amoenitates* fasc. 6, Jaurini 1795. 1796 in 8., in quibus tamen minus de factis historicis, quam de institutis, muneribus, ritibus, legatis et nunciis in ditionibus hungaricis, de capitulis et beneficiis etc. dissserit; *Purpurae pannonicae continuatio,* Agriae 1811, continuatio scil. op. Sam. Timon (cf. IV[3], 1221): *Purpura pannonica* sive vitae et res gestae S. R. E. cardinalium, qui aut in ditionibus s. coronae hungaricae nati aut regibus sanguine conjuncti aut episcopatibus hungaricis praepositi fuerint, 1715; Cassoviae 1745; ed. aucta Claudiopoli 1746; *historia religionis et Ecclesiae christianae* 1789 t. 2 in 8; *causa religionis contra libertinos defensa,* Budae 1779 in 8; *contra helvet. august. confessionis cultores defensa,* ib. 1781 in 8; *idea encyclopaediae theologicae* secundum vindobonensem studii theologici reformationem proposita, Viennae et Zagrabiae 1785 in 8; *Jus publicum commune et particulare* ecclesiae hungaricae pp. 2, generalis et specialis, Veszprimii 1803 in 8; *jus privatum* pp. 3, ib. 1804—5 pp. 3 in 8., quae duo opera minus commendari possunt; *synopsis critico-historica* decretorum synodalium pro ecclesia hungarico-catholica editorum, ib. 1807 in 8. etc.

348. Franciscus a s. Antonio Moravecz sch. p. natione Moravus, patria Strasnicensis (n. 1734; † 1814), linguarum orientalium et hermeneuticae lector et cremsirensis bibliothecarius, publici juris fecit cum Ad. Pilarcz [1]) *Moraviae historiam politicam et ecclesiasticam* cum notis et animadversionibus criticis probatorum auctorum, Brunae 1785—87 pp. 3, quibus pertingit usque ad Josephum II. — Quaedam ad historiam ecclesiasticam Slavorum contulit Joannes Aloysius Hanke de Hankenstein Moravus (n. 14. Maji 1751; † 26. Mart. 1806), bibliothecae universitatis olomucensis praefectus, cujus translationi semel atque iterum invigilavit et quam melioribus libris ex 40 monasteriis suppressis auxit egregiisque catalogis instruxit. Coepit enim edere *Recension der ältesten slavischen Urkunden der slavischen Kirchengeschichte, Literatur u. Sprache* aus dem 16. Jahrh., Budae 1804 fasc. primus et unicus [2]). — *Seriem chronologicam* rerum slavo-bohemicarum ab ipso inde Slavorum in Bohemiam adventu usque ad baptismum Borzovoii (480—874), Pragae 1768, Vindobonae 1769 ed. aucta, dedit Franc. Pubička (Pubitschka) SJ. Comotaviensis (n. 19. Aug. 1722; † 5. Jun. 1807) insignis historicus de historia Bohemiae admodum meritus, qui operibus suis aliquot controversiis occasionem praebuit cum Piter, Voigt et in primis cum

[1]) Cf. Wurzbach 42, 288.

[1]) Fuit hic sodalis patria Cremsirensis (n. 1742; † 1795) philosophie et juris canonici lector. Cf. Wurzbach 19, 72.

[2]) Wurzbach 6, 316.

Dobner [1]). Inter ejus opera eminet *Chronologische Geschichte Böhmens unter den Slaven,* Pragae 1770—1808 t. 10 in 4. Pertingit usque ad Ferdinandum II. Morte praepeditus illam absolvere non potuit. — Joannes Albertrandy (Albertrandi) origine Italus n. est Varsoviae 7. Dec. 1731 et ingressus societatem Jesu (1748), qua tamen videtur egressus c. 1769. Solicitissimus fuit de historia polona et diligentissime scrutatus est archiva etiam exterarum nationum, Italiae praesertim et Sueviae atque ad 200 volumina excerptis replevit, unde copiosa enata sunt opera (polonice scripta), quibus Poloniam illustravit [2]): ideoque dictus est Polyhistor polonus et nominatus bibliothecarius regius. Varsaviae condidit academiam literariam quam rexit ad mortem usque (1808). Disputavit etiam de *potestate episcoporum* circa verbi Dei praedicationem, Varsaviae 1794 in 4.

349. Joannes B. Franc. Bern. Göldlin de Tiefenau, praepositus beromonasteriensis et vicarius generalis apostolicus pro parte helveta dioecesis constantiensis Lucernae n. 4. Febr. 1762 praetermitti non debet. Intrepide stetit pro juribus et bonis Ecclesiae temporibus turbulentis sec. exeuntis XVIII. et ineuntis sec. XIX, seque strenue opposuit factioni famosi Wessenberg. Insignem edidit *epistolam pastoralem* a. 1816, qua clerum ad tuenda Ecclesiae jura non sine fructu insigni excitavit. Decessit ingenti omnium bonorum luctu 16. Dec. 1819 meritissimus de Ecclesia catholica per Helvetiam. Edidit *Versuch einer urkundl. Geschichte des Dreiwaldstädtebundes,* Lucernae 1808; *die Lebensgeschichte des sel. Nicolaus von der Flüe,* ib. 1808; *Geist der letzten Hälfte des XV. Jahrh.* und der ersten Hälfte des 16. Jahrh. in der Schweitz in politischer, literarischer und religiöser Hinsicht oder *Konrad Scheuber* von Altsellen, ein Tochtersohn des s. Br. Nicolaus, ib. 1814 pp. 2, opera nunc etiam pretiosa, repertoria pro historia ecclesiastica et politica Helvetiae, stilo nobili conscripta [1]). — Andreas Spitz OSB. in monasterio tuitiensi historiae ecclesiasticae Bonnae professor erat pravarum opinionum patronus († 27. Juli 1811). Hinc a Pio VI. in literis ad archiep. coloniensem (1790) eum recenset inter professores bonnenses, qui doctrinarum portenta et monstra tradunt. Scripsit diss. historico-ecclesiasticas *ad concilia Germaniae* aevo intermedio celebrata, Bonnae 1789 in 4; diss. de *patriarchatibus et dignitatibus,* ib. 1783 in 4; *dissert.* num attenta universali et speciatim attentis germanorum factis et decretis basileensibus a canonistis Germaniae defendi valeat sententia, quae infallibilitatem rom. pontificis ejusque superioritatem supra concilium oecumenicum adstruit, ib. 1787 adversus diss. Aquisgrani 1786 a Polychr. Gassmann Min. editam, in qua ea propositio statuebatur. Stetit etiam pro matrimonii solubilitate. Ejus diss. historico-eccles. *de archidiaconatibus* in Germania ac ecclesia coloniensi, speciatim de archidiaconatu bonnensi cum thesibus subnexis prohibita fuit 17. Dec. 1792.

350. Vitus Ant. Winter natus est 22. Maji 1754 in oppido Hohenegglkofen prope Landishutum. Absolutis studiis Romam profectus catechistae muneri se applicavit elapsoque biennio, lustratis celeberrimis Italiae urbibus, in Bavariam rediit. Primum Monachii epheborum aulicorum praeceptor assumptus est, deinde vero cum filio comitis de Loesch, quem educandum a

[1]) Cf. Wurzbach 24, 41; Backer 2, 2178.

[2]) Cf. Backer I, 51—55.

[1]) Cf. Fleischlin Monatrosen des Schweiz. Studentenvereins XX. XXI. a. 1875. 1876; KL. 5, 790; Lütolf allgem. d. Biogr. IX, 334—6.

patre acceperat, peregrinationem per Borussiam, Saxoniam, Austriam, Hungariam instituit et bibliothecas ubique et omnium rerum notabiliorum thesauros perquisivit. Reversus in patriam parochus in Koesching instituitur, deinde Ingolstadii ad aedem d. Virginis speciosae et decreto ser. electoris a consiliis ecclesiasticis et historiae ecclesiasticae professor designatur a. 1795 et canonicus eichstettensis. Ex cura spirituali Gallorum, qui ibi captivi detinebantur, febrem malignam contraxit; unde ad extrema redactus morientium sacramentis communitus fuit, qua occasione omnes professores universitatis et gymnasii Sanctissimum ardentibus cereis comitati sunt. Verum Deo dante convaluit. Anno 1789 loco historiae ecclesiasticae theologiae catecheticae, liturgicae atque casuisticae disciplinas suscipere jussus est. Translata a. 1800 universitate Landishutum, et ipse illuc commigravit theologiae pastoralis professor, simul etiam parochum ecclesiae ad s. Jodocum agens, 1811—12 munere rectoris magnifici auctus est. Decessit 27. Febr. 1814 multis subsidiis inter pauperes vel in communem utilitatem et vivens et moriens distributis [1]). Inter ejus opera sunt: *Vorarbeiten zur Beleuchtung der österreichischen u. baierischen Kirchengeschichte überhaupt* und der agilolfingischen Periode insbesondere. Monachii 1805. 1810 t. 2 in 8; *die drei grossen Synoden* der agilolfingischen Periode zu Ascheim, Dingolfing und Neuching, kritisch bearbeitet, in *actis hist. scientiarum academiae,* cujus ipse fuit socius, Monachii 1807 cum duplici supplemento Landishuti 1808 et 1809; *älteste Kirchengeschichte von Altbaiern, Oesterreich und Tirol,* 1 Th., welcher die Kirchengeschichte von Vindelicien, Norikum und Rhätien vom J. Chr. 1—554 umfasset oder die voragilolfing'sche Periode [1]) ib. 1813; *älteste Kirchengeschichte Bojariens* von Christus bis auf Karl den Gr., ib. 1813 in 8; *Kritische Geschichte der ältesten Zeugen* und Lehrer des Christenthums nach den Aposteln oder Patrologie, Monachii 1814 in 8. *Geschichte der bairischen Wiedertäufer* [2]) *im 16. Jahrh.,* ib. 1809 in 8; *Geschichte der Schicksale der evangelischen Lehre* in und durch Baiern bewirkt in der ersten Hälfte des 16. Jahrh. oder Kirchen- und Staatsgeschichte von Baiern von dem Ausbruch der Kirchenreformation bis zu Wilhelm IV. aus den Urquellen bearbeitet sammt einem diplomatischen Codex [3]), ib. 1809. 1810 t. 2 in 8. Magis forte innotuit Winter suis innovationibus in rebus liturgicis, quas tamen approbandas subjecit judicio sedis apostolicae, cui se morem gesturum esse jam in antecessum declaravit: *Versuche zur Verbesserung der kath. Lithurgie.* Erster Versuch. Prüfung des Werthes und Unwerthes unserer liturgischen Bücher, ib. 1804; *Liturgie wie sie sein soll* unter Hinblick auf das, was sie im Christenthum ist, oder Theorie der öffentlichen Gottesverehrung vermischt mit

[1]) Cf. Permaneder in annal. universitatis Ingolstad. passim p. V. praesertim pag. 158 et 341; Sailer Rede zum Andenken an V. A. Winter, Landishuti 1814, cujus epitomen exhibet Felder Literaturz. 1814. I, 365—73; Baader Lexikon 1, II, 334—38.

[1]) Cf. Felder Literaturz. 1813. II, 145—55; 161—70, ubi opus impense laudatur Etiam Benno Ortmann exacta dura juventute, quia n. parentibus pauperibus 1. Febr. 1752, OSB. in monasterio prieflingensi adumbravit *faciem primaevae ecclesiae christianae* in Bavaria usque ad sec. X. ad optimorum scriptorum testimonium, Monachii 1503. Num ejus *Harmonie der Evangelien* mit Erläuterungen revera prodierit Monachii 1801 nobis non liquet. Multum meruit de juventute in eloquentia erudienda. Cf. Lindner Die Schriftsteller etc. I, 247. Obiit 7. Mart. 1811.

[2]) Cf. theolog. prakt. Monatschrift 7, 297; Felder 1811. I, 65—70.

[3]) Cf. th. pr. Monatschrift 8, 266—9; Felder 1811. I. pag. 33—45.

Empirie [1]), ib. 1809; *Erstes deutsches kritisches Messbuch,* ib. 1810 cum supplemento; ib. 1811, in quo Salat describit iter cum Winter institutum, sed ea ratione, ut inde exarserit gravis admodum controversia inter utrumque, quae stomacho iracundiaque adeo efferbuit, ut injuriarum actionem provocaret. Multa carpit in liturgia, prouti ea modo in Ecclesia catholica celebratur, eam scil. fovere antropomorphismum, incredulitatem ut cultu ss. Cordis Jesu, superstitionem festis nimis frequentibus in honorem bb. Virginis Mariae, mechanismum, amorem bonorum temporalium orationibus pro iis obtinendis, illi deesse varietatem, utilitatem pro populo, majestatem etc. Speciminis gratia proponit quatuor missas, quas lingua patria (forma consecrationis excepta) vult celebrari scil. de omnipraesentia Dei, de resurrectione mortuorum, pro rege et de obligatione muneribus suis satisfaciendi [2]). Ideoque etiam elaboravit *Erstes deutsches kath. Ritual* mit stetem Hinblick auf die Agenden der Protestanten oder Prüfung des kath. Rituals und der Agenden der Protestanten [3]), Landishuti 1811, cujus aliam ed. retractatam curavit Brand episcopus limburgensis Francofurti 1830 pp. 2; *Sammlung der kleineren liturgischen Schriften,* Monachii 1811 t. 1; *Deutsches kath. ausübendes Ritual,* Francofurti 1813 pp. 2 in 8; *Dankadresse* an Max Joseph IV. wegen Abschaffung der Feiertage oder historisch-kritische Abhandlung über Vermehrung oder Verminderung der Feiertage, Monachii 1801. Etiam in catechesi admodum aberravit a recta via [1]) catechismum rationalismo plane infectum commendans et tradens in op. Religiös-sittliche Katechetik, Landhut 1815, 1816 ed 2.

351. Nonnulla ad historiam ecclesiasticam Bavariae spectantia reperiuntur in tot doctis diss. Romani Zirngibl [2]) OSB. ad s. Emmeramum, qui Teibachii in Bavaria n. est 25. Mart. 1740. Erat admodum versatus in historia literaria, ideoque socius adlectus est academiae literariae monacensi (1777), a Dalberg selectus qui praeesset omnium monasteriorum ratisbonensium archivis (1804), dein regius archivarius, vir laboriosissimus et simul vero religiosus, splendidum decus sui ordinis et nationis germanicae ornamentum († 29. Aug. 1816 a. aetatis 77). — Dionysius Fr. de Paula Reithofer Cist. Landshuti n. 2. Apr. 1767, scriptor diligens et laboriosus multa scripta edita et inedita reliquit ad illustrandam historiam civilem et ecclesiasticam, monasticam et literariam Bavariae [3]). Obiit 7. Aug. 1819. — Philippus Neri Puell can. lat. in canonia Neocellae, Bolsani n. 26. Maj. 1728; † 27. Jan. 1801, diligens erat investigator archivorum [4]), unde quamplurima documenta per annos 30 collegit pro conscribenda patria historia, quae complectitur 4 vol. msc. in f.; edidit occasione sollemnium semisecularium sacerdotii Leop. Mariae comitis de Spaur episcopi brixinensis *heiligmässiger Lebenswandel des sel. Hartmann* Bischofs zu Brixen und Ti-

[1]) Cf. Felder 1812. I, 216—24, ubi utrumque opus recensetur, sed cf. Thalhofer Handbuch der kath. Literatur I, 113. 115.

[2]) Cf. Werner Geschichte der katholischen Theologie pag. 384—7; Felder 1811. I. 282—300; 305—16; Brück Geschichte der k. Kirche in Deutschland im 19. Jahrhundert I², 461; Batz et Brenner theol. Ztschr. 1811 t. 4.

[3]) Cf. Felder 1811. II, 311—30, ubi hoc opus eodem innovationis spiritu infectum impense laudatur.

[1]) Cf. Knecht KL. VII², 282 s.

[2]) Cf. Baader 1. II, 369—74 et Lindner 1, 69—80, qui ejus scripta edita (30) et inedita (28), inter quae multa pretiosa, exquisita accuratione et diligentia elaborata recenset; Westenrieder Denkschrift auf Zirngibl v. Kerz Literaturz. 1823. II, 104—44; 212—22; 289—301.

[3]) Cf. Ant. Weis allg. d. Biogr. 28, 166.

[4]) Cf. Wurzbach 24, 55.

rol, aus verschiedenen alten Urkunden, bewährten Schriftstellern und Nachrichten, Brixinae 1768. — Josephus Ant. Steiner[1]) Rettenbergae in Suevia 3. Martii 1725 natus, consiliarius consistorialis, poenitentiarius et visitator generalis dioecesis augustanae (1775), demum (1781) canonicus († 28. Febr. 1801), collegit *synodos dioecesis augustanae*[2]) quotquot inveniri potuerunt ac notis historicis, criticis et liturgicis illustravit, Mindelheimii 1766 t. 2 in 4: *acta selecta ecclesiae augustanae;* accedit synopsis episcopalium decretorum per eandem ecclesiam a tempore concilii tridentini usque in presentem annum promulgatorum, Augustae V. 1785 in 4. — Jo. Hermann Kock, Monasteriensis, succentor cathedralis (n. 20. Aug. 1738; † 21. Apr. 1807) dedit *seriem episcoporum monasteriensium* eorumque vitas ac gesta in ecclesia, Monasterii 1802—1806 1816, pp. 4. — Ad historiam ecclesiasticam salisburgensem quaedam contulit Josephus Lechner aliquamdin historiae ecclesiasticae, juris canonici et theologiae dogmaticae lector, dein parochus (n. 21. Jan. 1766) in op. *Versuch einer beurkundeten Darstellung des Kirchenwesens* in Baiern salzburgischen Diöcesanantheils von den ersten Spuren des Christenthums daselbst bis auf unsere Zeiten, aus dem braunburgischen Archidiaconalarchive bearbeitet, Salzburg 1810. — Joannes (Hermannus) Baer O. Cist. in monasterio eberbacensi (n. 1. Jan. 1742; † 24. Oct. 1814) scripsit praeter *Beiträge zur Mainzergeschichte* der mittleren Zeit 1789. 1790 fasc. 2; *diplomatische Geschichte der Abtei Eberbach im Rheingau* 1855—58 t. 2 cura K. Rossel.

352. Ambrosius Eichhorn OSB. in monasterio s. Blasii, postea s. Pauli, n. est in Wittekofen in Würtembergia 26. Sept. 1758. Cum studio antiquitatum et rei nummariae delectaretur, a principe ab. M. Gerbert scribendae Germaniae sacrae (pag. 567) socius adscitus et ut episcopatum curiensem illustraret designatus est. Quare Curiam profectus (1787) dioecesis archiva diligentissime lustravit spoliisque literariis opimus domum rediit totumque se jam operi edendo accinxit, quod demum prodiit inscriptum: *Episcopatus curiensis in Rhaetia* sub metropoli moguntina chronologice et diplomatice illustratus, cum codice probationum 161 documenta praecipua complectente, typis san-blasianis 1797 pp. 2 in 4. In monasterio magistrum novitiorum egit, bibliothecae (1789) et archivi praefectum, postremo priorem in Oberriedt. Cum autem a. 1807 celeberrimum s. Blasii monasterium neovandalorum usurpatione fuerit suppressum, ipse cum principe abbate Berth. Rottler aliisque sodalibus ad s. Paulum in Carinthiam commigravit ac protinus gymnasio klagenfurtensi est praefectus. Antiquitatem Carinthiae sacram et profanam multis commentationibus illustravit († 21. Mart. 1820), Huc ex. gr. spectant[1]) *Beiträge zur älteren Geschichte und Topographie des Herzogthums Kärnten*[2]), Klagenfurti 1817. 1819 pp. 2; *diplomatische An-*

[1]) Alius ab est J. J. Steiner, quondam miles, publicis dein muneribus addictus, cujus prodiit *Geschichte des Alten und Neuen Testamentes* mit Erklärungen und Sittenlehren aus Gründen der Religion und Vernunft, Wien 1809 t. 4 in 8. Cf. Wurzbach 43, 69.

[2]) *Collectionem synodorum erfordiensium* historico-critice elucubravit Jos. Heine OSB. in monasterio erfordiensi, Erfordiensis n. 16. Aug. 1759, in universitate ab a. 1792 professor theologiae moralis, dein dogmaticae, Erfordiae 1792. Vixit adhuc 1817.

[1]) Cf. Scriptores O. S. Ben. pag. 78; Baader das ehemalige Kloster St. Blasien 123 ss.; Waitzenegger 3, 113—20.

[2]) Hieronymus Weinhofer SJ. Viennensis (n. 14. Apr. 1734; † 27. Jun. 1808) vir in antiquitatibus et numismatica admodum versatus, dedit *Verzeichnis der Bisthümer und Pfarreien des Erzherzogthums Oesterreichs,* Viennae 1791 in 12. Cf. Wurzbach 54, 41.

nalen des Herzogth. Kaernten, in periodico Carinthiae l. 2. a. 1820 et t. 3. a. 1821. — Maximus Guisolan Cap. episcopus friburgensis in Helvetia († 1814) edidit *decreta et constitutiones synodales episcopatus lausanensis,* Friburgi 1802 in 4. — Jos. Mainati sacellanus cathedralis tergestinae edidit *Croniche ossia memorie sacro-profane di Trieste* cominciando dal XI. sec. sino a' nostri giorni, coll'aggiunta della relazione dei Vescovi dal primo sino al decimo secolo [1]), Venetiis 1817—18 t. 6 in 8., quibus a. 1819 adjecit t. 7: *Croniche* ossia Memorie storiche antiche di Trieste estratte dalla storia del P. Ireneo della Croce [2]) Carm. scalzo con annotazioni ed aggiunte, opus doctum et eruditum. — G. Groppler mathesis professor in academia patavina, canonicus utinensis († 1803) collegit *Memorie storiche* dei tre ultimi secoli del patriarcato d'Aquileja (1411-1751), Utinae 1888, opus posthumum, cujus editionem curavit Hier. comes de Renaldis.

353. Laurentius Barotti SJ. Ferrariensis [3]), insignis concionator et in literatura versatus (n. 20. Dec. 1724; † 1801), publicae luci dedit *Serie dei Vescovi et Arcivescovi di Ferrara,* Ferrariae 1781 in 4., opus accuratum et eruditum [4]); *Lezioni sacre,* t. 1 in ll. Tobiae, Judith et Esther; t. 2. in ll. Machabaeorum, Parmae 1785. 1786, quae multum laudantur. Lectiones in ll. Judith et Machabaeorum receptae fuere in *Istoria santa* P. Granelli (pag. 95) t. 9. et 10. Revisit, auxit atque edidit opus a patre suo Joanne Andrea B. coeptum: *Memorie storiche di Letterati Ferraresi,* ib. 1777 ed. magnifica; ib. 1792. 1793 t. 2 in 4. emendata et aucta. — Ejus sodalis Hier. Baruffaldi vir in literatura admodum versatus, pariter Ferrariensis (n. 15. Febr. 1740; † 1817), adjecit [1]) *continuazione delle memorie istoriche* etc., ib. 1811 in 4. *Notizie istoriche* delle Academie Letterarie Ferraresi, ib. 1787 et alia ad historiam letterariam ferrariensem spectantia. — Josephus Manini Ferrante canonico concinnavit *Compendio della storia di Ferrara sacra e politica,* Ferrara 1808—10 t. 6; discussione academica su l'antico Vescovado di Voghenza. ib. 1795. — Mich. Catalani SJ. Firmanus n. 27. Sept. 1750, societate Jesu suppressa canonicus in patria ecclesia, de ejus historia bene meritus († 10. maj. 1805), scripsit *de ecclesia firmana* ejusque episcopis et archiepiscopis commentarium, Firmi 1783; *Origini ed Antichità Fermane,* Fermo 1778 etc. Aeneae Silvii de Piccolominibus ep. tergestini (postea P. M. Pii II.) *de rebus Basileae gestis* stante vel dissoluto concilio commentarium prooemio subjectisque annotationibus doctis illustratum, primus edidit Firmi 1803 in 8. Invenerat ipse hunc commentarium in bibliotheca vaticana latentem, nunquam antea editum. — Petrus Ant. Petrini († 1803) collegit *Memorie Prenestine* disposte in forma d' Annali, Romae 1795, liber excellens. — Modestus Rastrelli collegit *Concilii e synodi tenuti in Firenze* dall' a. 1055—1787 s. l. et a., opus proh. 31. Mart. 1788. — Arnoldus Speroni degli Alvarotti OSB. Patavinus, episcopus rhodiginus, speculum [2]) eruditionis, pietatis et beneficentiae (n. 1727; † 4. Nov. 1800), dedit *adriensium episcoporum seriem* historico-chronologicam monumentis illustratam, 1788 in 4, opus eruditum, sed stilo

[1]) Cf. Jahrbücher der Literatur, Wien 1822 t. 17 pag. 10—37 et 29, 251—305.
[2]) De hujus opere egimus 4[3], 545. Prodiit illud iterum a. 1820. cura comitis Agapito.
[3]) Cf. Backer 1, 410; Biogr. univ. 57, 177.
[4]) Ant. Frizzi collegit *Memorie* per la storia di Ferrara 1791—1805 t. 5 in 4; 1847—57 v. 6 in 4.

[1]) Cf. Sommervogel I, 991—94.
[2]) Cf. Vedova II, 311—14.

indiligenti conscriptum; *Vita di Antonio Godeau* vescovo di Vence, ib. 1761, cujus quoque historiam ecclesiasticam italice vertit, ib. 1761 t. 12 in 4; *Ragionamento sopra gli ordini minori e sacri,* Patavii 1783 in 8. — Franciscus Scipio Dondi dall' Orologio Patavinus n. 19. Jan. 1756, juris utriusque doctor, canonicus, vicarius generalis, episcopus auxiliaris, demum (1807) ordinarius patavinus († 6. Oct. 1819). Etiam a Napoleone honoribus fuit auctus. Dictus enim est Regni baro et commendator coronae ferreae. Designatus fuit archiepiscopus mediolanensis, sed tantae promotioni renunciavit. Admodum beneficus fuit in pauperes. Reliquit *diss.* (9) *sopra l' istoria ecclesiastica di Padova* [1]), Patavii 1802—17 in 4; *serie storico-cronologica dei canonici di Padova,* ib. 1805 in 4; *sopra li cimiterj,* ib. 1809; *de more osculandi annulum episcopalem,* ib. 1809; *diss. sopra li riti,* la disciplina e le costumanze della chiesa di Padova sino al XIV. secolo, ib. 1816 in 4; *due lettere* sopra la fabrica della cathedrale di Padova, ib. 1794 in 4; *Sinodo inedito* e memorie della vita di Pileo Prata [2]), ib. 1795 in 4. — Cajetanus Cognolato Patavinus (n. 7. Aug. 1728; † 10. Dec. 1802), seminarii director, insignis plane philologus, canonicus Montis Silicis factus edidit *Saggio di memorie della terra di Monselice,* delle sue sette chiese, del Santuario in esso ultimamente aperto, Patavii 1794 in 4. Ediderat quoque card. Veronese (pag. 67) l. *de necessaria communione fidelium cum apostolica sede,* Brixae 1783 cum auctoris vita. — Cajet. Hier. Macca O. Min. fusissime scripsit *Storia del territorio di Vicenza,* Caldagno 1812—16 t. 14 in 8. — Lucius Doglione n. 21. Apr. 1730 Beluni, theologiae professor, bibliothecae capituli praefectus, quam egregiis codicum msc. catalogis ornavit, et decanus, defuncto episcopo J. B. Sandi (1786) unanimi capituli suffragio electus est vicarius. De historia patria insigniter est meritus († 1803). — Jos. Ant. Cavalieri († 1802) disseruit *de episcopis comaclensibus,* Comacli 1779 ad perficiendam seriem colletianam. — Pasqualis Cayro scripsit *Storia sacra e profana* di Aquino e sua dioecesi, Napoli 1808. 1811 t. 2; collegit quoque *Notizie istoriche* delle città del Vecchio e Nuovo Lazio. — Vitus Capoalbi reliquit *Memorie* per servire alla storia della s. Chiesa Miletese, Napoli 1835. — Caesar Gaetani comes de Turre e nobilissima prosapia Syracusis ortus a. 1718, studiosissimus in investigandis antiquitatis monumentis, versatissimus in historia patria, quam scriptis etiam illustravit et museo operum antiquorum e terra erutorum referto († 1808 a. aetatis 90), praeter alia [3]) scripsit *Diss. storica apologetica critica* intorno all' origine e fondazione della chiesa siracusana dal Principe degli Apostoli s. Pietro, Romae 1748 in 4., qua apostolicam originem illius ecclesiae adversus Papebrochium et Dom. di Leo eam negantes magno eruditionis apparatu tuetur. *Notizia della chiesa di Siracusa,* in *nuova Raccolta di opuscoli siciliani,* Panormi 1781 t. 1; *Sull' origine e preeminenza della chiesa di Siracusa,* ib. 1788 t. 1.; *Lettera* sopra alcuni dubbi inserti sugli Atti suddetti, Syracusis 1760 in 4; *Descrizione delle catacombe* di S. Diego in Siracusa, in *Memorie letterarie di Sicilia,* Panormi 1756 t. 2. p. 155. — De Sicilia ecclesiastica, speciatim de ecclesia syracusana diligens indigator fuit etiam

[1]) Cf. Vedova I, 347—54, qui plurima alia ejusdem scripta recenset.

[2]) Jo. Petrus Masieri historiae eccl. in seminario patavino professor et in oppido patrio archipresbyter (n. 16. Maj. 1722, † 2. Dec. 1806) suppresso nomine typis dedit *Memorie antiche ecclesiastiche* e profane sulla città e diocesi di Padova, Patavii 1799—1801 t. 2.

[1]) Cf. Biogr. univ. 65, 15.

Jos. Logoteta, cujus plurima opuscula recenset passim in sua Bibliografia sicola Al. Narbone, cujus modi sunt Commentarius critico-historicus *de apostolica institutione ecclesiae syracusanae,* Cataniae 1786; *de episcopatu syracusano,* Florentiae 1806: *de scriptoribus ecclesiae syracusanae,* Syracusis 1780; Apologeticus *de Siciliae orthodoxia,* ib. 1793; plures dissertationes de argumentis liturgicis etc. — Franc. P. Volpe *collegit Memorie storiche,* profane e religiose sulle città di Matera, Napoli 1818.

354. Jo. Franciscus Hugues du Temps Sorbonae doctor n. 6. Aug. 1745, unus ex vicariis generalibus Ferdinandi de Rohan archiepiscopi burdigalensis, dein camaracensis, theologiae professor in collegio regio, in exsilium pulsus fuit propter recusatum jusjurandum (1792). Rediit 1801 Parisios, sed omnibus subsidiis destitutus vitam admodum modestam egit solo operum suorum proventu victitans († 19. Jul. 1811). Vir erat sagacis ingenii, magnae eruditionis, qui calamo utebatur nitido, comis et affabilis. Ex ejus operibus huc spectat *Le clergé de France,* ou tableau historique et chronologique des archevêques, évêques, abbés et abbesses du royaume, Parisiis 1774—5 t. 4 in 8., opus accuratum, quo plures errores *Galliae christianae* (cf. IV [3], 1209) emendat, eamque continuat usque ad a. 1774, documenta pretiosa, hactenus inedita suppeditat; sed illud proh dolor absolvere non potuit: exhibet enim archiepiscopatus (cum suis dioecesibus) ordine alphabetico tantum usque ad metropolim lugdunensem inclusive.[1]) — Jo. Petrus Papon n. 1734 Congr. Orat., quo tamen egressus est († 15. Jan. 1803) descripsit[1]) *Histoire générale de Provence,* Paris 1778—86 t. 4; et *Voyage litteraire de Provence* 1787 t. 2 in 12. ed. 2. — Petrus Daniel Labat OSB. congr. s. Mauri n. S. Severi 9. Nov. 1725 socius fuit in edendis jussu regis diplomatis, cujus operis t. 1. prodiit 1784; in edendis cum Clemencet operibus s. Gregorii naz. (cf. pag. 127), ad quae eam praefationis partem composuit, quae conspectum doctrinae s. doctoris exhibet. Inchoavit (cum sodali Hippol. Aug. de Coniac † 13. Maj. 1802) etiam *conciliorum Galliae* tam editorum quam ineditorum *collectionem,* temporum ordine digestam ab a. 177—1563, cujus tamen ob iniquitatem temporum et congregationis eversionem tantum t. 1. ex 10 vel 12 prodiit Parisiis 1789, admodum rarus (fr. 80); varior adhuc est pars t. 2., quae jam impressa erat[2]). *Histoire de l' abbaye de s. Polycarpe,* ib. 1785 in 12. *De l' Immolation de N. S. J. C.* dans le sacrifice de la messe, in 12. 1780. Decessit Labat 10. Apr. 1803. — Christophorus Mich. Ruffelet briocensis canonicus (n. 11. Jan. 1725; † 21. Aug. 1806) reliquit *Annales Briochines* ou Abrégé chronologique de l' histoire ecclésiastique, civile et littéraire du diocèse de S. Brieux enrichi de plusieurs notes historiques, géographiques et critiques, Brioci 1771 in 24., epitome admodum accurata et rara. — Ludovicus Car. Bisson n. 10. Oct. 1742 jusjurandum dedit in constitutionem civicam cleri, quo carcerem tamen non evasit; factus deinde est episcopus constitutionalis bajocensis (1801), mox tamen munere episcopali se abdicavit contentus titulo canonici honorarii († 28. Febr. 1820). Edidit *Almanach de Coutances* (1770—81), in quo plura habentur, quibus antiqui-

[1]) Cf. Biogr. univ. 12, 394. Petrus Jacobus Hippolytus Charlier, vir admodum eruditus, Parisiensis (n. 1757; † 1807) contexuit seriem episcoporum et archiepiscoporum parisiensium in foliis editis ab archiep. de Juigné inscriptis *Pastoral.* Cf. ib. 60, 493.

[1]) Cf. Feller 6, 392.

[2]) Cf. Brial Eloge historique de D. P. D. Labat Paris 1803; Nouveau Supplément à l'Hist. Lit. de la congr. de S. Maur, Paris 1908 p. 306—10.

tates ecclesiasticae hujus dioecesis illustrantur.

355. Vinc. Ignatius Franc. Tormo de Oloris († 1804) praeter alia collegit *Noticia de los sumos Pontifices,* Cardinales, Patriarcas, Arzobispos y Obispos naturales de la Ciudad o reino de Valencia elegidos desde su conquista por el Rey D. Jaime de Aragon, Valentiae 1790. — Raymundus Pasqual Praem. in canonica Bellipodii (s. Maria de Bellpuig) in archivis scrutandis plurimum occupatus (1736—1804) disseruit (hispanice) *de episcopatu Pallas* in Catalonia per secula quasi tenebris obruto seriemque episcoporum nititur figere, 1785 in f. — Emmanuel Augustus Hellin Antwerpiensis n. 11. Febr. 1724, in genealogiis patriis apprime versatus [1]), canonicus gandavensis et notarius apostolicus, propter recusatum civicum jusjurandum a Gallis in exsilium pulsus († 1803) composuit eruditam *Histoire chronologique* des évêques et du chapitre exemt de l'eglise de S. Bavon à Gand suivie d'un recueil des epitaphes, avec supplement, Gandavii 1772—77. — Simon (Petrus in baptismo dictus) Ernst can. reg. in canonia roldensi (Rolduc, Klosterrath) in oppido Aubel ducatus quondam limburgensis n. 6. Aug. 1744, theologiae et exegesis lector, innovationes a Gallis inductas atque jusjurandum in constitutionem civicam cleri pluribus (11) scriptis plerumque anonymis approbavit propugnavitque. Rebus per concordatum (1801) utcunque compositis, totum se dedit studio historiae ducatus limburgensis, cujus fructus nonnisi posthumus cura ejus cognati Egmundi Lavalleye demum prodiit [2]): *Histoire de Limbourg* suivie de celle des comtés de Daëlhem et de Fauquemont, les annales de l'abbaye de Rolduc (ab a. 1104—1185 cum continuatione Nic. Heyendal ad a. 1700), Leodii 1837 t. 6. Antea ediderat *Tableau historique et chronologique des suffragants ou coévêques* de Liège, ib. 1806. Plures symbolas ad historiam Belgii spectantes submisit D. Clement pro opere *l'art de vérifier les dates.* Socius erat academiae bruxellensis, a qua pro diss. de themate proposito donatus est praemio († 11. Dec. 1817).

356. Marianus (antea Jo. Georgius dictus) Pachmayr OSB. Cremifanensis (n. 22. Oct. 1728; † 17. Jun. 1805) rerum historicarum sui monasterii peritissimus, composuit magna diligentia et sedulitate *historico-chronologicam seriem abbatum et religiosorum monasterii cremifanensis OSB.* quotquot quidem a retro actis mille annis ab ejus fundatione in tabulis, mscr. catalogis aliisque monumentis inveniri potuerunt, Styrae 1777—82 pp. 4., opus pro historia Austriae superioris pretiosum. — Ejus sodalis Gabriel Strasser (n. 15. Febr. 1752; † 6. Apr. 1814) monasterii archivarius et bibliothecarius inchoavit *Kremsmünster aus seinen Jahrbüchern,* ib. 1809 (aliquot exemplaria 1810) p. 1. in 8; alteram operis p. jam perfectam auctorem ipsum igni tradidisse constans inter sodales traditio est. — Maurus Feyerabend OSB. in monasterio ottoburano n. 7. Oct. 1754, juris canonici lector, praefectus seminarii et gymnasii (1785), quod sua sedulitate et diligentia plurimum promovit et illustravit, vir erat apprime doctus, morum severus, insituti monastici amantissimus atque tenacissimus, ut ab eo latum unguem discedere nefas putaret. Suppresso monasterio cum pluribus (18) sodalibus vitam communem continuavit totumque se consecravit illustrando dilectissimo suo monasterio. Fructus studiorum prodiit inscriptus *Des ehemaligen Reichsstiftes*

[1]) Cf. Biogr. nat. 8, 898.

[2]) Cf. deutsche Biogr. 6, 327; Waitzenegger 3, 123—137, qui exhibet epitomen vitae ipsius editae Aquisgrani 1818; Biogr. univ. 63, 384—7; Bi. nationale de Belg. 6. 667—82.

Ottobeuern Benedictinerordens in Schwaben sämtliche Jahrbücher in Verbindung mit der allgemeinen Reichs- und der besonderen Geschichte Schwabens; diplomatisch, kritisch und chronologisch bearbeitet, Ottobeuern 1813—16 t. 4 in 8. Apoplexia in confessionali correptus (1. Nov. 1817) diu adhuc trahens vitam doloribus refertam decessit[1]) 8. Mart. 1818. Germanice vertit varia opera s. Gregorii M. et s. Cypriani. — Gerardus Hess OSB. in monasterio weingartensi, philosophiae et theologiae lector, prior (n. 11. Oct. 1731, † 4. Dec. 1802, collegit *Prologum monumentorum guelficorum* seu catalogum abbatum imperialis monasterii Weingartensis ex monumentis domesticis aliisque scriptoribus, Augustae V. 1781; *Monumentorum guelficorum p. historicam*, typis campidonensibus 1784, quae est continuatio prioris operis. — Beda Regaus OSB. praepositus monasterii afflighemensi (1718—1808) reliquit *Hafflighemum illustratum*, t. 7, opus accuratum et diligens, sed dolendum quod typis non fuerit impressum, hinc parum notum[2]). — Coel. Ferd. Hostlovsky OSB. in monasterio sub Rupe n. 1740 in civitate Prachatitz, reliquit *memoriam subrupensem* post ejus suppressionem (1785), postquam ipse ibidem parochum egit obiitque ultimus sodalium a. 1812. Ediderunt eam demum sodales Kozler, dein Wintera in Studien und Mitth. aus dem Ben. O. I (1880) fasc. 4. p. 110—142; X (1890), 296—306; 448—63. 613—32. — Benedictus Stadelhofer Praem. in canonia rothensi, Immenstadensis n. 28. Apr. 1742, prior, *Historiam* eruit imp. et exempti collegii rothensis in Suevia ex monumentis domesticis et externis potissimam partem ineditis, Augustae V. 1787 t. 2 in 4. — Ad historiam Societatis Jesu referri potest Felix Hofstaetter SJ. Viennensis n. 4. Oct. 1741. Suppressa societate J. successit Denis in munere bibliothecarii universitatis viennensis. Obiit 22. Aug. 1814 praepositus Gosstajae in Moravia. Composuit scil. opus inscriptum[1]) *Wahrmund* eine Beantwortung auf alle Verläumdungen gegen die Jesuiten, wobei zugleich alle Unwahrheiten und Verfälschungen der Verläumder aufgedeckt werden, 14 Dialoge, Augsburg 1782 t. 2; 1793. 1794 t. 4 ed. aucta; Solothurn 1820. — Damianus Fuxhoffer OSB. de s. monte Pannoniae, Hungarus (n. 11. Jan. 1741; † 27. Febr. 1814), condidit *Monasteriologiam regni Hungariae*, in qua ll. 5 synoptice, originario-diplomatice describuntur omnium singulorum religiosorum ordinum monasteria, quae unquam ab ingressu Hungarorum in Pannoniam fundata fuerunt, Weszprimii 1803 in f. (m. 48); quam recognitam, ad fidem fontium revocatam et auctam edidit Maurus Czinár[2]), 1869 t. 2 in 4. Prodierunt tamen tantum duo ll. ex 5, quorum primus complectitur monasteria (102) OSB., alter monasteria (42) O. Praem., Cist. (19), Cruciferorum, s. Joannis Hieros. (19), Templariorum (13), Equitum teutonicorum, Can. reg. s. Augustini (15), s. Sepulcri, Superpelliciatorum et Eremitarum s. Aug. (21). Tres ll. posteriores asservantur msc. cum aliis ejusdem op. in bibliotheca centrali sui monasterii[3]). — Godefridus Jo. Dlabač Praem. in canonia strahoviensi (n. 27. Jul. 1758; † 4. Febr. 1820),

[1]) Cf. Lindner 2, 103—7.

[2]) Cf. Revue des qq. hist. IX (1908), 416.

[1]) Alia ejusdem opera cf. Sommervogel IV, 427—29.

[2]) Natus is est 30. Mart. 1787 parentibus lutheranis, sed puer ad fidem catholicam conversus ingressus est OSB. Post alia munera decessit archivarius et bibliothecarius 10. Febr. 1875. Adjecit codici diplomatico Hungariae a Fejér edito *indicem* alphabetice dispositum, Pestini 1866, et brevem exhibet conspectum abbatum et archiabbatum Montis Pannoniae in schematismo ord. a. 1841; 1846 etc.

[3]) Scriptores OSB. etc. pag. 107.

bibliothecae praefectus, vir in literis et historia patria apprime eruditus [1]), plurium societatum literariarum membrum, ab imperatore propter sua in literas merita numismate aureo fuit donatus. Ad augendam eruditionis suae supellectilem plura itinera literaria instituit (1788—95). Edidit *chronologicum necrologium abbatum et canonicorum Praem. sioniorum,* qui mox a primo ingressu s. ordinis in Bohemia aut Pragae in Monte Sion aut aliis in locis ad a. usque 1816 obierunt, Pragae 1817 in 8; *historische Darstellung des Ursprunges und der Schicksale des königlichen Stiftes Strahow* pp. 1—3. Periode bis 1807, ib. 1805—7 in 8; *inscriptiones monumentorum* in regia ecclesia O. Praem. Pragae in Monte Sion hodie superstitum notis illustrata, ib. 1808 in 8. — Guil. Eugenius Joseph baro de Wal Belga, miles, dein eques teutonicus (1736—1818) collegit *Les Annales de l'ordre teutonique,* Parisiis 1784—90 pp. 8., quibus adjecit *Recherches* sur l'ancienne constitution de l'ordre teutonique, et sur les usages comparés avec ceux des Templiers suivies de quelques eclaircissements sur l'histoire de l'ordre et de réflexions sur l'abolition de celui du temple, 1807 pp. 2, opus eruditum, pro quo meruit a Pio VII. collaudari.

357. *Acta sanctorum* Illustrarunt Corn. Byeus (de Bye) SJ. Belga (n. 1. Oct. 1727; † 11. Aug. 1801), qui in primis sex tomis mensis Oct. parandis occupatus fuit cum Jacobo de Bue SJ. (n. 11. Mart. 1728; † 2. Oct. 1808) et Jos. Ghesquière de Raemsdonk SJ., qui in edendis t. 4 Octobris partem habuit. Natus est Ghesquière 24. Febr. 1731 Corteriaci (Courtrai). Cum P. Clé condidit museum historiographicum. Exstincta Soc. Jesu receptus est inter socios academiae bruxellensis; post Gallorum invasionem Essendiam recessit, ubi obiit 23. Jan. 1802. *Acta sanctorum Belgii selecta,* quae tum ex monumentis sinceris necdum in bollandiano opere editis, tum ex vastissimo illo opere, servata primigenia scriptorum phrasi collegit, chronologico ordine digessit commentariisque ac notis illustravit, Bruxellis 1783-89, Tongerloae 1794 t. 6 in 4. (m. 90). Non absolvit eruditissimum et pretiosissimum opus [1]): pertingit enim in recensendis sanctis tantum ad a. circiter 729. Reliquit alia opera critica, historica et in primis ad numismaticam spectantia [2]); *La vraie notion des Dîmes* rétablie sur les principes de la Jurisprudence canonique et civile, sur la doctrine constante de l' antiquité, sur l' usage non interrompu des Juifs et des Chrétiens; en Réponse à deux brochures de M. d' Outrepont, Avocat, Leodii 1785 in 8., cui jam praecesserant aliquot opuscula de hoc argumento. *David propheta, David doctor, David hymnographus, David historiographus* seu psalmi prophetici, doctrinales, hymnici et historici, philologice ac paraphrastice expositi, servato authentico textu, Essendiae (1800) in 8; Gandae 1824; Venetiis 1825; Attrebati 1877. — In edendis actis SS. Belgii socium habuit Cornelium Smet SJ. (n. 10. Jul. 1740; † 11. Febr. 1812), quem de Roquelaure archiepiscopus mechlinensis suspendit ab omnibus functionibus sacerdotalibus, quod nollet approbare novum catechismum imperii gallici; suspensionem tamen capitulum cathedrale

[1]) Cf. Wurzbach 3, 326, qui plura alia ejusdem scripta laudat ad historiam patriam illustrandam spectantia; Goovaerts sub n. 77 recenset ejus scripta edita et inedita I, 197—203.

[1]) Cf. Backer I, 2102—7; prooemium t. 7. act. SS. mensis Oct.

[2]) Socium laboris per sex annos habuit Jo. Franc. Isfridum Thys Praem. in canonia tongerloensi, praesertim in edendo t. VI. (n. 11. Jan. 1794; † 3. Jan. 1824), qui »vir erat, judice De Ram, perquam pius et doctus, sed a communi usu et consuetudine nonnunquam recedens.« Cf. Goovaerts II, 244 ss.

revocavit quam primum de Roquelaure sede sua cesserat. Collegit etiam Sanctos et viros illustres, qui ultimis 8 sec. religionem romanam in Belgio stabilierunt et amplificarunt (belgice), Bruxellis 1808. 1809 t. 3; 1826 t. 4 in 12. Insuper ipsius adhuc sunt: *Harmonia evangelica* ex quatuor evangelistis chronologice deducta et commentariis illustrata, Lovanii 1772 in 8; *Remarques sur le système gallican* ou sur les articles de la déclaration du clergé de France assemblé en 1682, Montibus 1802 in 12. — Wenceslaus Sierakowski Cracoviensis (1740—1806), praepositus capituli cathedralis, solicitissimus pauperum pater, ad fidelium aedificationem polonice narravit vitas sanctorum pro singulis anni diebus; Cracoviae 1789—1800 t. 13 in 8., multaque alia opera ex latino vel gallico polonice vertit in fidelium utilitatem, atque moriens 50,000 florenos reliquit pro recudenda versione s. Scripturae interprete Wujk (III^3, 215). — Jo. Jac. Dionisi Veronensis n. 1734, canonicus et praepositus bibliothecae capituli, insignis archaeologus, in historia literaria versatus deque Dante in primis meritus († 14. Apr. 1808), praeter plura alia opera erudita huc non spectantia, scripsit *Dei Santi Veronesi,* Veronae 1786.

358. Carolus Jos. Michaeler SJ. Oenipontanus n. 6. Dec. 1735, exstincta societate professor historiae universalis in universitate oenipontana, dein custos bibliothecae universitatis viennensis, societati francomuratorum adscriptus et vir liberiorum opinionum († 22. Jan. 1804), plurima opera historica vel literaria edidit, inter quae *Ueber das Geburts- und Sterbejahr J. Christi* nebst chronologischen Tabellen, die zur richtigen Kenntniss der mit einschlagenden und nächst anhängenden apostolischen Zeiten dienen mögen, Viennae 1796. 1797 pp. 2 in 8., cujus p. 2. adjectae sunt animadversiones in Sanclementii opus (pag. 397); *das neueste über die geographische Lage des irdischen Paradieses,* ib. 1796 pp. 3 (t. 4) cum sex chartis et alia theologica, quae spiritum Ecclesiae infensum produnt [1]). Ita ejus commentatio *de mechanismo physico miraculorum,* Viennae 1784., spiritu ratinalistico est infecta. — Mich. Jos. Maceda SJ. Pampelonensis (n. 22. Jul. 1744; 29. Mart. 1805) exsul Bononiae degens otium hisce edendis operibus consecravit: *Hosius vere Hosius* Ὅσιος ἀληθῶς Ὅσιος (s. Athanasius in apol. de fuga et in ep. ad Solit.) h. e. Hosius vere innocens, vere sanctus diss. duae: 1. de commentitio M. Hosii cordub. ep. lapsu; 2. de sanctitate et cultu legitimo ejusdem. Accedit 3. Potamius innocens innocentiae M. Hosii vindex seu de innocentia Potamii ulyssipon. ep. deque emolumento in M. Hosii innocentiam inde manante, Bononiae 1790 in 4; *de celeri propagatione Evangelii iu universo mundo ll. 3;* accedit commentarius bollandianus de s. Firmino ep. et M. cum diss. ejusdem auctoris de pampelonensi episcopatu hujus sancti, ib. 1798 in 4; *Actas sinceras nuevamente descubiertas de los SS. Saturnino, Honesto y Fermin* Apostoles de la antigua Vasconia... por las quales se pone en claro el tiempo en que florecieron y el obispado de S. Fermin, Madriti 1798 in 8. versio praecedentis commentarii. — Georgius Zoëga Danus n. 1754, vir in scrutandis antiquitatis monumentis ad stuporem sedulus et versatus, dum tertio Romam studiorum causa petiisset, fidem amplexus est catholicam [2]). Romae deinde commoratus multum se dedit interpretandis signis hieroglyphicis et scrutandis lingua et antiquitatibus copticis, adju-

[1]) Cf. Wurzbach 18, 208—11; Sommervogel V, 1066; Caballero I, 191.

[2]) Cf. Joergensen G. Zoega et Mindeskrift, Kopenhagen 1881; Ad. Michaelis allg. d. Biogr. 45, 386—402; hist. pol. Bl. (1809) 226 ss.

tus liberalitate praesertim Steph. Borgiae. Composuit quoque *catalogum* (rarissimum) *codicum copticorum msc.* musei borgiani, in quo prostant quatuor fragmenta vetustissimi libri synodici de conc. nicaeno auctore copto ab ipso reperta. Studio ferebatur describendi universam antiquitatem, hinc enata copiosa collectanea et exerpta, quae modo in bibliotheca havniensi asservantur. Haberi potest cum Winkelmann et Visconti auctor scientiae archeologicae. († 10. Febr. 1809).

359. De *archaeologia christiana* meruerunt: Dominicus Diodati [1]) Neapolitanus (n. 31. Oct. 1736; † 1801), vir apprime eruditus, praesertim in re numismatica, plurium academiarum socius, cujus est inter alia *de Christo graece loquente exercitatio,* qua ostenditur graecam linguam cum Judaeis, tum ipsi Christo et apostolis nativam ac vernaculam fuisse, Neapoli 1767, qua singulari opinione benevolentiam Catherinae II. imp. Russiae sibi conciliavit ac concertationi literariae occasionem praebuit, eruditorum aliis ei applaudentibus, aliis eam impugnantibus. — Nic. Ignaria pariter Neapolitanus, n. Petraeblancae 21. Sept. 1728 dignus erat Mazochii discipulus, eruditionis aemulus, studiorum socius, in cathedra successor et demum biographus. Typographiam regiam rexit (1782), heredem regni instituit (1784), canonicus factus prae modestia archiepiscopatum rhegiensem recusavit. In archaeologia erat versatissimus, et magno in honore apud omnes non solum propter eruditionem, sed etiam propter morum candorem et comitatem, propter effusam in omnes, pauperes praesertim, humanitatem et liberalitatem. Sicut Mazochius, quem in omnibus assectabatur et cujus t. 3. *spicilegii biblici* posthumum edi curavit, senex 70 annorum ita omnium oblivione pedetentim captus est, ut ne parentum quidem nominum recordaretur. Decessit 6. Aug. 1808 senex 80 annorum quiescitque ad latus Mazochii [1]). — Caspar Aloysius Oderico SJ. illustrissima familia Genuae ortus est 24. Dec. 1725. Confecto cum laude studiorum curriculo antiquitatum studium et diligens assiduaque eorundem pervestigatio ita ejus animum rapuit, ut tamquam propriam hanc sibi rem ardore magno sumpserit, in eaque tam in nummis quam in inscriptionibus lapideis sive graecis sive latinis explicandis nulli vel hujus artis peritissimo aetate sua cesserit. Quam ob rem fama ejus undequaque diffusa, plures doctissimi viri eum non solum verebantur, sed etiam in suis dubiis enodandis consulebant. Theologiae quoque polemicae operam dabat, vehementer urgente card. Spinelli, qui eum illius cathedrae a se in collegio Scotorum de Urbe erectae moderatorem et magistrum voluit. Exstincta societate Jesu honestissimis conditionibus neglectis, quibus si Romae maneret frueretur, in patriam illico se recepit, ubi bibliothecae universitatis praefectus est. Repentina morte oppressus decessit 10. Dec. 1803 magno omnium moerore, qui ipsius summam in Deum religionem, eximiam morum probitatem, singularem in adversarios lenitudinem aliasque virtutes mirabantur. Ex variis ejus operibus [2]) huc

[1]) Alius a Petro Diedato, cujus exstat *Nuova difesa dei can. 3. et 4. della sess. XX. del concilii di Trento* s. l. 1788 in 8.

[1]) Cf. Castaldi in ipsius Vita; Biogr. univ. 21, 193.

[2]) Cf. Backer 2, 1599, qui de eo, pronunciat: »Dans les questions de numismatique et d'antiquité traitées par Oderico, on trouve une érudition vaste, des réflexions fines et judicienses, un stile simple, pur, exact, élégant, concis, varié. Toutefois il a ses défauts, ses recherches ne satisfont pas toujours et ne tendent pas directement au but. Souvent il s'applique davantage à détruire l'opinion des autres, qu'a fonder la sienne propre et sur beaucoup de matières, il conclut par le

referri possunt: *Dissertationes* (8) *et annotationes* in aliquot ineditas veterum inscriptiones et numismata; accedunt inscriptiones et monumenta, quae exstant in bibliotheca monachorum camaldulensium s. Gregorii in Monte Coelio, explicationibus illustrata, Romae 1765 in 4. Non omnia tamen quae hoc vol. exhibentur sunt auctoris nostri.

360. Aloysius Lanzi SJ. Montecchii (Montolmo) marchiae anconitanae n. 14. Jun. 1732, societate J. extincta a magno Hetruriae duce praefectus fuit musaeo ducali antiquitatum, in quibus explicandis erat exercitatissimus. Linguarum quoque graecae, hebraicae et aliarum egregie erat peritus, hinc a viris eruditis crebro consulebatur, ut eorum dubia circa antiquitatis monumenta illustraret. Restituta in regno neapolitano Soc. Jesu in eam redire ardenter optabat, sed Jos. Pignatelli vir magni consilii intuitu provectae ejusdem aetatis eum dehortatus est atque Florentiae manere jussit († 31. Mart. 1810). Summis a viris eruditis encomiis extollitur primisque archaeologis et philologis suae aetatis accensetur et a celebri Marini salutatus est Varro sec. XVIII. Propterea et monumento publico fuit honoratus. Vir simul fuit candidissimis moribus, insigni comitate ac modestia, spectatissima pietate insignis[1]). Opera ejus referuntur prae primis ad archaeologiam profanam: inter ea maxime celebre est propter eruditionem et sagacitatem: *Saggio di lingua etrusca* e di altre antiche d'Italia per servire alla storia dei popoli, delle lingue e delle belle arti, Romae 1789 t. 3 in 8. Edidit etiam opuscula ascetica, ut *Della devozione al Cuore di Gesù* secondo lo spirito della Chiesa, Bassano 1805 et saepe alibi; *Il devoto del SS. Sacramento* istruito, Romae 1807 t. 2 in 8., opusculum exiguae molis, sed uberrimorum fructuum; Ragionamento *sulla devozione al s. Cuor di Maria,* Romae 1807 in 12. etc. — Hieronymus Franc. Bocchi Adrianus (n. 1748; † 30. Sept. 1810), antiquitatum suae patriae scrutator erat solers et diligens[1]). — Cajetanus Bugati Mediolanensis n. 14. Aug. 1745, bibliothecae ambrosianae, cujus erat propraefectus, codices diligenter scrutatus est, edidit que *Daniel secundum ed. LXX interpretum* ex tetraplis desumptam ex cod. ambrosiano syriace et latine vertit, Mediolani 1788 in 4; *Psalmi secundum ed. LXX interpretum,* quos ex cod. bibliothecae ambrosianae syriace imprimendos curavit, ib. 1820 in 4. opus posthumum cura Petri Cighera editum. Praecipuum ejusdem opus est: *Memorie storiche* intorno le reliquie ed il culto di s. Celso M. con un appendice nella quale spiega un dittico d'avorio della chiesa metropolitana di Milano, Mediolani 1782, verus thesaurus archiologiae refertus etiam eruditione historica († 20. Apr. 1816). Praetermisso Ennio Quirino Visconti Romano (n. 1. Nov. 1751; † 7. Febr. 1818), qui a cunabulis fuit eruditionis prodigium (suis enim operibus celebratissimis archaeologiam solum profanam et mythologicam illustravit[2]), mentione adhuc dignus est Jo. Bapt. Lud. Georgius Seroux d'Agincourt Bellovacensis n. 5. Apr. 1730, vir admodum eruditus, qui in Italiam secessit (1773) atque reliquum vitae suae († 24. Sept. 1814) impendit antiquis artium monu-

---

doute et abandonne le lecteur à des incertitudes fatigantes.« Caballero 1, 212; 2, 78.

[1]) Cf. Caballero I, 172; Backer II, 634-39, qui ejus opera sub n. 34 recenset.

[1]) Cf. Wurzbach 2, 4.

[2]) Cf. splendidum ejus encomium in Biogr. univ. 49, 251—66. Praetermittimus et Manuelem Abad y Lasierra OSB. abbatem, dein primum Ivicensem episcopum (1783), mox astoricensem (1787), magnum inquisitorem (1792—94), demum archiepiscopum selymbriensem i. p. i. (1806), cujus opera erudita manserunt inedita. Cf. Gams III, 412.

mentis in cryptarum abditis scrutandis, Romae praesertim, dein per Italiam, imo et per universam Europam. Plures cryptas suis expensis aperuit, in quarum una vivus pene sepultus fuisset, nisi per foramen, quo olim aer luxque introducebatur, exitum reperisset. Methodum tamen ab eo servatam in eruendis e terrae visceribus artis monumentis non omnes probant [1]). Propter insignes animi dotes effusamque in omnes, praesertim in archaeologiae studiosos, humanitatem et comitatem a viris nobilibus eruditisque aestimabatur, colebatur, atque ejus amicitia expetebatur: unde vel apud eversores pacis tranquillitatisque publicae in honore erat [2]). Fructus indefessae diligentiae, sagacis solertiae et immensae eruditionis prodiit inscriptus *Histoire de l'art* par les monuments depuis sa décadence au cinquième siècle jusqu'à son renouvellement au quinzième siècle, Parisiis 1810—23 t. 3 in f. cum 325 tabulis et tribus diss. historicis de architectura, sculptura et pictura. Hujus operis versio cum emendationibus prodiit Berolini 1840 curante Quast. *Recueil de fragments de sculpture antique en terre cuite,* Parisiis 1814 in 4. — Andreas Rubbi SJ. Venetus n. 2. Nov. 1737, vir in literis humanioribus et archaeologia quam maxime excultus († 3. Mart. 1817) et auctor plurimorum operum [3]) collegit *Dizionario di antichità* sacre e profane, publiche e private, civili e militari, communi ai Greci ed ai Romani giusta il metodo di Sam. Pitisco, Venetiis 1793—1805 t. 16 in 8.

361. *Historiam literariam* illustrarunt: Joannes Natalis Paquot Belga n. 22. Jul. 1722, bibliothecae lovaniensis academiae praefectus, a M. Theresia historiographus caesareus dictus, qui tamen occasione cujusdam controversiae cum academicis Lovanio secedere est coactus (1770). Cum vero noluisset in quadam causa, documentis expensis, ad regiminis votum respondere, gratia excidit atque annua privatus pensione in magnas redactus est angustias, donec Leodii a principe episcopo ei concessa fuit (1787) s. Scripturae cathedra munusque collatum bibliothecarii († 1803). Praeter alia reliquit *Mémoires pour servir à l'histoire littéraire* des dix-sept provinces des Pays-Bas, de la Principauté de Liége et de quelques contrées voisines, Lovanii 1765—70 t. 3 in f. et t. 18 in 12., opus non absolutum, utile, sed stilo minus grato conscriptum [1]). Plurium virorum doctorum opera emendata, aucta, illustrata edidit, inter quae Molani historia ss. imaginum (cf. III [3], 321). — Nicolaus Will Friburgensis n. 30. Jan. 1740 in universitate friburgensi professus est orientalium linguarum literaturam, postea theologiam polemicam, patrologiam et literariam theologiae historiam. Dimisso docendi munere in recens erecto Josephi II. jussu seminario generali rectorem egit, ornatusque est dignitate scholastici in cathedrali ecclesia linciensi, quamquam nunquam illuc concesserit. Seminario generali, Leopoldo II. imperante, soluto consiliarii regii in referendis causis ecclesiasticis partes agere in provincia Austriae anterioris perrexit, donec variis bellorum fatis intercedentibus Friburgo pelleretur et cum ceteris consiliariis exsulatum iret († 6. Mart. 1804). Scripsit *historiam de fatis et vicissitudinibus theologiae* [2]), Constantiae 1779. — Jo. Nep. Mederer SJ.

[1]) Cf. Kraus, Roma sott. introd. p. 14 s.
[2]) Cf. Biogr. univ. 42, 79—82.
[3]) Ea recenset Sommervogel VII, 269-78 sub n. 55.

[1]) Cf. Biogr. univ. 32, 539; praesertim Vict. Chauvin in ejus biographia, Leodii 1901 et in Biogr. nat. XVI, 597—609, qui ejus opera edita et inedita sub n. 38 recenset.
[2]) Cf. Klüpfel Necrol. p. 285—92. Cf. ejus encomium in Westenrieder Denkschrift auf J. N. Mederer, inter ejus opera Kempten 1833 V, 101—44; Duhr K. Zeitschrift f. k. Th. XIII (1889), 87 s.

Palatinus n. 2. Jun. 1734, in academia ingolstadiana etiam post societatem Jesu exstinctam historiae professor plane insignis, hujus universitatis *annales* (pretiosas) descripsit, Ingolstadii 1782 t. 4 in 4. ab a. scil. 1472-1772, quos continuavit Mich. Permaneder ab a. 1772—1826, adjecta appendice diplomatica, Monachii 1859 in 4., in qua fata narrantur universitatis, quae initio hujus seculi Landishutum, deinde Monachium fuit translata. „Translocata universitate Landishutum, scribit Permaneder ad a. 1800, migrare (Mederer) noluit, sed ad parochiam suam mauritianam, quam a. 1787 susceperat, Ingolstadii usque permansit, in quo administrando munere ecclesiastico zelosissimi pastoris partes egregie adimplevit [1]). Erat enim insigni prudentia et singulari morum comitate praeditus, pacis conservandae et reducendae studiosissimus, et ob praeclarum animi candorem omnibus gratissimus, liberalis item in omnes, in familias praesertim occulta penuria laborantes pro viribus largus, ita ut ob munificentiam suam merito sortiretur nomen Pater pauperum († 13. Maj. 1808)“. — Franc. Carolus Bor. Felder Meersburgi ad lacum brigantinum n. 6. Oct. 1766, parochus waltershofensis et aliquamdiu commissarius episcopalis pro seminario meersburgensi (1805—6), vir admodum laboriosus († 1. Jun. 1818), collegit *Gelehrten- und Schriftstellerlexikon der deutschen katholischen Geistlichkeit,* Landishuti 1817 t. 1., quod absolvit Fr. Jos. Waitzenegger ib. 1820 t. 2., auxitque adjecto t. 3. cum supplementis ib. 1822. Opus est sane utile, etsi non in omnibus articulis aequalis pretii et judicii. Symbolas quoque contulit variis foliis literariis, ipseque redegit [2]) primum *Kleines Magazin* für katholische Religionslehrer, Constantiae 1806—8, dein *Neues Magazin,* Schwäbischgmundae 1809—11; Landishuti 1812—16. demum *Literaturzeitung* für kath. Religionslehrer, ib. 1810—16, quam continuavit ad 1823 Casp. Ant. de Mastiaux. — Jo. Ge. Koeberle n. 5. Febr. 1782 in Nonnenhorn ad lacum brigantinum parochus wasserburgensis, redegit *Magazin* für k. Geistliche ab a. 1819—36 Landshut. Jo. Hochmeyer adjecit Alphab. Repertorium, Regensburg 1838.

362. Franc. Jos. Alexius a s. Jo. Nepom. de Horányi sch. piar. Budensis n. 15. Febr. 1736, in variis disciplinis etiam naturalibus egregie versatus, duplici itinere literario per varias Europae regiones vastum cognitionum thesaurum sibi comparavit, quem pluribus operibus in communem utilitatem derivavit. Aliquamdiu egit professorem in academia vaciensi (1778), qua Pestinum translata cathedrae renunciavit edendis libris ad finem usque vitae (11. Sept. 1809) occupatus, quorum praecipui sunt: Liberati Fassoni (pag. 71) *de conciliis* diss., Budae 1767; *prodromus historiae literariae in Hungaria,* Venetiis 1770 in 8; *Memoria Hungarorum et provincialium scriptis editis notorum* (1155), Viennae et Posonii 1775—7 pp. 3 in 8., cum *nova memoria* p. 1. A—C, Pestini 1792, cujus supplementi pp. reliquae non prodierunt: opus eruditum et accuratum, sicut et alterum *Scriptores scho-*

[1]) Cf. alia ejusdem opera, praesertim historica apud Backer 2, 1198.

[2]) Cf. ejus autobiographiam in suo Lexico 1. 223—30: Kirchenzt. 1818, IV. Intelligenzbl. 159 s. De ejus Lexico ita scribit Brück Geschichte der kath. Kirche in Deutschl. I, 409: Die Schriften Felders lassen bezüglich einer gesunden Kritik und einer systematischen Durchführung Vieles zu wünschen übrig. Einzelne Biographien des Gelehrtenlexikons sind überaus weitschweifig, andere viel wichtigere, viel zu kurz gehalten. Die Beurtheilung der recensirten Schriften ist vielfach ganz unrichtig und der Einfluß der Zeit ist nicht zu verkennen. Cf. Lauchert Allg. d. Biogr. 48, 510.

larum piarum, Budae 1809 t. 2. — Jo. B. Ferrari in literis humaniori-bus admodum excultus in seminario patavino professor et studiorum prae-fectus (n. 21. Jan. 1733. † 14. Apr. 1806) plurium virorum illustrium seminarii patavini narrat vitam at-que gesta, Patavii 1815, et alio-rum ut Aegidii Forcellini, ib. 1792; Valsecchi 1791; Jac. Facciolati, ib. 1799 etc. — Philippus Maria Re-nazzi [1]) per annos circiter 40 pro-fessor juris criminalis in Sapientia ro-mana († 1809), hujus descripsit histo-riam in *Storia dell' Università degli studi di Roma* detta comunemente la Sapienza, che contiene anche un saggio storico della letteratura romana dal principio del secolo XIII. sino al de-clinare del sec. XVIII., Romae 1803-6 t. 4 in f., opus accuratum et eruditum. *Elementa juris criminalis,* ib. 1802 t. 7 in 8. — Petrus de Longchamps socius academiae rupellensis († 22. Apr. 1812), publicae luci dedit [2]) *Tableau historique des gens de lettres* ou Abrégé chronologique et critique de l'histoire de la littérature française considérée dans ses diverses révolutions depuis son origine jusqu'au dix-huitième siècle, 1767—70 t. 6 in 12., quae est epitome op. *Histoire littéraire de la France,* quam patres benedictini composuerant (IV [3], 1586).

363. Joannes Andrés SJ. nobili ge-nere natus in oppido Planes valentini regni 5. Febr. 1740, in Italiam cum soda-libus abire coactus philosophiam Ferra-riae docuit. Exstincta Soc. Jesu iter lite-rarium per Italiam et Germaniam insti-tuit; ab aula viennensi praefectus est scholis omnibus academiae ticinensis moderatorque omnium studiorum con-stitutus, ut praesens remedium tot malis a magistris prioribus allatis praeberet: quod illustre munus extero homini com-missum magna ejus merita ostendit. Par-mae deinde substitit munere praefecti bibliothecae fungens tantaque nominis celebritate fruebatur, ut decem socie-tatum literariarum esset socius. Resti-tuta Societate Jesu in regno neapoli-tano, illuc se recepit, ut sodalibus se adjungeret. A Jos. Bonaparte et Murat magni aestimabatur., adeo ut et mu-nere praefecti bibliothecae regiae auctus sit. Senex lumen oculorum amisit de-cessitque Romae 12. Jan. 1817 a. ae-tatis 77. Plurima reliquit opera ad physicam, archaeologiam et historiam literariam spectantia [1]), nam in diversis plane disciplinis erat cultissimus. Inter ea eminet *Dell' origine, progressi e stato attuale di ogni Letteratura,* Parmae 1782—99 t. 7 in 4; Venetiis 1783 —1800 t. 22 in 8; 1830—34 t. 25 in 8 v.; Prati 1806 t. 19 in 8; Romae 1808—17 t. 8 in 4. ab auctore revisa et aucta, cujus emendationes et addi-tiones prodierunt etiam seorsim Parmae 1822 in 4. tamquam t. 8. ed. primae; Neapoli 1836 t. 8 in 9 v. in 8. etc., opus ingentis eruditionis et diligentiae, accuratum, judicio sagaci et critico, subinde tamen nonnihil audaci, stiloque hetrusco plane nitidissimo conscrip-tum. Illud tanti fecit aula hispana, ut novam erigeret scholam in regio lyceo matritensi s. Isidori pro eo interpre-tando et explicando in usum juventutis. *Cartas familiares* a su Herm. D. Carlos Andres dandole noticia del viage que hizo a varias ciudades d'Italia en el año 1785, Matriti 1786 t. 2 in 8; 1791—94 t. 4 in 8., quibus adjecit alias *Cartas,* Valentiae 1800 in 8., quae abundant notitiis literariis. Laudatur quoque ejus *Saggio della Filosofia di Galileo,* Mantuae 1776 in 8; edidit

[1]) Cf. Cancellieri Elogio dell'avvoc. F. M. Renazzi in Diario Romano 1819 n. 54, ubi 15 ejusdem opera recenset.

[2]) Cf. Biogr. univ. 24, 663.

[1]) Cf. Backer 1, 154; Aug. Ant. Scotti Elogio storico, Neapoli 1817; Caballero 1, 81; 2, 5; Fuster Bibliotheca valenciana 2, 292—403; Biogr. univ. 56, 293—6; fasc. lit. Sieg des Kreutzes mense Nov. 1826; Civiltà catt. 1896 I. 550 ss.

primum Ant. Augustini archiep. tarraconensis (III [3], 348) *epistolas latinas et italicas,* Parmae 1804. Longam praemisit praefationem, in qua de Augustino et de viris iis, ad quos epistolas ille misit, tractat eleganter, docte et exquisito judicio.

364. Raphael Car. Ungar Praem. in canonia strahoviensi n. in Saaz Bohemiae oppido 12. Apr. 1743 cum Aeg. Chládek sodali studio exarsit illustrandae patriae, et revera admodum sollicitus fuit de literatura bohemica. Cathedram rexit in universitate theologiae pastoralis, custos primarius dictus a Maria Theresia ejusdem bibliothecae, quam sagaciter in ordinem redegit et ex bibliothecis monasteriorum a Josepho suppressorum ditavit. Sed dolendum, cum tot aliis etiam e clero francomuratoribus se addixit habitumque ordinis superiorum venia exuit (1788) vixitque canonicus honorarius vetero-bunzlaviencis obiitque 14. Jul. 1807. Edidit illustravitque Bohemiam doctam Boh. Balbini e SJ. (IV [3], 538), Pragae 1776—80 t. 3, quibus p. 4. adjecit 1779, scil. Corrigenda in 1. et 2. p., quae est admodum rara.[1]) — Jo. Petrus Schunk n. Coehemii ad Mosellam 13. Sept. 1744 archivarius fuit capituli moguntini, canonicus et provicarius generalis. Propter suam eruditionem et in scrutandis antiquitatis monumentis diligentiam plurium academiarum receptus est socius († 6. Aug. 1814). Haud pauca quae spectant ad historiam literariam moguntinam reliquit inedita: inter edita huc spectat *Beiträge zur Mainzer Geschichte* 1788—90 t. 3, quod opus sane pretiosum est, sed nondum omnibus numeris absolutum[2]). Collegit et *codicem* diplomaticum exhibentem chartas ineditas historiam medii aevi, praesertim Rudolphi R. R. illustrantes, 1797 in 8. — Seb. (antea dictus Nicolaus) Günthner OSB. monasterii Benedictoburani (n. 12. Sept. 1773; † 9. Apr. 1820) in historia patria erat admodum versatus, hinc constitutus est revisor monumentorum boicorum, quae etiam vindicavit adversus censuras Langii: *Die Monumenta boica* vor dem Richterstuhl der Kritik vertheidigt, München 1816. Concinnavit etiam *Geschichte der literarischen Anstalten* in Baiern, ib. 1810—15 t. 3, opus admodum eruditum[1]). — Joannes Ludovicus Maneiro SJ. Mexicanus (n. Veraecrucis 28. Febr. 1722) ferali edicto in Italiam ejectus, obiit tamen redux in patria sua 16. Nov. 1802. Praeter biographias singularium virorum disseruit[2]) *de vitis* aliquot Mexicanorum aliorumque, qui sive virtute sive literis Mexici in primis floruerunt, Bononiae 1791—92 t. 3 in 8. — Ignatius di Pietro collegit *Memorie istoriche* degli uomini illustri di Sulmona, Aquilae 1806; *Memorie ist.* della città di Sulmona, Neapoli 1804. — Onuphrius Prat de Saba SJ. Catalanus n. 13. Mart. 1733 obiit post a. 30 exsilii 16. Nov. 1800. Edidit *Vicennalia sacra Peruviana* sive de viris Peruvianis hisce 20 a. gloriosa morte functis, Ferrariae 1788; *Vicennalia sacra aragoniensia* ..., ib. 1787 in 8; operum scriptorum argonensium olim e Soc. J. in Italiam deportatorum index t. 2 in 4 (ut videtur ineditus). — Joan. Andreas Navarette SJ. Ortigae in Hispania (n. 2. Febr. 1750; † 1811) refert *de viris illustribus* in Castella veteri Soc. Jesu ingressis et in Italia exstinctis ll. 2, Bononiae 1793. — Josephus Alberghetti sacerdos imolensis eruditus elaboravit *Compendio di storia civile, ecclesiastica e letteraria della città d' Imola,* Imola 1810

[1]) Cf. alia ejusdem opera apud Goovaerts II, 265—68.

[2]) Cf. Roth Katholik 1898 II, 98 s.; hist. pol. Bl. 115, 637—40.

[1]) Cf. Lindner Familia s. Quirini in Tegernsee p. 227—32.

[2]) Cf. Backer II, 1054.

in 4. suppresso nomine, quod propterea subinde citatur sub nomine editoris Jos. Benacci. Illud tamen infecit propositionibus scandalosis, calumniosis et injuriosis in rom. pontifices, quas publice 29. Jan. 1817 retractavit.

V. Theologia practica.

365. Cum hac periodo Dei favente gratia nullus obierit pontifex, eos memoremus, qui *jus canonicum* ad systema redegerunt. Magnus horum est numerus [1]), perpauci tamen commendari, multi reprobari merent. Phil. Ant. Schmidt SJ. n. Arnsteinii a. 1734, juris canonici erat professor in academia heidelbergensi etiam exstincta Societate Jesu. Factus est ser. electoris palatini et cels. principis episcopi spirensis consiliarius et referendarius intimus in ecclesiasticis, canonicus et demum (1789) episcopus coadjutor spirensis († 13. Dec. 1805). Vir in jure canonico solide versatus, sagacis ingenii et vastae eruditionis, composuit *institutiones juris ecclesiastici Germaniae accommodatas,* Heidelbergae et Bambergae 1771 t. 2 in 8; 1774; Bambergae et Wirceburgi 1778 ed. 3. aucta et emendata. J. Febronius responsiones variis locis harum institutionum apposuit, quibus auctor noster *vindicias* opposuit, Heidelbergae 1773 in 4. Has impugnavit Oberhauser (pag. 506), cui auctor noster respondit *disquisitionibus canonicis causae decisae*

[1]) Praetermittimus Petrum Hartmann Cist. Monacensem n. 8. Febr. 1747, juris canonici lectorem in monasterio aldersbacensi, cujus est *jus ecclesiasticum* potissime publicum in synopsi systematice delineatum et statui Germaniae ac Bavariae accommodatum, Straubingae 1783 in 8; *institutiones dogmatico-theologicas,* ib. 1785 in 8. — Christophorum Bern. Graever Monasteriensem juris utriusque doctorem et urbis judicem (n. 1734; † 26. Nov. 1804), qui scripsit *jus ecclesiasticum particulare Germaniae,* Salisburgi 1757. — Coelestinum Stoeckl OSB. (n. 1743; † 27. Maj. 1807), ultimum monasterii mettensis abbatem (1791), cui debemus *praelectiones universi juris ecclesiastici,* 1771. — Franc. Phil. Frank Aschaffenburgensem n. 29. Sept. 1749, juris canonici professorem Erfurti (1777), dein Moguntiae (1781) et canonicum ad s. Petrum († 20. Apr. 1810), qui nova forma, teste Schulte, recudit *synopsim juris ecclesiastici publici et privati* auctore Rautenstrauch (pag. 510), Erfordii 1779; *de combinatione primatus Petri cum episcopatu in una ecclesia,* Moguntiae 1784. — Raphaelem Thaler OSB. Monacensem theologiae et philosophiae doctorem, in lyceo frisingano professorem (1768—75), bibliothecae et archivi monasterii praefectum († 3. Febr. 1813), qui programmatis in modum dedit *universum jus ecclesiasticum,* Frisingae 1775 in 4. — Franc. Guil. Ant. Gambsjäger Heidelbergensem, quondam S. J., institutionum, juris civilis et canonici professorem (n. 4. Sept. 1753; † 6. Aug. 1816) cujus *jus ecclesiasticum* in usum praelectionum, Heidelbergae 1815 t. 2, commendari nequit, principibus enim nimium tribuit circa sacra; ob eruditionem tamen non caret omni pretio. — Jos. Ant. Hofer Tirolensem (n. 19. Maj. 1742; † 1820), canonicum brixinensem, juris canonici professorem (1776), gubernio a consiliis ecclesiasticis, qui Zeg. Bern. Van-Espen *jus ecclesiasticum universum* ad usum auditorum in compendium redegit, Brixinae 1781 t. 4, et *conspectum juris ecclesiastici* dedit. Alius hic est a. Joanne Ev. Hofer OSB. † 1817, cujus exstat *de kantiana interpretationis lege* appendix ad Gregorii Mayer *institutionem interpretis sacri,* Salisburgi 1808 in 8; et Erasmi *paraphrasis in d. Pauli epistolas,* ib. 1786 (cf. Felder 1817. III. Intelligenzbl. 7 p. 17). — Christiani Aloisii (in ordine Cassius) Gareis Min. bonnensis lectoris canonum et hermeneutices (n. 1762; † 1817), exstant *in jus ecclesiasticum meditationes,* Monasterii 1794; *deductio* in s. conc. tridentini sess. 24. canones matrimonium concernentes, ib. 1797. — Timothei Szcurowski Bas. poloni (n. 1740; † 1812) est: *Prawokanoniczne* 1792, i. e. jus canonicum ex antiquis canonibus et synodorum decretis in forma dialogorum ll. 11.

etc., Moguntiae 1780 in 4. Majoris forte meriti est ejus *thesaurus juris ecclesiastici potissimum germanici* seu diss. selectae in jus ecclesiasticum, quas juxta seriem institutionum ejusdem juris a se editarum in ordinem digessit, illustravit animadversionibus novis, adauxit lucubrationibus propriis, quae jam seorsum prodierant. Heidelbergae, Bambergae et Wirceburgi 1772—78 t. 7 in 4. Complectitur 126 diss. 50 auctorum, quas magna diligentia collegit. Ejus quoque sunt *Meditationes philosophicae* in varias recentiorum quorundam opiniones maximam partem juris naturae, Heidelbergae 1768 in 8., Coloniae 1779, quo in opere erudite demonstrat, studia pseudosophorum passim eo collimare, ut fucatis placitis suis honestatis virtutisque reliquias paulatim omnes exterminent: et consilium de la Beaumelle reprobat pueros a parentibus non esse religione imbuendos, donec ipsi adultiores facti eam eligerent quam mallent. — Franc. Georgius de Ditterich[1]), Argentoratensis, juris canonici in universitate patria professor, adventantibus Gallis Monachium confugit (1790), ubi factus est librorum censor et a consiliis secretis (1792) electori Carolo Theodoro († 1811). Edidit *primas lineas juris publici ecclesiastici,* Argentinae 1778, quo in l. relationem inter Ecclesiam, pontificem et imperium pertractat, atque inter cetera statuit, jure nullo gaudere imperatorem sive in electione papae, sive in constituendis episcopis; sed quidquid tradit potissimum spectat Germaniam, ita tamen, ut si Gallia aut Alsatia peculiare sibi quidquam habet, id suis locis adnotatum reperiatur[1]); *de primatu rom. pontificis* diss. 3 (brevissimae) J. Febronio abbreviato et emendato oppositae, ib. 1780 in 4; *de regum Francorum capitularibus,* ib. 1787, quo opere occurrit praeposteris opinionibus defensis ib. 1771 et 1772 de jure legislatorio Meroveorum et Carolingorum Galliae regum circa sacra.

366. Jac. Ant. de Zallinger SJ. Bulsani in Tiroli n. 26. Jul. 1735, frater Francisci Ser. insignis mathematici (n. 1743; † 2. Oct. 1828) et Joannis B. Z. (n. 1731; † 11. Jul. 1785), exstincta Societate Jesu ss. canonum professorem egit per 30 fere annos (1777—1807) in lyceo augustano ad s. Salvatorem. Adeo insignis erat in jure canonico, ut nuncius apostolicus nihil absque ejus consilio decerneret et Pius VI. eum Romam evocaverit de gravissimis rebus ecclesiasticis consulendum. Decessit[2]) 11. Jan. 1813. Accenseri meret canonistis primi ordinis. Composuit *Institutionum juris naturalis et ecclesiastici publici ll. 5,* Augustae V. 1784 in 8; Gandae 1823; Romae 1832 t. 2 in 12; adjectus est l. subsidiarius et appendix, qua fontium juris canonici historia continetur auctore Walter; Parisiis 1839 t. 2 in 8; *de usu et systematica deductione juris naturalis et ecclesiastici* commentariolus, Augustae V. 1784 in 8; Gandae 1823 in 8; *institutiones juris ecclesiastici* maxime privati ordine decretalium, Augustae V. 1792—93 t. 5 in 8; Romae 1832 t. 3 in 12; *institutionum juris ecclesiastici publici et privati l. I. subsidiarius,* qui est isagogicus et principia ac fontes juris ecclesiastici exhibet, Augustae V. 1791 in 8; l. II. est chro-

[1]) Alius a Car. Frid. Dieterich erfordiensi (n. 23. Aug. 1734; † 31. Aug. 1805) professore historiae juris germanici et bibliothecae praefecto, cujus est *systema elementare jurisprudentiae catholicae ecclesiasticae* tam privatae quam publicae communis secundum principia congressus emsani, Erfordiae 1791, unde liquet eum spiritu juribus Ecclesiae infenso fuisse infectum. Ita etiam in progr. *de jure convocandi concilia oecumenica,* ib. 1787 in 4. hoc jus romano pontifici abjudicat.

[1]) Cf. N. B. E. frib. 4, 680—6.

[2]) Cf. Caballero I, 303; Sommervogel VIII, 1445—48; Felder Literaturztg. für kath. Religionslehrer 1813. Intelligenzbl. III, 18.

nographicus et descriptionem temporum, cyclos epactales et periodos exponit, ib. 1791 in 8., Romae 1832 in 12. *Historische Bemerkungen* über das sogenannte Resultat des Emser-Congressus sammt seiner Beleuchtung über die Cölnische Nuntiatursache, Francofurti et Lipsiae 1787 in 12., elucubratio doctissima, quae non solum reflexiones Weissmanni in opusc. *Kurze Bemerkungen* über das Resultat des Emser Congresses nebst einigen Beilagen, Argentinae 1787 propositas confirmat, verum in genere romanae sedis ac nuntiaturarum jura invictissime tuetur et conventiculum emsianum evertit [1]). *Expostulatio cum Bonnoso Boscampio* i. e. cum auctore l. qui falso inscribitur: *Solida analysis* controversiarum de dispensationibus et nunciaturis, s. l. 1789 in 4., in qua rom. pontificis jura egregie defendit; *disquisitiones philosophiae kantianae* ll. 2, quorum primus criticen rationis purae, alter sic dictam fundationem metaphysices examinat, Augustae V. 1799 t. 2 in 8., quibus acriter refutat errores et fallacias illius systematis [2]). In *Interpretatione naturae* seu philosophia Newtoniana methodo exposita ib. 1773 ss. 1794; t. 3 nititur philosophiae scholasticae et wolfianae aliam substituere.

367. Maurus (in baptismo Georgius Jacobus dictus) de Schenkl OSB. n. 4. Jan. 1749, Auerbacensis ingressus est monasterium prieflingense. Juris canonici, theologiae moralis et pastoralis, necnon dogmaticae erat lector, et bibliothecae praefuit; dein in lyceo ambergensi theologiae moralis et pastoralis et juris canonici cathedras rexit factusque est seminarii inspector et regens. Cathedram in universitate ingolstadiensi sibi oblatam modeste recusavit vocis exilitatem praetendens († 14. Jun. 1816). Professor erat admodum diligens et eruditus, cujus opera eo tempore magni aestimabantur, unde late divulgata fuere et saepius edita [1]). Praecipua ejusdem opera sunt: *Juris ecclesiastici* statui Germaniae maxime et Bavariae accommodati *syntagma* [2]), Ratisbonae 1785; Salisburgi 1786; auctore inscio mutatum in deterius et recusum Coloniae et Bonnae 1787. 1789; unde ipse illud auctum iterum edidit inscriptum: *Institutiones juris ecclesiastici* Germaniae in primis et Bavariae accommodatae, Ingolstadii 1790. 1791 t. 2, saepius dein editae, ab auctore auctae et emendatae; Landishuti 1823 ed. 9. secundum recentissimum rerum ecclesiasticarum statum procurata ab J. Scheill [3]); Ratisbonae 1853 ed. 11. curante Engelmann; in quibus posterioribus ed. plura adjecta, alia mutata, nonnulla omissa ratione habita tot mutationum societatum civilium, sententiae quaedam primatui nonnihil adversae correctae sunt. *Synopsim juris ecclesiastici* ad normam M. Schenkl elaboravit Fr. de Poesl congr. ss. Red. Opera auctoris nostri de jure canonico certe longe meliora sunt tot aliis, quae eodem tempore ubivis locorum prodierunt, nondum tamen doctrinam undique sanam complectuntur. De primata ejusque multiplicibus juribus uberrime disserit; eaque dividit more illius temporis in essentialia et accessoria, diserte tamen confitetur, poscente Ecclesiae utilitate primatum pro plenitudine suae potestatis sese evolvere episcoporumque ordinariam jurisdictionem primatui esse subordi-

[1]) Cf. literaturam de hoc congressu apud Roskovány 3, 969 ss.

[2]) Cf. Werner Geschichte der kathol. Theologie pag. 275—82.

[1]) Cf. programma Heldmanni, *Memoria M. de Schenkl*, aug. Bavariae regis a consiliis in rebus sacris, gymnasii et lycei ambergensis quondam rectoris et ejusdem lycei professoris celeberrimi, Ratisbonae 1832; Lindner 1, 250; Felder 2, 277—83; Baader 2. II, 92; Gams KL. X, 1782.

[2]) Cf. Werner l. c. pag. 225—8.

[3]) Hujus ed. recensionem cf. in Katholik 1832, I 210 ss. et controversiam inde enatam ib. 1833, II, 159—189.

natam. Ad theologiam morum spectant: *Ethica christiana* universalis [1]), Ingolstadii 1800. 1801 t. 3; Landishuti 1802—3; Viennae 1823; Strigonii 1830 ed. 5; *compendium ethicae christianae,* Ingolstadii 1805. 1807; *analysis* ethicae christianae a Car. Wachter adornata, Meerseburgi 1804; *institutiones theologiae moralis,* Ingolstadii 1802 in 8; 1803; *theologiae pastoralis systema,* ib. 1815 in 8; auctum a Jos. Laberer 1825. — Franc. Andreas Frey [2]) Bambergensis n. 20. Jul. 1763, Bambergae juris canonici, deinde etiam historiae ecclesiasticae et theologiae generalis erat professor, canonicus, syndicus et secretarius vicariatus generalis, vir admodum beneficus in pauperes et studentium patronus († 24. Jun. 1820). Quondam febronianus postmodum meliora edoctus Josephinismo, patronatui laicae potestatis [3]) et Wessenbergio strenue se opposuit scriptisque pluribus inclaruit, inter quae sunt [4]): *Allgemeines Religions-Kirchen- und Kirchenstaatsrecht* aus Grundbegriffen entwickelt, Bambergae 1808; *Kritischer Commentar* über das Kirchenrecht frey bearbeitet nach A. Michl's *Kirchenrecht* für Katholiken und Protestanten, ib. 1812—20 pp. 3 (p. 3. tantum sect. 1.), quo opere nimis forte diffuso nec fontibus juris canonici satis innixo in melius emendavit et perfecit opus A. Michl (cf. pag. 713). Hinc plurimum recedit ab opinionibus liberioribus primatui infensis, quae tum temporis admodum grassabantur, circa jurium tamen distinctionem febronianae normae adhuc inhaeret; tum in capite de relatione primatus ad episcopos et concilia videtur ab illorum partibus stare, qui horum potestatem cum injuria potestatis pontificiae augent, et in nonnullis societati civili magis favere [1]). Aliam ed. curavit Jäck Kitzingae 1823, cui auctoris elogium praemisit, et auxit p. 1., pp. 2. et 3. intactas reliquit; Jos. Scheill adjecit t. 4. et 5. in 2 pp, ib. 1826—33; *Bemerkungen* über J. Ph. Gregel's Schrift *das landesherrliche Patronat,* Bambergae 1805; *Abhandlung von dem Rechte der Staatsgewalt über das Kirchengut* nach reinen Grundsätzen des Staatsrechtes und der Staatswirtschaftslehre bearbeitet, ib. 1805, utrumque opus, quo illud jus praetensum aggreditur, suppresso auctoris nomine. Adversus Wessenberg decem edidit opuscula seu diss. in Batz foliis theologicis [2]).

368. Inter *Italos* [3]) plures insignes canonistae floruerunt. Jos. Ferrante ex illustri familia a. 1754 natus Civi-

[1]) Secundum hanc celaboravit Dr. G. Riegler *Compendium der christl. Moral,* Augustae 1836.

[2]) Alius ab Ildephonso Frey OSB. in monasterio Ochsenhausen (1784), cujus est: *Erklärung der Offenbarung des h. Johannes* als prophetischen Schlüssel zu den Schicksalen der Kirche, Ottenburae 1822; 1831—1832 pp. 2., opus posthumum.

[3]) Adversus hunc scripsit Eugenius Montag Cist. ultimus abbas ebracensis (n. 5. Mart. 1741; † 5. Mart. 1811) vir in antiquitate historica egregie versatus, cujus etiam est: *Geschichte der deutschen staatsbürgerlichen Freiheit* oder die Rechte des gemeinen Freien, des Adels und der Kirchen Deutschlands, Bambergae 1812 t. 3, opus insigne, solidum et sagax. Cf. Renner allg. d. Biogr. 22, 174—6.

[4]) Baader 2, I, 53; Felder 1, 243—45; Schulte 3, 306 et in allg. d. Biogr. VII, 337; Jaeck in elogio mox cit.; Brück Geschichte der kath. Kirche in Deutschland 1², 336 ss.

[1]) Cf. Roskovány 4, 557. 1114; Tüb. Qtlschr. 1820 p. 434—40.

[2]) Cf. plurima scripta, quae in hac controversia prodierunt, apud Roskovány 4, 896—904.

[3]) Ad hos ratione originis spectat Ludovicus Aloysius Kapelli, juris romani et canonici professor vilnensis, cujus exstat *manuale juris canonici* Vilnae 1819; scripsit etiam polonice ib. 1815 de fontibus et principiis juris canonici. — Nicolaus Valetta Campanus n. 1750, in universitate neapolitana juris civilis (1785) professor († 21. Nov. 1814), praeter plura alia (cf. Biogr. univ. 47, 369) proposuit *partitiones jures canonici,* Neapoli 1785 in 8.

tellae prope Antinum in Marsis, juris utriusque doctor, ad institutiones canonicas praelegendas in archygymnasio romano majori suffragiorum numero in concursu diei 10. Dec. 1782 est electus suoque munere egregie functus († 1803). Reliquit *elementa juris canonici,* Romae 1854, 1872, succincta, nitida, solida. — Jo. Politi n. est 8. Jun. 1738 in Pinzano Fori Julii (Friaul) oppido piis honestaeque conditionis parentibus. Patavii studiis operam dedit tanto profectu, ut admodum juvenis utriusque juris doctor crearetur. Ab episcopo Concordiae in seminarium accitus est, ut profiteretur literas humaniores, in quibus vere excellebat. Studiorum in seminario fervorem plurimum promovit habitis hunc in finem anni scholastici initio cultissimis orationibus, quae prodierunt Patavii 1781 in 8. In primis juris canonici instauravit studium impetravitque, ut illius cathedra institueretur, quam ipse regendam suscepit. Postquam 20 annos in schola habenda contrivit, animarum zelo actus parochiam s. Martini Asii suscepit, quam prudentissime administravit, donec a. 1800 adlectus est canonicis capituli cathedralis Concordiae. Magni factus est ab episcopo Josepho Bressa, qui eum in omnibus negotiis difficilioribus consultorem habere voluit. Pie decessit in Domino a. 1815. Praecipuum ejusdem opus est *Jurisprudentiae ecclesiasticae universae ll. IX,* Venetiis 1787—94 t. 9 in 4., pro quo meruit collaudari a Pio VI. brevi ad eum dato 5. Dec. 1794. Relicto communi rerum ordine, quem praesignaverat Gratianus, novam sectatur methodum distributa materia secundum ordines hierarchicos, unde libros singulos inscribit: Jus pontificium, jus metropoliticum etc. Inde tamen factum est, ut non omnibus satis cohaerens, connexa et systematica videatur disputatio. Textus est succinctus, quem comitantur prolixae et eruditae annotationes historicae et practicae, saepe ex Ferraris et Benedicto XIV. derivatae adversus protestantes, Boehmerum in primis: sed earum prolixitas operis studium reddit impeditum. Ceterum opus aliis ex capitibus laude est dignum, tum propter doctrinam sanam solidamque, tum propter expositionis perspicuitatem, ingenii sagacitatem, disputationis soliditatem, eruditionem selectam et stili nitorem [1]). — Santo Amantia edidit *prima juris canonici elementa,* Cataniae 1815—22 t. 3 in 4., ab ipso auctore italice versa cum quinque prolusionibus adversus incredulos, ib. 1822. — Joannes Devoti natus Romae 11. Jul. 1744 juvenis 20 annorum cathedram jam juris canonici in Sapientia romana conscendit, quam magno eruditionis splendore a. 25 rexit. A Pio VI. electus est a. 1789 in episcopum ananiensem, et a Pio VII. a. 1804 in archiepiscopum carthaginensem, secretarium brevium ad principes, consultorem congregationis immunitatis aliisque muneribus auctus. Pontificem quoque secutus est in Galliam († 18. Sept. 1820). Haec ejusdem sunt opera, quibus opiniones suo aevo vulgatas strenue aggreditur: *De notissimis in jure legibus ll. duo,* Romae 1830 ed. 6., opus utile, stili puritate

— Emmanuel Leone Siculus scripsit *Isagoge ad jus canonicum siculum* 1819 in 8., in qua historiam narrat juris singularium ecclesiarum a Sarracenorum tempore. Prodiit tantum t. 1. — Gallus est Joannes Claudius Lucet (n. 1755), cujus praeter alia exstant: *Principes du droit canonique universel,* Parisiis 1789 in 4; *l'Enseignement de l'Eglise catholique* sur le dogme et sur la morale recueilli des ouvrages de Bossuet, ib. 1804—11 t. 6 in 8., quae compilatio absque judicio et arte est facta et cum studio partium, unde pretio caret. Auctor sibi ipsi violentas injecit manus periitque 11. Junii 1806. Cf. Biogr. univ. 35, 354 et 72, 211.

[1]) Ex duplici vita msc. mihi gratiosissime transmissa a RR. Dr. P. Fabrici archipresbytero, vicario foraneo azzano et canonico honorario et Dr. Joanne Roder canonico. Cf. Schulte 3, 526.

et nitore illustre; *institutionum canonicarum ll. 4,* Romae 1785; 1793, opus saepissime editum, ab auctore auctum et emendatum ib. 1814 ed. 4; Bononiae 1818 t. 4 in 16; Venetiis 1827. 1834. 1838; Leodii 1860 etc., opus egregium, succinctum, stilo nitido conscriptum, annotationibus historicis illustratum, quod a canonistis magni fit: quapropter jubente rege Hispaniae a. 1817 illud praelegendum erat in universitate complutensi. Praelegabatur Lovanii quoque et in Galliae seminariis. *Juris canonici universi publici et privati ll. 5,* Romae 1803—15 t. 3 in 4; Augustae 1867, opus coeptum, non absolutum minoris pretii ac institutiones, quo prosequitur tantum duos priores decretalium libros.

369. Josephus Pons SJ. Barcinone n. 19. Dec. 1730 philosophiam cum plausu profitebatur 1766 in universitate cervariensi. Societate Jesu exstincta neque docendi neque scribendi finem fecit, sed variis in civitatibus Italiae vel philosophiam, vel historiam vel jus utrumque magno auditorum fructu explicabat († 6. Maj. 1816). Ex ejus operibus huc spectant: *Jus canonicum* sive de ratione discendi et docendi jus canonicum, Fulginiae 1794 t. 2; *de antiquitatibus juris canonici* secundum titulos decretalium, Spoleti 1807 in 4. p. 1. et ut videtur ex 5, quas pollicetur pro ll. decretalium numero, unica (rara); *de vita et honestate clericorum* ex universo juris corpore et conc. tridentino selecti canones criticis notis et observationibus illustrati, ib. 1800; *Studio degli Ecclesiastici,* ib. 1806 in 8; *il perfetto Scolare,* ib. 1808; *della salute dei letterati,* Foligno 1789 contra l. A. Pissot de hoc argumento, qui eruditorum studendi rationem noxiam censuit; *Episcopus* sive de munere episcopati ll. 3 carmine heroico, ib. 1784; diss. historico-dogmatica *de materia et forma s. ordinationis* et nominatim presbyteratus, Bononiae 1775 in 4; diss. binae *de intima ac naturalis humanarum actionum ante omnem legem honestate atque inhonestate* necnon de inhonestarum actionum merito et imputabilitate ad poenam adversus Sam. Puffendorfium et Christ. Wolfium, ib. 1780.

370. Auctoribus reprobandis plures sunt accensendi: Ex *Germanis* Jo. Lud. Werner[1]), qui multum juris tribuit principibus laicis in Ecclesiam. — Justinianus Schallmayer O. Min. Prof. theologiae moralis in universitate bonnensi, qui de jejuniorum in Ecclesia christiana origine atque relaxatione, Coloniae 1785 non satis bene disserit. — Andreas Udalr. Meyer Vilseckae prope Bambergam natus 4. Jul. 1732, consiliarius ecclesiasticus ratisbonensis et academiae monacensis socius († 1802), qui innumera scripta anonyma edidit, praesertim adversus religiosos, spiritu illius aevi infecta[2]), quae vel ipse procedente aetate non amplius probasse videtur. Alicujus utilitatis sunt: *Thesaurus novus juris ecclesiastici,* potissimum Germaniae, seu codex statutorum ineditorum ecclesiarum cathedralium et collegiatarum in Germania notis illustratus atque diss. selectis juris publici ecclesiastici adjectisque animadversionibus adauctus, Ratisbonae 1791—95 t. 4 in 4., in quo est etiam ejus diss. historica de rev. canonicis ecclesiae cathedralis ratisbonensis, qui pietate ac doctrina inclaruerunt, ib. 1792 in 4. — Jos. Ant. de Petzek Trautenaviae in Bohemia n. 1745, juris canonici a. 21 professor Friburgi in Brisgovia, dein Viennae († 19. Jul. 1804), juxta quem primatus institutum est humanae originis. Praeter alia[3]) edidit diss. *de potestate Ecclesiae* in statuendis matrimonii impedimentis, Friburgi 1783 in 8. cum vindiciis contra

[1]) Cf. de eo Brück, die rationalist. Bewegungen im kath. Deutschland p. 45 s.
[2]) Cf. eorum elenchum apud Baader l. I, 8—12.
[3]) Cf. Wurzbach 22, 150—2.

binam diss. canonicam argentoratensem, ib. 1787 in 8; *Untersuchung,* ob der Kirchenablass eine Nachlassung der göttlichen Strafe sei und ob dessen Wirkung sich auch auf die Seelen der Verstorbenen erstrecke, ib. 1787, diss. malesana doctrina infecta. — Franc. Ant. Haubs n. 23. Martii 1745 in academia trevirensi juris canonici et historiae ecclesiasticae professor, canonicus trevirensis, fiscalis archiepiscopalis, statuit *themata ex historia ecclesiastica* de hierarchia sacra primorum V sec., Treviris 1786, in quibus contendit, in primitiva Ecclesia nunquam fuisse agnitam primatus monarchicam potestatem et privilegium inerrantiae; item episcopos habuisse potestatem relaxandi leges Ecclesiae communes, ignota quavis reservatione papali; *systema primaevum de potestate episcopali* ejusque applicatio ad episcopalia quaedam jura in specie punctationibus 1. 2. et 4. congressus emsani exposita, ib. 1788, in quo adhaeret ideis febronianis; in discussione *Utrum Ecclesia in factis dogmaticis non revelatis infallibilis sit,* instituta occasione trium famosorum capitulorum conc. generalis chalcedonensis, negative respondet. — Jos. Noemer (Nömmer † 1808) officialis bavarus, qui romano pontifici primatum tantum honoris tribuit. — Lud. Jos. Beck Moguntiae natus, vicarius generalis confluentinus, dein trevirensis et capitularis († 1816), qui praecipuas partes habuit in punctatione emsana.

371. Jos. Valentinus Eybel Viennensis n. 3. Mart. 1741, juris canonici in universitate viennensi professor (1773), ardens josephinismi patronus, quem verbis scriptisque propugnavit, hostis jurium Ecclesiae et ordinum religiosorum: unde etiam propter suum omnia in Ecclesia innovandi seu potius deformandi pruritum excommunicationem papalem sibi concivit. Cathedra motus (1779), Lincii, dein Oeniponti (1787) gubernio erat a consiliis ecclesiasticis: quo munere solutus (1797) translatus est Lincium assessor tribunalis († 30. Jun. 1805). Ejus scripta carent pretio literario [1]) ac innotuerunt tantum propter spiritum Ecclesiae prorsus infensum: quocirca etiam plures nactus est contradictores. Praeter alia edidit: *Introductio in jus ecclesiasticum catholicorum,* Viennae 1777 pp. 4, decreto Indicis prohibita 6. Dec. 1784. Reliqui duo tomi, quos edere cogitaverat, non prodierunt, forte quod nec ipsi gubernio arriserint. Unde complementi veluti loco collegit *Corpus juris pastoralis novissimi* i. e. celebres ecclesiasticae leges, quas s. antistites Ecclesiae catholicae publicis pastoralibus literis recentiori hoc aevo in suis dioecesibus ediderunt, ad illustrandam historiam et theoriam juris canonici novissimi in collectionem redactae, ib. 1776. 1777 pp. 3; *collectio selectarum lucubrationum* (16) jurisprudentiam ecclesiasticam illustrantium, ib. 1774—7; *ordo principiorum jurisprudentiae ecclesiasticae,* ib. 1775. 1776 pp. 2. In primis vero famosus factus est liberculis: *Was ist ein Ablass,* ib. 1781; *Was ist ein Pfarrer,* ib. 1781; *Was ist ein Bischof,* ib. 1781, in quo extollit auctoritatem episcoporum cum praejudicio primatus romani pontificis; eum impugnavit Bart. Atinivil Mantuanus in diss. istorico-teologica dimostrante *Cosa è un vescovo,* Fulginii 1784 in 8.

[1]) Ipse Schulte de illis pronunciat (die Geschichte der Quellen und Literatur des canon. Rechtes 3, 255): Seine Werke sind vom wissenschaftlichen Gesichtspunkte betrachtet unbedeutend, leiden an Mangel exacter Quellenstudien, sind erfüllt und geleitet von dem schalen, damals allmächtigen Naturrechte, ohne eigene Idee, meist aus anderen (Febronius, Riegger) zusammengetragen. Sein Reformbestreben steht ganz unter dem Geiste der josephinistischen Idee, der Staat könne durch seine Gesetze und Verordnungen dem Kirchenwesen einen neuen Geist einhauchen und diesen wirksam machen. Ita etiam in deutsche Biogr. 6, 451. Cf. Reusch II, 948 s.; Schepers KL² 4, 1152.

Was ist der Papst, Viennae 1782 absque auctoris nomine, mox in varias linguas versus, speciali Brevi Pii VI. damnatus 28. nov. 1786. Eo in l. auctor sumpta occasione ex itinere vindobonensi Pii VI., totus in eo est, ut primatum extenuet, vilem imo reddat: hinc apostolorum aequalitatem inculcat, specialia primatus jura ex usurpatione pontificia, mercibus pseudoisidorianis, temporum ignorantia etc. repetit, censetque rom. episcopum habitum fuisse Petri successorem ex humana institutione eique primatus tantum umbram tribuit, quae consistat in privilegio exhortandi, cura unitatis Ecclesiae, exemplo exactae canonum observantiae etc. Plures in eundem sensum pro auctore scripserunt; sed multi quoque strenue liberculum impugnarunt ut Fran. Xav. Maria ab Indagine episcopus, Jo. Müller etsi protestans in appendice op. *Reisen der Päpste,* 1782; Jos. Ant. Weissenbach (cf. pag. 679), Georg Feiner, Fr. Georg. Ditterich (pag. 774), Al. Merz (p. 284), Gottlieb de Leon Wien 1782, Hadr. Gretsch OSB. († 1822), Joan. Noghera (p. 318), Zaccaria (p. 496), Fr. Ant. Denneville concionator argentoratensis, Gerdil (pag. 614), W. Froelich (p. 641), G. B. Molinelli, Clemens Cini Min. in op. *Chi è il Papa:* ovvero riflessioni teologiche, ecclesiastico-istoriche sulla supremazia e prerogative del rom. Pontefice, Romae 1835; Franc. Xav. Boujart S. J. Baroducensis (n. 29. Jan. 1729), Viennae botanicae professor, qui moriens suum herbarium universitati budensi legavit, in *vera summi pontificis imagine* opposita illi, quam novissimi magistri Viennae Austriae effinxerunt, Venetiis 1782, quae est docta lucubratio pro primatu, et plures anonymi [1]). *Was ist von Ehedispensen zu halten?* Nichts Mehreres als was Religion, Recht, Nutzen, Klugheit und Pflicht fordert, Viennae 1782; *Was enthalten die christlichen Urkunden des Alterthums über die Ohrenbeichte,* ib. 1784, in quo exscribit liberculum protestantis Pertsch *Vom Rechte der Beichtstühle,* uterque l. damnatus Brevi Pii VI. d. 11. Nov. 1784. Adversus posteriorem l. scripserunt J. Braunstein, Ignatius Thonhauser S. J., Laur. Aliprandi, cujus snnt *Osservazioni teologico-polemiche,* Ticini 1787 in 8. et Paulus Maria Locatelli Bergomas (n. 1728; † 1797), canonicus mediolanensis, cui debemus *Osservazioni* sul l. intitolato: *Cosa contengono i documenti* etc., Parmae 1786.

372. Alius josephinista, mollior quidem quam Eybel, sed qui plus nocuit, fuit Georgius Rechberger Linciensis n. 19. Maj. 1758, juris doctor et advocatus, cancellarius primi episcopi linciensis Ern. Joan. Nep. comitis de Herberstein et consiliarius consistorialis. Etsi laicus partem non minimam habuit in ordinanda nova dioecesi, moderando studio theologico et seminario († 13. Dec. 1808). Fatendum quidem est, eum fuisse virum bonae plane indolis, insignis probitatis, religiosum [1]), ejusque errores non spiritui Ecclesiae infenso esse tribuendos, sed quod a prima juventute opinionibus illius aevi fuerat imbutus. Unde cum caruerit solida cognitione juris canonici et eruditione in antiquitate ecclesiastica, neque minimo dubio tangeretur de auctoritate principis circa res etiam ecclesiasticas, bona fide compilavit [2]) *Handbuch des österreichischen*

[1]) Cf. bene longum catalogum ejusmodi scriptorum pro et contra apud Roskovány 3, 872—77.

[1]) Cf. ejus elogium a Freindaller cum pietate conscriptum in Theologisch-prakt. Monatschrift 7, 63—81.

[2]) Cf. Schulte 3, 301: »Soweit es sich handelt um diejenigen Materien, für welche keine unmittelbare Ingerenz von Staatsbehörden Platz greifen kann, oder nach den positiven nicht Platz greift, ruht

Kirchenrechts (ideoque josephinismi), Lincii 1807 t. 2 et saepius deinceps, 1825. ed. 5., etiam latine a se versum *Enchiridion* juris ecclesiastici austriaci ib. 1809; 1819; 1824 t. 2. Prohibitum illud fuit decreto indicis 17. Jan. 1820 in omnibus editionibus et versionibus; hac prohibitione tamen non obstante praescriptum illud erat auctoritate regiminis in omnibus seminariis pro praelectionibus e jure canonico usque ad annum 1834, unde omnes clerici et laici suam hauserunt cognitionem juridicam, ideo diximus hunc auctorem adeo nocuisse. — Philippus (in baptismo Fr. Antonius dictus) Hederich Min. Bodenhemii prope Moguntiam n. 7. Nov. 1744, Treviris juris studio se dicavit ducibus Hontheim, Neller, Frank et Hellbrunn, et in suo conventu praelectiones habuit de jure canonico secundum Boehmeri principia juris canonici. Anno 1774 vocatus est professor juris canonici Bonnam cathedramque regebat frustra reclamente pontifice; munere quoque fungebatur (1782) censoris librorum, et a. 1788—89 rectoris magnifici. Translatus (1803) ad academiam dusseldorpiensem ibi decessit reconciliatus cum Ecclesia 20. Aug. 1808. A Pio VI. dicitur auctor apostolicae sedi inter omnes infensissimus, et revera acer est josephinismi patronus in pluribus operibus: *Elementa juris canonici 4 in pp. divisa* ad statum ecclesiarum Germaniae, praecipue ecclesiae coloniensis, accommodata, Bonnae 1778-85, 1791 t. 6, prohibita decreto 10. Julii 1780. Denegat enim pontifici potestatem legiferam, jus originale confirmandi episcopos, mittendi jure ordinario nuncios; tribuit ei jus supplendi tantum, si ceteri in Ecclesia praesules sacris suis officiis ac ministeriis desint. Accidentalia jura [1]) ipsi sunt confirmatio, translatio, depositio episcoporum, institutio episcopatuum, beatificatio et canonizatio SS., approbatio ordinum religiosorum; jura controversa inerrantia pontificis, superioritas supra concilia. Episcopis tribuit jus originale dispensandi, societati civili jus proprium circa sacra; omnem potestatem, ecclesiasticam etiam, a populo derivat. Quam plurimas quoque edidit dissertationes ad jus canonicum spectantes [2]) spiritu juribus primatus infenso et erroribus infectas, quarum plures in indicem ll. proh. sunt relatae, de qua damnatione ille etiam publice gloriabatur. — Jos. Noemmer († 1808) edidit *Grundlinien eines dem Zeitgeiste angemessenen Kirchenrechts,* mit Rückblicken auf die Kirchenreformen in Baiern, Monachii 1804; *Das System der kirchlichen Hierarchie* nach den Bedürfnisson des Zeitalters bearbeitet, mit Bemerkungen in Hin-

die Darstellung bei Dingen prinzipieller Art auf gallikanischer Grundlage. Alle Punkte, für die nach der positiven österreichischen Gesetzgebung eine staatliche Mitwirkung statt hatte, werden lediglich an der Hand der positiven Verordnungen dargestellt. Das Buch ist somit in Wirklichkeit eigentlich nur eine sehr klare und geschickte abgekürzte Redaktion der damals noch in Geltung stehenden k. k. Verordnungen in publico-ecclesiasticis in Gestalt eines systematischen Compendiums. Von diesem Standpunkte aus eignete es sich besonders darum gut, weil es im Ganzen nicht einmal zu einem Zweifel an der Richtigkeit des Systems Anlass gab. Dass es absolut ungeeignet war, nur die geringste wissenschaftliche Anregung zu ermöglichen, ist evident.« Etiam in allg. d. Biogr. 24, 497 inculcat pretium scientificum ejus operum esse infimum.

[1]) Guilelmus Josephus Castello († 1811) professor et subregens trevirensis, disseruit *de variis causis,* queis accidentalis rom. pontificis potestas successive ampliata fuit, Augustae Trevirorum 1788: *de immoderata alios haereseos insimulandi libidine* aetate nostra admodum familiari et ejusdem causis. Scripta ejus spiritu rationalistico illius aevi referta sunt, in iisque apertos Ecclesiae hostes laudibus effert ejusque apologetas contemnit. Cf. Brück l. c. pag. 46.

[2]) Cf. Schulte 3, 268; errores apud Brück l. c. pag. 49. 89; Reusch II, 953.

sichten auf die Zunkunft, ib. 1806, in quo romano pontifici tribuit honoris tantum primatum.

373. Robertus Curalt Cist., ab a. 1784—1811 custos bibliothecae universitatis leopoltanae, proponit *genuina totius jurisprudentiae sacrae principia* pp. 2, Viennae 1781, germanice 1782, quo in op. duplici fundamentali errori superstruit totum jurisprudentiae aedificium, scil. claves a Christo immediate Ecclesiae traditas esse, unde infert rom. pontificem subesse Ecclesiae; et potestatem Ecclesiae esse pure spiritualem, ideoque jus statuendi impedimenta dirimentia matrimonium soli societati civili esse tribuendum [1]). Dignum illud censuit P. Tamburini, quod verteret in linguam italam, Prati 1787 t. 3; versio tamen prohibita fuit decr. 5. Febr. 1790. — Corbinianus Diemer OSB. Ben. in monasterio oberaltacensi Frisinganus n. 15. Aug. 1737, theologiae dogmaticae et moralis et juris canonici professor († 1. Apr. 1813), inter alia reliquit *jus ecclesiasticum* in suo actu et progressu expensum seu prolegomena juris canonici examinata, Straubingae 1767; *praelectiones* ex tr. de legibus, vitiis et peccatis, ib. 1769; *disquisitio historico-critica,* an Joannes XXII. R. P. docuerit, animas justorum a beatifica visione usque ad extremi judicii diem excludi, ib. 1770; diss. *de annatis,* ib. 1774, quae in primis displicuit et ab ordinariatu ratisbonensi fuit suppressa; *principia juris ecclesiastici* historico-critice expensa, ib. 1774. — Carolus Baro Tauber de Taubenfurt canonicus brunensis, vicarius generalis et universitatis cancellarius (n. 22. Jan. 1741; † 6. Jan. 1814), in opere *Abhandlung von der hierarchischen Gewalt* der h. allgemeinen Kirche, Viennae 1782, primatum subjicit Ecclesiae. — Jos. Ant. Sauter Loeracensis n. 1742, universitatis friburgensis secretarius, juris canonici et criminalis professor (1801), consiliarius aulicus († 6. Apr. 1817), edidit *fundamenta juris ecclesiastici catholicorum,* Friburgi 1809—16 pp. 6, Rotwilae 1825; 1826 ed. 3. Sequitur principia gallicanorum et Febronii; primatus secundum ipsum est mediate institutionis divinae et honoris tantum, jure ecclesiastico adnexus episcopatui romano, Ecclesiae universali, cui collata fuit potestatis plenitudo, obnoxius; conciliorum oecumenicorum auctoritas pendet ab approbatione et confirmatione Ecclesiae universalis; presbyteros omnes aeque ac episcopi successores sunt apostolorum eadem instructi potestate; Ecclesia vero subest potestati et legibus societatis civilis, sicut quilibet alius coetus: ea caret jure statuendi impedimenta dirimentia matrimonium, cum hoc spectet ad societatem civilem etc. Aliud ejusdem opus est: *De summo pontifice* seu episcopo romano ejusque curia et legatis, Friburgi 1803 in 8. sine auctoris nomine. Plurimum quoque contulit sub nomine Zenonis eleatici ad fasciculos literarios spiritu juribus Ecclesiae infenso conscriptos, quos cum Dannenmayr edidit Caspar Ruef († 1825) *der Freimüthige* inscriptos. — Car. Jos. Hier. de Kolborn (n. 8. Mart. 1744), etsi canonicus moguntinus, illuminatorum sectae nomen dedit; Dalbergo erat a consiliis et (1807) episcopus auxiliaris († 20. Maj. 1816), scripsitque in primis adversus nunciaturas per Germaniam. — Georgius Sigismundus Lakicz Hungarus n. 1739, juris utriusque doctor et juris canonici Oeniponti (1770), Tyrnaviae (1771) et demum Budae professor, librorum censor, director facultatis juridicae et typographiae academicae († 1819), composuit *institutiones juris ecclesiastici,* Viennae 1779—81, postquam jam ediderat juris publici ecclesiastici p. generalem *de Ecclesia christiana* potestatisque sacrae cum civili nexu, ib. 1774; *Praecognita*

[1]) Cf. N. B. E. frib. 6, 626—35.

juris ecclesiastici universi, ib. 1775; Venetiis 1790 in 8. *Praelectiones canonicae* de legitima episcoporum instituendorum ac destituendorum ratione attemperatae legibus atque usibus regnorum Germaniae et Hungariae [1]), ib. 1783, quae opera doctrinae soliditate destituta, erroribus inficiuntur et Ecclesiam potestati civili subjiciunt.

374. Ex aliis nationibus cavendi sunt: Gabriel Nic. Maultrot Parisiensis n. 1714 advocatus, Jansenistarum diu coram tribunalibus patronus, scriptor feracissimus, qui innumeris libellis et scriptiunculis [2]), quae pretio carent, non sine religionis damno Galliam universam inundavit. Cum Claudio May (cf. pag. 501 adn.) edidit *Apologie des jugements rendus en France contre le schisme* (i. e. contra episcopos, qui tuebantur causam fidei catholicae adversus Jansenianos) par les tribunaux séculiers, 1752 t. 2 in 12; 1753 t. 3, quam damnavit Benedictus XIV. brevi 20. Nov. 1752. *Institution divine des curés* et leur droit au gouvernement général de l'Eglise, 1778 t. 2 in 12., quod opus plura alia opera (circa 14) secuta sunt ejusdem argumenti et scopi, scil. extollendi ultra fas jura parochorum eaque tuendi adversus episcoporum praerogativas, unde dictus est patronus ordinis secundi. Ita et *Défense du 2. ordre,* ib. 1787. Hac tamen in controversia adversarium habuit Jo. B. Gabrielem de Corgne de Launay, canonicum parisiensem, doctorem et professorem Sorbonae († 1804), cujus est *Les droits de l'episcopat* sur le second ordre, Parisiis 1760 in 12. Aliis operibus tuetur Maultrot jus statuendi impedimenta dirimentia competere solis principibus; neque veretur contra concilii tridentini decreta suas tueri opiniones. Fatendum tamen est eum mox mutasse sententiam, cum comitia nationalia sibi jus usurparent obtrudendi clero sic dictam constitutionem civicam. Illico enim, cum Jabineau in primis, Mey, Blonde et Meunier pluribus scriptis vindicavit episcoporum et Ecclesiae jura adversus ausus temerarios potestatis civilis et clerum schismaticum. Mirum est Maultrot tot potuisse componere libros, cum annis pluribus oculorum lumine esset privatus. Dictabat sua opera tamque fideli memoria citabat quibus utebatur textus, ut amanuensi indicaret libros et locos, ubi reperirentur. Coeperat quoque cum Jabineau edere a. 1791 *Nouvelles Ecclésiastiques* ou Mémoires pour servir à l'Histoire de la Constitution civile du Clergé, qui tamen fasciculi post annum prodire desierunt. Decessit 12. Mart. 1803 senex a. 90. — Aug. Jo. Carolus Clément n. 1717, formularium Alexandri VII. subscribere noluit, et constitutionem civicam defendit; unde in praemium ab Ecclesiae hostibus dictus est episcopus versaliensis (1797): sed ob zelum suum imprudentem pro schismaticorum factione vel suis parum fuit acceptus [1]). Inito concordato sedi suae renunciavit († 13. Martii 1804). — Remacle Lissoir O. Praem., n. 12. Febr. 1730, novitiorum magister [2]), theologiae lector, prior, dein abbas canoniae Lavaldieu (1766), in compendium redegit Febronium suppresso nomine in op. *De l'état de l'Eglise* et de la puissance légitime du Pontife romain, Wirceburgi 1766 t. 2 in 12. In rerum omnium subversione firmum se non ex-

[1]) Cf. Wurzbach 14, 8.

[2]) Cf. eorum bene longum catalogum in Biogr. univ. 27, 505—10, ubi 61 indicantur; Al. Schmid Bistumssynode (1853) I, 119—61.

[1]) Cf. scripta ad tuendas praeposteras suas opiniones apud Quérard 2, 223; Feller VI, 605.

[2]) Cf. Biogr. univ. 24, 568. Goovaerts I, 520—23; van Arenbergh Biogr. nat. de Belg. XII, 294. Ejus frater Theodorus OSB. descripsit *Table géographique* du Martyrologe romain, Parisiis 1766 in 12.

hibuit, carcerem tamen non evasit. Inde liberatus partem habuit in redactione *Journal de Paris* 1775—1806. Obiit † 13. Maj. 1806. — Petrus Toussaint Durand de Maillane Provincialis n. 1. Nov. 1729, parlamenti Aquae Sextiae advocatus, gallicanus acerrimus, unus ex praecipuis conditoribus constitutionis civicae cleri, matrimonii civilis aliarumque legum Ecclesiae juribus infensarum († 15. Aug. 1814), collegit *Dictionnaire de droit canonique* et de pratique bénéficiale conféré avec les maximes et la jurisprudence de France, Avenione 1761 t. 2 in 4; Lugduni 1770 t. 4 in 4; 1776 t. 5 ed 3; 1778 t. 6 in 8., compilatio absque ordine sed pro historia juris canonici gallici non sine utilitate; *Institutiones canonicas* Lancelloti (cf. III[3], 335) gallice vertit, adnotationes prolixas adjecit et historiam juris canonici (derivatam ex Doujat cf. IV[3], 5×4) praemisit, Lugduni 1770 t. 10 in 12; *les libertés de l' église gallicane* prouvées et commentées suivant l' ordre des articles dressés (83) par P. Pithou et sur les recueils de P. Dupuy, ib. 1771 t. 5 in 4; *Le parfait notaire* apostolique et procureur des officialités (auctore Brunet) ed. altera. Cum ob innovationes Ecclesiae contrarias impugnatus fuisset, scripsit *Histoire apologétique* du comité ecclésiastique de l'assemblée nationale, 1771 in 8. — Henricus Reymond Viennensis in Gallia n. 16. Nov. 1737 aliquamdiu philosophiae professor juramentum praestitit in constitutionem civicam Galliae et electus est episcopus constitutionalis (1792). Renunciavit suo muneri (1801) et reconciliatus cum Ecclesia designatus est episcopus divionensis 9. April 1802. Acer erat gallicanus, Napoleoni penitus addictus, nisus tamen est ordinem tunc temporis adeo turbatum in sua dioecesi restaurare, oves suas, quae a longe tempore confimationis sacramento caruerant, confirmare, revocare usum communionis paschalis († 20. Febr. 1820). Exposuit *Droits des curés* et des paroisses considérés sous leur rapport spirituel et temporel, Paris 1776 in 8; Constance 1791 t. 3 in 12; *Droits des pauvres*[1]), Paris 1781 etc. — Ex *Italis* huc referri debent Joannes Bapt. Guadagnini Brixianus n. 1722, parochus (1760) et archipresbyter oppidi Civitade († 21. Mart. 1806), cujus inter alia sunt: *De antiqua paroeciarum origine*[2]) deque eximia cl. episcoporum in parochos benignitate singularique parochorum in episcopos observantia, Brixiae 1782 pp. 2; *Nuovo esame di alcuni testi del conc. di Trento* relativi all' assoluzione de' casi riservati ed all' approvazione de' confessori, Ticini 1787, cum duplici appendice adversus eos, qui impugnaverant Litta (cf. pag. 528) et de auctoritate s. Thomae aliorumque scholasticorum in hac quaestione, utrumque opus prohibitum decr. 18. Sept. 1789, sicut et tertia appendix adversus Josephum Fontana sopra la sua *Difesa dell' Episcopato,* ib. 1790 prohibita decr. 5. Dec. 1791; nititur enim hisce libris valorem absolutionis sine episcopi auctoritate datae tueri. *Vita di Arnaldo da Brescia,* ib. 1790, pariter in indicem relata decr. 2. Aug. 1790. Scripsit adversus Jo. Ant. Ranza[3]) *sul celibato ecclesiastico,* Brixiae 1798 et de confessione auriculari, necnon et adversus Bolgeni, ut supra (p. 616) diximus.

375. Omnium tamen maxime sed fama tristi innotuit Scipio Ricci, Flo-

---

[1]) Cf. L' Episcopat français depuis le concordat (1802—1905) p. 222—24, ubi alia ejusdem scripta recensentur.

[2]) De hoc argumento plura prodierunt hac aetate scripta, ita etiam G. Belotti scripsit *Sui parrochi,* Bergomi 1799 t. 2.

[3]) Hujus auctoris exstant alia opera mala, ut *Esame della confessione auriculare* e della vera chiesa di G. C., Mediolani 1797 proh. 1817, quem praeter Guadagnini impugnarunt etiam Palmieri, V. Carissoli et Maccarani in *confutazione del l. di G. A. Ranza* etc., Bergomi 1797. Cf. Reusch II, 1016.

rentinus [1]) n. 7. Jan. 1741, episcopus pratopistoriensis, qui ardenter Josephi II. imp. imo et Jansenianorum innovationes in rebus ecclesiasticis in Etruriam sub auspiciis Leopoldi magni ducis inducere sategit. In ipsa sede episcopali typographiam instituit ad inprimendos et diffundendos quaque versus libros a sede apostolica damnatos erroribus jansenianis et spiritu schismatico infectos [2]); instituit et academiam theologicam, cui praefecit magistros josephinismo addictos Tamburini, Zola, Natali, inmutavit liturgiam, abrogavit processiones, confraternitates pias etc. Ad promovendas suas innovationes a. 1786 synodum dioecesanam Pistoriae habuit, cujus propositiones 85 partim de doctrina partim de disciplina Pius VI. gravissimis censuris constitutione *Auctorem fidei* (cujus auctor praecipuus censetur card. Gerdil) 28. Aug. 1794 confixit. Pro a. 1787 Leopoldus conventum episcoporum, concilii nationalis praeludium, indixerat, qui pro votis non cessit, unde eum dissolvit, et ipse Ricci gravem contradictionem est expertus etiam ex parte populi, adeo ut 3. Junii 1791 sedi suae renunciare sit coactus. Non tamen propterea mentem mutavit ideoque approbavit agendi rationem episcoporum constitutionalium Galliae, quo ita in se concitavit populum, ut in carcerem fuerit conjectus (1799); sed agente archiepiscopo florentino et senatu mox inde fuit liberatus. Demum 9. Maji 1805 se subjecit sedis apostolicae decretis († 27. Jan. 1810). Ideo autem hic est commemorandus, quod pluribus occasionem praebuerit tuendi contra ejus innovationes doctrinam et jura Ecclesiae [1]). Pro Ricci ejusque erroribus steterunt Petrus Tamburini, de quo infra; Vincentius Palmieri (cf. pag. 620), qui praecipui videntur auctores decretorum synodi pistoriensis; Fabius de Vecchis et Ant. Longinelli theologi regii, Nic. Sciarelli episcopus collensis, Jos. Pannilini ep. clusiopientinus; Reginaldus Tanzini, qui jussu Leopoldi collegit *Atti dell' assemblea* degli arcivescovi e vescovi della Toscana tenute in Firenze 1787, t. 7 in 4., a famoso Schwarzel (p. 678) latine reddita. Descripsit et *Istoria dell' assemblea*. Epistola tamen a. 1800. ad pontificem data sua acta retractavit atque scripta sedis apostolicae judicio subjecit; Fontani, qui edidit *novas eruditorum delicias* seu veterum ἀνεκδότων opusculorum collectanea, Florentiae 1788, quorum t. 2. complectitur monumenta ad synodum basilieensem post Eugenii IV. ab ea recessum spectantia, eo scopo collecta ut auctoritas pontificia impetatur; Jodocus le Plat et Ferd. Panieri, canonicus pistoriensis, de quibus infra; Jos. Pujati († 1824), Bened. Solari OP. episcopus nolensis († 13. Apr. 1814), qui solus ex episcopis italis se aperte opposuit bullae ‚Auctorem fidei', contra quem scripsit Gerdil, etc. — In contrarium tamen steterunt Ant. Martini archiep. florentinus (cf. pag. 693), Lud. Bonamici episcopus volaterranus († 1791); Angelus Franceschi [2]) archiepiscopus

[1]) Cf. Gelli Memorie di Scipione de' Ricci vescovo di Prato e Pistoja scritte da lui medesimo e publicate con documenti, Florentiae 1865 t. 2, quod opus tamen eodem adhuc anno prohibitum fuit, sicut et Vie de Sc. de Ricci auctore Potter, Bruxellis 1825; 1857 ed. 3; germanice 1826 t. 4. Cf. Seider Hdl. II, 1764.

[2]) Inde prodiit *Raccolta di opuscoli interessanti la religione* 1783—90 t. 70, prohibita 1786. 1796.

[1]) Cf. copiosam literaturam apud Roskovány 3, 985—1006; 6, 691; Reusch II, 966 ss.

[2]) Ejus sunt: *Resolutio dubii* propositi: An decisiones in congregatione facienda secundum majorem suffragantium numerum condi debeant, 1787; affirmative respondet; lib. de dubio: *An parochi ad synodum dioecesanam vocati admittendi sint ad votum decisivum* spectato proprio ipsorum ac primitivo charactere, 1787, negative respondet; *de dispensationibus ponti-*

pisanus († ante a. 1806), Greg. Alessandri ep. cortonensis; Barth. Bianucci theologus regius[1]), Petrus Vannucci[2]) ep. Massae et Populonii, Jos. Bernardinus Pecci[3]) ep. Montis Alcini, Petrus Francesi[4]) ep. Montis Politiani († 1798), Ranierus Mancini ep. fesulanus († 1814) aliique Etruriae episcopi, Rochus Bonola SJ. (cf. p. 524), Vinc. Bartoli[5]) SJ., Joa. Marchetti, de quo infra; Car. Borgo SJ. (cf. pag. 327), Jos. Fuensalida SJ. (cf. pag. 606), Christ. Muzzani SJ. (cf. pag. 625), Demetrius Sanna SJ. (cf. pag. 632), card. Gerdil (cf. pag 614), Rob. Costaguti eq. S. Sepulchri etc.

376. Quaestiones *singulares* tractarunt plures, et quidem de juribus Ecclesiae praeter jam laudatos egerunt: Petrus de Doyar (du Doyart, des Doyards) SJ., Flamingus n. 28. Febr. 1728, qui strenue prorsus impugnavit Josephi II. innovationes († 5. Nov. 1806). Ejus inter alia sunt: *Eclaircissement sur la tolérance* ou entretien d'une dame et de son Curé, Rotomagi (Leodii) 1782. 1783, opusculum egregium, in quo eleganter et magno rationum pondere infringuntur incredulorum conatus, tolerandum publice esse quidquid philosophi hoc nomine indigni contra rationem et mores effutiunt; *Histoire et fatalité des sacrilèges,* 1787; *Lettres d' un chanoine pénitencier* de la Metropole de . . . à un chanoine théologal de la Cathédrale d . . . sur les affaires de la religion, saepissime editae, 1790 ed. 20; in ea auctor solidissime perstringit josephinas innovationes, in primis illam de encyclicis praesulum inspectioni civilis gubernii subjiciendis; *colloquia doctoris ingolstadiensis* de rebus ad Ecclesiae doctrinam et disciplinam pertinentibus, Düsseldorpii 1788 in 8. — Gundisalvus Adorno Hinijosa SJ. nobilissimis genitoribus Caesariani (Xerez de la Frontera) n. 7. Sept. 1751, tiro mox cum aliis in exsilium abire maluit quam sodales deserere. Decessit Viterbii 17. Mart. 1812. Scripsit praeter alia: *Dell' origine dell' Immunità del Clero cattolico* e d' ogni altro sacerdozio creduto dagli uomini legittimo e santo ll. 2, Cesenae 1791 in 4., opus pereruditum et plane egregium de hoc argumento; *della privativa Autorità del sacerdozio evangelico* su gl' impedimenti dirimenti e sulle cause matrimoniali. s. l. 1789; *Ricerche sulle diverse maniere di contrarre matrimonio* e sull' indissolubilità di questo tra gli antichi romani, Romae 1807. — Franciscus Gusta SJ. Barcinonensis (n. 9. Jan. 1744; † 19. Maj. 1816, Panormi theologiae professor, Jansenianos strenue impugnavit et inter alia, quae ad nos spectant, edidit[1]): *Vita di Con-*

fici reservatis, secundum conc. constantiensis et basileensis decreta consideratis, 1787; *lib. apologeticus ad oratoria domestica defendenda,* ib. 1787; *l. apologeticus* in decisionis a congregatione factae defensionem, quae Ecclesiae universalis consuetudini et missalium rubricis canonem secreto recitandi, inhaerendum esse decrevit, 1787 etc.

[1]) Ejus est: *Libellus de conc. hierosolymitano* et quod ex illo jus voti decisivi in conciliis intuitu simplicium sacerdotum non eruatur, 1787.

[2]) Scripsit libellum *de originariis episcoporum juribus,* de parochorum voto in conciliis et de suffragiorum in eisdem pluralitate, 1787.

[3]) Edidit lib. *de statu quaestionis* circa jura episcopalia, ib. 1787 cum ejusdem *defensione* adversus aliorum episcoporum responsionem.

[4]) Scripsit *de altarium in eadem ecclesia pluralitate* secundum antiquam et modernam Ecclesiae disciplinam considerata, 1788; *de vera conc. tridentini verborum „submissa voce" significatione* in ordine ad missae celebrationem, ib. 1787 cum *animadversionibus* in *observationes* a tribus episcopis factas, 1787.

[5]) Natus est V. Bartoli Florentiae 6. Oct. 1739; societate Jesu suppressa factus est ibidem canonicus, postmodum ingressus est Oratorium († 1795). Impugnavit errores Sc. Riccii de ss. corde Jesu deque jejunio quadragesimali, sibique peperit multas molestias.

[1]) Cf. Caballero I, 150 ss.; II, 45 s.; Sommervogel 3, 1962—68 sub n. 28.

stantino il grande . . . con l' aggiunta di un esame critico sopra diversi punti più principali ed una vera idea della Chiesa in quell' Epoca, Fulginii 1786 t. 2 in 4; Venetiis 1790 t. 2 in 8. ed. 2. aucta et correcta, Neapoli 1816; *Memorie della Rivoluzione francese* tanto politica che ecclesiastica e della gran parte che vi hanno avuto i giansenisti aggiuntevi alcune notizie interessanti sul numero e qualità dei preti costituzionali, Assisii 1793 in 8; alia ed. correcta et aucta inscribitur: *Dell' influenza dei Giansenisti* nella rivoluzione di Francia, ib. 1794; *Sui Catechismi moderni* saggio critico teologico, Ferrariae 1788 in 8; Fulginiae 1793 ed. magis correcta et aucta, opus quod meruit collaudari brevi a Pio VI., admodum eruditum et ad avocandos catholicos a legendis catechismis Jansenianorum, quorum fraudes manifestat, summopere opportunum; *Gli errori di P. Tamburini* nelle prelezioni di Etica cristiana, Fulginii 1791 t. 2 in 8; 1804, in quo l. auctorem illum solidissime refellit; *Lo spirito del sec. 18.* ritoccato con aggiunte note, Ferrariae 1792; *l' antico progetto di Borgo Fontana* dai moderni giansenisti continuato e compito, Assisii 1795 in 8; Venetiis 1800; *della condotta della Chiesa cattolica nell' elezione del suo Capo visibile il rom. pontefice,* Venetiis 1799 in 8., l. magni momenti de hoc argumento; *Breve istruzione* ad un teologo se sia o no condannato il probabilismo, Florentiae in 8. sine nomine; *Viaggi dei papi,* Florentiae 1782; *El sinodo de Pistoya* como es en si ó sea los jansenistas modernos convencidos de irreligion y de anarquia por el sinodo de Pistoya, in *Biblioteca de Religion,* quae prodiit t. 25 Matriti 1826—29 t. 20; *Vita di Seb. Giuseppe de Carvalho e Melo, march. di Pombal* 1781 s. l. t. 5; (Senis) 1782 ed. 4. correctior et amplior germanice interprete Jagemans Graecii 1782 nonnullis mutatis.

377. De *matrimonio* plures disseruerunt: Christophorus Cosci, patricius clusinus et vicarius generalis Callii, cujus sunt: *de separatione thori conjugalis* tam nullo exsistente seu soluto, quam salvo vinculo matrimonii ejusque effectibus, Romae 1763; 1779 t. 2 in f., Florentiae 1856 in 4., opus in primis utile, quo hanc materiam exhausit; *de sponsalibus filiorum familias,* ib. 1766 in 4. — Philippus Gerbl SJ. Bavarus n. 21. Jan. 1719, juris canonici professor Elwangae, Augustae et Friburgi in Helvetia († 1802), disseruit accurate *de impedimento clandestinitatis* an ex const. apost. Benedicti XIV. pro acatholicis foederati Belgii provinciis de eodem edita solidum pro Germaniae quoque nostrae locis acatholicis argumentum deduci possit, Augustae V. 1761 in 4; in sententiam affirmantem propendet. — Matthaeus Kuebel SJ. ex ditione fuldensi, in universitate heidelbergensi juris canonici professor (n. 14. Nov. 1742; † 1809), proposuit exercitium canonicum *de matrimonio* cum praefatione de exercitio juris dispensandi in universalibus Ecclesiae legibus, Heidelbergae 1786 in 4., quem l. anno sequenti vindicavit adversus censuram diarii ecclesiastici moguntini; *decisio quaestionis inauguralis,* quas in Germania mutationes subiit scientia juris canonici per systema Febronii? ib. 1787; *Frage: Können ledige Katholiken nach protestantischen Gesetzen vom Bande geschiedene Protestanten ehelichen,* ohne wider die Lehre der kath. Kirche zu verstossen? Marburgi 1804 in 4. — Petrus Jos. Weber n. 22. Maj. 1750, Treviris et Confluentiae theologiae moralis professor, canonicus trevirensis, disseruit [1]) *de impedimentis matrimonium dirimentibus,* Treviris 1788; *de sacramento poenitentiae,* ib. 1791; *de*

[1]) Cf. Waitzenegger Gelehrten- und Schriftstellerlexikon 3, 402—4. Alius est a Joseph de Weber auctore feracissimo, de quo infra.

lege, ib. 1779; *de missa paroeciali* ib. 1779 etc.; quae jam redolent spiritum neotericum illius temporis. — Samuel Klein de Szad Hungarus (n. 1742; † 14. Maj. 1806) disseruit *de matrimonio* juxta disciplinam graecae orientalis ecclesiae, Vindobonae 1781 in 8; *de jejuniis* graecae orientalis ecclesiae [1]) ib. 1782. — Dominicus Maria Pellegrini OP. n. Justinopoli (Capo d'Istria) 29. Dec. 1737, bibliothecae ditissimae ab Ap. Zeno monasterio relictae praefectus († 21. Mart. 1820), Baluzii opus *Capitularia regum francorum* praeter alia opera erudita [2]) iterum edidit auctum novisque notis illustratum, Venetiis 1772. Ad rem vero nostram sunt *L'indissolubilità del Sacramento del matrimonio,* ib. 1799 in 8; *diss. canonica* in cui si dimostra, che il conc. di Trento (sess. 24 de matrim. c. 1) non ha derogato al gius canonico anteriore riguardo al taglio de matrimonio per querela di nullità attesa mancanza di consenso non ammissibile dopo un anno e mezzo, ib. 1805 in 8; *conferma dell'argumento precedente* contro alcune varie objezioni, ib. 1805 in 8; in *acroases* P. Georgii Albertini p. p. theologiae in universitate patavina (p. 636) *animadversionum theologicarum specimen,* Veronae 1803 in 8., quod Albertini et Ant. Baldi Romae acriter impugnarunt.

378. Argumenta alia tractarunt [3]) Goswin Jos. Arnoldus de Buinink Düsseldorpiensis (n. 13. Oct. 1728; † 20. Nov. 1805), bibliothecae praefectus, qui pluribus scriptis quaestiones ad jus canonicum spectantes

---

rioris Tirolis meridionalis. Reliquit opera certe non commendanda, quae prohibita fuere, inter quae: *Riflessioni di un Italiano sopra la Chiesa in generale,* sopra il Clero si regolare che secolare, sopra i vescovi ed i pontefici romani e sopra i diritti ecclesiastici dei principi, Borgo francone (Venetiis) 1768 in 8. (alia ejusdem opera huc non spectant; cf. Reusch II, 932; Wurzbach 22, 284—8. — Joannem Sarkander Jeschek Orat. s. Phil. Nerii Moravum n. 17. Mart. 1746, de quo cf. ib. 10, 171. — Jo. Mich. Henricum Schuberth (Schubert) Bambergensem (n. 19. Oct. 1741; † 2. Aug. 1807) decanum ecclesiae colleg. ad b. M. V. et s. Gangolfi, episcopo a consiliis secretis et decanum, de quo cf. Schulte allg. d. Biogr. 32, 638. — Richardum de Roth SJ. Moguntinum n. 27. Maji, 1749, de quo cf. Schulte 3, 288; Sommervogel VII, 213, qui 23 ejusdem recenset scripta. Obiit p. 1809. — Jos. Vitalianum Lomberg Bonnensem in academia patria professorem juris publici (1777) et canonicum n. 7. Jun. 1739; † 21. Maj. 1805), de quo cf. Schulte in allg. d. Biogr. 19, 149. — Carolomannum Rath OSB. Bambergensem (n. 24. Febr. 1727; † 29. Dez. 1809) juris canonici lectorem et in academia bambergensi (1773—82) historiae ecclesiasticae professorem, de quo cf. Lindner 2, 191. — Jo. M. Boenicke Hier. Colloredo archiepiscopo salisburgensi a secretis, cancellarium et canonicum ad Nives (n. 10. Jan. 1734; † 1811), qui operam suam contulit ad famosas literas pastorales 29. Jun. 1782, in quibus sedulo n. 52 discernitur inter articulos essentiales et non essentiales religionis et cultus, et ad perversam punctationem a loco emsanam dictam. Cf. Roesch Ein neuer Historiker der Aufklärung p. 64 ss. — Jos. de Haiden Monacensem, canonicum augustanum, provicarium in spiritualibus generalem et consistorii viceofficialem (n. 18. Jan. 1739; † 14. Dez. 1813), de quo cf. Felder Literaturzeitung 1814 post n. 14 pag. 18. — Petrum Ant. de Frank Aschaffenburgensem (n. 17. Apr. 1746; † 12. Nov. 1818) pluribus muneribus Moguntiae, Treviris, demum Viennae functum, de quo cf. Schulte 3, 281; Wurzbach 4, 327. — Ambrosium Schmidt O. Praem. (n. 19. Mart. 1731; († 1811) collegii norbertini Pragae recto. rem. — Ant. Steph. Nic. Désodoarts. Fantin Delphinatem, quondam canoni

---

[1]) Cf. N. B. E. frib. 6, 571—8. Alius ab eo est Georg. Mich. Klein Wirceburgi philosophiae professor († 1820), qui in diss. über göttliche Offenbarung und Wunder, rationalistice miracula explicat in Batz theol. Zeitschr. II (1810), 1—32.

[2]) Cf. Wurzbach 21, 438.

[3]) Praetermittimus Car. Ant. Pilati de Tassulo (n. 28. Dec. 1733; † 27. Oct. 1802), aliquamdiu juris professorem in lyceo tridentino, qui longum institut iter literarium, magnique factus est a rege Daniae, Friderico II., Josepho II. et Leopoldo I., ac tempore occupationis gallicae munere functus est praesidis consilii supe-

illustravit [1]). — Franc. Ant. Dürr [2]) Mannheimensis n. 19. Febr. 1729, postquam quamplurimas academias Germaniae et Italiae lustravit amicitiamque iniit cum viris doctis variarum regionum, Moguntiae substitit ibique varias professus est disciplinas, in primis jus publicum et historiam ecclesiasticam. Functus quoque est munere syndici universitatis ultra 30 annos et capituli fuitque a consiliis rerum publicarum administrandarum. Erat vir eruditus, admodum laboriosus, qui munera ab alienis principibus sibi oblata recusavit, ut patriae inserviret († 27. April 1805). Plurimas reliquit diss. copiosa supellectili literaria instructas [1]), quarum multas Schmidt in suum recepit *thesaurum* (pag. 772). In diss. *de judice controversiarum* in causis electionum episcoporum Germaniae, Moguntiae 1768, invictis refutat argumentis Pestelium, qui a. 1796 jura rom. pontificis impugnaverat et Caesari judicium in ea controversia attribuerat. Scripsit quoque *historiam universitatis moguntinae diplomaticam*, Moguntiae, 1784 in 4. — Jo. Damascenus (in baptismo Jo. Ferdinandus dictus) de Kleimayrn (Kleienmayern) OSB. ultimus abbas wessobrunensis Tirolensis n. 19. Oct. 1735, Romae in collegio anselmo-benedictino s. Callixti institutus, juris utriusque doctor, Salisburgi docuit jus canonicum, theologiam moralem et exegesin, et a. 1788—92 rectoris magnifici munere functus est. Unanimi suffragio electus est 17. Apr. 1798 in abbatem collegii s. Anselmi Romae, cui tamen honori renunciavit († 25. Nov. 1810). Praeter alia edidit: *Vetus et nova disciplina* de proprio ordinandorum episcopo, Tegernsee 1763 in 4; *System des geistlichen Rechtes*, Salisburgi 1767; exercitatio academica *de conciliis apostolorum*, Tegernsee 1778,

cum et vicarium generalem embrodunensem, dein apostatam et fanaticum demagogum (n. 26. Dec. 1738; † 25. Sept. 1820), cujus exstat *Dictionnaire raisonné* du gouvernement, des lois, des usages et de la discipline de l'église conciliés avec les libertés et les franchises de l'église gallicane, lois du royaume et jurisprudence des tribunaux en France, Parisiis 1788 t. 6. — Udalricum Mayr Cist. († 1811) qui in diss. *de nexu statisticae* cum jurisprudentia ecclesiastica, Ingolstadii 1772, omni data opportunitate immodeste prorsus auctoritatem pontificiam lacerat: unde Clemens XIV. in brevi ad ep. augustanum 24. Febr. 1773 eam pluribus erroribus ac temerariis depravatisque sententiis refertissimam dixit exegitque ut ejus exemplaria supprimantur et auctor data occasione scandalum reparet. Hinc edidit Bigam diss. *de nexu historiae* literariae cum studio theologiae ac de nexu statisticae cum jurisprudentia ecclesiastica, Augustae 1774 ed. 2; etiam germanice 1778; atque ita evasit condemnationis decretum. Cf. Klüpfel Nova bibl. frib. I, 1, 46—50; Roskovány 3, 978; Reusch 2, 946. — De Petro Rodriguez comite de Campomanes (1722—1802) ministro Caroli III. invadente jura Ecclesiae circa bona sibi donata cf. ib. 2, 936; ita etiam de Antonio Bernaben II. 1067.

[1]) Cf. Schulte 3, 237, qui de eo scribit: Er gehört zu den entschiedensten römisch gesinnten Canonisten seiner Zeit, der seine Aufgabe darein setzte, die Curie gegen die Angriffe der neueren Schriften zu vertheidigen und der scholastischen Richtung im Gegensatz zur neuern zu dienen. Ita et in allg. d. Biogr. 3, 51.

[2]) Alius ab eo est Jos. Dürr seminarii regens, cujus Predigten an Sonn- und Festtagen prodierunt posthumi Villingen 1841—45 t. 3 in 8., quae multum laudantur in thes. ll. rei cath. p. 194.

[1]) De ejus diss. *de suffraganeis* seu vicariis generalibus in pontificalibus (Weihbischöfen) episcoporum Germaniae, Moguntiae 1782, cf. N. B. E. frib. 6, 725—29; *de probatione* per picturas in sacris, ib. 1779, ibid. 4, 509—14; *de authentia synodi coloniensis* de a. 346 antiqui ecclesiarum germanicarum monumenti, ib. 1778, ibid. 4, 651—3. Cf. Schulte III, 238 et allg. d. Biogr. V, 489 ubi censet: Die Abhandlungen ... gehören zu den gründlichsten, welche das Kirchenrecht aus dem vorigen (18.) Jahrh. von Katholiken in Deutschland aufzuweisen hat. In der Methode der Zeit folgend enthalten sie allseitige Benützung der Literatur, zum Teil sehr eingehende Quellenstudien und bekunden eine freiwissenschaftliche Auffassung.

quae ab aliis tribuitur Simp. Schwarzhuber (cf. pag. 279); *Meine Gedanken von den Gränzen der gesetzgebenden Gewalt und Gerichtsbarkeit der Kirche*, Francofurti et Lipsiae (Salisburgi), 1782 in 8. sine auctoris nomine. *Systema de perficiendo studio theologico* in studio comuni benedictino-bavaro, Tegernsee 1765. Curavit [1]) quoque editionem *principiorum juris* Greg. Zallwein (cf. pag. 207), cui brevis synopsis de vita auctoris accedit, Augustae V. 1781 t. 4 in 8. — P. C. de Carolis disseruit *de episcoporum residentia*, de episcoporum jure in beneficiorum collationibus ac de sepulturis et praesertim de illa, in qua tumulari debent puellae in monasterio educationis gratia degentes, Maceratae 1797 in 4. — Mauritius Laubry Rotomagensis u. 1745, egregie in jure canonico versatus, canonicus et promotor metropolitanus et dioecesanus aliisque muneribus auctus (22. Mart. 1803), scripsit *Traité des unions de bénéfices*, Parisiis 1778 in 12; *Tr. des érections de bénéfices*, ib. 1782 in 12. — Jo. Jos. Pavlovich-Lucich Dalmata, n. 15. Mart. 1755, Macarscae canonicus et vicarius generalis, vir admodum eruditus, socius plurium academiarum, ut liberius studiis vacaret episcopale munus aliquoties sibi oblatum modeste recusavit († 19. Mart. 1819). Ex quamplurimis ejusdem scriptis huc referri possunt: Diss. exegetico-theologica de *dignioribus ad canonicatum aliaque ecclesiastica beneficia eligendis*, Venetiis 1786; *ss. altarium multiplicitas et cultus* a novatorum technis et impetu vindicatus diss., Anconae 1792; *de supplicio aedificiorum* sub Diocletiano imp. excursus historiographicus, Venetiis 1796; *l'Albero del buon e del cattivo Critico inventato* e colla scorta de' migliori autori e di più purgati riflessi diciferato, Ragusae 1799; *acta sincera s. Gaudentii* auxerensis ep. et conf. diss. historicis illustrata, Venetiis 1802; *marmora macarensia*, Ragusae 1810 in 8. ed. 2; *marmora tragurensia* (in museo Traù asservata), ib. 1811; *romanarum antiquitatum analecta quaedam*, Jaderae 1813 etc. [1])

379. Joannes Bapt. Caprara Bononiensis [2]) n. 29. Maj. 1733, vicelegatus a Benedicto XIV. Ravennae constitutus, nuncius apostolicus a Clemente XIII. Coloniam 1767, a Pio VI. Lucernam 1775 et demum 1785 Viennam fuit missus, quibus in legationibus insignis prudentiae specimina dedit, unde etiam purpura in meritorum

[1]) Cf. Lindner 1, 188—90. Frater ejus est Jo. Fr. Thaddaeus de Kleimayern n. 26. Sept. 1733, qui pluribus muneribus honorificis Salisburgi functus est († 5. Mart. 1805). Edidit plura ad historiam salisburgensem spectantia, inter quae *Nachrichten vom Zustande der Gegend u. Stadt Juvavia* vor, während und nach Beherrschung der Römer bis zur Ankunft des h. Ruperts, Salisburgi 1784; *unpartheische Abhandlung* von dem Staate des Erzstiftes Salzburg und dessen Grundverfassung, 1770, quae speciem prae se ferunt codicis diplomatici pro historia ecclesiastica et civili salisburgensi. Cf. Zillner, d. Biogr. 16, 105—7; Wurzbach 12, 38 ss. Magis tamen de historia salisburgensi meruit alius juris consultus Judas Thaddaeus Zauner (n. 16. Oct. 1750; † 1815), juris professor in universitate salisburgensi et academiae monacensis socius, cujus sunt 32 opera, inter quae *Chronik von Salzburg* (usque ad a. 1682), Salisburgi 1796—1813 t. 7, quam continuavit Corbianus Gaertner ad. a. 1782 adjectis aliis 4 t. sub inscriptione *Neue Chronik von Salzburg. Syllabus rectorum magnificorum universitatis salisburgensis* inde ab ejus primordiis ad haec usque tempora, ib. 1792 in 8; *Verzeichnis aller akademischen Professoren zu Salzburg* vom J. 1728 bis zur Aufhebung der Universität mit kurzen Nachrichten von ihrem Leben und ihren Schriften, ib. 1813 in 8; et alia ad historiam illius provinciae vel ad jus canonicum spectantia. Cf. Wurzbach 59, 207. — Petrus Leardi dedit *Reihe aller bisherigen Bischöfe* von Salzburg, Gurk, Sekau, Lavant und Leoben. Grätz 1818.

[1]) Cf. Wurzbach 21, 386—88.
[2]) Cf. Werner KL. 2, 1924.

praemium 1792 decoratus est. Difficillimis illis temporibus, quibus ecclesia gallicana fere subversa jacuit, missus est 1801 a Pio VII. legatus a latere in Galliam, atque demum pacem ecclesiasticam aliquo modo concordato inito composuit. Ad cathedram mediolanensem 28. Maj. 1802 promotus Napoleonem in regem Italiae 28. Maj. 1805 unxit. Ubicunque commoraretur stupenda plane liberalitate pauperes sublevavit, et quamvis plerumque absens quotannis 40—50.000 libras gallicas pauperibus suae archidioeceseos sustentandis submisit. Decessit omnium, indigentium praesertim cujusvis conditionis, moerore 21. Jun. 1810. In memoriam sollicitudinis sanctae sedis pro Ecclesia gallicana reliquit *Concordat et recueil des bulles et brefs de N. S. P. le Pape Pie VII.* sur les affaires de l'église de France, Parisiis 1802 in 8; germanice interprete Leimbach 1802. — Jodocus Leplat (le Plat, Leplaet) Mechliniensis n. 18. Nov. 1732, juris canonici in universitate lovaniensi 1775 professor, stetit contra Benedicti XIV. aliorumque theologorum sententiam pro indissolubilitate matrimonii infidelis ad fidem conversi editis tribus diss. ad 1. Cor. 7, Lovanii 1770—72 et coll. variarum diss. casum Ap. 1. Cor. 7, 12 ss. illustrantium, Leodii 1779 in 8. Quam ejus assertionem cum impugnasset Maugis, respondit in Diss. historico-canonique *sur l'indissolubilité du mariage* de l'infidèle converti, 1771 in 8. Innovationes Josephi II. in Belgio promovere et tueri sategit, quamobrem discipulis et concivibus ita factus est exosus, ut nonnisi militibus stipatus cathedram conscendere posset, imo et bis in Hollandiam secedere sit coactus (1787), ubi receptus a jansenistis eos in edendis *Nouvelles ecclésiastiques* adjuvit. Confluentiam vocatus 1806, rector institutus est scholae juris, ibique decessit 6. Aug. 1810. Curavit editionem *commentarii* in decretum Gratiani Vanespen, in qua disserit de spuriis in Gratiano canonibus secundum Berardi hoc de argumento opus (p. 206) quod obiter excerpsit, cum praefatione prolixa, Lovanii 1777 t. 2 in 8; diss. illa reperitur etiam apud Gallandi II. 803—934; *institutionum jurisprudentiae ecclesiasticae* Riegger, 1780 t. 5 in 8; versio latina Fleurii *Discours sur l'histoire ecclésiastique* (IV[3], 1177), Lovanii 1780 t. 2 in 8. suppresso nomine. *Monumentorum conc. tridentini amplissima collectio,* Lovanii 1781—87 t. 7 in 4., qua continentur etiam diaria Massarelli, Kurtembrockii, Pseaume, Torelli, Fickler etc. Scripsit acres et injuriis refertas *Lettres d'un Theologien-Canoniste* à N. S. P. le Pape Pie VI. au sujet de la Bulle „Auctorem fidei" portant condamnation d'un grand nombre de propositions tirées du Synode de Pistoies de l'an. 1786, Bruxellis 1796, prob. sub excommunicatione; Dissertation *contre l'autorité des règles de l'Index* t. 2 in 4; et diss. *de sponsalibus et impedimentis matrimoniorum,* 1783 in 8; quam diss. aggressus est van der Velde proposita publice thesi 18. Jun. 1783: hinc edidit Le Plat *vindicias* diss. canonicae de sponsalibus et matrimoniorum impedimentis adversus thesim etc. *Recueil de quelques pièces* pour servir à la continuation des fastes academiques de l'université de Louvain[1]), Lille 1783. — Jo. Fortunatus comes de Zamboni, basilicae liberianae canonicus et cubicularius intimus Pii VII., qui zelo propugnandae veritatis catholicae academiam doctam et florentem religionis christianae instituit, utilem edidit *collectionem declarationum s. congr. card. s. concilii interpretum,* qua consentanea ad tridentinorum patrum decreta aliasque canonici juris sanctiones sec. XVIII. in causis propositis prodierunt: huic ac-

[1]) Cf. Piot Bibl. nat. de Belgique XI, 877—81.

cedunt constitutiones apostolicae praesertim novissimae ad con. trid. decreta spectantes, decreta generalia ceterarum congregationum, necnon selectae veteres declarationes, mentes, modi et instructiones s. congregationis conc. ineditae, opus ad majorem facilitatem alphabetico ordine per materias et tractatus dispositum accurateque collectum ac in 3 pp. de declarationibus, de titulis causarum deque conclusionibus divisum, Romae 1812—16 t. 8 in 4; Atrebati 1860—68 t. 4 in 8; Diss. *de necessitate incautos praeveniendi* adversus nonnullorum professorum hermeneuticae artis, qui sub respectu novarum interpretationum s. Scripturae naturalismum evulgare ac revelationis ideam delere conantur. Ex idiomate italico in latinum versa, praefatione notisque aucta a theologo Dusseldorpiensi (scil. Binterim), Coloniae 1824, etiam, germanice 1823, in qua praesertim agit de Hexaemeron Moysis adversus audaciores geologos [1]); *Dialoghi sopra la Religione,* Romae 1807 t. 1 in 8.

380. Jam ad theologiam *moralem,* quam plerique parum feliciter excoluerunt, accedamus [2]). Petri Fulco *institutiones theologiae moralis* prodierunt Neapoli 1798 t. 4 in 8. — Ferdin. Ueberwasser SJ. Meppensis (n. 13. Aug. 1752; † 15. Jan. 1812) in universitate monasteriensi logicae et psychologiae professor, scripsit praeter opera philosophica *Moralphilosophie,* quam ex ejus msc. additionibus auctam edidit Jo. Henr. Brockmann, Monasterii 1814—15 t. 3. — Marcus Stattmüller OSB. in Augia divite (Reichenau), Ottoburanus (n. 1726; † 7. Maj. 1808) composuit *Enchiridium theologico-practicum* seu extractus propositionum ac resolutionum severiorum magisque notabilium ex theologia canonico-morali A. A. Reifenstuel (IV^3, 930), Günsburgi 1764 in 8. — Ant. Luby, Lincii primum, deinde Graecii theologiae moralis professor (n. 1750; † 1802), edidit ad normam rautenstrauchianam *theologiae moralis in systema redactae* t. 3, Graecii 1781. 1782 in 8; 1799 ed 4. — Jos. Geishüttner Gmundensis n. 1764, Lincii theologiae moralis et pastoralis professor, seminarii regens, consistorio et gubernio in rebus ecclesiasticis a consiliis († 5. Jan. 1805), scripsit *Theologische Moral* in einer wissenschaftlichen Darstellung. Augustae 1804 pp. 3 in 8., principiis pantheistae Fichte innixam. Ex ejus schedis composuit F. X. Geser *Versuch einer wissenschaftlichen und populären Dogmatik,* zunächst für katholische Religionslehrer, Viennae 1818, quod opus theologiae dogmaticae vix umbram prae se fert [1]). — Balduinus Wurzer Cist. in monasterio alderspacenci, n. 25. Dec. 1738, electori Bavariae et episcopo frisingensi a consiliis, in universitate ingolstadiensi a. 1775. 1776 theologiae moralis et historiae ecclesiasticae professor († 1809), elucubravit *specimen theologiae moralis* methodo acroamatica, Ingolstadii 1775; prodromum isagogicum historico-critico-literarium *in theologiam regularem eclecticam* (scil. dogmaticam), Ratisbonae 1793 in 4. Adversarius erat methodi scholasticae, a qua theologiam dogmaticam expurgare nitebatur [2]). Reliquit et aliqua scripta, quae spectant historiam ecclesiasticam Bavariae. — Jos. Lauber Vienensis n. 1744 theologiae pastoralis in universitate brunensi, deinde olomucensi professor († 11. Apr. 1810), in lucem dedit *Kurzgefasste Anleitung* zur christl. Sittenlehre oder Moraltheologie, Viennae 1784—88 t. 5 in

[1]) Cf. Kerz Literaturzt. 1824. II, 365—400 etc.

[2]) Hus spectant aliqui, de quibus jam egimus, scil. Lud. Bailly (p. 591) Gerdil (p. 609), Dan. Tobenz (p. 646) etc.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1819 pag. 234—42.

[2]) Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 44, 366.

8; *institutiones theologiae pastoralis compendiosae*, Brunae 1781 t. 3, etiam germanice, ib. 1791, a gubernio universitatibus leopolitanae et budensi praescriptae; utrumque opus minime commendandum, imo ne mentione quidem dignum, adversus quod scripsit Jo. Ev. Hochbichler (Hochbüchler) SJ. Tirolensis, n. 20. Dec. 1740, qui in ordine plures tradidit disciplinas, eoque suppresso fuit theologiae professor augustanus et studiorum praefectus, in l. *Ist Laubers Lehre von der Sünde ächt und wahrhaft?* Augustae 1782 in 8. Scripsit quoque adversus Bedam Mayr OSB. theologum nimis irenicum (f. supra p. 282). *Strenger Beichtvater*, statistisch, theologisch, praktisch und historisch betrachtet, fasc. 4 Viennae 1783. 1784; diss. *de justa sponsalium abolitione*, Olomuci 1788; *Die Bibel aus dem Grundtexte* in eine dem gemeinen Manne verständliche deutsche Sprache übersetzt, Viennae 1786 p. 1 et unica, quae complectitur tantum 5 ll. Moysis [1]). Se iterum adjunxit societati in Russia constitutae, factusque est praepositi generalis assistens († 26. Jun. 1817). — Ant. Franc. Augustinus Mosig Bohemus n. 17. Jan. 1757, theologiae moralis et pastoralis in academia olomucensi professor († 28. Nov. 1813). — Franc. Pollaschek Moravus n. 4. Oct. 1757, linguae graecae et hermeneuticae (etsi tantum diaconus) in universitate brunensi professor (1781) et seminarii generalis vicerector (1788), dogmaticae (1794), dein a. 1800 in lyceo olomucensi theologiae moralis et pastoralis professor atque studiorum director († 1818), edidit *theologiae moralis* t. 2, Olomucii 1803; *regulae pastorales* in usum suorum auditorum ad curam animarum finito anno scholastico egressorum, ib. 1803 in 8. In usum quoque populi lingua patria exposuit libros N. T., Brunae 1791 in 8. Vir erat religiosus, discipulis patris instar, quem propterea hi filiali amore prosequebantur, ovium sibi commissarum pastor fidelis et pius[1]). — Ant. Reyberger OSB. in monasterio mellicensi n. 21. Jan. 1767, in universitate viennensi a. 22 theol. moralis prof., concordibus prope modum fratrum suffragiis 7. Nov. 1810 in abbatem electus († 3. Oct. 1818), reliquit *Systematische Anleitung* zur christlichen Sittenlehre oder Moraltheologie, Viennae 1794, cujus tamen tantum t. 1. prodiit; hujus velut t. 2. sunt *institutiones ethicae christianae* seu theologiae moralis, ib. 1805—9 t. 3 in 8; 1813; 1819 ed. 3. quae tamen, sicut et pleraque opera ex iis, quae supra jam commemoravimus, non sunt proprie dicta theologia moralis more antiquorum, nam laxiori utuntur methodo disserendi omni soliditate destituta more protestantium, quos post M. Schenkl, quem alioquin presse sequitur, sibi sequendos proponit etiam auctor noster, ut Döderlein, Reinhard, Schmid, Feder [2]) etc.

381. His omnibus magis innotuit Herculanus (in baptismo Ant. Nicolaus) Oberrauch Min. Tirolensis n. 5. Dec. 1728 in valle Serena (Sarnthein), philosophiae, dein 1763 juris canonici lector, ac submotis jesuitis a munere docendi, in universitate oenipontana theologiae moralis professor (1766—82). Suppressa universitate et ipse a munere docendi vacavit, sed non ab operibus piis in proximorum bonum: imo tanto zelo illud promovit, ut Ecclesiae hostes, qui Illuminati dicebantur, nullum non moverent lapidem, ut ipse alium in locum transferretur;

[1]) Cf. Wurzbach 14, 211; Werner allg. d. Biogr. 12, 518.

[1]) Cf. Wurzbach 23, 82 s.

[2]) Cf. Werner Geschichte der kathol. Theologie pag. 262; Schmid d. Biogr. 28, 348; Felder Literaturzt. 1810, I, 321—34, ubi hae institutiones jejunae impense laudantur. Keiblinger Gesch. des Benedict. Stiftes Melk I, 1078—91.

verum frustra cum Maria Elisabetha archiducissa et filia magnae Mariae Theresiae eum sibi in conscientiae moderatorem selegerit. Tanti fiebat a discipulis, imo ab universa studiosa juventute, ut intra annos 1767—1808 ultra 2000 juvenum dirigeret electionem status. Indefessus erat in excipiendis confessionibus et ut fertur per multos annos nonnisi duas dedit somno horas. Defuncto Josepho II. et regnante Leopoldo II. multum ipse contulit, ut supprimerentur seminaria generalia et restituerentur seminaria dioecesana. Studendi alacritatem inter sodales plurimum promovit bonumque ordinis ipsi admodum cordi fuit. Impense quoque sollicitus fuit temporibus illis bellicis de bono patriae: oraculi instar consulebatur, concives ad fortitudinem, constantiam, perseverantiam hortabatur, noluitque eos deserere, ut propriae securitati et commoditati consuleret († 22. Oct. 1808). Propter virtutis praestantiam salutatur in libro mortuorum fratrum Min.: „Gemma provinciae, ordinis et sacerdotum.“ Composuisse dicitur ad 63 opera[1]), e quibus prodierunt 13. Ita *institutiones justitiae christianae* seu theologia moralis, Oeniponti 1774—76 t. 4 in 8; Bambergae et Norimbergae 1797. 1798 t. 8 in 8. prohibita decr. 11. Jan. 1796; *vindiciae theologiae moralis* adversus recensentem friburgensem (in Bibl. eccl. nova frib. I, 168—80), ib. 1776 in 8; *diss.* (6) *ad theologiam moralem pertinentes,* ib. 1776—84 in 8., scil. de prima rerum omnium causa et earum fine ultimo; de concordia gratiae cum libero arbitrio; de peccatis ignorantiae; de spe theologica; de caritate et justitia generali; de caritate theologica seu speciali; *Thean und Amynthas* oder Gespräche über Religion und Gerechtigkeit, ib, 1786—88 pp. 4; 1792; 1805 ed. 3. quod opus est apologia religionis christianae; cujus una prop. acri cris. fuit subjecta in Kritik über gewisse Kritiker, Augustae VIII (1794), 89 ss., 337 ss., cui respondit ipse 1794 s. l. *Das Allerwichtigste und einzig Notwendige* oder Was ist das letzte Ziel des Menschen und wie erreicht er es? Eine Abhandlung, vorzüglich Philosophen und Denkern unserer Zeit gewidmet, Oeniponti 1800 absque auctoris nomine adversus perversas kantianas theorias. Tamen et hoc opus a criticis augustanis sat graviter impugnatum fuit.

382. Succedant ii, qui excoluerunt theologiam *pastoralem,* quae disciplina exeunte sec. XVIII. in Austria praesertim in illa generali studiorum theologicorum innovatione speciali diligentia tractata fuit. Illius compendia vel institutiones magno numero hac epocha prodierunt. Praeter eos, quos jam aliis occasionibus nominavimus, B. Peck scripsit *der Seelsorger als Liturg und Beichtvater,* Viennae 1797; *der Seelsorger im Privatunterricht,* im gesellschaftlichen Umgang und im häuslichen Leben, ib. 1798 in 8; *systematische Anleitung* für die Seelsorger am Krankenbett, ib. 1826 ed. 2. in 8. — Aegidius Chládek Praem. in canonia strahoviensi Pragensis n. 24. Aug. 1743, theologiam pastoralem bohemice, Pragae 1780. 1781 t. 3 composuit, quam etiam in universitate pragensi docuit († 29. Jan. 1806). Ea fuit omnibus scholis praescripta. Postea addidit *Bemerkungen* über wichtigere Gegenstände der Pastoraltheologie, fasc. 6 Pragae 1801-4. In universitate pragensi munus gessit decani et rectoris magnifici[1]). — Franc. Matthias Stett parochus deutmergensis composuit *Praktisches Handbuch* für noch nicht geübte Seelsorger, den Kranken die h. Sacramente der

[1]) Cf. Wurzbach 20, 462—6; Waitzenegger 2, 47—71; Nelk (sub quo nomine latet P. A. A. Waibel) H. Oberrauch eine merkwürdige Lebensgeschichte, München 1829 in 8., de qua cf. Kerz 1830 I, 104—9.

[1]) Cf. Goovaerts I, 181 s.

Busse, des Altars und der letzten Oelung zu ertheilen, ihnen in ihrer Krankheit und am letzten Ende beizustehen, Augustae 1808 in 8. — Ejusdem argumenti est l. Joannis Ev. Harscher OSB. villingani in monasterio s. Trudberti bibliothecarii (n. 9. Febr. 1739; † 8. Jul. 1807): *Der Krankenbesuch* in seinen Eigenschaften nach der physischen nnd moralichen Lage der Kranken systematisch-praktisch bearbeitet, Augustae 1792—94 t. 3 in 8. — Laurentius Maurin OSA. Navarrus scripsit lingua patria *institutiones theologiae pastoralis,* Matriti 1805. 1806 t. 2 in 4. — Ignatius Baerenkopf SJ. Komáromiensis n. 13. Jul. 1741, Societate Jesu suppressa canonicus strigoniensis, facultatis et seminarii pestinensis director et episcopus titularis († 1809), praeter *vindicias coelibatus* ecclesiarum Occidentis contra nuperos quosdam scriptores sub nomine Flaminii Cephali Augustae V. 1787, descripsit *methodum recte gubernandi parochiam* et dirigendi animas in s. tribunali, Tyrnaviae 1803 in 8. — Dominicus Gollowitz OSB. in monasterio oberaltacensi, Bavarus n. in Geiselhoering 31. Maj. 1761, theologiae moralis, pastoralis et liturgicae in academia ingolstadiensi a. 1799-1801, dein Ambergae 1801—4 superaddita theologia dogmatica professor († 6. Maj. 1809), praeter succincta compendiola theologiae moralis, theoreticae, pastoralis, patrologiae et historiae ecclesiasticae, luci publicae dedit *Anleitung zur Pastoraltheologie* im weitesten Umfang, Landishuti 1803 t. 2 in 4; ib. et Ratisbonae 1825. 1830. 1836 ed. 4 revisa a Wiedemann; ib. 1845 ed. 5. curante Vogl; Ratisbonae 1851, demum cura P. Haringer ib. 1855, opus quod ob suam utilitatem haud immerito animarum pastoribus arrisit [1]). — Eodem anno decessit Gregorius (in baptismo appellatus Jo. Stephanus) Köhler OSB. n. 2. Febr. 1733, theologiae pastoralis et liturgicae in academia moguntina professor († 1809). Reliquit satis bona sed brevia *principia theologiae liturgicae* ex selectissimis auctoribus 1788; *Praktische Anleitung* für Seelsorger am Kranken- u. Sterbebette, Moguntiae 1792; 1804 ed. 4; 1832 ed. 7. cura Jac. Brand, 1845 curante Nickel: *Praktische Anleitung im Beichtstuhle* nebst einer Abhandlung über die Ehehindernisse und einer über die billige Sittenbeurtheilung, Francofurti 1803 ed. 3; 1833 ed. 7. cura J. Brand; *hist. Abhandlung* über die Worte des Erlösers im letzten Abendmahl: Nehmet und esset, das ist mein Leib; Nehmet und trinket, das ist mein Blut, Moguntiae 1813; *Geschichtliche Darstellung* der vom gallikanischen Klerus im J. 1682 zu Paris abgefassten von Bossuet vorzüglich und dem Turnelius vertheidigten Erklärung über die höchste und unfehlbare Authorität in der Kirche Gottes, entlarvt nebst einen Blick in das im J. 1811 zu Paris gehaltene Nationalkoncilium, Hadamarae et Confluentiae 1816; *Anleitung* zum praktischen Unterricht in der Pastoraltheologie 1789, quam retractatam ed. Jacobus Brand[1]) Francofurti 1827: quae opera pastoralia sane utilia diu in usu erant. *De vero Ecclesiae statu,* Moguntiae 1775; quo in opere Ecclesiae independentiam tuetur; *Das Bild Gottes im Menschen* mit Rücksicht auf Scheinphilosophie, Francofurti 1813; *Beweis für das Dasein Gottes* aus der Natur. ib. 1810 etc.

[1]) Cf. Kerz 1831 II, 20—40.

[1]) Jacobus Brand Bavarus n. 20. Jun. 1776, episcopus limburgensis (1827; † 26. Oct. 1833) plura alia composuit opera, ut *Handbuch der geistl. Beredsamkeit* posthumum cur. Halm. Frankfurt 1836—39 t. 2 in 8., et aliqua quae ad theologiam non spectant. Cf. de ejus vita et scriptis Zeitschr. für Philosophie und kath. Theol., Coloniae 1833 fasc. 4, 212 ss.; Schmelzeis KL. VII, 2055; de opere laudato Tübinger Qtlschr. 1841 p. 350—70; opera ascetica recenset thes. II. rei cath. p. 92.

383. Jacobus Goyers Mechlinensis n. 2. Apr. 1719, in seminario archiepiscopali theologiae erat lector et librorum censor († 15. Oct. 1809), vir eruditus, qui alios in edendis operibus liberalissime juvare solebat, ut Hartzheim in adornanda sua collectione conciliorum Germaniae. Plura opera ad historiam sacram et literariam suae patriae illustrandam msc. reliquit, ediditque praeter alia *instructionem practicam confessarii* circa errores confitentium, Bruxellis 1780 in 8. — Jo. Franc. Gislenus Hulen Belga n. 17. Dec. 1746, Lovanii theologiae professor in collegio s. Spiritus, Henrico de Frankenberg archiepiscopo mechlinensi a secretis, canonicus et seminarii archiepiscopalis regens atque vicarius generalis, sed tempore rebellionis gallicae, quae et Belgium invasit, muneri suo et fidelitati erga suum pastorem defuit edito juramento illicito (serment de la haine à la royauté), pro quo et libellos scripsit. Lapsum emendavit, nam iterum praefuit seminario et vicarium egit generalem archiepiscopi Roquelaure († 16. Jun. 1815). Plura reliquit opera, ex quibus haec mentione digna: Tr. historico-asceticus *de ss. eucharistiae sacramento,* Mechliniae 1784 t. 2 in 12; conferentiae ecclesiasticae *de officio boni pastoris,* ib. 1785—88 t. 5; *Memoriale vitae sacerdotalis,* ib. 1797, et saepissime dein editum[1]). — Franc. Christophorus Pitroff O. Crucif. Bohemus n. 25. Maj. 1739. in universitate pragensi professor erat exegesis (1773) et theologiae pastoralis (1775). Ob merita in hac disciplina tradenda cruce aurea donatus (1780) fuit. In magistrum sui ordinis unanimi fere suffragio est electus (1809), et in decanum facultatis theologicae (1813) et in universitatis rectorem magnificum (1814; † 7. Jul. eodem a.). Scripsit *Anleitung zur praktischen Gottesgelehrtheit* nach dem Entwurfe der Wiener Studienverbesserung, Pragae 1778 in 4; 1782; diss. *de prudentia pastorali s. Pauli,* ib. 1782 in 8; *Kirchenamtspolitik* nach den Verhältnissen der Kirchenstatistik und Pastoralklugheit, ib. 1785 pp. 2 in 8., quibus in operibus sequitur principia et spiritum josephinismi. — Milo Jos. Nep. Grün Praem. Bohemus n. 11. Dec. 1751, etiam abbas strahoviensis (1804; † 20. Jan. 1816) sodales docuit theologiam moralem et pastoralem[1]) proposuitque *Sätze aus der Moral- und Pastoral-Theologie,* Pragae 1805—7 in 4. — Michael Horváth theologiae pastoralis in universitate budensi professor († 9. Mart. 1810) edidit: *Theologiae pastoralis*[2]) *p. prior* complectens praedicationem Verbi, Vindobonae 1780; p. altera complectens *administrationem sacramentorum* 1781; p. ultima complectens *exemplum vitae,* ib.; *Chrestomathia pastoralis* t. 3, Pestini et Budae 1782. 1783 in 8., quibus continentur paradigmata concionum etc.; *historia literaria prudentiae pastoralis,* Vindobonae 1783 in 8.

384. Josephus Ant. Krapf[3]), theologiae doctor, consiliarius ecclesiasticus constantiensis et parochus hagnaviensis († 25. Dez. 1815) publicae luci dedit: *Der Geist der Seelsorge,* eine Nachlese zur praktischen Pastoral für junge Geistliche des 19. Jahrh., Augustae 1814 in 8; 1823 ed. 3. curante Buchfelner. *Das erklärte N. T.* oder Lehre, Thaten und Schicksale

[1]) Cf. Bibliogr. nat. IX, 681—88.

[1]) Cf. Goovaerts I, 332 s.

[2]) Opus quod plurimum laudatur in N. B. E. frib. ubi ejusdem exhibetur conspectus 5, 634—44; 6, 249—53 et 650—53. Legimus enim ib.: »Nulla sane dos est, quae decet atque ornat opus usibus scholarum publicis destinatum, quam in eo desideres. Ordo nitidus, concinnus rerum nexus, probationes idoneae, purus aeque ac fluens stilus, rescissis superfluis amata brevitas sine obscuritate, ubivis relucent«.

[3]) Alius est a Jos. Krapf, de quo egimus supra p. 286. Cf. Felder 1816. I. Intelligenzblatt 2, 13—14.

des Herrn und seiner Jünger, Kempten 1791—94 t. 2. — Jo. Mart. Ihler parochi bavari kathol. Glaubens- und Sittenlehre pro animarum curatoribus prodiit Augustae 1815 in 8., quae laudatur. — Jo. Bapt. de Steinhauser (n. 26. Jan. 1761; † 15. Aug. 1815) decanus capituli biberacensis et consiliarius ecclesiasticus constantiensis, reliquit plures diss. pastorales [1]). — Petrus Conrad n. 21. Sept. 1745, seminarii trevirensis subregens, Confluentiae historiae ecclesiasticae professor et seminarii director, Treviros revocatus seminarii regens, canonicus demumque parochus († 17. Aug. 1816), composuit *Leitfaden der deutschen Vorlesungen über die Pastoraltheologie,* Treviris 1789 pp. 2; diss. *de ministro sacramenti poenitentiae* [2]), Confluentiae 1785. — Matthaeus Fingerlos tristis memoriae in salisburgensi ditione n. 6. Sept. 1748, archiepiscopalis seminarii erat regens (1787), promotus tamen fuit, ut inde ob malum ejus spiritum amoveretur. Postmodum tamen a Montgelas praefectus fuit seminario georgiano Landishuti, ubi clericos spiritu wessenbergiano infecit, sanctuarium Ecclesiae vere vastavit apostolumque incredulitatis egit († 1817). Proposuit *Versuch einer Pastorallehre* d. i. einer Darstellung der Standespflichten eines Geistlichen [3]), Monachii 1805 pp. 2. — Praetermisso Andrea Schellhorn († 1819), Franc. Stapf Bambergensis n. 2. Maj. 1766, seminarii regens (1805) theologiae moralis et (1810) dogmaticae professor († 8. Aug. 1820), auctor est op. utilis: *Vollständiger Pastoralunterricht über die Ehe* oder über das gesetz- und pflichtmässige Verhalten des Pfarrers vor, bei und nach der ehelichen Trauung nach den Grundsätzen des Kirchenrechtes mit steter Rücksicht auf die Civilgesetze, Francofurti 1820; Bambergae 1824 ed. 3; ed. 4—6. curante Egger Francofurti 1829—36; ed. 7. cura C. Riffel ib. 1847. Ejus Handbuch zum neuen Katechismus des Erzb. Bamberg, Bambergae 1828 ed. 3. non est immunis ab erroribus circa indulgentias. — Eodem anno decessit Jo. B. Spechtenhauser Tirolensis e valle venusta n. 1767, theologiae moralis, dein pastoralis professor in academia oenipontana, cujus etiam sub ditione bavara primus fuit rector magnificus [1]).

385. Singularia quaedam argumenta tractarunt: Caspar Segovia SJ. Caesaraugustanus in patria et Romae theologiae professor (n. 22. Jan. 1722; † 1802), disseruit *de opinione probabili* cum appendice super Raineri II. aragonum regis X. monachi, sacerdotis et episcopi matrimonio, Romae 1795 in 4. — Ant. Palafox y Croy episcopus conchensis (1800—2) institutis propriis expensis scholis editisque scriptis multum laboravit, ut vitam et disciplinam christianam in sua dioecesi promoveret. — Claudius Clavezzano Cap. a Plebe Albinganensis, insignis missionarius, provinciae januensis bis minister († 1805), reliquit *diss. theologico-moralium* t. 3 in 4., Lucae 1778. — Emmanuel Marianus Iturriaga SJ. Mexicanus nobili genere hispano n. Angelopoli 24. Dec. 1728, philosophiam

[1]) Cf. Felder 1815 II. Intelligenzblatt p. 38 s. — Alius ab eo est Anselmus St. laicus, cujus est *der Protestantismus und seine Folgen.* Ein letzter Mahnruf an alle gläubigen Protestanten, Prag 1881 in 8.

[2]) »Seine Autoritäten waren van Espen und Nat. Alexander ... Doch ist Conrad, welcher allerdings den Orden im Ganzen nicht günstig, in der Liturgie aufklärend und den Wallfahrten und Ablässen nicht gewogen ist, nicht gerade kirchenfeindlich.« Brück l. c. pag. 45.

[3]) Cf. *Theologisch-praktische Monatsschrift,* Rottenburg 1833 8, 262—5. Aliud ejusdem opus pessimo spiritu infectum est: *Wozu sind Geistliche da?* Landishuti 1805 pp. 2 in 8. Cf. Brück Die k. Kirche in Deutschland I c. 25.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1820 S. 753.

et theologiam docuit in America, qua in Italiam expulsus, aliquot episcopis fuit a rebus theologicis utpote in iisdem versatissimus. Senex lumine orbatus est decessitque 21. Aug. 1819. Opera ejus prodierunt Genuae 1790 t. 5 in 8., quorum 1. continetur *Esame critico-teologico* che servirà per fare un Errata Corrige ad un certo l. stampato in Bologna per Lelio dalla Volpe l'a. 1777 intitolato: *Raccolta di varj Esercizj di pietà,* ed istruzioni, nelle quali s'insegna e si spiega tutto quello che è necessario di sapere ed operare per vivere da vero buon christiano e salvarsi, Venetiis 1779 in 8; 1781; t. 2. p. 1: Diss. teologico-morale intorno *alla santificazione delle feste* [1]), Mutinae 1780; 1783, cum apologiis adversus quorundam exceptiones, quem l. defendit etiam Fuensalida (pag. 606); p. 2: *Diss. intorno al dolore necessario* pel valore e pel frutto del sagramento della penitenza, Assisii 1780 cum append. adversus Concina, et apologia adversus cujusdam censoris exceptiones; t. 3: *Confutazione della Lettera pastorale* [2]) del vescovo di Königsgraetz (de tolerantia, ib. 1783) seu *sul sistema della Tolleranza,* Assisii 1783 cum apologia (Romae 1785), qua respondet Jos. Casanova SJ. latenti sub nomine Isacci Vanspeuspeg et oppugnanti ejus Confutazione, ob quod responsum meruit Iturriaga a Pio VI. literas gratulatorias 14. kal. Dec. 1785; t. 4: *Lettera sulla Esenzione dei Regolari* dalla giurisdizione dei vescovi e sulle cause matrimoniali indirizzata a Mons. Giamb. di Pergen vescovo di Mantova, ib. 1784; *l' avvocato pistojese* citato al Tribunale dell'autorità e della buona critica e della ragione sulla podestà della Chiesa intorno a matrimonj podestà religiosamente contestata ed autorizzata dal cattolico monarca delle Spagne Carlo III. nella pratica Sanzione, Ferrariae 1787, pro quo l. vere egregio auctor iterum meruit collaudari literis Pii VI; *Lettera* de eodem argumento; t. 5: *Dom. Lanzerinius* in publ. bononiensi archigymnasio lector *vindicatus* ab injuria, quam sibi arrogavit auctor, qui sub tanti doctoris mentito nomine diss. quandam msc. vulgavit super attritione venialium ex metu purgatorii concepta; diss. 2. vindicatur eximius doctor atque ex ejus doctrina venialium confessionis valor roboratur; diss. 3. in qua attritio ex metu purgatorii commendatur; *de lege secreti* diss. moralis, Senogalliae 1793; *diss. in morales quaestiones,* quas fanensi clero dissolvebat Iturriaga [1]), Assisii 1794—96 t. 6 in 8. etc. — Jo. Bapt. Fiard SJ. Divionensis n. 28. Nov. 1736, terroris tempore ad deportationem in insulam Cajanam damnatus (1793), illuc deferri non potuit propter Anglorum classem: quare per biennium carcere fuit detentus († 30. Sept. 1818). *Lettres magiques* ou lettres sur le diable, Parisiis (1781?) 1791; *Lettres philosophiques* sur la magie, 1797, 1803. in quibus quidquid ordinem naturalem excedere videtur factis magicis accenset; *Instructions sur les Sorciers,* 1796; cujus novam ed. inscripsit: *Le secret de l' Etat et le dernier cri du vrai patriote,* Divione 1815; *La France trompée* par les Magiciens et démonolâtres du 18e siècle, Fait démontré par des Faits, Divione 1803; *le mystère des Magnétiseurs* et des somnambules dévoilé, Parisiis 1815, qui libellus ipsi adscribitur.

---

[1]) Camillus Garulli SJ. Firmanus (n. 19. Oct. 1743; † 25. Jan. 1816), eloquentiae professor proponit *Dubbj intorno alla santificazione delle feste* con la risposta e contrarisposta, Venetiis 1795 contra quendam concionatorem, qui opinatur dies festos violari ab iis, qui solummodo sacris intersint et a labore servili se obstineant.

[2]) Alia scripta adversus has literas pastorales cf. apud Roskovány 3, 928.

[1]) Cf. Caballero 1, 165 s.

386. In re *liturgica* versati sunt [1]): J. A. Berchtold [2]) in op.: *Das unblutige Opfer der h. Messe,* vollständige dogmatisch-liturgische Abhandlung, Brigantiae 1800. 1801 pp. 2. — Ladislaus Tompa Tirnaviensis, Posonii liturgiae et theologiae polemicae professor (1784), canonicus posoniensis (1786) et (1801) strigoniensis († 21. Nov. 1802), reliquit *institutiones de sacris christianorum ritibus,* Posonii 1785—88. pp. 2. — Vinc. Rodriguez Vola presbyter beneficiatus cathedralis valentinae (n. 25. Sept. 1726; † 12. Oct. 1807) edidit [3]) praeter alia *Manual Eclesiástico* de las sagradas ceremonias de la Iglesia, Valentiae 1767—97 t. 8 in 8. — Tossanus Jos. Romsée n. est in Grivegnée prope Leodium a. 1727. Jam a juventute totus erat in sacris ritibus et caeremoniis addiscendis et observandis; nihil enim ad divinum cultum pertinens non dignum arbitrabatur, in quo curam omnem et diligentiam collocaret: unde anno 1754 in sacrorum rituum, dein theologiae professorem et directorem seminarii electus est. Ex operibus suis, quae de iisdem edidit, et praecipue ex vivendi norma vere ecclesiastica tantam famam tantamque existimationem collegit, ut omnes singulari honore eum semper prosecuti sint. Amorem ac reverentiam viro meritissimo conciliabant humilitas, benignitas, mansuetudo, caritas, in pauperes liberalitas, pietas in Deum ceteraeque quibus aliis praeluxit virtutes. Ob invasionem gallicam patria cedere coactus non sine animi dolore a seminario divellitur. Leodium postea redux afflictam in luctu et paupertate duxit vitam: at semper sibi constans mira in adversis emicuit patientia. Decessit 4. Nov. 1809 aetatis a. 83, presbyteratus 60. Haec ejus opera [1]): *Praxis celebrandi missam* tum privatam tum solemnem, saepius edita; primum 1762; aucta dein et emendata; Treviris 1840; *praxis divini officii; sensus literalis, moralis ac historicus rituum* et caeremoniarum missae; *collectio decretorum* s. rituum congregationis, annotationibus illustrata: quae opera collecta necnon vita auctoris variisque notis illustrata prodiere, Leodii 1813 t. 5; Mechliniae 1830; 1838 t. 5 in 12. Ex his digessit, additis etiam integris tractatibus aliisque locupletatis, J. H. Hazé in seminario leodiensi s. liturgiae professor *institutiones liturgicas,* Bruxellis 1864 t. 2 in 8. — Andreas Augustinus Krazer OP. († 18. Mart. 1811) egregie et erudite disseruit *de apostolicis et antiquis Ecclesiae occidentalis liturgiis,* illarum origine, progressu, die, lingua ceterisque rebus ad liturgiam antiquam pertinentibus, Augustae V. 1786. — Hier. Vogt OSB. in monasterio *ochsenhusano* (n. 29. Oct, 1743. † 14. Oct. 1811) exstat instructio practica *de missis votivis,* cum diss. de quadruplici rubricarum genere, Constantiae 1792.

387. Inter *concionatores* hujus periodi laudantur Stanislaus Canovai Sch. p. Florentinus n. 1740, insignis simul mathematicus et in seminario theologiae moralis professor, cujus *Panegirici* [2]) prodierunt Florentiae 1817. — Thomas Corvesi OP. (Ni-

[1]) Praetermittimus Ant. Selmar parochum bavarum, qui cum tot aliis eo tempore, ut Winter (pag. 740), Beda Pracher, Schwarzel (pag. 768) omnia in liturgia innovare nitebatur. Cf. ejus hoc de argumento opere in thesauro librorum rei catholicae, Wirceburgi 1850 t. 1 pag. 814 s.; Thalhofer Handb. der kath. Liturgik 1, 112 ss.

[2]) Cf. Fuster Bibl. valenc. 2, 296.

[3]) Alius ab eo est Siard Berchtold Praem. in canonia sorethana (Schussenried), ultimus ejusdem abbas († 3. Nov. 1816). Reliquit multas conciones. Cf. Goovaerts 1, 51 s.

[1]) Cf. Jos. Defrecheux in Bibl. nat. de Belg. XIX, 937—40.

[2]) »In cui l'imagine soffoca talvolta il pensiero, però nell'imagine non manca il pensiero«, judice Zanotti Storia della Predicazione.

caeus (n. 1740; 1820), reliquit multos sermones, inter quos haud paucos panegyricos, substantiam si spectes bonos, quibus tamen deest lima et stili nitor [1]). — Petrus Al. Grassi Carm. Brixianus n. 1741 ornate et nitide incredulos sui temporis aggrediebatur: simul et poësi delectabatur [2]). — Franc. Molena Conelianus (1747—1811) parochus bonis sermonibus exposuit Evangelia 1837 t. 3. — Hermenegildus Meazza O. Praed. Mediolanensis n. 1739, lector philosophiae et theologiae, in Gallorum invasione conventu pulsus obiit 1818. Ejus opera prodierunt 1846. In suis concionibus opiniones incredulorum sui temporis flagellat. — Adeodatus Turchi O. Cap. Parmensis n. 1724 factus est episcopus parmensis († 1803). In ejus concionibus laudantur eruditio, unctio, eloquentia, indoles nativa, unde primis sui temporis oratoribus sacris accensetur [3]). Prodierunt ejus *sermones* (cum aliis ejusdem scriptis) Mutinae (c. 1820) et Venetiis t. 4 in 4. — Antonius Vila SJ. Hispanus (n. 25. Aug. 1747; † 1820) in literis graecis insigniter versatus, eloquentiae professor Bononiae, disseruit *de sacro christianae gentis oratore* ad heroicam graecorum patrum eloquentiam instituendo, Ferrariae 1786; *de religionis christianae praestantia* philosophicis armis defendenda oratio, ib. 1790. — Renatus Michael Legris-Duval n. Landernaviae 16. Aug. 1765. sacerdos ordinatus (1790) subversionis tempore clam Parisiis substitit, ut in tot angustiis et periculis pro viribus fidelibus prodesset. Cum morte damnatus fuisset Ludovicus XVI, intrepide (20. Jan. 1793) apud regicidas intercessit, ut ei saltem permitterent in extremis assistere regi infelici, sed frustra, atque ipse vix mortis periculum evasit. Ex inde inter quotidiana vitae pericula Versaliis vel locis vicinis degit, ut adesset animabus inter tot angustias constitutis. Restituto utcumque ordine indefessus erat, ut concionibus, piis operibus et institutis sodalitatibus in utilitatem animarum et corporum damna religioni illata repararet. Prae humilitate recusavit episcopatum aliosque sibi oblatos honores, decessitque inter labores apostolicos 18. Jan. 1819 universali urbis parisiensis luctu. Ejus sermones prodierunt t. 2 Parisiis 1820. 1834 post ipsius mortem, quibus praemisit Bausset praeclaram de ejus vita notitiam. Eloquens erat orator, maxime cum auditores ad beneficentiam erga miseros excitaret, irresistibili loquebatur facundia [1]). Ejus quoque sunt *Le Mentor chrétien*, ib. 1797; *Catéchisme de Fénelon*, cujus tantum prodiit t. 1. — Cambacères Monspessulanus (n. 1721; † 1802), qui et coram rege concionatus est, verbo et exemplo conspicuus reliquit *Sermons* 1781 t. 3 in 12; 1788 ed. 2. cui praemissus est sermo praeliminaris, quo continetur bona religionis apologia, germanice Augsburg 1785 t. 3 in 8. — Burchardus a Virgine fideli Peck Schol. piarum Viennae n. 1751, collegii ordinis Viennae rector [2]), cui forte etiam tribui debent *Philosophische Betrachtungen* über das Christentum, zu näherer Ueberzeugung der Erwachsenen und besserem Unterricht der Jugend, Wien 1801, quarum meminit Gla 1, II, 385, qui eum obiisse dicit 1797. — Clarus concionibus fuit Franciscus de Armaña OSA. episcopus primum lucensis (Lugo 1768—1785), dein archiepiscopus tarraconansis († 4. Maj. 1803 a. aetatis 85), clarior forte operibus utilitatis publicae et beneficentiae [3]). — Sebastianus Winkelhofer Bavarus SJ. usque ad ejusdem suppresionem, intimus amicus Saileri qui ejus reliquit memoriale

[1]) Cf. Lessico eccles. I, 826.
[2]) Less. eccl. II, 744.
[3]) Cf. Less. eccl. IV, 976.

[1]) Cf. Feller V, 203.
[2]) Cf. Horányi II, 469.
[3]) Cf. Gams KG. v. Spanien III, 401.

magna cum pietate et unctione conscriptum *S. Winkelhofer, der Mensch und Prediger*, München 1808; 1809; inter ejus opera XI, 183—314., et ex ejus schedis quam plurimas conciones. Per plurimos enim annos Dilingae, Neoburgi, et praesertim Monachii, morum candore, conversationis comitate, pietate sincera et zelo apostolico plurimos attraxit auditores [1]). Argumentum ultra 900 concionum erat J. Christus, cujus vitam et doctrinam exposuit, aliis ultra 100 illustravit actus et epistolas apostolorum, donec mors concionum filum abrupit 18. Nov. 1806. — Gregorius Heeger parochus dioecesis wirceburgensis, de quo cf. Thes. p. 355. — Gregorius Al. Dietl parochus et professor Landshuti († 1809), de quo cf. Thes. p. 172. — Jos. Al. Schneider Brunae natus 12. Apr. 1752, curam egit catholicorum Lipsiae (1787); inde vocatus est Dresdam concionator aulicus atque Frid. Augusto III. electori erat a confessionibus. Designatus quoque est censor librorum catholicorum per Saxoniam atque vicarius apostolicus, primusque fuit, qui ordinatus fuerit in Saxoniae episcopum († 22. Dec. 1818). Concionator libenter audiebatur. Ejus *conciones* prodierunt posthumae Pragae 1823—30 t. 7. — Jo. Petrus Richard Belfortii n. 1743, quondam e SJ., terroris tempore jusjurandum civicum respuit, Parisiis tamen degit. Factus est 1805 canonicus parisiensis et concionator regius († 29. Sept. 1820). Conciones prodierunt collectae Parisiis 1822 t. 3. — Inter concionatores tamen hujus temporis eminet Jos. Ludovicus Colmar Argentoratensis n. 22. Jun. 1760. In urbe sua patria animarum curam gessit, et quidem terroris tempore non sine vitae periculo, quo aliquoties miro plane modo fuit ereptus. Restituto ordine zelo indefesso nisus est ruinas tristissimis illis temporibus Ecclesiae illatas reparare concionibus, scholis institutis operibusque misericordiae omnis generis. A Napoleone designatus est 6. Jul. 1802 episcopus moguntinus. Totum mox se impendit, ut iterum seminarium aperiret (1804), eique praefecit magno ejus emolumento Liebermann. Magna sedulitate suam visitavit dioecesim ejusdemque renovavit faciem. Caritate vere apostolica se impendit infirmorum militum obsequio, quorum post Napoleonis clades a. 1813 ad 30.000 Moguntiae febri maligna correpti mortui sunt. Ipse decessit 15. Dec. 1818. Ejus *conciones* prodierunt posthumae [1]) Moguntiae 1836 t. 7; Ratisbonae 1879.

388. De *paedagogia* meruerunt Ferdinandus Kindermann Bohemus n. 27. Dec. 1740, parochus, paedagogiae professor et scholarum inferiorum inspector, qui populi institutionem per scholas plurimum promovit. Hinc a Maria Theresia imp. muneribus honoribusque fuit auctus, nobilitate donatus cum praedicato von Schulstein, demum dictus a Josepho II. episcopus litomericensis († 25. Maj. 1801). Habetur ut reformator scholarum popularium magis industria sua quam scriptis [2]). — Gregorius Piramowicz SJ. origine armenus, sed Leopoli n. 25. Nov. 1735. Societate suppressa factus est parochus, sed mox a regimine Poloniae Varsoviam accitus est pro

[1]) Allg. d. Biogr. 43, 432; Backer III, 1553.

[1]) Cf. KL. III, 652 ss.; Sausen J. L. Colmar eine biogr. Skizze in t. 1. conc.; Wirth Mons. Colmar, Paris 1906. — Ejus successor (mediatus) in sede moguntina fuit Jo. Jac. Humann Argentoratensis n. 7. Maj. 1771, qui Colmario fuit a secretis (1802) et vicarius generalis (1806) et post ejus mortem diu vicarius capitularis (1819-30); demum episcopus (1834), sed post paucas hebdomadas gregi morte ereptus 20. Aug. 1834. Ejus conciones ab amicis post ejus mortem Moguntiae 1836 editae condignae sunt suo magistro.

[2]) Cf. Knecht KL. 471 ss.; Aigner Der Volks- und Industriereformator Bisch. F. Kindermann, Wien 1867; Rud. Müller allg. d. Biogr. 15, 758—62.

scholarum directione, quas etiam multum iovit et promovit editis libris scholis destinatis et instructionibus pro magistris [1]). — Josephi Glaz *Handbuch der Erziehung* und Bildung des Menschen zur Religion, Augsburg 1808 praemio dignum praedicatum est.

389. *Ascetis* accenseantur Petrus Obladen Augustanus aliquamdiu congr. can. reg. in canonia wengensi s. Michaelis Ulmae, subdecanus et bibliothecarius, postea sacerdos secularis et vicarius cathedralis († 13. Aug. 1801), qui non tam ingenii proprii fructibus quam versione operum utilium suis profuit popularibus.[2]) — Josephus Maria Lovat SJ. Genuensis (n. 7. Febr. 1734; † 1811), cujus inter alia est *La fede nella sua practica* o sia la fede che giustifica e salva, Genuae 1796 t. 3, opus admodum utile populo. — Conradus Boppert O. S. Ben. in monasterio s. Blasii, qui n. est Constantiae 10. Febr. 1750. A. 1807 e s. Blasio interritui destinato ad s. Paulum in Carinthia emigravit († 31. Jul. 1811). Incredibili 18 a. sedulitate collegit ex 30 liturgiis vetustis, ex 45 conciliis, ex patribus 200 et ex quam plurimis scriptoribus usque ad sec. XV. *Scutum fidei* ad usus quotidanos sacerdotum. Opus ita disposuit, ut pro quovis die totius anni praemitteret meditationem circa missae sacrificium aut eucharistiam cum precibus ante et post missam. In 1. ed. typis s. Blasianis a. 1806 expressa quinque priora tantum volumina prodierunt, curis Herderi 1853—55 totum prodiit pp. 12 constans [3]), quod sacerdotibus plurimum arrisit ideoque et in alias linguas versum aliquoties prodiit. — Joannes Renatus Asseline Parisiensis n. 1742 a. 30 cathedram linguae hebraicae in Sorbona rexit. Anno 1789 evectus est ad sedem boloniensem (Boulogne). Orta omnium rerum perturbatione scripsit (24. Oct. 1790) instructionem pastoralem de auctoritate spirituali Ecclesiae, quae adeo arrisit suis in munere collegis, ut eorum 40 eam adoptaverint. Profugus in Germaniam ultima resolvit dubia, quae com. Stolberg conversionem retardabant. Cum ob initum a Pio VII. concordatum cum Napoleone debuisset renunciare suae sedi, noluit cedere, imo vel alios collegas ne muneri renunciarent firmavit in proposito. A Ludovico XVIII., quem multum juvabat, selectus est in confessarium († 10. Apr. 1813). Ejus literae pastorales et libelli ascetici [1]) prodierunt collecti Parisiis 1823 t. 6 in 12. posthumi. — Quibus addimus insignem *ascetam* Jo. Nicolaum Grou SJ. (n. 24. Nov. 1731; † 13. Dec. 1803), cujus celebria sunt: *La science du Crucifix,* Parisiis 1783 in 12; hujus continuatio est *La science pratique du Crucifix* dans l'usage des Sacrements de Pénitence et d'Eucharistie, ib. s. d. et 1825 etc.; *Caractère de la vraie devotion,* ib. 1778; *Maximes spirituelles,* ib. 1789; *Méditations . . . sur l'amour de Dieu,* Londini 1796; *l'intérieur de Jésus et de Marie,* Parisiis 1815 t. 2 in 12; *le chrétien sanctifié* par l'oraison dominicale, ib. 1832 in 32; *Manuel des âmes intérieures,* ib. 1833 in 12., quae opuscula saepissime prodierunt. Posthumum prodiit *L'École de J. Christ,* Paris 1885 t. 2, cura P. Doyotte, qui auctoris vitam et operum elenchum praemittit. — De Eduardo Peach missionario per Angliam (n. 1771; † 8. Sept. 1839), qui plura ex gallica lingua anglice vertit, cf. Gillow V, 251 s.

[1]) Cf. Backer 2, 1996.

[2]) Cf. bene longum elenchum apud Rotermund V, 897 s.

[3]) Cf. Scriptores O. S. Ben. qui fuerunt 1750—1880 in imp. austr. hung. pag. 26.

[1]) Cf. Feller 1, 292.

IV.

Theologi annorum 1821—1840.

I. Theologia dogmatica.

390. Ad omnium tristissimam theologicae scientiae epocham accedimus. Neque mirum, subverso enim exeunte seculo praeterito et ineunte nostro omni ordine tot bellorum tumultibus regnorumque ruinis deletisque vandalica suppressione innumeris scholis catholicis et monasteriis, studia floruere non potuerunt. Quod si aliquae scholae commune evaserunt naufragium, infectae fuere veneno incredulitatis et spiritu oppositionis adversus Ecclesiae doctrinam: hinc novae enatae difficultates, quae alacritatem in tuenda doctrina catholica enervarunt. Ex *Hispanis* Josephus a Jesu Muñoz OSA. Cordubensis n. 1771, assistens generalis, recusato bis episcopatu memorabilis († 1840), lingua patria exaravit l. *de vera origine religionis* deque praecipuis ejusdem epochis contra opus indigesta eruditione refertum, sed impium quam maxime, Caroli Franc. Dupuis (n. 26. Oct. 1742; † 29. Sept. 1809): *Origine de tous les cultes* ou la religion universelle, Parisiis 1794 t. 4 in 4. et t. 7 in 8; 1822; proh. 1818, cujus etiam prodiit *Abrégé* 1798, saepius editum. — Ex *Belgis*[1]) L. A. Delahogue edidit tr. *de religione*, Mechliniae 1815; *de Ecclesia Christi*, ib. 1816. — Wrinds sacerdos scripsit contra Lamennais: *Les erreurs de l'abbé de Lamennais*, Bruxellis 1832; *les paroles d'un croyant revues*, corrigées et augmentées, Parisiis 1834. Verum de Lamennais conquestus est apud tribunal de identitate inscriptionis hujus operis et sui, qua emptores induci possent in errorem. Quapropter ex sententia judicis coactus est Wrindts eam immutare: ideoque l. edidit inscriptum *Réfutation* des paroles d'un croyant selon l'Eglise romaine. Jam antea ediderat: *Nouvel essai sur la certitude* où l'on simplifie enfin la question fondamentale de la certitude humaine agitée en particulier dans l'Essai sur l'indifférence en matière de religion, Lugduni 1828. — Leonardus Adolphus Maria

[1]) B. Berends juris utriusque doctor Batavus n. 1799 ad fidem catholicam rediit (20. Nov. 1825) suaeque conversionis in duplici ep. rationem reddidit: *De Redenen van mijnen Overgang tot de R. K. Kerk*, Te's Gravenhage 1826. Cf. Rosenthal I 349-354.

Lys Belga (n. 2. Nov. 1751; † 2. Mart. 1837) poesis professor in academia lovaniensi cum esset regimini austriaco addictus, in tumultu populari carceri fuit mancipatus. Inde liberatus parochum egit fervidum. Strenue se opposuit variis scriptis factionis schismaticae occasione irruptionis gallicae [1]).

391. In *Anglia* [2]) causam catholicam egerunt Car. Plowden SJ. n. 1. Maji (juxta Gillow 19. Aug.) 1743, qui Romae studiis operam dederat; in patriam reversus in ministeriis apostolicis fervide obeundis multum desudavit et pro restituenda societate Jesu impense laboravit. Fuit in societate restituta magister novitiorum, et a. 1817 praepositus provincialis. Vir erat admodum cultus, doctus, antiquae probitatis († 13. Jun. 1821). Ejus sunt: *Considerations on the modern opinion of the fallibity of the Holy See* in the decision of dogmatical questions with an appendix on the appointement of Bishops, Londini 1790 in 8., quo opere egregie tuetur, certissima esse s. sedis judicia dogmatica. Alia quoque egregia opuscula scripsit occasione controversiarum inter catholicos anglos suscitatarum pro vindicandis juribus sedis apostolicae et apostolicorum vicariorum auctoritate [3]). Scripsit etiam adversus Jos. Berington, catholicum quidem, sed opinionum temerariarum assertorem audacem: nam Abaelardum ab errore excusat, s. Bernardum carpit; ss. imagines parum reveretur, usum linguae latinae in liturgia minus probat, primatum in rebus disciplinaribus rom. pontifici vindicat nonnisi ex jure ecclesiastico, circa miracula errat [1]). Natus Berington est in oppido Winsley 16. Jan. 1743. Duaci studiis operam dederat (1755) ibidemque philosophiam docuit, sed novarum opinionum philosophicarum sectator turbas excitavit, ideo cathedra fuit motus. In patriam redux libris legendis componendisque otium consecravit. Damnatis aliquot ejus propositionibus per episcopos Angliae scripsit retractationem, quae cum pluribus videretur illusoria, ampliorem edidit atque clariorem 13. Febr. 1801. Decessit senex 85 annorum 1. Dec. 1827. Vir erat sane eruditus multaeque lectionis, qui plura reliquit opera [2]), inter quae historica praesertim aestimantur: *History of the Reign of Henry II.* and of Richard and John his Sons, with the Events of the Period from 1154 to 1216, in which the character of Thomas à Becket is vindicated from the attacks of George, Lord Lyttelton, 1790 in 4., opus solidae eruditionis stilo vivaci et valido conscriptum; *the History of the Decline and Fall* of the Roman Catholic Religion in England during a period of two hundred and forty years from the reign of Elizabeth to the present time, including the Memoirs of G. Panzani, Londoni 1813 in 8; *A Literary History of the Middle Ages;* comprehending an Account of the State of Lear-

[1]) Cf. Renier Biogr. nat. XII, 639 ss.

[2]) Praetermittimus Petrum Gandolphy SJ. Londinensem in scribendo nonnihil festinum, operarium tamen strenuum n. 26. Jul. 1779; † 9. Jul. 1821), cujus *Liturgy* or a Book of Common Prayer and administration of sacraments etc., Londini 1812 in 8., sicut et ejus conciones apologeticas pro fide avita reprovavit literis pastoralibus Poynter episcopus. Ab hoc distingui debet Stephanus Gandolfi, cujus exstat Aggiunta alla diss. che ha per titolo: *l' infallibilità del Papa,* Imolae 1829.

[3]) Cf. Backer 2, 2029; Gillow V, 322—25; Roskovány 6, 684. De alio ejusdem opere cf. infra sub Andrews. Ejus frater Robertus SJ. n. 27. Jan. 1740; † 17. Jun. 1823) a. 40 in Anglia missionarius, etiam quaedam scripta reliquit, de quibus cf. Gillow V, 331.

[1]) Hinc Milner, de quo mox, edidit *A Serious Expostulation* with the R. J. Berington upon his Theological Errors concerning Miracles and other Subjects, Londini 1797.

[2]) Cf. Gillow *A Literary and Biographical History* or Biographical Dictionary of the English Catholics 1, 189—97, ubi ultra 40 ejusdem scripta numerantur.

ning from the close of the Reign of Augustus to its revival in the 15 th. Century, Londini 1814 in 4., opus valde eruditum, gallice versum a Boulard, Parisiis 1814. 1816. 1821 et 1822 in 8; *the Faiths of Catholics* confirmed by Scripture and attested by the Fathers of the five first centuries of the Church, Londini 1813; 1846 ed. 3. in 3 v., a Braun latine versa recepta in *bibliothecam regularum fidei,* Bonnae 1844. *The history of the lives of Abeillard and Heloisa* with their genuine letters from the coll. of Amboise, Basileae 1793 t. 2.

392. Guilelmus Poynter Petersfeldensis n. 20. Maj. 1762 Duaci studiis operam dederat ibidemque philosophiae professorem et studiorum praefectum egit. In tristissima illa rerum publicarum subversione cum aliquot concivibus in carcerem fuit conjectus. Libertati restitutus in patriam rediit, ubi magna solertia rem catholicam promovit. M. Douglas vicarius apostolicus londinensis eum sibi in coadjutorem expetiit; unde a. 1803 in episcopum fuit ordinatus et defuncto Douglas 1812 in administranda dioecesi successit. Prudentia et zelo plures anglicanos in Ecclesiam catholicam reduxit gregemque suum temporibus illis adeo difficilibus, etiam propter internas dissensiones inter fideles et vel episcopos, solerter rexit († 26. Nov. 1827). Inter ejus opera eminet *Christianity* or the Evidences and Character of the Christian Religion, 1827 in 8., gallice versum a Taillefer Parisiis 1828 et receptum a Migne in *Démonstr. évang.* XIII. 1209—1314, opus plane eximium, succosum, solidum, accurata et concinna methodo elaboratum, quod licet breve sit, amplissimum complectitur argumentum[1]). — Thomas Baddeley († 1823) de formandis idoneis missionariis valde sollicitus ostendit *A Sure Way* to find out the True Religion, Mancunii (Manchester) 1822 in 18. — Guil. Eusebius Andrews Norvicensis, laicus quidem et typographus (n. 15. Dec. 1773), strenuus fuit veritatis et libertatis Ecclesiae catholicae apologeta: pro qua asserenda et promovenda edidit fasciculos menstruos *The Orthodox Journal,* qui prodire coeperunt 1. Jul. 1813, eosque plurimum juvit Milner (de quo infra), cujus partes sequebatur. Sed propter stili acerbitatem plurium incurrit offensionem, qui querelam de iis detulerunt ad sedem romanam: unde et prodire cessarunt, sed postmodum iterum revixerunt. Editori glasgoviensi, qui impugnaverat Ecclesiam catholicam (1818—19), opposuit folia periodica *The catholic Vindicator,* quo per annum egregie causam catholicam egit. Condidit plura alia folia periodica, quorum scopus fuit propugnare catholicorum libertatem religiosam et civilem († 7. Apr. 1837). Alia ejusdem opera sunt[1]): *The Catholic School-Book,* Londini 1814 in 8., ad praeservandam juventutem catholicam ab erroribus et calumniis, quibus inficiebantur libri in scholarum usum editi: *The Historical Narrative* of the Horrid Plot and Conspiracy of Titus Oates, ib. 1816, quo l. aperit horrendas calumnias et mendacia, quibus scriptores protestantes hanc historiam corrumpebant; *The Aston Controversy,* ib. 1822. 23, collectio diss., quibus ad silentium redegit pastorem anglicanum; *a Critical and Historical Review* of Fox's Book of Martyrs, showing the inaccuracies, falsehoods and misrepresentations in that work of deception, 1824—6 t. 3 in 8; 1853 t. 2 in 12; *Plowden's History of Ireland* from the Invasion by Henry II. to the Union with Great Britain. To which is prefixed a Diss. on The Antiquity of Irish History, ib. 1831 ed. 2. abbreviata; *the End of*

[1]) Cf. Gillow V, 358—61.

[1]) Cf. Gillow 1, 43—52.

Religions controversy by Dr. Milner Bishop, 1853 ed. 2; 1859. — Rogerius Baxter natus quidem in Anglia, sed literarum humaniorum in universitate urbis s. Georgii (Georgetown) in Columbia professor, dein Philadelphiae parochus († 24. Maj. 1827 a. aetatis 34), jam ante susceptos sacros ordines innotuit *History* of the Reformation in England, Preston 1814; strenuum quoque apologetam causae catholicae egit in variis operibus [1]): *Examination* of the Protestant reasons for the Independence of the ancient British Church, ib. 1815; *Letters in Defence of the Trinity;* against the letters of the R. T. C. Holland, Unitarian Minister, ib. 1816 etc. — Henricus Digby Beste (n. 21. Oct. 1768; † 28. Maj. 1836) quondam diaconus confessionis anglicanae, conversionem suam ad fidem catholicam (26. Maj. 1798) narrat in op. *Four years in France,* Londini 1826 in 8. suppresso nomine [2]). — Joannes Brewer OSB. natus 1741 operosus missionarius, congregationis suae praeses († 18. Ap. 1822) novam curavit editionem op. Hooke: *Religionis naturalis et revelatae principia* (cf. p. 295) Londini 1773 t. 3 pluribus dissertationibus auctam. — Thomas Lewis Brittain OP. parentibus anglicanis Cestriae natus a. 1744, ad fidem conversus cum fratre (1760), aliquamdiu (1814—18) sodalium praepositus provincialis, monialium s. Dominici Bruxellis director per 37 annos, quas tempore invasionis gallicae in Angliam salvas deduxit († 3. Maj. 1827), edidit *Principles of the Christian Religion* and Catholic Faith investigated, Londini 1790 in 12; *the Divinity of J. Christ* and Beauties of his Gospel demonstrated in a few Comments on St. Matthew according to the holy Fathers, ib. 1822 in 8. — Joannes Fairclough SJ. (n. 4. Maj. 1787; † 16. Nov. 1832) impugnavit Josephum Fletcher independentium ministrum duplici opusculo, quod dein conjunctim edidit inscriptum: *The Rule of Faith and the Church* with an Appendix on Miracles, Londini 1817 in 8. — Robertus Gradwell (n. 26. Jan. 1777; † 15. Mart. 1833) praefuit collegio Anglorum Romae et electus est in coadjutorem episcopi et vicarii apostolici londinensis (Bramston). Reliquit [1]) a Diss. *on the Fable of Papal Antichrists,* Londini 1816.

393. Jacobus Doyle OSA. natus est conspicuis parentibus in Hiberniae urbe New-Ross a. 1786, atque adolescens ordinem s. Augustini est ingressus. Conimbricae studiis operam dedit splendido successu, sed et arma arripuit pro tuendis adversus Gallorum invasionem Lusitanorum juribus. A victoribus captus in custodiam fuit traditus; in exsilium pulsus patriam revisit, amoenas literas, mathematicam, philosophiam, theologiam docuit sacrasque literas est interpretatus. Annos natus 33 (1819) electus fuit a Pio VII. episcopus kildarensis et leighlinensis. Exinde totum Ecclesiae atque patriae juribus tutandis se dedit; vir enim erat plane eruditus in omni disciplina theologica rebusque gerendis aptissimus: neque deerat ei dicendi scribendique gravitas et rerum politicarum notitia. Admodum sollicitus fuit de reformandis moribus, removendis abusibus, vitiis exstirpandis, promovenda christiana institutione atque pietate, de clericis instituendis, fovenda omni tam spirituali quam temporali ovium sibi concreditarum utilitate deque erigenda insigni ecclesia cathedrali. Ipse primus post reformationis tempora exercitia spiritualia tradidit, ad quae convenere episcopi et presbyterorum centena fructu laetissimo. Am-

[1]) Cf. Gillow I p. 157.

[2]) Cf. Gillow I p. 203, qui de eo dicit: »He was the originator of modern Tractarian doctrines.«

[1]) Cf. Gillow 2, 547—57.

plissima erat ejus erga proximum caritas, qua inops ipse pro aliorum inopia sublevanda factus est. Occidit hoc splendidissimum Hiberniae sidus omnium moerore 15. Jun. 1834. In perennem memoriam erecta ei fuit statua marmorea in urbe Carlow. Plura scripsit opera lingua anglica, ex gr. *Analysis of Divine Faith,* Londini in 8; *A Vindication* of the religious and civil Principles of the Irish Catholics in a Letter addressed to the Marquis of Wellesley etc. Vindicavit transubstantiationis dogma scripsitque literas plane classicas ad Magee archiepiscopum anglicanum dublinensem, quibus hinc quidem Ecclesiae catholicae praestantiam lectorum oculis spectandam arte singulari proponit ejusque in credendo stabilitatem, inde vero mutabilitatem levitatemque reformatorum in docendo; anglicanismum innovationem violentam, pastores anglicanos esse intrusos ostendit, modeste quidem sed erudite, solide et eloquentia sublimi et plane irresistibili [1]). — Anglis haud immerito accensetur Nicolaus Alanus Gilbert natione Gallus n. 1762 Macloviae (St. Malo), qui parochus factus recusavit jusjurandum a factiosis clero gallicano impositum (1791). Quare in custodiam fuit traditus, sed inde dimissus in Angliam confugit, ubi verbo, scripto et opere fidem catholicam plurimum promovit: nam ecclesiam aedificavit in urbe Whitby, congregationem instituit admodum frequentem et operosam, ac plura composuit opera lingua anglica [2]), quibus vindicat dogmata catholica adversus eorum corruptelam auctore J. Wesley (Whitby 1811), speciatim doctrinam catholicam de eucharistia (Londini 1800), et de baptismo (Berwick 1802), ostenditque notas verae Ecclesiae coetibus presbyterianis non competere (ib. 1801). Reversus in patriam 1814 strenuum egit missionarium, in Britannia minori praesertim, atque principia incredulitatis fortiter impugnavit († 25. Sept. 1821).

394. E *Gallis* iterum plures fuere, qui pro religione christiana et Ecclesia catholica steterunt. His haud immerito accensetur Joseph Maria comes de Maistre, vir alioquin hac epocha celeberrimus, antiquae fidei et probitatis, tenax traditionum paternarum, osor acerrimus innovationum, quae sec. XVIII. exeunte et ineunte XIX. Europam universam devastarunt, intrepidus praeco veritatum christianarum etiam in negotiis politicis servandarum. Sagacitate ingenii ita praesagiebat eventus futuros, ut videretur spiritu dotatus prophetico [1]); stilo et sententiarum luminibus subinde aemulatur Bossuetum. Natus est Josephus de M. Camberaci 1. Apr. 1754 atque singulari diligentia ab egregio patre excultus, juvenis 20 annorum omnes jam gradus academicos promeruerat. Quindecim quotidie horas studiis seriis consecravit, jurisprudentiae in primis, mathesis et linguarum veterum recentiorumque: unde ingentem sibi collegit omnigenae eruditionis supellectilem. Quae memoria digna sibi videbantur, diligenter adnotabat atque ita pretiosissima collectanea collegit, quae in omnibus suis peregrinationibus per Europam secum ferebat. A Victore

[1]) Cf. Lanteri 3, 263; Biogr. univ. 62, 570; in primis Fitz-Patrik The Life, Times and Correspondence of the R. R. Dr. Doyle, Dublini 1862; Bellesheim passim in Gesch. der kath. Kirche in Irland t. 3, praesertim p. 354 ss.; 420 ss.

[2]) Biogr. univ. 65, 332; Feller IV, 171.

[1]) Cf. plura de eo in Biogr. univ. 72, 390—8; Quérard t. V.; in elogio historico, quod auctore M. Raymond secretario academiae camberacensis prodiit Camberaci 1827; de Margerie Le Comte J. de Maistre sa vie, ses écrits, ses doctrines avec des documents inédits, Parisiis 1883 in 8; M. de Lescure le Comte J. de M. et sa famille, Paris 1908 in 16; Baumgarten Stimmen aus Maria Laach t. 67 (1904) 300—317.

Amadeo III. Sardiniae rege electus est membrum consilii pro reformandis studiis in Sabaudia (5. Jan. 1787) dictusque (1788) senator. Occupatâ a Gallis Sabaudia principem suum fugientem secutus est. Diu deinde commorabatur in Helvetia scriptisque plane egregiis de eventibus illius temporis per Europam coepit innotescere. Interim ejus bona fuere divendita, familia dispersa, socrus contabuit in carceribus: sed inter tot angustias miram animi constantiam nobilitatemque prae se ferebat. Auctus est 23. Sept. 1799 dignitate praesidis regiae cancellariae aliisque muneribus honorificis a rege, cui profugo in Sardiniae insulam adhaesit. Licet negotiorum mole fere obrueretur, quotidie tamen aliquantum temporis studio dabat. Missus a. 1802 legatus extraordinarius Petropolim, quatuordecim annos ibidem transegit magni factus ab imperatore. Otium, quo fruebatur, impendit in componendis variis operibus, quae postea prodierunt, aliqua tamen posthuma. Cum fratre adlectus est membrum academiae regiae taurinensis. Revocatus demum (1817) summis honoribus Taurini exceptus est in praemium tot meritorum in regem et patriam dictusque minister status et praeses cancellariae regiae. Sicut magnanimus fuit in vita, ita et in morte argumenta animi vere christiani dedit. Decessit 26. Febr. 1821.

395. Ex ejus operibus huc referri possunt: *Sur les délais de la justice divine* dans la punition des coupables, ouvrage de Plutarque nouvellement traduit, avec des additions et des notes, Lugduni 1816, et saepius deinceps. Versio est nobilis, sed libera, cum nonnulla omittat, addat, alia expoliat atque perficiat, notae sunt eruditae et sagaces. *Du pape,* ib. 1818 t. 2 in 8; 1821 ed. emendata, 1830; 1845 ed. 8; Brugis 1884 curante van Acken cum annotationibus theologicis et literariis; praeclara, sagax, erudita papatus apologia, in qua ostendit, quanti momenti sit primatus institutio pro conservando ordine sociali atque bono vel temporali populorum, et quam salutaris illis revera fuerit medio aevo [1]), pro quo tempore vindicat ei jus deponendi reges. *De l'Eglise Gallicane* dans son rapport avec le souverain Pontife, pour servir de suite à l'ouvrage intitulé: Du Pape, ib. 1821. 1822. 1829. 1845 etc., opus pariter praecellens adversus declarationem gallicanam a. 1862., in quo ostendit, quid clero illi alioquin generoso et operoso praestandum sit, ut condigne respondeat suo muneri veramque consequatur gloriam et libertatem [2]). Utrumque impugnare nisi sunt Senac, Baston etc. in *Punctations* pour l'église de la France et pour la vérité, et in *Réclamation* pour l'Eglise de

---

[1]) Feller V, 468: Le C. de Maistre y considère le Souverain Pontife sous quatre points de vue différents: dans ses rapports avec l'Église catholique, avec les souverainetés temporelles, avec la civilisation et le bonheur des peuples, et avec les Églises schismatiques. Il suit de l'oeil l'autorité pontificale à travers les siècles, et il s'attache à écarter les nuages funestes que le préjugé, l'erreur et la passion n'ont cessé d'amonceler autour d'elle; à nous la montrer enfin telle qu'elle est, et à rendre la nécessité de son action si sensible, que tout esprit droit soit entraîné à cette conclusion: »Sans le Pape il n'y a plus de Christianisme, et par une suite inévitable l'ordre social est blessé au coeur.« Carpit tamen quaedam verba minus accurata de conciliis. Infra vero legimus: Les divers écrits .... ont placé le C. de Maistre au premier rang des métaphysiciens modernes. Penseur profond et original, écrivain spirituel et éloquent, il jette sur toutes les matières qu'il traite des vues neuves et hardies . . . Par sa méthode philosophique et aussi par la forme brillante dont il revêt sa pensée, il appartient à l'école de Platon; il procède comme le philosophe grec par voie d'intuition, et c'est à la conscience de l'homme qu'il s'adresse pour en lui faire jaillir la lumière. Fuse de hoc opere disserit in Etudes 109 (1906), 145—64 Dudon; Katholik 1823 t. 7 p. 179—210; 284—308.

[2]) Cf. Haller in Jahrbücher der Literatur 16, 38—53.

France etc., Parisiis 1821; quorum alteri opposuit Rozaven *Réflexions* Lugduni 1822 in 8. *Les Soirées de Saint-Pétersbourg* ou Entretiens sur le gouvernement temporel de la Providence, suivies d'un traité sur les Sacrifices, Parisiis 1821; Lugduni 1831; 1842 t. 2, opus praeclarum, stilo plane eleganti conscriptum, cui tamen ultimam manum apponere non potuit; miram sicut aliis in operibus extollit providentiam Dei in gubernando humano genere, quae attingit a fine in finem fortiter et disponit omnia ad sua consilia exsequenda suaviter [1]). Haec tria opera germanice vertit Mauritius Lieber [2]) et huic ultimo adjecit Dr. Windischmann praefationem et annotationes philosophicas, Francoforti 1823—26 t. 5 in 8. *Examen de la philosophie de Bacon,* où l'on traite différentes questions de philosophie rationnelle, Parisiis 1836 t. 2 in 8., quo in opere ostendit, philosophum illum, quem alii adeo reverentur, fuisse mediocris ingenii virum eumque impugnat ut materialismi moderni patronum. *Lettres à un Gentilhomme Russe* sur l'Inquisition Espagnole écrites en 1815, ib.; 1822. 1845 etc. in 8; germanice Moguntiae 1836 in 8. Rudolfus de M. ejus filius in 8. luci publicae dedit *Lettres et opuscules inédites,* Parisiis 1851 in 8. praemissis notitia biographica et introductione; alia *oeuvres inédites* prodierunt ib. 1870 ed. Ch. de Maistre; opera omnia Lugduni 1883—87 t. 14, quorum sex ultimi literas omnes etiam hactenus ineditas complectuntur.

396. Michel Degranges (secundum alios Desgrange) notior sub nomine Archangeli, quo in ordine Cap., quem ingressus est, appellatus fuit, natus est Lugduni 2. Martii 1736. Propter concionem, qua Comitia generalia audacius visus est carpere (29. Dec. 1789), coactus fuit Sedunum confugere. Rediit tamen Lugdunum curamque egit animarum temporibus illis tristissimis. Decessit senex 86 an. 13. Oct. 1822. Post ejus mortem prodierunt [1]): *Dissertations* philosophiques, historiques et théologiques sur la religion catholique, Lugduni 1836 t. 2 in 8. *Explication de la Lettre encyclique* du pape Benoît XIV. sur les Usures, suivie de quelques réflexions, ib. 1822 in 8. — Dionysius Robelot Divionensis (n. 23. Maji 1763; † 2. Febr. 1825) canonicus, qui propter recusatum jusjurandum ad deportationem condemnatus in Germaniam aufugit, disseruit *De l' Influence de la réformation de Luther* sur la croyance religieuse, la politique et le progrès des lumières, Lugduni 1822 in 8., quod thema propraemio ab instituto nationali propositum erat [2]). Praemium tamen retulit eruditorum aequorum scandalo Car. de Villers, qui quamvis origine catholicus protestantium causam egit, neque id satis feliciter. Germanice verterunt Robeloti opus Raess et Weis, Moguntiae 1823 in 8. Ejus quoque est *De l' autorité* qui prévenant les écarts de l'indépendance dans la société religieuse, civile et domestique, devient le premier de nos intérêts et le plus indispensable des besoins sociaux, Lugduni 1824 in 8. — Jo. Josephus Delauro-Dubez n. est 9. Sept. 1748 Segoduni (Rodez), consiliarius curiae regiae montispessulanae, ad a. 64. aetatis suae plane incredulus, divina agente gratia miro modo conversus est ad fidem patrum suorum; quapropter in gratiarum actionem et in repara-

[1]) Cf. Eckstein ib. 21, 122—157.

[2]) De versione op. du Pape a M. Lieber facta cf. Tübinger Quartalschrift 1822 p. 677—700.

[1]) Cf. alia ejusdem opera Biogr. univ. 62, 225.

[2]) Cf. Biogr. univ. 78, 197, ubi legimus: »L'abbé R. a abordé la question au point de vue catholique et y a fait preuve de logique, de critique historique et d'une grande érudition.

tionem scandali a se dati composuit l. inscriptum: *L'Athée redevenu chrétien,* in quo omnia credibilitatis motiva evolvit († 1829). — Bouvet proposuit *Démonstration* des fondaments de la foi, Parisiis 1838 in 18; 1843. — Lacoste *Preuves de la religion* exposées dans leur enchaînement et leur suite, Divione 1835 t. 2 in 12. — Athanasius Renatus Mérault, Parisiis n. a. 1744, adolescens erat egregiae indolis atque in studiis excellens, annoque 16. aetatis ingressus est Oratorium, in quo absoluto studiorum curriculo mox institutus est theologiae professor et domus parisiensis superior. Subscripsit quidem declarationi de omnium libertate et aequalitate coram lege, jusjurandum civicum tamen clero impositum recusavit. Oratorio suppresso Aurelianum secessit, sed carcerem non evasit, eoque per annum fuit detentus. Inde solutus clam curam egit animarum. Pacata utcunque Ecclesia concordato electus est a Bernier episcopo aurelianensi in canonicum honorarium a. 1802, et in vicarium generalem a. 1805, simulque ei demandatum negotium seminarii iterum erigendi. Indefessa solicitudine illud restituit, fundavit, rexit. Ter functus est munere vicarii capituli, et etiam sub episcopis munere vicarii generalis et directoris seminarii usque ad provectam aetatem (a. 1824). Decessit beneficentissimus vir senex 91 an. 13. Jun. 1835. Ex ejus operibus huc spectant: *Les apologistes involontaires* ou la religion chrétienne prouvée et défendue par les écrits de philosophes, ouvrage dans lequel par des preuves claires et sensibles, par des raissonnements simples et faciles à saisir, on réfute victorieusement les objections les plus connues de l'impiété et l'on met la jeunesse et les gens du monde à portée de se convaincre facilement de la vérité de la religion, Parisiis 1806 in 12; sine auctoris nomine, quod comparet in ed. 1820; 1826; *Les apologistes* ou la religion chrétienne prouvée par ses ennemis comme par ses amis, Aureliani 1821; 1829 in 8., praecedentis op. continuatio; *Voltaire apologiste de la religion chrétienne,* 1826 in 8; *Preuves abrégées de la religion,* offertes à la jeunesse avant son entrée dans le monde, ib. 1829 in 12., opera minoris momenti [1]). — Petrus Laur. Boussot, laicus et advocatus (1835), scripsit *L' Unité catholique* ou nouveaux développements apologétiques de la religion, t. 2 in 8; sed ex quinque partibus prodiit tantum una; *Droits constitutionnels des évêques de France* et véritables libertés de l'église gallicane, 1818 in 8.

397. Joh. Bapt. Claudius Riambourg Divionensis n. 9. Jan. 1776 sub magistris incredulis et inter condiscipulos incredulos mirabili exemplo fortiter semper professus est fidem. Cum insignis esset advocatus, restaurata monarchia factus est procurator generalis et praeses curiae divionensis. Vir erat antiquae fidei, liber a partium studio, aequitatis inconcussae, bonorum operum studiosus († 16. Apr. 1836). Plura egregia reliquit opera: *Principes de la révolution française définis et discutés,* Parisiis 1820, in quo ostendit quam necessaria sit religio societati civili: *L' Ecole d' Athènes* ou Tableau des variations et contradictions de la philosophie ancienne, Parisiis 1830 in 8., unde infert religionis revelatae necessitatem. Opus praemio donatum fuit a societate catholica pro promovendis bonis libris. *Du Rationalisme et de la tradition* ou Coup d' oeil sur l' état actuel de l' opinion religieuse en France, ib. 1834 in 8., quo op. refellit systemata philosophica tunc vigentia. Ejus *Oeuvres philosophiques-religieuses* prodierunt collecta cura ab. Foisset Parisiis 1831 t. 3 in 8. Inseruit quoque

[1]) Cf. Biogr. univ. 73, 454—57; Ingold Essai de Biogr. orat. p. 110.

diss. contre Lamennais, Cousin, Jouffroy, Damiron etc. annalibus philosophiae christianae aliisque fasciculis literariis. — Francisci Dupuis[1]) exstat: *La Vérité de la religion chrétienne en évidence* ou Preuves du Christianisme à la portée de tout le monde, Parisiis 1812 in 12. ed. 2. aucta. — L. H. Carron[2]) scripsit *Démonstration du Catholicisme* fondée sur les lois constitutives de l'intelligence et sur les propres caractères de la vérité, Parisiis 1834. — La Chadenède *le Christianisme démontré* par les Traditions catholiques, Parisiis 1837 t. 1 in 12.

398. Praeclarum ecclesiae gallicanae ornamentum fuit Steph. Antonius Boulogne Avenione n. 26. Dec. 1747. Serius quam oportuisset ad studia destinatus ardore indefesso brevi omne damnum reparavit. Praemium retulit pro diss. de themate ab academia montalbana proposito (1773): *Il n'y a pas de meilleur garant de la probité que la religion.* Ut talentum concionandi quo erat praeditus magis excoleret frequentando conciones celebrium oratorum, Parisios se contulit a. 1774, sed apud archiepiscopum nescio qua de causa (ut videtur per calumniam) delatus, interdicti censuram incurrit (1778). Patienter hanc tribulationem tulit et quamvis praemium censorum iudicio meruerit pro optimo elogio Delphini, patre Ludovici XVI., eo donari non licuit renuente archiepiscopo, qui demum aegre in censurae revocationem consensit. A Clermont de Tonnerre episcopo catalauno (Chalons sur Marne) factus est vicarius generalis, dein canonicus et archidiaconus (1784). Interim eloquentiae fama magis innotuit, ut ad concionandum vel coram rege vel in magnis solemnitatibus invitaretur. Terroris tempore privatus fuit suis beneficiis propter recusatum jusjurandum [1]), etiam ter cap-

---

[1]) Alius a Car. Fr. Dupuis (n. 26. Oct. 1742; † 29. Sept. 1809) in mathesi et astronomia versatus, academiae inscriptionum membrum (1788), cujus est *Origine* de tous les cultes ou la religion universelle 1794 t. 3. C'est, inquit Feller 3, 364, une des productions le plus impies de ces derniers temps, digne du plus profond oubli.

[2]) Alius ab eo est Guido Tossanus Julianus Carron natus Rhedonibus 23. Febr. 1760, piissimus sacerdos zeli apostolici et miserorum patronus operosissimus, qui in Caesaream (Jersey, quae est insula inter Galliam et Angliam) fuit deportatus 1792 ob recusatum illicitum jusjurandum. Illic puerorum puellarumque, pro quibus duas instituit scholas, exsulum aliorumque indigentium curam egit. Permissus Londinum ire ampliora adhuc meditatus est misericordiae opera: condidit enim seminarium, convictus pro adolescentibus et puellis, domos refugii pro egenis, in quibus distribuebantur ad vitam necessaria. Eadem opera prosecutus est ardentiori semper zelo, postquam Parisios rediit. Omnibus omnia factus, summo indigentium cujusvis ordinis moerore immortuus est misericordiae plane singularis operibus 15. Mart. 1821. Edidit in utilitatem animarum quam plurima opera ad pietatem spectantia, quae pauperibus gratis distribuebat: inter quae mentione dignae omnino sunt plurimae biographiae ad exemplum personis omnis conditionis propositae, ut pauperum, civium, militum, magistratuum, nobilium, juvenum, virginum, studentium, conjugum. Pretiosum et aedificatione plenum praesertim est opus *Les Confesseurs de la foi* dans l'Église gallicane à la fin du dixhuitième siècle, Parisiis 1820 t. 4 in 18., de quo apud Feller II, 364: »Cet ouvrage important est précieux par le grand nombre de traits admirables de piété, de patience, de resignation et de pardon magnanime qu'il renferme. Il y a peu de lectures plus propres à élever l'âme, à fortifier, et à porter plus puissamment au service de Dieu, que l'exemple de ces généreux confesseurs qui ont payé de leur sang leur attachement aux règles de l'Église.« Germanice prodiit cur. Raess et Weiss, Moguntiae 1823—26 t. 4. Cf. Vie de l'abbé Carron par un bénédictin, Paris 1866; Kerz Literaturzt. 1825 III, 52—67.

[1]) Hoc jusjurandum sicut generatim constitutionem civicam cum tot aliis egregiis pastoribus reprobavit in Instructione morali (gallice Romae 1794) Car. Franc. Jos. Pisani de la Gande episcopus namurcensis, Aquensis in Provincia n. 14. Mart. 1743. Episcopus dictus est a Napoleone, cui erat acceptus (1804) magno dioecesis

tus; prima vice evasit, altera judices eloquentia sua mollivit; tertia per aliquot menses carcere fuit detentus (1794). Adversus episcopos schismaticos stilo acri scripsit: *Réflexions adressées* aux soi-disant évêques signataires de la deuxième encyclique avec un réponse à Lecoz, 1796 in 8. Cum Sicard et Jauffret edidit (1796) *Annales religieuses,* quos mox solus redegit inscriptos *Annales catholiques,* ut eos distingueret ab annalibus sub priori illa inscriptione a schismaticis editis. In iis strenue et solide impugnavit schismaticos [1]) et incredulos; quam ob rem aliquoties fuere fisco addicti, imo suppressi (1797), ipse et typographus ad deportationem damnati, cui nonnisi latendo se subduxit. Illos continuavit non tamen sine iterata interpellatione ad a. 1807 mutata subinde inscriptione; illos enim inscripsit vel *Annales philosophiques et littéraires,* vel *Fragments* de littérature et de morale, vel *A. littéraires et morales,* vel *A. critiques* de littérature et de morale, vel *Mélanges de philosophie,* d'histoire, de morale et de littérature. Alia quoque folia literaria copiose juvit intrepidus et indefessus apologeta religionis et jurium Ecclesiae. Plures ejusmodi diss. prodierunt collectae cura Fabry in *Spectateur français* au XIX^e^ siècle, 1805-12 t. 12 in 8. Reddita pace Ecclesiae per concordatum factus est canonicus versaliensis et a. 1807 a Napoleone electus in episcopum acquensem et suum eleemosynarium. Episcopatum modeste recusavit, quod linguam suae gregis, italam scil. nesciret: quare dictus est episcopus trecensis (1808) et imperii baro. Oratione solemni, qua concilii Parisiis a. 1811 habiti auspicatus est initium, ac partibus, quas in eodem habuit, ita imperatoris iram in se concitavit, ut cum episcopis gandavensi et namurcensi in arctam fuerit traditus custodiam, coactus se abdicare episcopatu (quam abdicationem tamen Pius VII. ratam non habuit), et custodia dimissus pulsus est in exsilium. Cum iterum urgeretur se abdicare episcopatu, non consensit, quare denuo in custodiam eamque arctiorem quam prius fuit conjectus (27. Nov. 1813). Restituta monarchia rediit in suam dioecesim multumque sollicitus fuit de bono gregis religionisque in Gallia. Decessit praesul exemplaris vitae [1]) apoplexia correptus 13. Maj. 1825. Opera ejus prodierunt collecta, Parisiis 1826 t. 8 in 8. cura M. Picot praemissa vita; 1830 ed. altera. Conciones edidit Migne inter orat. sacres t. 74 a. 1856.

399. Non minus illustre ecclesiae gallicanae decus fuit Caes. Guil. de la Luzerne origine Normannus n. 17. Jul. 1738 Parisiis. Dum studiis vacaret, jam adlectus est canonicis (1754), post biennium dictus abbas, et absolutis studiis factus vicarius generalis archiepiscopi narbonensis. In cleri negotiis gerendis magnam prae se tulit prudentiam. Anno 1770 evectus est ad cathedram lingoniensem. Subversionis tempore intrepida libertate verbo scriptisque restitit innovationibus in rebus ecclesiasticis ediditque inter alia *Examen de l'instruction de l'Assemblée nationale* sur l'organisation prétendue civile du clergé, 1791; *instruction aux curés* et

---

beneficio. Reparavit enim tot ruinas quas passa est illo subversionis omnium rerum tempore. Stetit etiam fortiter pro libertatis instructionis publicae emissis egregiis literis pastoralibus († 23. Febr. 1826). Cf. Doyen Biogr. nat. XVII, 671—77.

[1]) Contra hos plura edidit opuscula etiam Ferdinandus Alix parochus (n. 1740), in exsilium pulsus ob recusatum jusjurandum civicum: unde otium est nactus ad illa conscribenda. Post reditum in Galliam (1802) iterum institutus est parochus († 4. Febr. 1825). Cf. de Boulogne Gams KL^2^ 2, 1157.

[1]) Cf. Biogr. univ. 4, 20; Feller ed. a. 1867 t. 2 pag. 135—39; Delacroix M. de Boulogne, Paris 1886; L'Episcopat pag. 643—45.

aux autres prêtres de son diocèse qui n'avaient pas prêté le serment, 1791, quam adoptarunt 33 episcopi; *instruction pastorale* sur le schisme de France, Automaduni (Langres) 1805 ed. altera, in qua solide disputat de controversiis illius temporis. Quapropter iram in se excitavit factiosorum, qui eum sede privarunt atque in exsilium pepulerunt. Constantiae diu substitit, ubi largissima hospitalitate sacerdotes exsules suae dioecesis suscepit juvitque, quem in finem vel annulum crucemque episcopalem vendidit. Secessit dein in Austriam et Italiam atque Venetiis commoratus est, ubi Gallis typho correptis apostolica caritate adstitit, sed et gravem inde contraxit morbum. Ad nutum Pii VII. sede sua se abdicavit a. 1801. Rediit in Galliam post Napoleonis expulsionem atque a Ludovico XVIII. cum aliis octo episcopis adhibitus est, ut de negotiis ecclesiasticis deliberaret. Anno 1817 creatus est cardinalis atque postposito archiepiscopatu praetulit sedem quam olim occupaverat: sed eam adire non potuit negotiis pro Ecclesiae bono detentus et etiam in ministrum a rege electus. Ordinatissimam duxit vitam, hora jam quarta mane surgebat, tempus omne studiis pietatisque exercitiis impendebat. Decessit piissime 21. Jun. 1821 a. aetatis 83. Praeter plurima alia ejusdem scripta et dissertationes, quas inseruit fasciculis literariis, mentione adhuc digna sunt: Instruction pastorale *sur l' excellence de la religion*, Automaduni 1786 in 12. et saepe alibi, etiam in Migne *Démonstr. évang.* 13, 895—1082; *Considérations* sur divers points de la morale chrétienne, Venetiis 1799 t. 5 in 12; Parisiis 1842 ed. 4 t. 1 in 12; Dissertations *sur les Eglises catholique et protestante,* Parisiis 1816 t. 2 in 12; 1833; 1842; Eclaircissements *sur l' amour pur de Dieu,* 1815 in 12; Diss. *sur la loi naturelle* et sur les révélations en général, Parisiis 1824 in 12; Diss. *sur l' existence et les attributs de Dieu,* ib. 1833 ed. 3., 1844; Diss. *sur la spiritualité de l' âme* et sur la liberté de l' homme, Parisiis 1822 etc etc.; Considérations *sur l' état ecclésiastique,* Parisiis 1810 in 12; Diss. *sur l' instruction publique,* ib. 1816 in 8. et aliae diss. de prophetiis, de religionis veritate etc. Diss. *sur la déclaration de l' assemblée du clergé de France* de 1682, Parisiis 1821. 1843. 1854, cui moderate inhaeret, sed plura parum solide tuetur adversus Orsi; quare saepius a Palma in praelectionibus historiae ecclesiasticae, Romae 1838, corrigitur, et a Ph. Anfossi impugnatur; Traité *de la Juridiction ecclésiastique* en général, ib. 1855; diss. *sur le prêt de commerce,* Divione 1823 t. 3 in 5 v. opus posthumum, adversus quod scripsit Bouyon *Réfutation,* Claramonte 1824, et *Examen,* ib. 1826 in 8; diss. *sur les droits et devoirs* respectifs des évêques et des prêtres dans l' église, cura Migne 1844. 1845 in 4., in qua erudite et solide secundum principia bullae *Auctorem fidei* in primis disserit de synodo dioecesana adversus Maultrot (cf. p. 791); ea melioribus cardinalis nostri elucubrationibus accensetur. Prodierunt ejus opera (non omnia) Lugduni et Parisiis 1842 t. 10 in 8. et jam antea diss. collectae Automaduni 1802—8 t. 11 in 6 v. in 12. et alibi. Auctoris nostri scripta excellunt soliditate rationum, stili nitore et unctione, unde merito La Luzerne praestantioribus religionis et throni accensetur apologetis, cui Ecclesia et clerus per Galliam plurimum debent [1]).

400. Adversus Jansenianos [2]) scripserunt J. F. Merriel Bucy Ceno-

[1]) Cf. Feller V, 412; Quérard IV, 469 et la Littérature française contemporaine IV, 561.

[2]) Jansenianae factioni addicti erant: Joannes Petrus Agier, de quo infra — Claudius Debertier n. 1750, episcopus schismaticus, qui absque retractationis

mannus et Jo. Bapt. Montmignon n. 1737, de Bourdeille episcopo suessionensi a secretis, canonicus, archidiaconus et vicarius generalis. Aliquamdiu redegit *Journal ecclésiastique* (1786), quod post biennium Barruel redigendum suscepit. Terroris tempore coactus est solum vertere: rediit tamen 1798 factusque est canonicus (1811) et vicarius generalis parisiensis necnon et librorum censor († 21. Febr. 1824). Edidit: *Préservatif contre le fanatisme* ou les nouveaux Millénaires rappelés aux principes fondamentaux de la foi catholique, Parisiis 1806 in 8. adversus Lamberti (cf. pag. 593) opus: *Exposition des prédictions et des promesses faites à l' Eglise* pour les derniers temps de la Gentilité, 1806 t. 2 in 12. *De la règle de la vérité* et des causes du fanatisme, 1808 sine auctoris nomine; *Choix des lettres édifiantes* écrites des Missions étrangères précédé des tableaux géographiques, historiques, politiques, religieux et littéraires, 1809 t. 8 in 8., 1824—1826 ed. aucta, cui operi adjecit prolixa prolegomena, additiones et annotatationes pro illustranda missionum historia [1]). — Concordatum propugnavit Leonardus Paradis, diu addictus ecclesiae s. Rocchi Parisiis et per sexennium terroris tempore exsul († 18. Mart. 1831), cujus in primis est *Tradition d' Église* sur l' infallibilité du Pape, Parisiis 1820 in 8., quam sagaciter et prudenter tuetur. — Adversus de Lamennais stetit Mich. Armandus Clausel de Coussergues [1]) n. in oppido dioecesis segodunensis (Rodez) 22. Dec. 1763, qui terroris tempore conjectus fuit in carcerem. Parisiis plurimum laboravit ab a. 1797 pro restauranda religione et pietate atque ab a. 1801 cum Frayssinous collationes hunc in finem in Carmelitarum ecclesia habuit. Post concordatum dictus est vicarius ambianensis, quod munus obivit 20 annos; adscriptus quoque consilio regio pro instructione publica: cui dignitati coactus est renunciare a. 1830. Cum de Lamennais edidisset l. inscriptum: *De la religion* considérée dans ses rapports avec l' ordre politique et civil, septem opusculis illi occurrit, acri nimis stilo conscriptis: qua acrimonia in aliis quoque controversiis abripiebatur, in quarum una nisus est tueri parochorum inamovibilitatem. Dum die Palmarum intra missae sacrificium passionem legeret, apoplexia correptus est et pedetentim absumptus decessit 22. Jan. 1835.

401. Matthaeus Jos. Jacques [2]) n. 30. Oct. 1736 mira facilitate omnibus in disciplinis eximie profecit. Initio philosophiam docuit et mathesim, quam magna nominis fama professus est in collegio bisontino. Inter socios

signo decessit 19. Oct. 1831. — Franc. Jacquemont n. 1757 in oppido Boen dioecesi lugdunensi, datum quidem juramentum retractavit, sed formulario contra Jansenianos ab Alexandro VII. edito noluit subscribere turbasque excitavit adversus auctoritatem ecclesiasticam († 14. Jul. 1835). Cf. Feller IV, 561 et Séché op. cit. qui fuse ejus vitam describit 2, 1 ss. — Lud. Silvy Parisiensis n. 1760, cujus inter plurimos libellos (quos diligenter recenset Quérard IX, 151—3.) est *La Vérité de l' histoire ecclésiastique* rétablie par des monuments authentiques contre le système d'un livre (M. Picot) intitulé: *Mémoires* pour servir à l' histoire ecclesiastique du XVIII. siècle, Parisiis 1814 in 8.

[1]) Cf. Feller V, 147; Quérard VI, 267.

[1]) Cf. Feller II, 591. De ejus fratre Claudio episcopo carnotensi († 1857) infra loquemur.

[2]) Praetermittimus Jos. Mahé (1760—1836), cujus exstat *Dialogue sur la grâce efficace par elle même*, Parisiis 1818 jansenianо errore infectus, quem propterea ipse auctor voluit suppressum. — Coupé d' Herbercourt Sorbonae doctorem (n. 1759; † 26. Jan. 1826), qui plurimas symbolas contulit ad *Dictionnaire de théologie*, quod pars est op. inscripti *Encyclopédie catholique*. — Joannem Wendelinum Wurtz Lotharingium (n. c. 1766; † 1. Oct. 1826) virum singularium opinionum, cujus l. *Les Précurseurs de l' Antichrist* pro-

academiae bisontinae a. 1773 receptus et concursu facto pro cathedra theologica in universitate bisontina communi judicum voto datus est celebri Bullet (cf. pag. 52) successor a. 1775. Cum tot aliis sacerdotibus ob recusatum jusjurandum coactus est in Helvetiam confugere (1791), deinde Constantiae magnis in angustiis et Monachii commoratus est. Post initum concordatum rediit in Galliam vocatusque 1810 Lugdunum cathedram theologicam senex 74 annorum conscendit, quam rexit ad finem vitae usque (16. Febr. 1821 a. aetatis 85). Mira erat ejus memoriae tenacitas, quam retinuit usque ad vitae extrema, unde licet coecus ultimo vitae tempore, fidelissime recitavit in praelectionibus s. Scripturae et patrum textus. Haec praecipua ejusdem opera: *Praelectiones theologicae*, Vesontione 1781—86 t. 7 in 8., opus quaestionibus historicis, criticis, chronologicis pluribus instructum. *Preuves convaincantes* de la vérité de la religion chrétienne en forme de dialogue à la portée de tout le monde, Dolae 1812 ed. 3., opus succinctum quidem, sed laude dignum, receptum a Migne inter *Démonstr. évang.* 13, 191 ss. Prima ed. prodiit 1793 Neocomi in Helvetia (Neuchâtel), cum refutatione principiorum ecclesiae, quae dicebatur constitutionalis, quam tamen auctor amore pacis in aliis ed. omissam voluit [1]). — Guil. Andreas Renatus Baston Rodensis n. 29. Nov. 1741 Rotomagi theologiam docuit. Cum Tuvache edidit *lectiones theologicas,* Rothomagi 1773-84; 1818 t. 10 in 12. Anno 1780 canonicis adlectus est. Terroris tempore acriter impugnavit 20 forte libellis constitutionem civilem cleri et varia scripta Charrier de la Roque episcopi schismatici, quos nomine suppresso edidit: sed agnitus vix deportationem, cui addictus fuerat, est elapsus. Secessit in Angliam, postea in Belgium et Germaniam. Rediit 1802 in Galliam dictusque est canonicus et vicarius generalis rotomagensis et adscriptus academiae patriae. A Napoleone electus est in episcopum sagiensem (Seez) 14. April 1813, quod esset gallicanismo fervide addictus, sed a pontifice libertate destituto non fuit confirmatus. Dolendum, quod Baston se non continuit ab exercenda auctoritate episcopali. Restaurata monarchia ad vitam rediit privatam. De Bernis archiepiscopus rotomagensis eum sibi selegit in vicarium generalem, sed minister cultus electionem ratam non habuit († 26. Sept. 1825). Praeter plurimos libellos [1]), quorum posteriores non bono spiritu inficiuntur, scripsit etiam adversus de Maistre, et *Doctrine catholique* sur le mariage, Rotomagi 1791 in 12; *Précis sur l'usure* attribuée aux prêts de commerce, suivi de l'opinion analogue de l'abbé Bergier comparée avec celle que lui prête un éditeur de Toulouse, Parisiis 1825 in 8; *Antidote contre les erreurs* et la réputation de l'Essai sur l'indifférence en matière de religion, Parisiis 1823 in 8; 1825. — Vedrine parochus, Perronii praelectiones theologicas et s. Thomae opuscula gallice vertit scripsitque *Simple coup d'oeuil* sur les douleurs et espérances de l'Eglise aux prises

---

diit Lugduni 1822 ed. 7; *Superstitions et Prestiges des Philosophes* ou Démonolatrie du siècle des lumières, ib. 1817. Cf. Feller VIII, 442. — Jo. Bapt. Boegert († 1831, secundum alios 1832) directorem seminarii molsheimiensis, de quo cf. ib. II, 8. — Joannem Billy SJ. (n. 18. Mart. 1738; † 19. Nov. 1829), cujus plures exstant libelli contra schismaticos illius temporis in Gallia. Cf. Sommervogel I, 1480.

[1]) Cf. Biogr. univ. 68, 45; Feller IV, 659.

[1]) Cf. Notice biographique, quae post ejus mortem Rotomagi in 8. prodiit; Biogr. univ. 57, 288; Quérard 1, 212; Schneemann KL² 2, 36; in primis *Mémoires de l'abbé Baston* ... d'après le manuscrit original publié pour la Société d'hist. contemp. par M. l'abbé J. Loth et M. Verger, Paris 1897—99 t. 3.

avec les tyrans des consciences et des vices du XIX^e siècle, Lugduni 1843; germanice interprete Dre Castioli, Ratisbonae 1844. — Franciscus Arnavon Gallus, canonicus honorarius parisiensis et decanus capituli (n. 1740; † 25. Nov. 1824), cujus sunt [1]) *Discours apostolique* de la religion chrétienne au sujet de plusieurs assertions du Contract Social, et contre les Paradoxes des faux politiques du siècle, 1773 in 8.

402. Lud. Aegidius de la Hogue Parisiensis n. 16. Jan. 1740, fere juvenis cathedram s. Scripturae est adeptus (1767), quam annis 20 rexit maxime de eo sollicitus, ut incredulorum exceptionibus adversus ss. literas responderet. Regius librorum censor restitit quidem strenue scribendi licentiae, sed tamen subinde sive auctorum astutia deceptus sive nimia erga amicos facilitate inductus levius suum gessit munus. Vix effugit terroris tempore perfidorum manus et in expilatione domus omnia ejus manuscripta, fructus multorum studiorum, perierunt. In Angliam aufugit magno bono exsulum ibidem commorantium. Theologiae dogmaticae cathedram in collegio regio Maynooth prope Dublinum sibi oblatam libenter acceptavit (1798) retinuitque ad a. 1810, quo ob male affectam valetudinem ei renunciare est coactus. Licet ad redeundum in Galliam saepius fuerit invitatus, maluit in Hibernia remanere. Decessit insigniter meritus de religione in Gallia et Hibernia 9. Maj. 1825 senex a. 87. Plures edidit [2]) tractatus theologiae 1808—13, ut *de religione,* Parisiis et Mechliniae 1815; *de mysterio ss. Trinitatis, de incarnatione Verbi, de Ecclesia,* accedunt duae appendices de traditione et conciliis generalibus, ib. 1816 ed. 3; *de sacramento poenitentiae; de sacramentis* in genere et de eucharistia, Dublinii 1815 in 12; qui iterum prodierunt Dublinii 1822—29 pp. 5 in 4 v. *Introductio ad s. Scripturam* et compendium historiae ecclesiasticae, 1811. 1820 ed. aucta; *s. Cyprianus ad martyres et confessores* ad usum confessorum ecclesiae gallicanae, Londini 1794; etiam gallice: *S. Cyprien* consolant les fidèles persécutés de l'Eglise de France convainquant de schisme l'église constitutionelle et traçant à ceux qui sont tombés des règles de pénitence, ib. 1797. — Jac. Alexius Jacquemin Nancaeus n. 4. Aug. 1750, theologiae prof. (1778) in universitate patria, aliquamdiu exsul, a. 1823 episcopus factus est S. Deodati (S. Dié), quo munere tamen ob affectam valetudinem se abdicavit († 15. Jun. 1832). Disputavit *de incarnatione Verbi divini,* composuitque *Abrégé des Mémoires* de l'abbé Barruel pour servir à l'histoire du Jacobinisme, Hamburgi 1801; Parisiis 1817 t. 2 in 12.

403. In *Italia* Lud. Vincentius Cassito OP. (n. 1765; † 1. Mart. 1823) elaboravit *institutiones theologiae dogmaticae,* Neapoli 1816 t. 4 in 8., quae adhibitae fuere in pluribus seminariis; *Liturgia domenicana spiegata,* ib. 1804—5 t. 2. — Jos. Archangelus a Fracta Majori Min. *theologiae dogmatico-scholasticae cursum* ad usum clericorum ordinis, ib. 1831 t. 7 in 8. concinnavit. — Constantinus Battini SMV. († 27. Maj. 1832) disputavit *de principiis theologiae* naturalis et revelatae t. 2 in 8., Pisis 1823; *de rebus divinis* sive de Deo O. M. divinisque attributis, ib. 1826 in 8; *de mysteriis gratiae divinae* sive de salutifero dominicae incarnationis mysterio, ib. 1827. 1828 t. 2 in 8; *de cultu SS.* et de novissimis, ib. 1829 in 8., quae sub inscriptione *Theologia dogmatica* collecta prodiere Colle 1837 t. 6. — Jo. Bapt. Lambruschini, frater celebris cardinalis, n. 28. Aug. 1755, in seminario genuensi theologiae professor

[1]) Cf. Feller 1, 271.
[2]) Cf. Feller IV, 464.

egregius, theologiae epitomen dedit in 33 articulos distributam, quam inscripsit *theologica dogmata,* Genuae 1788 in 4, disseruitque *de gratia,* ib. 1789. Strenue se opposuit novis opinionibus, quae eo tempore per Italiam impune jam grassabantur. In illa rerum omnium subversione inclusus est cum aliis viris dignissimis arce Savonae (1797). Inde liberatus Genua excedere jussus est: rediit vero a. 1799 urbe ad ordinem redacta dictusque est vicarius generalis. Iterum inde pulsus a Pio VII. munus administrandae ecclesiae Urbis veteris (Orvieto), deinde qua episcopus regendae accepit (1807). Propter recusatum jusjurandum Taurinum primum (1809), dein in oppidum Belley relegatus fuit. Redux in dioecesim a. 1814 summa sollicitudine religionis pietatisque restaurationem curavit; ideoque seminarium restituit perfecitque, scholas aperuit, decem monasteria instituit, exercitiis ac missionibus clerum populumque excitavit[1]). Decessit apoplexia correptus 24. Nov. 1825. Reliquit quoque *Guida spirituale* Viterbii 1869; germanice 1903 ed. 12. — Placidus (in baptismo dictus Hyacinthus) Zurla O. Camald. n. est 2. Apr. 1769 Liviaci in ditione veneta. Totum fere tempus in suo ordine, in quo familiari amicitia junctus est sodali M. Cappellari postmodum Gregorio XVI., vixit studiis, philosophiae, dein theologiae lector et bibliothecae praefectus; monasterio suppresso docendi munus in seminario veneto acceptavit. Anno 1821 Romam invisere statuit, ubi agente sodali et amico suo M. Cappellari substitit. Pius VII. eum praefecit studiis in collegio de propaganda fide et post biennium cardinalem creavit, Leo XII. suum Romae vicarium constituit, Pius VIII. praefectum congregationis studiorum, et Gregorius XVI. eum sibi in confessarium selegit. In Siciliam profectus, ut monasteria sui ordinis visitaret simulque antiquitates lustraret, apoplexia tactus obiit Panormi 29. Oct. 1834. Reliquit[1]) *Enchiridion theologicum* dogmatum et morum e summa D. Thomae Aq. ad verbum depromptum notisque auctum, Venetiis 1802; sed innotuit praesertim op. *Di Marco Polo* (sec. XIII.) e degli altri viaggiatori Veneziani più illustri, con appendice sulle antiche mappe geografiche lavorate in Venezia, Venetiis 1818; *dei vantaggi dalla cattolica Religione* derivati alla Geografia e scienze annesse Diss., Romae 1822 in 4.

404. Contra religionis et Ecclesiae adversarios scripserunt[2]): L. Magalotti *Lettere contro l' ateismo,* Bono-

[1]) Cf. Gazola in ejus Vita, Urbe Vetere 1841; Feller V, 139.

[1]) Cf. *Del card. Pl. Zurla* di Legnago monaco benedettino camaldolese della congr. di s. Michele in Isola di Murano presso Venezia, cenni biografici 1769—1834, Veronae 1879, sine nomine auctoris, qui est Jo. Franciscus a Venetiis Min. Reform.; *Notizie* sulla vita e le opere di Pl. Zurla, raccolte da Faustino Sanseverino, Mediolani 1857; Moroni, Dizionario di erudizione etc., 103, 493—514; Wurzbach 60, 318; Visconti Elogio del C. Zurla, Romae 1836.

[2]) Huc forte referri potest Franc. Aloysius Fontana, quatenus celeberrimi apologetae religionis et Ecclesiae cardinalis Sigismundis Gerdil opera cum sodali Scati edidit (cf. pag. 610). Natus est Fontana Casali majori 28. Aug. 1750, et juvenis 16 annorum ingressus, sicut et duo fratres ejus, ordinem Barnabitarum. Egregiis animi talentis erat ornatus, in literis italicis, latinis et graecis cultissimus, prudentissimus in rebus gerendis adeo ut praepositus provinciae mediolanensis temporibus illis difficillimis invasionis gallicae sua sollertia sartas tectasque servaverit in communi alioquin monasteriorum abolitione domos sui ordinis: quare unanimi applausu electus est a. 1807 in praepositum generalem. Gerdilii opera, qui eum magni fecit, Romam accitus est a. 1801; Pius VII. eum theologi munere auctum secum duxit dum Parisios proficisceretur coronaturus Napoleonem. Cum vero pontifex per vim in Galliam abriperetur, Fontana quoque cum aliorum ordinum praepositis illuc abductus est

niae 1821—23 t. 6 in 12; Venetiis 1837 t. 5. — Carolus Maggi Brixianus († 1829), *l'uomo e la religione:* et *la divinità della cattolica religione,* provata nella conversione di s. Paolo, Brixiae 1822 in 8. — (Franciscus Maria?) Franceschini (n. 1777; † 1840?) *della religione cattolica,* la quale dimostrasi tale essere, quale esser dovea si rispetto a colui che la diede, che riguardo etc., Patavii 1832. 1833 in 8. — Prosdocimus Zabeo Patavinus (n. 6. Nov. 1753; † 12. Mart. 1828), ultra a. 50 in munere docendi consumpsit: docuit vero in academia patavina annos 24 theologiam dogmaticam et moralem, dein pastoralem. Ejus inter alia sunt *Logica s. theologiae,* Venetiis 1793 in 8; *christianae catholicae religionis veritas demonstrata* ex veterum graecorum et latinorum ss. patrum selectis operibus, Patavii 1797 t. 3; diss. qua ostenditur, *Explanationem symboli,* quae prodiit Patavii 1799 tribuendam probabilius esse s. Nicetae Dacorum episcopo, quam b. Nicetae ep. aquilejensi [1]), Venetiis 1803; *Institutio theologiae pastoralis,* Patavii 1825 t. 2 in 8. Lettera *circa il battesimo degli aborti,* Venetiis 1809 absque auctoris nomine [2]) etc. — Januarius Pellini Neapolitanus, theologiae dogmaticae professor in seminario archiepiscopali et ss. literarum interpres in universitate, canonicus (1823) et demum (1832) archiepiscopus vigilantissimus compsensis († 6. Oct. 1835), reliquit tr. *de veritate religionis,* de b. Virgine cultuque sanctorum et appendices adjecit institutionibus theologicis Thomae ex Charmes (cf. p. 16). — Ant. Tomaseo Min. Sebenici n. c. 1765 poenitentiarius pro lingua illyrica Romae († 1835) disseruit *Della religione* considerata ne' suoi fondamenti e nelle sue relazioni colla felicità dell'uomo, Romae. — Franc. Colangelo Neapolitanus n. 26. Nov. 1769 admodum juvenis ingressus est congr. canonicorum reg. lateranensium, quam a. 1783 commutavit cum Oratorio. Anno 1815 electus est in episcopum soranum, quam dignitatem modeste recusavit, sed parendum fuit pontifici, qui eum a. 1820 elegit in episcopum stabianum (Castellamare). Cum viris doctissimis illius temporis, card. Borgia, Gerdil, Zaccaria, Tiraboschi, Spedalieri, Fabricy OP. etc. literarum com-

---

Strenue propugnavit jura sedis apostolicae, imo ipse cum di Pietro et Gregori delineavit excommunicationis bullam adversus praepotentem imperatorem et cardinali Maury breve pontificium notificavit, quo ei ut cathedra parisiensi abstineret praecipiebatur: hinc in arctissimum carcerem conjectus tres annos et tres menses vitam traxit durissimam. Rediit Pio VII. jubente Romam, qui eum pluribus muneribus auxit et 1. Mart. 1816 cardinalem creavit, eumque praefecit congregationi Indicis, Propagandae, studiis collegii romani et congregationi institutae pro corrigendis libris ecclesiae orientalis. Modestissime vixit inter sodales, atque inter eos piissime sicut semper vixit obiit in Domino 19. Mart. 1822. Propter vastam ejus eruditionem plurium academiarum erat socius, sed propter virtutum splendorem magis adhuc laude dignus; archiepiscopatum taurinensem a rege sibi oblatum humiliter recusavit. Plures vitas virorum illustrium scripsit, quae insertae sunt operi Fabronii Vitae italorum doctrina praestantium (cf. pag. 722) t. IX. X. XI. Cf. *Vita et operette divote* del card. F. L. Fontana auctore Narducci Romae 1823; Moroni 26, 150—5; Bauer KL. 4², 1596; Feller III, 620. Eodem a. (6. Nov. 1822) decessit Gerdilii et Fontanae sodalis Ant. Maria Grandi Vicetinus n. 1761, ordinis vicarius generalis, consultor congr. inquisitionis et indicis, unus e primis sociis academiae religionis catholicae, qui editionem operum Gerdilii absolvit. Ejus elogio storico dedit Jo. Piantoni, Romae 1858.

---

[1]) P. Braida, qui edidit s. Nicetae ep. aquilej. *opuscula* cum erudita diss. Migne LII, 875 ss.; Utini 1810, eam gravibus rationibus huic asserit. Hic Braida bonam curavit editionem *opusculorum Chromatii* cum docta praefatione, Utini 1816; in Migne P. L. XX, 247—436.

[2]) Cf. Vedova II, 434—40, qui ejus opera ed. sub n. 48 recenset et quorundam ineditorum meminit.

mercium habuit. Praeses fuit consilii regii pro instructione publica et pro administranda regia typographia. Seminarium pro sua condidit dioecesi, cujus bonum solerter promovit († 15. Jan. 1836). Vir erat literatissimus, in primis versatus in historia literaria regni neapolitani sec. XV. et XVI. Plura edidit [1]) virorum illustrium vitas aliaque opera, inter quae eminet: *Apologia della Religione cristiana,* Neapoli 1831 t. 2 in 4., pro qua meruit a Gregorio XVI. collaudari; *delle principali prevenzioni degl' increduli* in materia di religione, ib. 1820 in 4; *l' irreligiosa libertà* di pensare nemico al progresso delle scienze, ib. 1804; *Omelia di S. G. Crisostomo* intitolata, che Cristo sia Dio, cum annotationibus, ib. 1793, iisque multum auctis 1821 in f.; *Raccolta* di opere appartenenti alla Storia letteraria ossia quadro filosofico della letteratura italiana, ib. 1816—18 t. 3 in 8. — Jos. Maria Lais patria Romanus, sed origine Bavarus (n. 24. Mart. 1775), theologiae et juris utriusque doctor, vicarius generalis card. Galeffi, disseruit *de universa Christi Ecclesia,* Florentiae et Romae 1829 t. 2 in 4., opus praeclarum. A Pio VII. creatus est episcopus ferentinus (1823); munere tamen episcopali se ob infirmam valetudinem a. 1834 abdicavit († Jul. 1836).

405. Car. Dom. Franciscus Ignatius Fea n. est 4. Jun. 1753 in oppido Pigna ditionis Nicaeae (Nizza). Romae philosophiae, theologiae et juri canonico operam dedit, atque in utroque jure lauream est adeptus. Archaeologiae studio plurimum delectabatur praefectumque egit bibliothecae chigianae. Tempore invasionis gallicae missus est in exsilium; post reditum jussus inspicere labores publicos pro effodiendis antiquitatibus, quo in munere a romanis pontificibus confirmatus fuit († 17. Mart. 1836 a. aetatis 83). Plura reliquit opera ad archaeologiam profanam spectantia [1]) et aliquot sat acres controversias literarias cum viris doctis habuit. Ad nos spectant inter alia: *Saggio di nuove osservazioni* sopra i decreti del concilio di Costanza nelle Sess. IV. e V., Romae 1821; *Difesa istorica del Papa Adriano VI.* nel punto, che riguarda la infallibilità dei sommi pontefici in materie di fede, Romae 1822, in qua diss. ostendit Hadrianum in sententia, quam professor lovaniensis tradidit, nequaquam perseverasse. *Pius II. P. M. a calumniis vindicatus* ternis retractationibus ejus, quibus dicta et scripta pro concilio brasileensi contra Eugenium IV. ejuravit, ib. 1833; *Ultimatum* per il dominio indiretto della s. Sede Apostolica sul temporale de' sovrani, conclusioni ib. 1825 in 8; *spiegazione* del symbolo del b. Niceta vescovo di Aquileja, Patavii 1799 in 4., hactenus inedita, latine Venetiis 1803 in f.; Utini 1810; *Riflessioni storico-politiche* sopra la richiesta del ministro dell' interno di Parigi ai vescovi ed arcivescovi della Francia in far insegnare nei loro seminari le quattro proposizioni dell' assemblea del clero gallicano nel 1692, Romae 1825; *Considerazioni* sull' impero romano da Romolo ad Augusto, e da questo per l' epoca cristiana fin. al a. 767, ib. 1835; *Nullità delle amministrazioni capitulari abusive* dimostrata con documenti autentici [2]),

[1]) Cf. Villarosa, Memorie degli Scrittori Filippini pag. 109—13.

[1]) Cf. Biogr. univ. 64, 35 et in primis Biogr. rom. pag. 115—24, quae recenset ejusdem opera sub 115 numeris.

[2]) Praetermittimus Bernardinum a Cuneo Cap., philosophiae et theologiae lectorem († 1823), cujus exstat diss. historico-scholastico-dogmatica in qua *libertas humane mentis* a triplici errore triplici propositione vindicatur. Adduntur quaestiones adiaphorae de regimine Ecclesiae, de intentione ministri sacramentorum aliaque, Cunei 1821. — Vinc. Benedictum Buzzetti Placentinum (n. 26. Mart. 1777; † 14. Dec. 1824), theologiae professorem et canonicum, de quo cf. Feller II. 274;

ib. 1815. Edidit opus Thomae Vinc. Faletti can. reg. lat.: *Lo studio analitico della Religione* ossia la ricerca più esatta della felicità dell' uomo, Romae 1782. 1784 t. 2 in 8., quod annotationibus auxit.

406. Contra Scipionem Ricci et synodum pistoriensem (cf. pag. 794) scripserunt: Joannes Marchetti in Etruria n. 10. Apr. 1753, vir magnae eruditionis et intrepidus propugnator jurium sedis apostolicae. Relicto foro civili, cui primum talenta sua consecraverat, sacerdos fuit ordinatus et institutor datus principi Francisco Sforzia Caesarini, sed Jansenistarum opera post triennium munere motus. Redegit dein *Giornale ecclesiastico* (1788) et pontifice hortante collegit ediditque literas pastorales episcoporum Galliae adversus innovationes conventus nationalis. Prodiit opus inscriptum: *Testimonianze della chiesa di Francia* sopra la costituzione civile del Clero, Venetiis et Romae 1793 t. 16 (id tamen a nonnullis tribuitur Seraphino Viviani). Cum vero in iis occurrerent opiniones circa jura sedis apostolicae emendatione subinde indigae, annotationes quibus illas refelleret apposuit. Qua de re cum plures conquererentur, ipse ab opere coepto destitit. Concionibus et lectionibus in s. Scripturam erudiebat a. 20 magno zelo et fructu fideles, ejusque lectiones adeo auditoribus arriserunt ut typis prodierint (cf. pag. 316). Magni fiebat a Pio VII., qui eo utebatur in pluribus negotiis. In prima occupatione urbis a Gallis facta (1798) in carcerem fuit conjectus, deinde in exsilium pulsus, et in altera in insulam Ilvam (Elba) deportatus (1800), quod censeretur partes habuisse in bulla excommunicationis adversus Napoleonem. A summo pontifice dictus est archiepiscopus ancyranus in p. i. et ab Hetruriae regina datus praeceptor filio suo Carolo Ludovico Borbonio; aliquamdiu administravit dioecesim ariminensem († 15. Nov. 1829, secundum alios 1837). Edidit *Annotazioni pacifiche,* Romae 1788, saepissime editae, in literas pastorales Scip. Riccii 5. Oct. 1787, quas secutae sunt aliae, ib. 1789 contra episcopos Pannilini et Sciarelli, quae plures ad eas impugnandas excitarunt[1]); criticam sat acrem in historiam et diss. Fleurii (IV [3], 1157), Romae 1784 ed. 2. in varias linguas versam; *Le Raciniane* ovvero lettere d' un cattolico ad un partigiano della Storia ecclesiastica di B. Racine (IV [3], 1503 a), s. l. et a.; *delle dispense da lege universale di Chiese* non soggette alla podestà de' vescovi particolari, Romae 1792; diss. polemico-canonica *sopra il conc. di Sardica* e suoi canoni del Diritto delle appellazioni romane, ib. 1783; 1789 ed. uberior inscripta *L' autorità suprema* del rom. pontefice dimostrata da un sol fatto; *esercitazioni ciprianiche* circa il battesimo degl' eretici e scismatici e il l. de unitate Ecclesiae, ib. 1787, admodum eruditae; *i tre capitoli,* ib. 1796, qua diss. tuetur pontificis auctoritatem; *il denaro straniero,* ib. 1800, in quo opusculo confutat objectiones scriptorum, maxime protestantium, contra primatum ob pecuniam sub variis exercitii jurium primatialium titulis Romam ex regnis extraneis illatam; *Della Chiesa* quanto allo stato politico della Città, Arimini 1824.

407. Contra Ricci praeterea steterunt Phil. Anfossi OP. natus in op-

praesertim Masnovo Il can. Vinc. Buzzetti in Rivista († 1827) di Filosofia Neoscol. II (1910). 493—5 1, ubi elenchum ejus op. (12 gallice 1815) fere ineditorum. *Lezioni teologali* t. 1. et unicus.

[1]) Ita Josephus Poggi Placentinus (n. 1761; † 1842) opposuit *Emmende sincere d' un chierico lombardo* alle Annotazioni pacifiche, che possono servire di risposta ad altri somiglianti libelli usciti sinora alla luce, Florentiae 1789 t. 3 in 8., proh. 28. Mart. 1791. Cf. Reusch II, 970.

pido Taggia ditionis genuensis, insignis concionator, ordinis vicarius generalis (1814) et a. 1816 magister s. Palatii († 14. Maji 1825), cujus praeter alia sunt: *Difesa della Bolla Auctorem fidei,* Romae 1816; *La ragione e la fede* in collera con F. C. per la sua diss. sulla legge del divorzio, ib. 1814 in 8; et contra Palmieri (cf. pag. 620) *sulle indulgenze* [1]), et La Luzerne (p. 850). — Guidetti canonicus ligurinus, qui in *Difesa contro la falsa dottrina,* Lucae 1827, Potterum refellit de Scipione Ricci scribentem. — Alex. Stagni de Monte Physcone (n. 1760; † 10. Jul. 1836), in *opera teologico-politica.* Ejus quoque sunt: *Alcuni saggi* concernenti i principali caratteri della Storia ecclesiastica, 1790; *dell' influenza della cattolica religione* sul bene del principato e della società, 1790; *le prove filosofico-politiche della religione,* 1832. — Jo. Ant. Sinnitich episcopus vegliensis († 1839), qui edidit: *Il Breviario romano* difeso e giustificato contro un l. intitolato: Lettera responsiva di un parroco fiorentino alla Lettera di un parroco pistojese, 1790, in quo exhibet historiam breviarii ejusque correctionis; primatus auctoritatem, in primis vero Gregorium VII. tuetur; *la Dottrina cattolica delle indulgenze* difesa contra alcuni libri ultimamente pubblicati a danno della verità ed a pregiudizio de' buoni fideli, Fulginiae 1789, opus praeclarum. — Augustinus Albergotti Aretinus n. 25. Nov. 1755, in variis disciplinis theologicus bene excultus. Itinera etiam literaria instituit, ut in iis magis adhuc proficeret. Sacerdotes exsules sive Gallia sive ex aliis Italiae partibus liberaliter excepit fovitque. Pium VI. per vim a Gallis Roma ereptum obsequio plane filiali Florentiae prosecutus est. Canonicus factus est florentinus et a. 14 vicarium generalem egit. Strenue et prudenter se opposuit novitatibus, quae tunc temporis ecclesiam Hetruriae turbarunt. Invadentibus Gallis patriam captus est (1799), sed cum Liburnum duceretur, ut in Galliam transferretur, aufugit. Anno 1801 electus est in episcopum aretinum. Magno zelo incubuit [1]), ut religionis pietatisque studium in sua dioecesi restauraret: omnibus praeluxit vitae sanctae et poenitentiae praesertim exemplo († 6. Maj. 1825). Reliquit opus a Gerdilio collaudatum *Via della santità* mostrata da Gesù nella divozione al suo SS. Cuore, Florentiae 1814. — Phil. Antonini Perusinus n. 1766 scripsit Diss. teologica *sulla divina instituzione della confessione sacramentale,* 1809; diss. anatomico-teologica *sul battesimo dei nonnati,* ib. 1826. — Paulus Marcellus del Mare origine Judaeus n. Genuae 1734, fidem amplexus est catholicam a. aetatis 19. Studia absolvit Romae sacrosque suscepit ordines (1758). A magno duce Leopoldo accitus est a. 1783 Senam ad docendam theologiam et post quadriennium Pisas ad interpretandas ss. literas; sed jansenianis erroribus imbutus suas *praelectiones theologicas* de theologicis locis infecit, quae propterea in librorum prohibitorum indicem sunt relatae (9. Dec. 1793 et 5. Mart. 1795) ipseque cathedra motus. Resipuit tamen sinceramque retractationem manu sua subscriptam tradidit archiepiscopo pisano (5. Nov. 1817), qua plene satisfecit romano pontifici. Decessit nonagenarius 17. Febr. 1824. De ejus controversia cum Jos. Marinovich cf. supra p. 731.

408. Auctor prae ceteris cavendus est Petrus Tamburini Janseniano-rum et Josephinistarum per Italiam cum Zola (cf. pag. 710) coryphaeus, vir alioquin eruditus et cultus. Brixiae n. est 1. Jan. a. 1757. Juvenis factus est

[1]) Cf. alia ejusdem opuscula in Less. eccles. I, 254.

[1]) Cf. Feller I, 73.

philosophiae, deinde theologiae in seminario patrio professor. Ob doctrinam malesanam cathedra motus Romam secessit, ubi agente in primis cardinali Marefoschi praefectus est studiis in collegio Hibernorum, quod munus per sexennium obivit. A Firmiano Lombardiae gubernatore Ticinum vocatus, spretis aliis cathedris in diversis academiis sibi oblatis, cathedram theologiae moralis, deinde dogmaticae generalis et historiae ecclesiasticae rexit. Translato per Josephum II. collegio germanico-hungarico Roma Ticinum directoris officio est functus. Magna auctoritate pollebat apud reformatores illius temporis, ut Josephus II. et Leopoldus II. in suis per Italiam itineribus eum inviserent. Suppressis dein sub Francisco imp. seminariis generalibus a docendo cessavit, sed sub Gallorum regimine iterum philosophiae moralis cathedram acceptavit, quam tenuit quoadusque Lombardia Austriae fuit restituta. Decessit senex 90 annorum 14. Mart. 1827 magnis honoribus celebratus etiam post mortem. Potiora ejusdem opera sunt: *De fontibus s. Theologiae* deque constitutione et indole Ecclesiae christianae ejusque regimine, Ticini 1789. 1790 t. 3 in 8; t. 1. de verbo Dei scripto et tradito est prohibitus; praelectiones *de justitia christiana* et de sacramentis, Ticini 1783. 1784 t. 1. et 2; *de ultimo hominis fine* deque virtutibus theologicis et cardinalibus, ib. 1785 t. 3; *de ethica christiana,* 1788 t. 4., quas Gusta impugnavit (cf. supra pag. 798), proh. 1790; *praelectiones,* quas habuit in academia ticinensi antequam explicare aggrederetur tr. de locis theologicis, Ticini 1792, proh. 1796; sequitur in iis duces non bonos Opstraet, van Espen, Manetti etc.; praelectiones *de Ecclesia Christi* et universa jurisprudentia ecclesiastica, Coloniae 1839 t. 1. 2; Lipsiae 1845 t. 3. 4. proh. 1847. *Introduzione* allo studio della Filosofia morale col prospetto di un Corso della medesima e dei diritti dell'uomo e della società (Ticini 1797. 1798 t. 2), qui prodiit inscriptus Lezioni di Filosofia morale 1804 — 12 t. 7, in Indice decr. 5. Sept. 1819; con cenni sulla vita e sulle opere, ib. 1833 t. 4 in 8. *Vera idea della s. Sede* [1]), Ticini 1784, Milano 1818, adversus quem l. scripsit Bolgeni (p. 615); trattato *della tolleranza* [2]); *de summa catholicae de gratia Christi doctrinae praestantia,* utilitate ac necessitate diss.; accedunt theses de variis humanae naturae statibus et de gratia Christi ad tutissima et inconcussa ss. Augustini et Thomae principia exactae, Brixiae 1771, cum sequentibus ed. (prodiit enim septima vice Ticini 1790) in Indice decr. 2. Aug. 1790. Neque mirum; statuit enim in ea has propositiones: 1. Non alia datur gratia actualis quam se ipsa efficax; 2. omnia infidelium opera vera sunt peccata; 3. Christus passus et mortuus non est nisi pro justis, qui in finem usque sunt perseveraturi. Propter hanc dissertationem cum Zola cathedra motus fuit, ut narravimus. Cum parochus quidam illam impugnasset, scripsit *Osservazioni* di un Theologo ad un Conte, nelle quale si risponde alle difficoltà prodotte etc., Florentiae t. 3, pariter proh. 2. Aug. 1790. *Lettere teologico-politiche* (12) su la presente situazione delle cose ecclesiastiche s. l. et a. t. 4, quorum priores duo sine auctoris nomine, posteriores sub nomine Augustini

---

[1]) Cf. de hujus op. versione gallica 1818 Paris ed. Tüb. Qtlschr. 1822 p. 120—49.

[2]) Prodiit et Papiae 1883 l. *de tolerantia* eccles. et civili in sensu Josephi II. sub nomine Thaddaei com. de Trautmannsdorf, propter quem electus in episcopum reginae-gradecensem (1794) a Pio VI confirmari non meruit. Excusavit se nomen tantum suum dedisse, sub quo inprimeretur. Retractatione exhibita confirmatus est, postmodum factus archiepiscopus olmucensis et cardinalis († 1819). Liber vero tribuitur Tamburino. Cf. Steinhuber Geschichte des Coll. Germ. II², 199, 274.

de Monte Vicetino, proh. 1797, quas impugnarunt Bolgeni (p. 615), Stagni et Cuccagni (p. 526). *Cosa è un Appellante?* Placentiae 1784, cum *Continuazione,* ib. 1784, et *Lettera terza,* ib. 1785; contra quem l. scripsit Antonius de Fopoli. *Analisi del libro delle Prescrizioni* di Tertulliano, Ticini 1781, in quo primatus praerogativas vellicat: unde plures adversus illam scripserunt [1]) ut Cajetanus Nani (p. 606), Noghera (p. 318), Fuensalida (p. 606), Marcus a s. Francisco, Bruni etc. Praeter auctores jam citatos scripserunt adversus Tamburini etiam Feller, Muzzarelli, Muzzani et Maurus Cappellari (deinde Gregorius XVI.) in op. *Il Trionfo della s. Sede e della Chiesa,* Romae 1799. Storia generale *della Inquisizione* corredata da rarissimi documenti (et horridis illustrationibus), quae sub ejus nomine prodiit Mediolani 1862. 1863 t. 4 in 8. (cum ipsius vita), non est ipsius.

409. Italis non immerito subjicimus Laur. Ignatium Thjulen Suecum n. 22. Oct. 1746 nobilibus genitoribus, qui parentum jussu e Suecia Gades transmisit, ut artis nauticae ac mercaturae experimentum caperet. Ibi familiariter cum Em. Iturriaga SJ. exsule mexicano conversans Deo favente Lutheri errores agnovit navigavitque cum patribus SJ. exsulibus in Italiam atque Bononiae societati Jesu nomen dedit. Exstincta societate sacerdos ordinatur scribendisque se consecrat libris adversus aevi illius errores († 5. Dec. 1833). Potiora sunt [2]): *Nuovo vocabulario* filosofico-democratico indispensabile . . . per intendere la nuova lingua rivoluzionaria. Venetiis 1799 t. 2 in 8; *sul giuramento civico* confutazione dell' ab. G. Vinc. Bolgeni (p. 615), ib. 1799 in 8; Faventiae 1799; *Parere* di F. T. sul giuramento e sull' alienazione de' beni ecclesiastici nello stato romano. Assisii 1799 contra eundem; *Fasti della rivoluzione francese,* Venetiis 1799 t. 3 in 8; *Memorie* per servire alla storia del Giacobinismo, s. l. 1800, versio op. Barruel t. 2—4 (p. 589); *Lettere provinciali filosofiche,* Venetiis, versio ep. a Barruel editarum t. 3—6 (cf. ib.); *sugli antichi zodiachi dell' Egitto,* ib. 1802, versio opusculi germanici P. Fr. Guessmann SJ. († 1806); *Storia universale* sacra e profana, ib. 1804—6 t. 34, versio op. Hardion et Linguet, cui adjecit ipse t. 23—32. quibus complectitur historiam sec. XVIII; *dialoghi* nel regno de' morti, Bononiae 1816 t. 8 in 8; Romae 1835 t. 43 in 12; *Lettere istruttive,* Venetiis 1817; *sopra l' uso e l' abuso della ragione* [1]), ib. t. 2 etc.

410. In *Germania* magnus scriptorum numerus nobis occurrit, sed minoris plerumque notae, quorum multi de iis argumentis scripserunt, quae objectum sunt theologiae *fundamentalis* seu generalis. Ita apologiam religionis instituerunt: Jo. Georgius Pingeler n. 25. Jun. 1752 in ditione trevirensi, per 44 annos rhetoricae et philosophiae magister, in op. *Die Wahrheit und Göttlichkeit der christkatholischen Religion* aus der Vernunft und Geschichte bewiesen, Confluentiae 1800. — J. Fr. Cremer in *Wichtige Bemerkungen* über die wahre Religion J. Christi den Evangelischen zur Prüfung und Beherzigung vorgelegt [2]), Düsseldorpii 1825 in 8; 1846. Hujus velut appendix est: *Die Glaubensregel* der Katholiken und Evangelischen beleuchtet, Coloniae 1830 in

[1]) Cf. Roskovány 3, 774—776; Reusch II, 957 ss.

[2]) Cf. Kerz Literaturzt. 1826 II, 75—84.

[1]) Bacher 3, 1100; Caballero Bibl. Scriptorum S. J. supplem. I, 268, II 99; Relazione della sua conversione al cattolicismo e della sua vocazione alla Compagnia di G., Lucani 1839; Memorie intorno alla vita ed agli scritti di D. L. Ig. T. auctore Cavedoni in Continuazione delle Memorie di Modena, VI, 405—62.

[2]) Felder Literzt. 1826 II, 75—84.

8. — Bonaventura Müller OSB.[1]) in abbatia břevnoveno-braunensi, n. Viennae 12. Aug. 1745, philosophiae et theologiae lector († 10. Apr. 1830), in *Widerlegung* seiner Schrift, worin ein sein sollender römisch - katholischer Pfarrer in Schlesien unternommen hat zu erweisen, dass weder die christliche Religion, noch die römisch-katholische Kirche die allein seligmachende sei, Pragae 1799 in 8. — Aemilianus Janitsch OSB. gottvicensis, Carniolus (n. 28. Febr. 1757; † 23. Sept. 1838), in op.: Philosophisch-theol. Abh. *über die Religion* überhaupt und die katholische insbesondere, Wien 1818; St. Pölten 1832; *Ueber die Entstehung,* wunderbare Fortpflanzung und genaue Verbindung der geoffenbarten mit der natürlichen Religion von Anbeginn bis zur Ankunft des grossen Welterlösers mit Widerlegung der Einwürfe Voltaire's und seiner Anhänger, der Modephilosophen, Klagenfurti 1792; Viennae 1826 ed. 5., opus italice versum et a Pio VI. laudatum. *Nachrichten* über den Ursprung und die Fortpflanzung der wahren Religion bei dem auserwählten Volke im A. und bei den Rechtgläubigen im N. Bunde, ib. 1835 t. 2. Scripsit quoque plurima opera historica[2]), inter quae *Geschichte des uralten und berühmten Benedictinerstiftes Mölk,* mit der Biographie des Abtes A. Reyberger, Viennae 1819; *kurzabgefasste* Geschichte des uralten Benedictinerstiftes Göttweih, ib. 1820; *Lebensgeschichten* der Heiligen und Märtyrer, Wien 1829 t. 3 ed. 2; disseruitque *über die Pflichten und Rechte der Aebte,* S. Hippolyti 1793; Viennae 1820. — Ant. Kohlmann SJ. n. 13. Jul. 1771 Kayserbergae in Alsatia, diu in America septemtrionali missionarius et religionis catholicae apologeta, inter alia scripsit *Unitarianism philosophically and theologically examined* in a series of periodical numbers, comprising a complete refutation of the leading principles of the Unitarian System, Washington 1821 pp. 2. Inde Romam vocatus est ad docendam theologiam in collegio romano magnique factus a Leone XII. et Gregorio XVI. († 16. Apr. 1836). — In America pariter apostoli instar zelo indefesso causam catholicam egit Demetrius Gallitzin princeps[1]). Natus is est 22. Dec. 1770, Hagae Comitum patre legato russiaco apud Batavos. Itinere in Americam instituto familiariter agens cum egregio praesule Carrol se divino obsequio munerique apostolico illis in regionibus consecrare statuit. Receptus est in societatem s. Sulpicii et sacerdos ordinatus 1795. Coloniam Mariae Lauretanae sacram condidit ac quadraginta annos verus ovium parens et pastor magno animarum lucro rexit († 6. Maj. 1840). Scriptis suis pluribus protestantibus oculos aperuit eosque ad conversionem induxit. Fertur ad 6000 protestantium ad veram reduxisse fidem. Inter alia scripsit: *Defence of catholic principles,* Pittsburgi 1816, saepius edita et vulgatissima per Americam; germanice versa Berlin 1841; in America interprete Lemke[2]) OSB. 1850. *On the holy Writ* etc., Baltimore 1819; *the Bible, verity and charity,* 1836 etc.

[1]) Felder Ltzt. 1826 II, 75—84.
[2]) Cf. Scriptores 208 ss.

[1]) Cf. Rassmann Nachrichten von dem Leben und den Schriften münsterländischer Schriftsteller 1, 119; 2, 72; Rosenthal Convertitenbilder 3. II, 25—50; Lemke, Leben und Wirken des Prinzen D. A. Gallitzin, Monasterii 1861; Sarah Brownson, Life of D. A. Gallitzin, Neo-Eboraci 1873; Streber KL² 5, 78; Bertrand Bibl. Sulpic. II, 121—27.

[2]) Henricus Lemke Meklenburgensis 27. Jul. 1796 n. parentibus protestantibus conversus est 1824 ad fidem catholicam. Ordinatus sacerdos profectus est missionarius in Americam (1834). Socius Demetrii Gallitzin plurimum laboravit pro dilatanda fide catholica in illis regionibus. Sua industria instituta sunt tria monasteria OSB., quam ipse ingressus est 1852 († 29. Nov. 1882). Scripsit Vitam D. Gallitzin (1792), Monachii 1861.

411. De *Ecclesia* ejusque capite visibili disputarunt: Gottlieb Flatz canonicus wirceburgensis in diss.: *Hat Christus eine Kirche gestiftet* und welche sind die Merkmale, an denen sie erkannt wird, Campoduni 1830, quae a facultate monacensi praemio donata fuit[1]), in qua egregie vindicat primatum. — Jo. Haitz in op.: *Genuina Ecclesiae idea* in suo imperio ipsi a Christo fundatore suo collato per positiones canonicas stabilita et contra neotericorum (Febronianorum) systemata vindicata, Einsidlae 1821. — Laurentius Wolf n. 3. Aug. 1769, parochus in ditione wirceburgensi vere apostolicus († 1833), strenuus et ferax apologeta, propter zelum intrepidum pro religionis bono ab auctoritate politica imo et ecclesiastica vexatus, praeter quamplurimos libellos scripsit[2]): *Ernste Stimme der Wahrheit* an alle katholische Christen: Wir heissen, sind und bleiben katholische Christen; gegen den Zuruf des von der katholischen Kirche ausgetretenen kath. Priesters J. Fell zu Frankfurt, Wirceburgi 1828, quam cum impugnasset Ninnich, respondit Wolf libro inscripto: *Vertheidigung der katholischen Kirche* gegen Dr. J. E. Ninnichs Vertheidigung der evangelischen Kirche[1]), Wirceburgi 1830 in 8. *Dürfen die Fürsten Deutschlands* bei dem immer fühlbarer werdenden Plane, den Katholicismus aus Deutschland zu verdrängen, ohne alle Besorgniß für die Sicherheit ihrer eigenen Throne sein? Mainz 1821 etc. — Jo. Frid. Ludovicus Rothensee n. est 27. Apr. 1795 in oppido Nienstadt ditionis hannoveranae. Sacerdos ordinatus 1782 philosophiam docuit Hildesheimii, et mox factus est canonicus spirensis. Propter insignes dotes usus est ejus consilio et opera plurimum Styrum episcopus princeps spirensis, qui fugiens ab irruentibus Gallis eum comitem habere voluit in fuga et exsilio. A consiliis fuit Rothensee etiam ordinariatui bruchsalensi (1786), cui deinde praefuit ab a. 1811—27, quo anno aliter distributis dioecesibus ordinariatus ille cessavit. Singulari diligentia collegit per singula secula testimonia tam catholicorum quam acatholicorum pro primatu romani pontificis: morte tamen praeventus (26. Mart. 1835) fructum studiorum suorum edere non potuit[2]). Ediderunt illum par nobilissimum apologetarum recentioris temporis Raess et Weis, prodiitque inscriptus: *Der Primat des Papstes* in allen christlichen Jahrhunderten, Moguntiae 1836—38 pp. 4 in t. 3, opus admodum eruditum. Scripsit quoque aliquot dissertationes pro fasciculis literariis *Katholik; die alte Abendmahlslehre* durch katholische und nichtkatholische Zeugnisse alter und neuer Zeit beleuchtet, Biponte 1827; Moguntiae 1830. — Fr. Gerhardi Vecqueray[3]) laicus Acquis-

[1]) Idem argumentum tractavit Bened. Prand OSB. in monasterio shirensi (n. 13. Mart. 1804), magister novitiorum et prior, ejusque diss. pariter praemio fuit donata, sicut jam antea ejus diss. *Sind die Lehren der christlich geoffenbarten Religion perfektibel?* Wie und durch Wen? Landshut 1825. Alia ejusdem opuscula cf. apud Lindner I, 241.

[2]) Cf. Thesaurus librorum rei cath., Wirceburgi 1850, 1, 943 s.; Riegler, Pfarrer Lor. Wolf in vier Monographien dargestellt, 1833—34; 1842 ed. 2; Kerz Literaturzt. 1831, I, 165—76; 1833 III, 109—16, ubi 34 ejusdem scripta recensentur. Lauchert a. d. Biogr. 43, 778. — Alius ab eo est Jo. Guil. Wolf (n. 23. Apr. 1817; † 28/29. Junii 1855) in mythologia, praesertim belgica admodum versatus, de qua plura edidit erudita opera. Provectiori aetate calamum suum dicavit cultui b. M. V. editis carminibus piisque libellis in aedificationem populi christiani. Cf. hist. pol. Blätter XXXIII, 89—108; 189—24; Fränkel allg. d. Biogr. XLIII, 765—777.

[1]) Cf. Kerz Litzg. 1829, I, 259—93.

[2]) Cf. Katholik 1835. 57, XXVIII; Tüb. Qtlschr. 1838 pag. 712—19.

[3]) Hujus filius J. L. Vecqueray edidit: *Die allgemeine christl. Gemeind* oder der Revolutionsgeist im Reiche Gottes. Eine Stimme in der Wüste etc., Koblenz 1845 ed. 2; *Alexander* oder der Friedens-

grani († 1836), publicae luci dedit *Mein motivirtes Glaubensbekenntniss* als röm.-kath. Christ oder die Hauptlehren und gottesdienstlichen Gebräuche der röm.-kath. Kirche nebst deren Beweise, Regensburg 1842. — Jos. Glaeser Ratisbonensis (n. 1. Mart. 1807; † 17. Jul. 1838) in seminario passaviensi theologiae dogmaticae, introductionis, hermeneuticae et exegesis professor scripsit: *Die Krankenöhlung* in ihrer biblischen und historischen Bedeutung [1]), Ratisbonae 1831; *Ueber das Verhältniss* der Kirche zur h. Schrift und deren Interpretation, Passaviae 1833.

412. Speciales controversias tractarunt [2]): Franc. Grundmayr Bavarus n. 1750, qui strenue se opposuit encyclopaedistarum erroribus. Propter quasdam preces, quas typis vulgaverat quaeque videbantur notasse tyrannicam agendi rationem Napoleonis, agente legato gallico in carcerem fuit conjectus, in quo quinquennium (1811—16) egit, quod, dejecto imperatore, nemo forte ejus recordaretur († 25. Jan. 1823). Scripsit Schriftmäßige u. gründliche *Rechtfertigung der kath. Kirche* und ihrer Glaubenslehre, Augustae 1784. *Vertrauliche Unterredung* cum Calvinista ib. 1790; *Allgemeine Ueberzeugung* von der Wahrheit eines Reinigungsortes oder Fegfeuers, Augustae 1807 in 8; *der Ungläubige auf dem Sterbebette,* ib. 1833 in 8; collegit quoque *Lexikon* der römisch-katholischen Kirchengebräuche, ib. 1811 in 8; 1822 ed. 3. — Georgius Dom. Berg n. in Voltlage ditionis osnabrucensis 10. Junii 1798, theologiae moralis et pastoralis professor in universitate wratislaviensi, in qua etiam praelectiones habuit de jure canonico († 19. Jul. 1837), disseruit *de natura peccati originalis,* Wratislaviae 1834; *die christkatholische Lehre vom Bittgebete* [1]), Monasterii 1831; *über das Eheband,* eine dogmatisch-kirchenrechtliche Abhandlung über 1. Kor. 7, 15. nebst einem historisch-kritischen Anhang über den 3. Canon des ersten nicäischen Conciliums und des 11. Kap. des 1. B. der Kirchengeschichte des Sokrates [2]), ib. 1829, in qua negat conversione unius et discessu alterius conjugis ita dissolvi matrimonium, ut pars fidelis novum posset inire conjugium. *Ueber die Verbindlichkeit* der canonischen Ehehindernisse in Betreff der Ehen der Evangelischen, Wratislaviae 1835; *über die*

---

fürst und sein Testament. Kein unzeitiges Wort über Sonambulismus und Wiedervereinigung der verschiedenen Glaubensbekenntnisse ib. 1844.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1832 p. 345—51.

[2]) Quibus addantur Car. Jos. Khun SJ. Pragensis (n. 29. Jul. 1736; † 18. Jun. 1829), societate Jesu exstincta parochus et deinde canonicus, de cujus l. *Freundschaftliche und richtige Erklärung* der kath. Religionsgründe wider die unrichtigen Erklärungen der HH. Protestanten in Antwort auf das Sendschreiben Jo. Augusti Noesselt (Halae 1767) an einen in römisch-kath. Landen sich aufhaltenden Freund, Pragae 1774 in 8. ed. 2., cf. B. E. N. frib. 1, 243—52, quae durius nonnihil l. recenset. — Fr. A. Euler Moguntinus, studiorum director in seminario et subregens (1792) parochus et decanus canonicus et commissariis ep. limburgensis († 6. Mart, 1832), cujus est diss., *utrum Scriptura ceu inmediata fidei regula jure a protestantibus statui possit,* Moguntiae 1785. — Joannes Ev. Brander, cujus *Kritisches Journal* für das kath. Deutschland, Rotwilae 1820—29 t. 10 in 8. pretio non caret pro historia literaria theologica illius temporis. — Ant. Gesellghen (n. 4. Dec. 1805; † 4. Febr. 1834), theologiae professor in seminario limburgensi, systemati hermesiano addictus, ut liquet ex ejus diss. *de hominis peccatoris coram Deo justificatione,* 1832 (cf. ejus necrologium in Zeitschr. für Philosophie und katholische Theologie, Köln 1834 fasc. 11 p. 205—11). — Jo. Matthias Jansen n. 3. Mart. in oppido Bingelen 1807 in Borussia rhenana († 29. Sept. 1838), cujus est *Signatur der modernen kath. Dogmatik* in Deutschland, Treviris 1837. 1838 fasc. 2 (cf. ib. 1838 fasc. 3 pag. 224).

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1831 p. 697—706.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1830 p. 744—65; Kerz Literaturzt. 1829. IV, 62—9.

Erforderlichkeit der priesterlichen Eheeinsegnung zum Sacrament der Ehe [1]), ib. 1836. — Pius Brunnquell OP. Bambergae n. 23. Maji 1752, profectum in studiis theologicis disputatione de universa theologia a. 1777 comprobavit. Philosophiae lector designatus est a. 1780, dein ad docendam theologiam translatus. A veterum scholasticorum vestigiis recessit levioremque disputandi rationem recentiorum est secutus: theologus tamen est non contemnendus. Invadentibus Bavariam Gallis suppressisque monasteriis privatam egit vitam, sed pro juribus doctrinisque Ecclesiae intrepide stetit († 27. Aug. 1828). Ejus inter alia sunt: *Kurze Geschichte der Kirchenbusse* und Apologie der sacramentalen Beicht. Zugleich Antwort auf die Gegenbemerkungen der Abhandlung: Ueber die Nothwendigkeit der Ohrenbeicht in der Jahrschrift für Theologie und Kirchenrecht der Katholiken 3. Bd. 3. H., Bambergae 1816 in 8., scil. contra Annales Ulmae a famoso Werkmeister inspiratos, qui nitebantur ostendere, confessionem non esse divinae institutionis, sed spectare ad disciplinam ecclesiasticam mutationi vel relaxationi obnoxiam. *Historisch-dogmatische und praktische Abhandlung* über den Ablass, ib. 1816 in 8. *Beweise* für die Unauflösbarkeit des Ehebandes, zugleich Widerlegung der Schrift: Harmonie der neuesten baierischen Ehescheidungsgesetze mit Schrift und Tradition durch wahre Auslegung der h. Schrift und ächten Tradition, Augustae 1810 in 8; *Antwort* auf die Bemerkungen über die Schrift: Beweise etc., ib. 1812 in 8; *Apologie des aechten Glaubensbekenntnisses* bei dem Uebertritt anderer christlichen Confessionen zur römisch-katholischen Kirche. Zugleich Widerlegung der ohne allen Grund den Katholiken aufgebürdeten Glaubensbekenntnisse, welche das Osterprogramm der Universität zu Königsberg in Schutz nimmt, Bambergae 1821, praeclara apologia [1]). Ecclesiae jura strenue vindicat et bene exponit in l. *Jus ecclesiasticum* publicum et privatum moribus germanorum accommodatum, Würceburgi 1779.

413. Maximilianus Prechtl OSB. in monasterio michelfeldensi, vir eximius et doctus, Hahnbacii natus est 20. Aug. 1757. Sodales jus canonicum docuit (1786), dein theologiam dogmaticam et moralem (1788—91), interim et archivum in ordinem redegit. Petente Mart. Gerberto symbolas pro Germania sacra, accuratam scil. *historiam monasterii michelfeldensis* OSB. scripsit, quae inserta est episcopatui bambergensi edito ab Aem. Ussermann. Anno 1794 designatus est professor theologiae dogmaticae et juris canonici in lyceo ambergensi, cujus et rectorem egit ab a. 1798. Electus est 14. Jan. 1800 in abbatem, sed post biennium monasterium suppressum fuit. Totum se jam literis dedit vitam a rebus publicis remotam degens († 12. Jun. 1832). Praeter alia scripsit [2]): *Friedensworte* an die katholische und protestantische Kirche für ihre Wiedervereinigung [3]), Sulzbacii 1810, absque auctoris nomine; 1820 ed. 2. Occasionem huic operi dedit liber editus a Plank (1809): *Worte des Friedens* an die katholische und protestantische Kirche, 1810; 1820; *Friedensbenehmen* zwischen Bossuet, Leibnitz und Molan für die Wiedervereinigung der Protestanten und

[1]) lb. 1837 p. 326—64.

[1]) Cf. alia scripta de conficta a protestantibus formula professionis fidei edendae in conversione protestantium apud Roskovány IV, 576—79, et infra Al. Jordanszky p. 806. De auctore nostro Felder Lexikon.

[2]) Cf. Lindner 1, 269—73; JB. Weigl, Abt Prechtl eine biogr. Skizze, Sulzbacii 1833, de qua cf. Kerz Literaturzt. 1843 IV, 223—35; Katholik 1889 I, 424—45; II, 64—79.

[3]) Felder Literaturzt. 1814 I, 294—313; 321—9.

Katholiken [1]), ib. 1815; *Seitenstück* zur Weisheit Dr. M. Luthers, Ratisbonae 1817; 1818 ed. 4., cui adjecit *Ueber das moralische* (psychologische) *Raethsel* im Betragen Luthers. Eo in l. anonymo auctor penitus confudit decuriones protestantes, qui occasione anniversarii secularis [2]) Lutherum maximis cumularunt encomiis ut Fr. J. Niethammer in l. Die Weisheit Dr. M. L. Nürnberg 1817 t. 2; hinc plura prodierunt scripta polemica. Aliis occasionem dedit l. Lutheri: *Wider das Papstthum* zu Rom vom Teufel gestiftet (1543), quod denuo recusum fuit notisque criticis illustratum. Primus adversarius anonymus (Tretzel) inducit Lutherum ipsum ad auctorem bis scribentem, cui auctor noster duplex dedit *responsum* Sulzbacii 1817. 1818. Aggressus eum quoque est Christianus Berbert in op. *Kritische Beleuchtung* der anonymen Schrift eines Katholiken unter dem Titel: die Weisheit Dr. M. L. etc. allen unbefangenen Protestanten und Katholiken zur parteilosen Prüfung vorgelegt, Regiomonte 1817, cui opposuit ille: *Kritischer Rückblick* auf Berberts kritische Beleuchtung [3]), Solisbacii 1818; *Rechtfertigender Rückblick* auf die Beleuchtung der Dr. Tzschirner'schen Schrift: Protestantismus und Katholicismus aus dem Standpunkt der Politik betrachtet [4]), ib. 1823, cum responso apologetico ad ejusdem literas, ib. 1824. Plures dissertationes inseruit fasciendis literariis theologicis, qui Lincii prodierunt, quos recenset Mühlbacher die lit. Leist. des Stiftes S. Florian p. 130.

414. Scriptor *irenicus* [1]) fuit Jo. Ant. Sulzer n. Rheinfeldae 18. Sept. 1752 in lyceo constantiensi bibliothecarius et juris canonici professor, suppressis vero studiis theologicis philosophiae practicae et historiae professor necnon et praefectus († 8. Mart. 1828), qui scripsit *Wahrheit in Liebe* in Briefen (14) über Katholicismus und Protestantismus an den H. D. Joh. Heinr. Jung genannt Stilling . . . wie auch an andere protestantische christliche Brüder und Freunde [2]), Friburgi 1810 in 8; 1812; 1864; *Einleitung in die Moralphilosophie*, Sulzbach 1824 et varia opuscula in utilitatem juvenum studentium et de vitae statu seligendo deliberantium. — In primis vero theologis irenicis accenseri debet Jo. Georgius Esslinger Tigurinus n. a. 1790, qui aliquamdiu pastor zwinglianus, desiderio tamen excitus agnoscendae veritatis, patriam reliquit, ut melius religionem catholicam investigaret. In Galliam secedens factus est praeco militum helvetorum, qui militabant in exercitu Gallorum. Illis a. 1830 dimissis Friburgum se recepit

[1]) Cf. Felder Litzt. 1815 II, 89—109.

[2]) Occasione hujus festi scripsit etiam Franciscus Guillelmus Darup, n. in oppido Darup 28. Jan. 1756, parochus et canonicus honorarius cathedralis monasteriensis (n. 29. Nov. 1836), *Ueber die Vernunftmässigkeit der kathol. Religion*, Monasterii 1817. 1823; 1844 ed. 3. a sacerdote retractata. Cf. Gla I, 2, 657 s.

[3]) Cf. Roskovány IV, 540.

[4]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1823 p. 439—50; Kerz katholische Literaturzeit. 1824 II, 58—69.

[1]) His forte accenseri posset Jo. Augustus de Stark Schwerini n. filius praeconis Lutherani 29. Oct. 1741. Fidem quidem catholicam est amplexus Parisiis 8. Febr. 1766, sed nunquam eam palam est professus, sed vixit semper ut protestans, imo obiit concionator aulicus principis protestantis Darmstadii aliaque gessit munera sectae (3. Mart. 1815), et jam adolescens adhaeserat sectae francomuratorum (1761), cui tamen postea renunciavit. Auctor est operis celebris irenici *Theoduls Gastmahl*, oder über die Vereinigung der verschiedenen christlichen Religionssocietäten, Francofurti 1809; 1810 ed. aucta; 1828 ed. 7. etc., in quo abbas quidam Odilo cum variis protestantibus disputat de religione catholica eosque ad consensionem hujus veritatis inducit. Gemini argumenti est *Theoduls Briefwechsel*, ib. 1828. Cf. Raich KL. XI, 736—40.

[2]) Cf. Felder Litzt. 1811 I, 406—15.

atque a. 1831 fidem amplexus est catholicam. Sacerdos ordinatus (1832) Romam invitatus fuit, ut curam spiritualem gereret militum Helvetorum († 18. Aug. 1837). Edidit germanice opus Gerbeti *Die philosophischen Lehren* des Cartesius und des Abbé de Lamennais über die Gewissheit betrachtet in ihrem Verhältnisse zu den Grundlagen der Theologie, cum appendice de axiomate „extra Ecclesiam non esse salutem", Moguntiae 1829 in 8; *Der Mensch denkt und Gott lenkt*, oder *Zuschrift* an den evangelischen Kirchenrath um ihm seinen Uebertritt zur kath. Kirche anzukündigen, Friburgi 1831, libellus judice Haller classicus, quem frustra Schulthess refutare nisus est: at et Esslinger respondit in *Verteidigung meiner Beweggründe* etc., ib. 1831. *Freundschaftliche Gespräche* eines zur katholischen Kirche übergetretenen protestantischen Geistlichen mit einem seiner früheren Glaubensgenossen, Solodori 1841 in 8. cum ejus vita. Symbolas quoque contulit ad varios fasciculos literarios [1]). — Ad fidem catholicam pariter rediit Car. Henr. Burchard n. 10. Apr. 1790 Neo-Ruppinii parentibus protestantibus, qui juri operam dedit factusque est referendarius. Miles voluntarius partem habuit in bello pro patriae libertate adversus Napoleonem a. 1813—15. In juventute indifferentismo indulsit, sed ad saniorem rediens mentem gradatim agnovit veritatem fidei catholicae 1821; quem post annum secuti sunt et ejus amici Seidell et Brewing, qui et sacros susceperunt ordines. Jam exinde stetit pro fide plurimis insertis dissertationibus fasciculis literariis, versione concionum catholicarum ex aliis linguis in linguam germanicam, et praesertim duplici opere [2]): *Der Leib der göttl. Offenbarung.* Ein Beitrag zur Phisiologie der Kirche, Mainz 1836, quo praeprimis Ecclesiae visibilitatem illustrat; *Gibt es eine geistliche Ordnung?* oder die göttl. Offenbarung und ihre nothwendige Vermittlung durch das Priestertum. Zum Verständniß der kath. Kirche und Hierarchie gegenüber der Entstellung und Missdeutung älterer und neuerer Zeit, Koblenz 1839. — Quibus adde Laval praeconem calvinianum, qui suae conversionis rationem reddit in literis ad suos amicos datis, quas germanice reddiderunt Raess et Weiss Moguntiae 1824.

415. Cum vero fere impossibile vel inutile sit omnes, qui aliquid de re theologica scripserint, fusius recensere, obiter saltem nonnullos adhuc attingemus. Ordine chronologico nobis adhuc occurrunt Jo. Jechteler SJ. († 1821), de quo cf. Literaturzt. für Religionslehrer 1822 XIII t. 2. — Phil. Lillbopp, cujus est *Ueber die Wunder des Christentums* u. deren Verhältniße zum thierischen Magnetismus mit Berücksichtung der neuesten Wunderheilungen (celebris Hohenhohe) nach römisch-kath. Prinzipien, Moguntiae 1812 in 8. — Fr. X. Szuhányi SJ. Agriae (Erlau) n. 29. Nov. 1742, academiae cassoviensis director († p. 1821), cujus inter alia utilia sunt: *Dialogi* quibus naturalistarum seu fortium spirituum opiniones variis de rebus iisque oppositae sententiae referuntur, Cassoviae 1789 in 8. — Fridericus (Jo. B. Benedictus) Sturmlerner Praem. in canonia roggenburgensi aliquamdiu theologiae lector, ferax ll. asceticorum et concionum scriptor [1]), edidit l. inscriptum *Incredulidux ac praeceptor* in religione unice salvifica theologiae candidatis et neoanimarum pastoribus in eclectica doctrinarum religionis epitome ac

---

[1]) Rosenthal, Convertitenbilder 1, 2, 38—47.

[2]) Cf. ejus autobiographiam apud Rosenthal Convertitenbilder des 19. Jahrh. I, 500—8.

[1]) Waitzenegger II, 442; in primis Goovaerts II, 218—26, qui ejus opera sub n. 61 recenset.

oeconomia pro adjumento memoriae datus, Günzburgi 1778. — Rupertus Hoy OSB. in monasterio aspacensi Bavarus (n. 7. Jan. 1762; † 13. Dec. 1826) illustrat *Einfluss der geoffenbarten Religion* auf das Wohl der Staaten, Passau 1820. 1821. — Franc. Jos. Seber Badensis n. 6. Jan. 1777, qui se philosophiae studio praesertim dedit. Coloniae functus est munere directoris gymnasii: inde Bonnam vocatus est ad docendam theologiam dogmaticam et moralem. Vestigiis Zimmer sui quondam magistri inhaerens theologiam nimis philosophice, sed non secundum sanae philosophiae principia tractavit. Ceterum cum Hermesio non concordans universitatem reliquit cathedramque philosophiae in collegio philosophico Lovanii acceptavit († 5. Aug. 1827). Praeter alia (pro gymnasiis) scripsit[1]) *Eine allgemeine Grundlage* der christl. Religion und Theologie, Coloniae 1823; *Gereicht es dem Katholicismus zum Vorwurf,* daß er an der in der neueren Zeit so hoch gepriesenen Perfectibilität des Christentums keinen Antheil nehmen will? ib. 1824. — Andreas Frank († Jun. 1827), cujus est *Sichtung des Henhöfer'schen*[2]) *Glaubensbekenntnisses* für die Besitzer der Originalausgabe . . . wie auch des Lindlischen Glaubensbekenntnisses und der Schrift Ottf's, der Katholik und Protestant. Zur näheren Kenntniß und Beurtheilung beider Religionen für Gelehrte und Ungelehrte, besonders aber als ein immer brauchbares Hilfsmittel für Religionslehrer[3]) Passau 1824 in 4. — Basilius Sinner OSB. monasterii[4]) Magni in Füssen Bavarus n. 15. Febr. 1745 insignis erat mathematicus, physicus, chemicus, bibliothecarius penes principem Oettingen-Wallerstein († 8. Mart. 1827). *Conspectum* exhibet omnium documentorum et monumentorum, quibus religionis christiano-catholicae veritas innititur, Füssen 1792 in 8. — Jos. Balduinus Schreiner composuit *Lehrbuch der Weltreligion J. Christi* oder die Religion J. Christi philosophisch, historisch und exegetisch aus ihrem welthistorischen Standpunkt betrachtet, Frankfurt 1827; quo in op., suo tempore laude digno agit de Dei exsistentia, de possibilitate et necessitate revelationis (de qua egerat jam antea in diss. inaugurali, Wirceburgi 1819), de revelatione christiana. — Albert Wilkens capellanus (n. 8. Jul. 1790; † 1. Jun. 1828), demonstrare nititur *Die Unhaltbarkeit der Beweise* für das Dasein Gottes und die Unsterblichkeit der Seele durch die sich selbst überlassene Vernunft, Münster 1828 in 8. Ejus quoque sunt[1]) *Versuch einer allgemeinen Geschichte der Stadt Münster* seit ihrer Entstehung, Vergrößerung und Vollendung, nebst einem Nachweise über ihre merkwürdigsten Stiftungen vom J. 799—1534, ib. 1823; *de historiae Westphaliae fontibus,* ib. 1824 etc. — Car. Eduardus Goldmund Congr. ss. Red. describit bene *Triumph der christkath. Religion*[2]) von der Geburt unseres göttl. Herren und Heilandes J. Chr. bis zum J. 1829, München 1829 t. 2 in 8. — Loth. Fr. Phil. Marx Moguntinus alumnus collegii germanici, canonicus francofurtensis[3]) scriptis de religione fuit benemeritus (n. 19. Nov. 1764; † 22. Oct. 1831). — Aloysius Klar laicus[4]), philologiae graecae professor

[1]) Cf. Qtlschr. Tübingen 1824 p. 452—64; 1827 p. 774—80.

[2]) Contra Henhöfer scripsit etiam Jac. Ans. Schumpp Vilingensis (n. 24. Mart. 1783; † 14. Febr. 1831) aliique apud Gla l, 2, 660 s.

[3]) Cf. Kerz 1825 II, 157—180; 1827 III, 289 ss.

[4]) Cf. thes. ll. rei cath. p. 635.

[1]) Cf. Rassmann Nachr. von dem Leben und Schriften münsterländ. Schriftsteller p. 376.

[2]) Kerz l. c. 1829. IV, 271—78.

[3]) Cf. allg. d. Biogr. 20, 549.

[4]) Cf. Fr. Weinoldt Denkwürdigkeiten aus dem Leben A. Klar's; Wurzbach 12, 11—14.

in universitate pragensi et director instituti pro coecis, quorum curae impense erat deditus († 1833), scripsit *die h. Apostel J. Chr.* oder die göttliche Kraft und Wirksamkeit des Christentums zum Segen der Völker, Prag 1813. — Argumentum affine tractat Engelbertus Eligius Richter in op. *die christliche Kirche* der mächtigste Schutzgeist der Staaten und Throne, Gratz 1835 ed. retractata et aucta. In Neue theol. Ztschr. (Pletz) I (1830), 153—67 agit *über die Gleichnissreden* des Herren vom Reiche Gottes. — Georgius Mart. Bergold theologiae professor wirceburgensis († 1834) disseruit *de mutua philosophiae et theologiae ad se invicem relatione,* Wirceburgi 1785. — Alter professor wirceburgensis erat Carolus Rutta Kitzingae n. 24. Dec. 1776: docuit in gymnasio rhetoricam et poësim (1806—13). Parochum etiam egit, dein factus est seminarii regens (1822), a consiliis ecclesiasticis (1824), canonicus (1832) et parochus cathedralis (1833; † 17. Sept. 1837). — Laurentius Franke praepositus (fl. 1839). — Jo. Georgius Pfister prius parochus, qui ingressus est O. Carm. in eoque functus munere prioris († 1839), collegit *Beiträge zu einem Lexikon,* aus dem man die Sprache und den Werth unseres Zeitgeistes möge kennen lernen, Würzburg 1825; iterum ed. ab J. Försch sub inscriptione *A B C des Zeitgeistes,* Passau 1872 in 8. In l. *Urteil der orient. Kirche* und ihres Patriarchen zu Cp. über die augsburgische Konfession mit einigen Bemerkungen, ib. 1827, ostendit, quam immerito protestantes ecclesiam graecam vocent sororem (Schwesterkirche); *Gedanken und Betrachtungen* über die 5 Bücher Moses, Regensburg 1828 ed. 2., cui tamen crisis deesse dicitur. Multa quoque opuscula ascetica reliquit [1]). — De Georgio Scheiblein (n. 19. Jul. 1766; † 9. Mart. 1840) cf. allg. d. Bi. 30, 699. — L. J. Schmidtmann auctor est op. *Einleuchtende medizinisch-philosophische Beweise,* daß J. Christus nach der an ihm vollzogenen Kreutzigung nicht von einer todähnlichen Ohnmacht befallen gewesen, sondern wahrhaft gestorben und darauf von den Todten wieder auferstanden sei, Osnabrück 1830.

416. Celebriores jam auctores recenseamus, qui aurorae instar sunt laetioris periodi, inter quos eminet Jo. Adamus Möhler [1]). Natus is est Igersheimii in regno Würtemberg 6. Maj. 1796. Inter condiscipulos eminuit discendi ardore et profectu, sed initio liberiorem speculandi sentiendique rationem sectabatur: nondum enim genuinam conceperat Ecclesiae catholicae ideam, cujus postea futurus erat tam eloquens apologeta [2]). Post brevem animarum curam addictus primum fuit docendis literis humanioribus (1820) graecis latinisque magno suo lucro, sed mox selectus, qui in facultate theologica tübingensi historiam ecclesiasticam cum disciplinis adnexis doceret (8. Sept. 1822). Ut se melius ad munus academicum pararet, longum prius instituit iter literarium invisens praecipuas academias per Germaniam et Austriam celebrioresque professores etiam protestantes. Adeo bene satisfecit suo muneri, ut brevi invitaretur Friburgum, Wratislaviam, Bonnam, Monasterium sub splendidis etiam conditionibus. Cathedram monacensem sibi oblatam acceptavit (1835), quod Tübingae egregio suo opere Symbolicae protestantium incurrerit offensam. In-

[1]) Cf. Schulte allg. d. Biogr. 44, 252.

[1]) Döllinger in Festrede zur 400jähr. Stiftungsf. der k. Ludwig-Max.-Universität S. 26: Wir hatten in München Möhler, welchem alle Stimmfähigen in Europa das Zeugniß geben, daß er der erste unter den lebenden Theologen seiner Kirche sei.

[2]) Cf. Al. v. Schmid Der geistige Entwicklungsgang J. A. Möhlers hist. Jahrb. XVIII (1897), 322—56; 572—99.

terpretatus est ibidem epistolam s. Pauli ap. ad Romanos, habuitque etiam praelectiones de historia ecclesiastica et patrologia, sed jam coepit languere et pedetemtim tabe confectus decessit 12. Apr. 1838. Ab amicis et cultoribus tanti viri tam cito bono Ecclesiae et theologiae erepti collatione facta erectum ei fuit insigne monumentum, cui inscripta verba: „Defensor fidei. Literarum decus. Ecclesiae solamen.“ Anima erat vere candida, modestia et comitate ornatus, egregio docendi talento praeditus, quo auditorum animos discendi ardore et amore Ecclesiae et sanae theologiae accendebat. Haec ejus opera: *Die Einheit der Kirche* oder das Princip des Katholicismus [1]), Tübingae 1825. 1843. ed. non retractata, quam ed. protestans typis dedit. Etsi in hoc opere nonnulla reperiuntur, quae minus sunt probanda, et quae ipse postmodum reprobavit: elucet tamen in eo sagacitas illa ingenii, quae splendidius semper in sequentibus operibus se prodidit. *Athanasius der Grosse* und die Kirche seiner Zeit, besonders im Kampfe mit dem Arianismus, Moguntiae 1827 t. 2; 1844, opus selectae et accuratae eruditionis, patristicae praesertim, quo etiam plura eorum, quae in priori opere aliis offensioni erant, emendat. Jam prodiit *Symbolik* oder Darstellung der dogmatischen Gegensätze der Katholiken und Protestanten nach ihren öffentlichen Bekenntnisschriften [2]), ib. 1832, opus classicum, quod excellit accurata et nitida expositione doctrinae utriusque confessionis, splendore dictionis, qua hinc quidem nobilitatem dogmatis catholici omnibus spectandam atque gustandam proponit, inde vero inconstantiam adversariorum opinionumque falsitatem aperit absque ulla stili acrimonia, ubique servata doctoris dignitate. Mirum et illo aevo insolitum habuit liber iste successum, unde ad a. 1838 quinquies fuit editus; innumeros catholicos nutantes vel indifferentes in fide confirmavit, protestantibus plurimis bonae voluntatis oculos aperuit et ad reditum in Ecclesiam perduxit, aliorum ora obturavit, sed et multorum iram excitavit. Quare nonnulli illum impugnare aggressi sunt ut Marheinike, Nitzsch etc., sed in primis Christianus Baur opere: *Der Gegensatz* des Katholicismus und Protestantismus nach den Principien und Hauptdogmen der beiden Lehrbegriffe mit besonderer Rücksicht auf Möhlers Symbolik, Tübingae 1833: cui opposuit Möhler[1]): *Neue Untersuchungen* der Lehrgegensätze zwischen den Katholiken und Protestanten, Moguntiae 1834; 1835 ed. 2; 1900 ed. 5, quam curavit Schanz. Singulis editionibus suae Symbolicae limam adhibuit; ed. 5. praesertim accurare novisque accessionibus locupletare cogitabat atque ex parte (usque ad fol. 16) perfecit, sed morte praereptus eam absolvere non potuit. Prodiit adhuc a. 1843. 1864. 1871, cui Dr. Raich adjecit *Ergänzungen* zu Möhlers Symbolik mit einem Lebensbild von Dr. Kihn; 1909 ed 7. Post ejus mortem prodierunt curante Döllinger *Gesammelte Schriften und Aufsätze*, Ratisbonae 1839. 1840 t 2, inter quae reperiuntur egregiae prorsus dissertationes de controversia s. Hieronymi et s. Augustini circa Gal. 2, 14; de epistola ad Diognetum; de s. Anselmo

[1]) Kerz Literaturzt. 1829 IV, 33—64 et 117—44.

[2]) Laude non caret *Populärsymbolik* oder Vergleichende Darstellung der Glaubenssätze der Katholiken u. Protestanten nach ihren Bekenntnißschriften, quae parum postea (Moguntiae 1843; 1850 ed. 3. prodiit auctore Jac. Buchmann theologiae licentiato et parocho in Silesia, de qua cf. Katholik XC, 56—75; Gla 1, II, 742). Sed auctor, qui bene coepit, postea occasione definitionis vaticanae de infallibilitate rom. pontificis misere defecit ad sic dictos vetero-catholicos.

[1]) Cf. Möhlers Symbolik u. ihre protestantisch symbol. Gegner, Mainz 1835, Katholik t. 54—57; Gla 1, II, 738 ss.

cantuarensi [1]); de coelibatu; de gnosticismi origine; de relatione islamismum inter et Evangelium; de statu Ecclesiae sec. XV. et XVI.; de Simonismo; de impugnatione Ecclesiae nostra aetate; continetur etiam epistola, quam nomine facultatis theologicae tübingensis ad Bautain dedit et in qua eum graviter hortatur ad concordiam cum suo episcopo (cf. Tüb. Qtlschr. XXXV, 421—52); introductio ad historiam ecclesiasticam, et fragmentum historiae antiquissimae vitae monasticae. Hanc historiam illustrare cogitaverat hujusque studio ultimis vitae annis fere unice incubuerat. Ex ejus schedis iisque sat incompletis dedit Fr. X. Reithmayr *Patrologie* oder christliche Literaturgeschichte, ib. 1840 t. 1. et unicus complectens tria priora secula. Dolendum quod Möhler ipse eam non potuerit perficere et absolvere, nam in patrologia vere eminuit; ex studio patrum adeo profecerat, ut gradatim opiniones minus probandas corrigeret et limaret atque imbueretur illa nobili concipiendi arte, quam miramur in posterioribus scriptis. Pretiosa est haec patrologia, etsi non absoluta: nova enim methodo eaque plene elaborata atque sagaci patrum genium et doctrinam rimatur, singulorum patrum imaginem ex eorum scriptis mira arte depingit [2]). Idem theologus ex ejusdem schedis pariter edidit *Kommentar* zum Briefe an die Römer, ib. 1845; demum [3]) ex schedis nonnisi discipulorum composuit Gams *Kirchengeschichte* von J. A Möhler, ib. 1866. 1867 t. 3 in 8., qui etiam anno praecedenti ejus ediderat epistolas et quaedam alia scripta minora.

417. Dignissimus Möhleri successor fuit Henricus Klee [1]) Münstermaifeldae in Borussia rhenana natus 20. Apr. 1800. Puer 9 annorum receptus est Moguntiae in seminarium. Egregiis animi dotibus praeditus discendi ardore emicuit adeo, ut in lectione patrum prope pernoctaret. Jam a. 1825 exegesis et historiae ecclesiasticae in illo seminario institutus est professor addita insuper a. sequenti philosophia. Cum editis libris mox inclaresceret, Bonnam vocatus fuit (1829), ut doceret theologiam dogmaticam et moralem, historiam dogmatum et exegesim. Multa hic passus est a factione hermesiana, cui methodus probe catholica, doctrina ex sanis Ecclesiae fontibus hausta, amor filialis erga Ecclesiae magisterium non solum non arridebant, sed plurimum nocebant. Hinc cathedram monacensem post Moehleri mortem sibi oblatam acceptavit (1839); sed jam a. sequenti 28. Jul. morte praematura sicut ille praereptus fuit scientiae theologicae. Erat Klee theologus indefessae et stupendae diligentiae et eruditionis, modestus, candidus, comis. Plurima edidit opera: *Tentamen theologico-criticum* de chiliasmo primorum saeculorum [2]), Herbipoli 1825; *die Beicht*,

---

[1]) Prodierat jam in fasc. literariis tüb. inscripta: *Anselm Erzbischof von Canterbury.* Ein Beitrag zur Kenntniss des religiös-sittlichen, öffentlich-kirchlichen und wissenschaftlichen Lebens im 11. und 12. Jahrh., a. 1827 pag. 435—97; 585—664; ita etiam aliae diss. in illis fasciculis prodierant.

[2]) Cf. Werner Geschichte der katholischen Theologie p. 554.

[3]) Plura de Möhler cf. Reithmayr in KL. VII, 189—97 et ejus bella biographia praemissa ed. 5. Symbolicae; Tübinger Quartalschr. 1838, p. 576—94; Wörner J. A. Möhler, ein Lebensbild, Ratisbonae 1866; Kihn Prof. Dr. A. Möhler, diss. paneggrica Wirceburgi 1885; praemissa l. Ergänzungen supra cit. Knöpfler J. A. M. Ein Gedenkblatt zu seinem 100. Geburtstag, München 1896 cum accurata recensione omnium ejus opp., diss. et recensionum. Cf. de his hist. pol. Blätter 117 (1896) 629—33.

[1]) Ejus frater Petrus parochus germanice vertit Jo. Milner *Briefe an einem Pfründer* als Erwiderung auf die Bemerkungen über das Papsttum von S. Sturges Pfründner und Kanzler zu Winchester Frankfurt 1829.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1827 p. 338—46.

eine historisch-kritische Untersuchung [1]) Francofurti 1828 in 8; Commentar *über das Evangelium nach Johannes* [2]), Moguntiae 1829 in 8; Commentar *über den Römerbrief* [3]), ib. 1830; *Auslegung des Briefes an die Hebräer* [4]), ib. 1833; qui quidem commentarii optimo conscripti sunt spiritu, proque suo tempore admodum utiles sed non omnibus numeris absoluti. *System der katholischen Dogmatik* [5]), Bonnae 1831 in 8., synopsis succincta theologiae in utilitatem auditorum; *Encyclopädie der Theologie,* Moguntiae 1832; *Die Ehe,* dogmatisch-archäologische Abhandlung [6]), ib. 1833; *katholische Dogmatik,* ib. 1834. 1835 t. 3; 1840; 1844; 1861 ed. 4 cum introductione doctissimi theologi J. B. Heinrich, opus eruditione stupenda patristica refertum, magna diligentia elaboratum, ingeniosum et concinnum, et licet nonnullis erroribus maculetur, spiritu probe catholico animatum, quo plurimum contulit ad restaurandum studium vere theologicum per Germaniam et excitandos theologos ad amorem theologiae dogmaticae. Nobilissime enim et sententiose proponit dogmata splendidissimaque patrum doctrina illustrat [7]). *Lehrbuch der Dogmengeschichte* [1]), ib. 1837. 1838 t. 2 in 8. Post ejus mortem edidit Himioben ex auditorum scriptis *Grundriss der katholischen Moral* [2]), ib. 1843; 1847 ed. 2.

418. Theologiae dogmaticae compendia dederunt praeter A. Warter, Viennae 1794. — Franc. X. Vock theologiae professor et capituli solodurensis decanus (n. 4. Apr. 1752; † 28. Dec. 1828), qui auctor est *institutionum theologiae dogmaticae,* Soloduri 1834 t. 3 in 8., illo aevo non adeo contemnendae, sed modo merito ob.ivioni datae; *Der Kampf* zwischen Papstthum und Katholicismus im XV. Jahrh. Eine Secularfeier der Kirchenversammlung zu Constanz, 1832 ed. 2., opus summe iniquum in primatum [3]). — Coelestinus (antea Bernardus dictus) de Koenigsdorfer OSB. in monasterio s. Crucis Donauwerdae natus est Flotzheimii 18. Aug. 1756. Sodales docuit linguas orientales, hermeneuticam, dein theologiam dogmaticam et moralem,

---

[1]) Cf. ibid. 1829 p. 85—96.

[2]) Cf. ibid. p. 724—39.

[3]) Cf. ibid 1830 pag. 698—714; Kerz Literaturzt. 1830 IV, 176—82.

[4]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1834 p. 641—61; Kerz Literaturzt. 1832 IV, 911—58.

[5]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1831 p. 660—81; Heinrich KL. VII, 743 ss.

[6]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1834 p. 336—45; Kerz Literaturzt. 1834 I, 177—205.

[7]) Cf. Werner *Geschichte* etc. pag. 587, qui de hoc opere ita pronunciat: Reiche theologische Erudition, markige Fülle und Kürze, geistreiche Fassung und Exposition der dogmatischen Materien, grosse Vertrautheit mit der patristischen Theologie und dem zufolge eine sehr ausgiebige und solide Behandlung des Traditionsbeweises, sind in Verbindung mit einer tiefgläubigen Gesinnung und strengkirchlichen Haltung die auszeichnenden Vorzüge der Leistungen Klee's, welchen jedoch manche Mängel im Ganzen und Einzelnen zur Seite gehen. Als solche Mängel werden einige incorrecte Angaben und Bestimmungen Klee's über das Verhältniss von Wissen u. Glauben, Philosophie und Theologie und die Beweisungsart des Daseins Gottes, über die Fortpflanzung der Menschenseelen, über das Loos der ungetauft verstorbenen Kinder, über die unbefleckte Empfängniss der Gottesmutter bezeichnet. Cf. ejus biographiam auctore Sausen ed. 3. dogmaticae praemissam.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1838 p. 514—29. Leonardus Rueff (Rüff, Rieff) OSB. weingartensis monasterii Buchaviensis n. 11. Febr. 1760, professor theologiae suppresso monasterio et dein parochus († 5. Febr. 1828) praeter multa minoris momenti et conciones edidit *primas lineas historico-theologicas* ad usum candidatorum s. theologiae, pp. 3. Salisburgi 1824—27, quae speciem prae se ferunt historiae dogmatum. Coepit kurze Patrologie, sed prodiit tantum fasc. morte interveniente, Sulzbach 1828. Cf. Tübinger Quartalschrift 1879 pag. 485; Kerz Literaturzt. 1825 I, 300—10; IV, 17—30.

[2]) Cf. ib. 1843 p. 678—82.

[3]) Cf. Katholik 46, 242.

et jus canonicum (a. 1785); Salisburgi (1791) physicam et aliquamdiu mathesim, quibus in disciplinis sodales juniores instituit etiam abbas factus (15. Jan. 1794). Plurimas passus est tempore bellorum calamitates, cum milites gallos iterata vice recipere et alere cogeretur. Demum et testis erat iniquae suppressionis sui monasterii 1803. Ultimos vitae diuturnae annos vixit Donauwerdae totus literis et pietatis exercitiis deditus. Vir erat egregie cultus, in variis disciplinis apprime eruditus, insignis religiosus. Praeter *theologiae in compendium redactae . . . systema*, Pappenhemii 1787, scripsit *Geschichte* des Klosters zum h. Kreuz in Donauwörth, Donauwerdae 1819-29 t. 3 in 4 v., opus egregium magnique momenti pro historia monasteriorum eorumque suppressionis ea aetate [1]). Decessit senex 16. Mart. 1840 a. aetatis 84. — Theophilus Huebpauer OSA. Bavarus natus Augiae (Au) 4. Dec. 1749, lector juris canonici et historiae ecclesiasticae in lyceo monacensi, prior et praepositus provincialis. Suppresso per Bavariam ordine factus est parochus in Hummel († 15. Maj. 1825). Proposuit [2]) assertiones *de universa theologia*, Monachii 1779—90. et etiam *conspectum* juris ecclesiastici universi publici et privati Germaniae et Bavariae usibus accommodati, ib. 1796. — Franc. Ser. Jos. Freindaller CRA. in canonia s. Floriani, qui natus est in oppido Ybbs in Austria inferiore 2. Febr. 1753, Viennae studiis operam dedit usus praeceptoribus Gazzaniga, cui cordialiter erat addictus, Bertieri, Eybel, Wurz. Aliquamdiu theologiae lectorem egit, factus deinde est in seminario linciensi generali theologiae dogmaticae prof. (1793—1803) et concionator academicus. Cathedram cum cura animarum commutavit, atque ita meruit de scholis ruralibus, ut a Francisco I. imp. honoratus fuerit magno nummo aureo. Condidit *theol.-pract. Monatschr.* 1802—5, linciensis dicta, quae adeo clero arrisit, ut quod fere inauditum in ejusmodi operibus, iterato esset edenda: eamque iterum (1807) post cessationem ob bellorum tumultum prosecutus est ad a. 1821, immutato (1812) titulo: *Quartalschrift* für die katholische Geistlichkeit. T. 34, quos complectitur pluribus diss. ditavit († 29. Dec. 1825). Composuit quoque *Skizze der christkatholischen Dogmatik* nach ächtkatholischem Lehrbegriff, Lincii 1810; 1815; Constantiae 1827, brevissima epitome; *Caji romani presbyteri* (ut videtur) *fragmentum* acephalum de canone divinorum N. F. librorum, Lincii 1803; *Handbuch* zur Ertheilung des Convertitenunterrichts nach k. k. öst. Vorschriften, ib. 1813; *über das Bibellesen* des gemeinen Mannes, Salisburgi 1815, quo se opponit noxio nonnullorum pruritui turbandi fideles rudes [1]).

419. Merito huic subjicimus duos alios viros doctos, qui et ipsi condiderunt fasciculos literarios theologicos. Primus est Jacobus Frint Bohemus n. 4. Dec. 1766, parochus aulicus (1810), director illius instituti theologici, quod ab ipso dictum est Frintaneum, demum 1827 episcopus sanct-hippolytanus († 11. Oct. 1834). Coepit ipse *Theologische Zeitschrift* 1813—25 t. 13, cui inseruit diss. plurimas. Edidit praeterea *Theoretische Religions-*

[1]) Cf. Lindner II, 143—49 Kerz Litzt. 1826 IV. 214—35; 249—72; 1829 I, 249—58. — Ejus frater Martinus (n. 20. Oct. 1752) parochus reliquit *conciones*. Cf. Rottermund VII, 673 ss.; Kir hl. Handlex. II, 449.

[2]) Cf. Revista Augustiniana 1884 I, 559; Bernard Litzt. 1826, II. Intelligenzblatt n. 6.

[1]) Cf. Černík Die Schriftsteller der noch bestehenden Augustiner-Chorherrenstifte Oesterreichs, Wien 1905 S. 32—38; Mühlbacher die literarischen Leistungen des Stiftes St. Florian p. 112—39; thes. II. rei cath. p. 258 s.

lehre oder Dogmatik [1]), Viennae 1809—13 t. 6; *einige Gedanken über das Convertiren* zur Begründung eines billigen Urtheils bei dem Rücktritte aus einer akatholischen Confession zur kath. Kirche, ib. 1822—24 t. 2 in 8; *Darstellung* der kath. Lehre vom h. Abendmal [2]), ib. 1816. 1829. *Der Geist des Christentums* von seiner wohlwollenden Seite dargestellt pp. 2, Wien 1808; 1820. Ejus *Handbuch* der Religionswissenschaft für die Kandidaten der Philosophie, Viennae 1801—6 pp. 3 t. 6, 1828 ed. 4., se minus commendat soliditate: potius nitore expositionis, sano judicio et unctione. Ex eo seorsim *Theoretische Religionslehre* oder Dogmatik, Wien 1815 pp. 2. Illud in compendium redegit Jos. Schrott episcopus auxiliaris zagabriensis inscriptum *Scientia religionis,* Viennae 1824 pp. 4. — Ejus vestigia pressit Jos. Pletz Viennensis n. 3. Jan. 1788. Juvenis 25 annorum jam directoris studiorum et bibliothecarii munere fungebatur in seminario; inde translatus est in Frintaneum ad tradendas disciplinas ad ss. literas spectantes et theologiam dogmaticam, cujus cathedram in universitate a. 1823 obtinuit. Canonicis ad s. Stephanum 1827 adlectus auctus est munere directoris studii philosophici, dein theologici, necnon referendarii apud gubernium in studiorum negotiis. Decessit parochus aulicus (30. Mart. 1840). Ferdinando imp. et Francisco Carolo archid. erat a confessionibus; hujus quoque filios in religione instituit. Vir erat pius multumque contulit ad promovenda instituta pia. Reliquit plura scripta, conciones in primis, Viennae 1820—26 t. 2; *Epistelerklärung* 1822 t. 3; 1828. Ad vitam revocavit fasciculos theologicos a Frint coeptos ediditque inscriptos *Neue theologische Zeitschrift* 1828—40 t. 26, cui aliquot diss. inseruit [1]). *Bemerkungen* über die intellectuelle und moralische Bildung des Klerikers, des heranwachsenden und des wirklichen Seelsorgers, Wien 1812.

420. Auctores minus probandi sunt: Cajetanus de Weiller Monacensis n. 2. Aug. 1761, in lyceo patrio philosophiae professor et director (1799), academiae socius (1802), qui Carolum principem regium (1812) in philosophia instituit († 1826). Reliquit plura scripta paedagogica (quorum praecipuum est *Versuch eines Lehrgebäudes* der Erziehungskunst, München 1802 t. 2), philosophica, in quibus Jacobi theorias sectatur, et quae spectant ad religionem, quam ad vagum pietatis sensum revocat, cujusmodi sunt: *Ideen zur Geschichte* der Entwicklung des religiösen Glaubens [2]), Monachii 1808—15 pp. 3 in 8; *Der Geist des ältesten Katholicismus* als Grundlage für jeden späteren, ein Beitrag zur Religionsphilosophie [3]), Sulzbacii 1824 in 8. — Victor (Georgius) Keller Ewattingae in Silva nigra n. 14. Maj. 1760 OSB. in monasterio s. Blasii, in quo varias tradebat disciplinas. Collegit magna diligentia documenta pro Germania sacra, sed jam tunc spiritum prae se ferebat rationalismo et liberalismo infectum, hinc inter sodales molestias sibi conscivit. Monasterio suppresso factus est

[1]) Die sich weniger durch Tiefe der Speculation als durch eine gewandte Darstellung, richtiges Urtheil und religiöser Wärme empfiehlt Brück 1^2, 410.

[2]) Cf. Linzer theol. prakt. Monatschrift 14, 121—28. Plura de ipso cf. in fasc. theol. ed. Pletz 1836 II, 210—47; 1837 I, 262—64; II, 386—90; Wurzbach IV, 366; allg. d. Biogr. 8, 91.

[1]) Cf. Seback Dr. J. Pletz eine biographische Skizze, Viennae 1841; Wurzbach XXII, 432.

[2]) Cf. Felder Litzt. 1810. I, 285—300; 1813 II, 267—84; 1815 II, 109—125.

[3]) Cf. Brander, Kritisches Journal für das katholische Deutschland 6, 131—42; Kerz kath. Literaturzt. 1824 III, 52—126. Alia ejusdem opera cf. apud Waitzenegger Gelehrten- und Schriftstellerlexikon II, 493 ss.

parochus Araviae (Arau), ubi nimis familiariter conversatus est cum rationalistis, speciatim cum Zschokke. Si non auctor est famosi l. *Stunden der Andacht* [1]), saltem operam suam ad illum contulit. Edidit plura ut *Katholikon für Alle,* unter jeder Form das Eine, Aarau 1824; 1832 ed. 3. plenum injuriis in primatum et catholicam religionem; *Goldenes Alphabet* specimen lexici philosophici, theologici, politici, Friburgi 1830 t. 2. Ex ejus schedis plura edidit Barbisch Friburgi 1830 t. 2, praemissa vita auctoris, qui decesserat 7. Dec. 1827. — Pejoris adhuc spiritus erat Joan. B. Ignatius Haeberlin n. 27. Jul. 1760, parochus et commissarius episcopalis Friburgi in Brisgoja, qui eodem cum V. Keller obiit a. 15. Mart. 1827. Erat adversarius jurium primatus, seminariorum et coelibatus. — Car. Jos. de Wreden Manheimensis (n. 1761; † 1829) variis in aulis spiritu Ecclesiae infenso imbutis functus altis muneribus, demum episcopus designatus est moguntinus, sed a Leone XII. merito rejectus.

421. In primis vero mentio facienda est Georgii Hermes, qui natus est in Dreyerwalde oppido Westphaliae 22. Apr. 1775. Puer oves pascebat, sed parochus loci bene de eo sperans ipsum instituit, ut studiis vacare poterit. Theologiae studio ideo se in primis dedit, ut, quemadmodum ipse fatetur, argumentis plene de Dei exsistentia convinceretur, cum ea, quae in philosophia audierat, sibi non satisfecerint. Spe frustratus, neque ex libris vel aliorum philosophorum systematibus neque ex familiari cum aliis colloquio de vi argumentorum, quae afferri solent, convictus: statuit proprio conatu et industria, ad firmam ejusmodi convictionem rationalem pervenire, ideoque, ut ea inconcussa redderetur, omnia in dubium vocare iis exceptis, quae negare omnino non posset, apud se constituit. Impense prorsus et indefessa assiduitate huic investigationi institit, nullaque alia occupatione ab ea se distrahere permisit, noctesque integras in philosophando transegit. Fructum primum suae inquisitionis, quae ei unice apta et tanto problemati solvendo par videbatur, et cui etiam vacabat munere fungens professoris in gymnasio (1799—1807), exhibuit in *Untersuchung über die innere Wahrheit des Christentums,* Monasterii 1805; hinc a. 1807 dictus est professor theologiae dogmaticae Monasterii. Continuatis studiis magna animi contentione demum prodiit *Einleitung* in die christkatholische Theologie 1. Theil, philosophische Einleitung [1]), Monasterii 1819; 1831 ed. 2., cui subjecit *Studirplan der Theologie,* ib. 1819. In hac priori p. tria inquirit: 1. utrum homini possibilis sit certa cognitio veritatis; qua via acquiratur et an obtineri ea possit etiam quoad religionem christianam; 2. sitne Deus et qualis; 3. sitne possibilis revelatio supernaturalis et sub quibus conditionibus censeri debeat facta? 2. Th. positive Einleitung, ib. 1829; 1831, qua probare intendit, religionem christianam esse revelatam eamque esse religionem catholicam. Ex quinque sectionibus, quibus hanc demonstrationem conficere cogitavit, prodiit tantum prima, qua authentiam librorum N. T. probat. Cathedram sibi ab universitate

[1]) Opus hoc plane rationalisticum illo tempore adeo incredulo saepissime fuit editum; ed. 29. Arau 1852 t. 6; 1858 t. 8, hinc vulgatissimum, etiam inter catholicos. Impugnatum fuit a multis. Ita prodiit: *Die Stunden der Andacht ein Werk* des Satans mit Anmerkungen, Solothurn 1820-21 fasc. 3. Cf. Gla II, 1, 278 s.; Braunmüller KL. VII, 364 ss. Alius ab eo est Petrus Eduardus Keller n. Hechingae 18. Oct. 1763 parochus et decanus, commissarius episcopalis et regens seminarii moersburgensis († 13. Mart. 1817), cujus quaedam minoris momenti supersunt, quae recenset Rotermund VII, 470.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1820 p. 28—38.

wratislaviensi, quae eum doctoratus laurea ornaverat, oblatam recusavit, bonnensem vero (1820) acceptavit, magnoque discipulorum plausu rexit. Anno 1825 adlectus est capitulo cathedrali coloniensi cum onere aliquoties per annum assistendi chori functionibus. Magna fuit ejus in universitate bonnensi auctoritas eoque agente variae in facultate cathedrae ab amicis vel discipulis suo spiritu infectis regebantur, atque plura jam seminaria et sacerdotes pervasit ejus sentiendi ratio favente vel ipso archiepiscopo Spiegel, unde satis potens erat ejus schola et factio. Studio nimis intenso et nocturno exhaustus languere coepit decessitque[1]) omnibus morientium sacramentis susceptis 26. Maji 1831. Ceterum ipse fuit vir integerrimis moribus, ut Gregorius XVI. de eo dicit, qui bona intentione ducebatur, sed non bene institutus in sana philosophia et theologia, quod non mirabitur qui tristem theologiae et Ecclesiae conditionem per Germaniam illa aetate consideret. Post ejus mortem prodiit cura J. H. Achterfeld *christkatholische Dogmatik*, ib. 1834 t. 3.

422. Haec et ipsius introductio magnas excitavit literarias controversias, demumque post rigidum, accuratum et diuturnum examen damnatae fuerunt a Gregorio XVI. speciali brevi[2]) 26. Sept. 1835, quod scil. judicio congregationis »evanuerit auctor in cogitationibus suis, pluraque in dictis operibus contexuerit absurda et a doctrina catholicae Ecclesiae aliena, praesertim vero circa naturam fidei et credendorum regulam; circa s. Scripturam, traditionem, revelationem et Ecclesiae magisterium; circa motiva credibilitatis; circa argumenta queis exsistentia Dei adstrui confirmarique consuevit; circa ipsius Dei essentiam, sanctitatem, justitiam, libertatem ejusque finem in operibus, quae a theologis vocantur *ad extra*; necnon circa gratiae necessitatem ejusdem ac donorum distributionem, retributionem proemiorum et poenarum inflictionem; circa protoparentum statum, peccatum originale ac hominis lapsi vires; eosdem libros tamquam continentes doctrinas ac propositiones respective falsas, temerarias, captiosas, in scepticismum et indifferentismum inducentes, erroneas, scandalosas, in catholicas scholas injuriosas, fidei divinae eversivas, haeresim sapientes ac alias ab Ecclesia damnatas, prohibendos et damnandos esse censuerunt.« Asseclae Hermesii agnoscentes erroneas esse sententias, quae ipsi vitio vertebantur, more Jansenianorum usi sunt effugio, eas non doceri ab auctore, ideoque quendam Pseudo-Hermesium ex linguae et philosophiae hermesianae inscitia fabricatum damnatum fuisse. Eorum praecipui Braun et Elvenich Romam profecti magistrum nisi sunt tueri, sed frustra[1]). Interim plurimi prodierunt

[1]) Cf. Esser Denkschrift auf G. Hermes 1832 (panegyris Hermesii); Droste, qui in Zeitschrift für Philosophie u. katholische Theologie 1832 fasc. 1 pag. 1—29 splendidum ejus encomium exhibet; Reusch d. Biogr. 12, 192—96; Mattes Kirchenlex. V[1], 127—36; Kessel ib. V[2], 1875—99, Brück Geschichte der katholischen Kirche in Deutschland II, 485 ss.

[2]) In eo nominatur t. 1. theologiae dogmaticae; tamen t. 2. et 3. etiam examini subjecti fuerunt, unde »ad dubium quodlibet praecidendum de damnatione integri operis,« declaratum fuit 7. Jan. 1836, damnationem referri ad integrum opus.« Utrumque decretum confirmavit Pius IX. 25. Juli 1847. Alia acta ad hanc controversiam spectantia cf. apud Roskovány IV, 149—57; Werner 405 ss.

[1]) Cf. de hisce Elvenich, *Acta Hermesiana*, quae compluribus G. Hermesii libris a Gregorio XVI. S. P. per literas apostolicas damnatis ad doctrinam Hermesii hujusque in Germania adversariorum accuratius explicandam et ad pacem inter contrarias partes Deo juvante restituendam scripsit, Göttingae 1836. Contra ea edidit W. Zell *Acta antihermisiana*, quibus l. dictus Acta Hermesiana etc. dilucidatur ac refutatur, Sittardiae 1838, Ratisbonae 1839 ed. auctior, quibus osten-

libri sive pro illius doctrina vindicanda, sive ad eam refellendam tuendamque sententiam romanam. Ita pro Hermesio steterunt Baltzer in *literarum ss. doctrina* de conditione morali, in qua primi homines ante lapsum et post eundem vixerunt, Wratislaviae 1831; et in ejusdem *apologia*, Bonnae 1832; Achterfeld, Jo. Guil. Josephus Braun, de quo infra, Elvenich *de Fichtii idealismo* deque ejus discrimine ab Hermesii realismo, Wratislaviae 1832; Jo. O. Ellendorf, de quo infra, Droste-Hülshoff, Jo. Henr. Lentzen, parochus[1]); J. J. Rosenbaum professor theologiae dogmaticae (1825) in seminario trevirensi (n. 17. Jan. 1798; † 13. Apr. 1867) *über Glauben*, ein Beitrag zur Rechtfertigung der Lehren des Prof. Hermes über diesen Gegenstand, zunächst gegen den demselben gemachten Vorwurf der Unkirchlichkeit[2]), Treviris 1833; Fr. X. Biunde, Jo. Jac. Kreutzer parochus[3]) (†1860); Volkmuth (qui defecit ad veteres catholicos, † p. 1869): *Kantius cum Hermesio* in philosophia theoretica comparatus, Wratislaviae 1834; L. Neumann, professor in seminario trevirensi[1]), *Erläuterungen* der hermesischen Einleitung etc., Treviris 1835; Ant. Lutterbeck, *Apologie* des sogenannten Hermesianismus wider einige arge Missverständnisse Mehrerer seiner Angreifer und Vertheidiger, Monasterii 1835: Guil. Esser[2]), Greensborough, Klövekorn, Niedner, Frid. Adelstan, Ed. Michaelis, H. J. Stupp[3]) in l. *die letzten Hermesianer*, ein Beitrag zur Kirchengeschichte des XIX. Jahrh., Siegen et Wiesbaden 1844, qui libellus iterum innumeris libellis et dissertationibus ultro citroque occasionem praebuit; P. P. Frank. Praesertim vero fasc. literariorum bonnensium, qui ab a. 1832 opera professorum universitatis bonnensis prodire coeperunt, scopus fuit Hermesii principia et doctrinam tueri. Secundum ejus principia scripserat jam antea B. J. Pfitzner († p. 1830) *Glaube und Gefühl* oder unmittelbares Wissen als Bürgschaft für die Wahrheit in göttlichen Dingen beleuchtet. Briefwechsel zweier Katholiken, Wratislaviae 1830.

423. Hermesii opiniones verbis vel scriptis impugnarunt Alex. Sieger, et quidem omnium primus, de cujus

---

dit statum quaestionis fallaciter ab Hermesianis proponi eosque via Jansenianorum incedere. Quo in l. tamen plura desiderantur, quae formam, judicium, stilum spectant. Cf. Katholik 75 (1840), 190. Braun et Elvenich ediderunt deinde *acta romana*, Hannoverae et Lipsiae 1838, in quibus rationem reddunt sui itineris romani; quibus addantur: *Meletemata theologica*, ib. 1838, quorum scopus est, uberius secundum sensum Hermesii explanare doctrinas illas, quas breve apostolicum damnavit; sed. Frid. Lange opposuit *novas annotationes* ad acta hermesiana et acta romana, ad causam hermesianam denuo illustrandam, Moguntiae 1839, opus insigne et commendatione dignum.

[1]) Disseruit hic Erkennen und Glauben mit besonderer Berücksichtigung des Clemens von Al. und des Anselmus v. C., Bonn 1848; de Pelagianorum doctrinae principiis, Coloniae 1833. Natus est 19. Dec. 1802; † 17. Jun. 1875. Cf. Reusch A. d. Biogr. 18, 269.

[2]) Cum damnationi errorum Hermesii se non subjecisset, cathedra motus est (1842), factus tamen est parochus, decanus, imo et canonicus. Cf. allg. d. Biogr. XXIX, 201; Gla I, p. 2. passim.

[3]) Cf. ejus opera passim apud Gla I, p. 2.

[1]) Hujus etiam sunt *Psalmi Vulgatae ed.* e fonte hebraeo notisque illustrati. Treviris 1835 in 8.

[2]) G. Esser patria fuit Durensis n. 21. Febr. 1789, atque operam dedit philosophiae Bonnae, eamque ibidem, dein professor Monasterii professus est († 6. Oct. 1854). Scripsit *Denkschrift auf Hermes*, Köln 1832, in quo exposuit Hermesii systema; *Fr. v. Fürstenberg*, dessen Leben und Wirken nebst seinen Schriften über Erziehung und Unterricht Münster 1842. plura opera et praesertim programmata philosophica; Cf. Rassmann I, 101.

[3]) Cf. Gla passim l. II: Kessel KL. V. 1896.

opp. infra agemus — Jac. Nic. Moeller — Franc. Jos. Seber, de quo cf. supra p. 885 — Hast in *Hauptmomente* der Hermesischen Philosophie oder Beleuchtung der philosophischen Einleitung etc., Monasterii 1832; *über das Fürwahrhalten* der theoretischen und das Fürwahrhalten der praktischen Vernunft im Hermesischen Systeme, Monasterii 1832; Geiger, Jansen, Hilgers, Eduardus Herzog († 1867, de quo infra), edito l. *der Mensch,* die Kirche und das Hermesische System nach seinem Grundcharakter, Nissae et Lipsiae 1836, solida ejus refutatio — Hoffmann, Seling[1]) in ll. *über Hermes,* Hermesianer, Hermesianismus; Bemerkungen zu der Klövekorn'schen Schrift gleichen Namens (Osnabrugae 1838 ib. 1838; *Ueber die Einheit Gottes* und mehreres Andere mit Rücksicht auf das hermesische System und dessen Gegner, ib. 1838. — J. M. Meckel professor in seminario trevirensi (fl. 1838). — A. Kreutzhage († 1848) in *Beurtheilung der Hermesischen Philosophie* mit Beziehung auf das Verhältniss der Philosophie zum Christenthum[2]), Monasterii 1838, bona censura. — Gregorius Thomas Ziegler (contra quem scripserunt Engelbert Reber et Blumenbach); Kloth, Nellessen, Volkmuth, Guido Goeres, F. X. Werner in op. *Der Hermesianismus* vorzugsweise von seiner dogmatischen Seite dargestellt in Briefen zweier theologischer Freunde, Ratisbonae 1845, quod prodiit sub nomine ficto Myletor[3]) — Guil. de Schütz — Guil. Arendt — Conradus Martin († 1879) sub nomine Frid. Lange in novis annotationibus ad acta hermesiana, Moguntiae 1839 — in primis vero Perrone in suis praelectionibus, Kleutgen in *Theologie der Vorzeit.* Quibus addantur tot viri docti, qui pugnarunt contra illum in fasciculis literariis *Katholik* inscriptis vel in foliis ecclesiasticis, quae Aschaffenburgi prodierunt, vel in foliis literariis pro catholicis magistris religionis ed. Mastiaux[1]) etc.

424. Denique probandus non est Jo. Henricus Pabst n. 25. Jan. 1785 Lindaviae ditionis moguntinae. Professione erat medicus, vitam tamen duxit ab a. 1815 austeram, remotam a mundi turbis ac religiositati deditam († 28. Jul. 1838). Cum philosophiae et theologiae studio delectaretur, familiaritatem iniit Viennae, ubi degere solebat, cum Günthero, ejusque principiis et ideis fuit imbutus, imo haud parum contulit ad ejusdem systema evolvendum, expoliendum, promovendum, eique stilum et calamum suppeditavit: unde etiam cum illo vel secundum illius systema quaedam edidit opera: *Die Januskö̈pfe* für Philosophie und Theologie[2]), Viennae 1833, cujus pars prior est ipsius, in qua adversus Hoffmanni censuram tuetur suum primum opus güntherianis ideis infectum: *Der Mensch und seine Geschichte,* ib. 1830; 1861 contra Grävell kantianum philosophum; *Gibt es eine Philosophie des Christenthums?* eine Frage über Leben und Tod des XIX. Jahrh., ib. 1832; *ein Wort über Ekstase,* ib. 1834, occasione op. Cath. de Emmerich de passione Christi; *Adam und Christus,* zur Theorie der Ehe, ib. 1835.

425. Reliqui adhuc sunt aliqui ex aliis nationibus: A. F. Namiesky,

[1]) Joa. Martinus Seling parochiae osnabrugensi addictus († 1863) plura alia reliquit philosophica et polemica, ut *Wir sollten der hl. Schrift widersprechen* und keinen festen Grund haben? Osnabrück 1830 adv. K. Fr. Meyer pastorem.

[2]) Cf. Werner pug. 420—4.

[3]) Cf. Werner pag. 415—20.

[1]) De libris in hac controversia ultro citroque editis cf. Roskovány IV, 643—56; VI, 734 ss.; Gla I, 2, 355 ss. De auctoribus plerisque pro et contra redibit sermo infra.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1834. p. 522—39; Prantl allg. d. Biogr. 25, 41.

cujus sunt: *Christus und Moses,* für und gegen die Juden, Viennae 1817—23 t. 5 in 8; *das Wunder der christkatholischen Religion,* ib. 1814; *Was und welches ist die wahre Religion,* ib. 1825 in 8; *die Macht* und das Ansehen der Kirche, eine mächtige Stütze des Staates, ib. 1824. in 8. — Carolus Thil OSA. Polonus, erat s. theologiae magister, Germaniae assistens et praefectus bibliothecae angelicae, examinator episcoporum, consultor congr. Indicis et professor locorum theologicorum in archigymnasio romano († 1829). Publici juris fecit exercitationem theologicam *de locis* seu fontibus *theologiae* ll. 3, Romae 1840. — Isid. Ladislaus Guzmics OSB. de monte Pannoniae, Hungarus, n. 7. Apr. 1786 in Jánosfa, professor erat theologiae dogmaticae in suo monasterio (1815), academiae hungaricae sodalis et 1832 abbas de Bakonybél († 1. Sept. 1839). Reliquit praeter varia scripta irenica et ad literas spectantia [2]), lingua patria *theologiam christianam fundamentalem,* Jaurini 1828; *theologiam dogmaticam,* ib. 1828. 1829 t. 3 in 8. — Alexius Jordánszky Cassoviensis n. 15. Sept. 1765, theologiae in lyceo tirnaviensi professor, canonicus posoniensis, dein strigoniensis, demum 1830 episcopus auxiliaris († 17. Febr. 1840), vir erat admodum eruditus et literarum cultor. Multa ipse variis in linguis vel edenda curavit vel ipse edidit, inter quae *biographias* veteres s. Martini turonensis E. C., Posonii 1817; *de haeresi abjuranda* quid statuat Ecclesia catholica? adversus paschale a. 1821 academiae regiomontanae in Prussia programma disquiritur et s. synodo nationali posoniensi substernitur, Posonii 1822, contra Wald, qui absurdam quandam gravissimisque erroribus a sensu Ecclesiae atque a sana ratione deviis scatentem fidei formulam vulgaverat tamquam olim ab iis, qui haeresi nuncium misissent sacraque catholica amplecti voluissent, fuerit exacta. Non siluit Wald edito l. *Ueber die Verschiedenheit* der römischen und jesuitischen Convertiten-Bekenntnisse, 1822, cui tamen bene respondit [1]) Brunquell (p. 879). Porro opus auctoris nostri admodum eruditum magnae est utilitatis pro historia reformationis per Hungariam. — Adeodatus Babikian Dsulfae (Tschugha) in Persia natus, unus fuit ex patribus mechitaristis, qui a. 1773 Venetiis Tergesten recesserunt ibique novam congregationem fundaverunt. Anno 1800 Adeodatus a Pio VII. dictus est archiepiscopus titulo Eczmiadziui in p. i., et a. 1802 electus in abbatem generalem congregationis. Ob pericula undique bellicis illis temporibus congregationi impendentia coactus est alibi confugium inquirere illudque Viennae ex Francisci I. imperatoris gratia invenit (1810), et exinde reflorescere coepit religiosa illa familia. Etsi senex non cessabat sodales juniores theologiam dogmaticam et moralem docere, in quorum utilitatem Billuarti tractatus armenice vertit, ex quibus duo de Deo et de angelis Tergestae 1788 t. 2 prodierunt; *Summa Summae* s. Thomae seu epitome theologiae universalis C. Ren. Billuart palaeo-armenice, Tergestae et Viennae 1810—13 t. 3; in fine t. 3. adjecit explicationes plurium vocabulorum, quae in aliis vocabulariis raro inveniuntur. Decessit [2]) 80 a. natus Viennae 18. Apr. 1825.

426. Praeter tot alios, quos hactenus jam laudavimus, philosophiam excoluerunt, Jos. de Weber 23. Sept. 1753 Bavarus, Dillingae (1781) philosophiae et physicae professor, canonicus augustanus (1821), capituli de-

[1]) Cf. Wurzbach 21, 156; Zeitschrift für Philosophie und kath. Theologie 1838 III, 227 ss.

[2]) Cf. Scriptores OSB. pag. 156.

[1]) Cf. Katholik 1824. XII, 314—39.

[2]) Cf. Scriptores OSB. pag. 8.

canus et vicarius generalis († 14. Febr. 1831). Feracissimus erat scriptor: numerantur ultra 100 ejusdem scripta [1]), inter quae 17 philosophica. Inter alia scripsit *Philosophie, Religion und Christentum* im Bund zur Veredlung und Beseligung des Menschen, Monachii 1806—11 fasc. 7 in 8. Adversus Stattler acerrimum kantianae philosophiae impugnatorem edidit *Versuch*, die harten Urtheile über Kant'sche Philosophie zu mildern etc., Würzburg 1793, quo l. sicut et aliquot diss. haud paucorum merito incurrit offensionem [2]). — Jo. B. Lechleitner Ci. in monasterio stambsensi (n. 1. Apr. 1764; † 27. Oct. 1840) integrum elaboravit *philosophiae cursum* [3]), Bulsani et Oeniponti 1820—39 t. 6. — Florianus Meilinger OSB. in monasterio benedictoburano Landshuti n. 29. Nov. 1763, philosophiae fuit professor Salisburgi (1801), dein (1803) Passaviae, inde translatus in lyceo monacensi (1807), cui et director praefuit (1823); 1828 rectorem universitatis egit. Annos 47 transegit [4]) in juventute erudienda partem etiam habuit in filiorum regiorum institutione († 30. Nov. 1836). — Andreas Metz (n. 7. Dec. 1767; † 7. Dec. 1839) sacerdos et philosophiae in universitate wirceburgensi Kantii sectator, plura opera philosophica latine et germanice edidit [1]). — Thaddaeus Rixner OSB, in monasterio mettensi Tegernseensis (n. 3. Aug. 1766; † 10. Febr. 1838) philosophiae professor Ambergae, academiae monacensis socius, praeter alia philosophica [1]) composuit *Handbuch der Geschichte der Philosophie,* Sulzbach 1822 t. 3; 1829 ed. aucta t. 4. a Vict. Phil. Gumposch, *Geschichte der Philosophie der neueren und neuesten Zeit,* ib. 1850. *Gesch. der Philosophie bei den Katholiken* in Altbaiern, bayerisch Schwaben und Franken, München 1835. — Joannes Montaigne Sulpic. Gallus n. 28. Sept. 1759, theologiae professor erat Tolosae et Lugduni. Parisios vocatus est, ut esset in magno seminario studiorum praefectus. B. Magd. Sophiae Barat institutrici novi sodalitii erat a consilio, quem ipsa maximi fecit († 12. Mart. 1821) [2]). Reliquit *Institutionum philosophicarum cursum,* Parisiis 1808 t. 3 in 12; saepe editum 1821; 1824 etc. Est hic cursus ed. retractata et emendata philosophiae lugdunensis auctore Jos. Valla sodali, sed ardenti Jansenista (de quo cf. supra p. 316) 1782; 1788 t. 5, quae complectebatur etiam physicam [3]). Edidit quoque opus posthumum *de exsistentia Dei* D. Legrand (cf. supra p. 62) cum hujus auctoris notitia. — Andreas Draghetti SJ. Novarrinus (n. 22. Sept. 1736; † 1825) Mediolani philosophiae professor praeter *psychologiae* specimen, Mediolani 1771—72 pp. 3 elucubravit et *Ethicam,* Regii 1818 t. 2. — Jo. Nep. Adami SJ. Hungarus Chemnitii n. 26. Jun. 1738 philosophiae morum professor († 25. Maj. 1821) disputavit in systemate antiphilosophico *de origine civitatis,* Posonii 1801.

[1]) Cf. Schmid Domdekan J. v. Weber. Eine kurze Geschichte seines Lebens und Wirkens, Augsburg 1831; Specht Gesch. der königl. Lyc. Dillingen, Regensburg 1904 praesertim pag. 144 ss.; Reusch allg. d. Biogr. 41, 346—20; Werner Geschichte der kath. Theologie p. 291; Waitzenegger Lex. II, 482—92.

[2]) Alius est a Car. Jul. Weber laico, hierarchiae hoste, qui inter alia scripsit: *Das Papsttum und die Päpste* inter opera omnia (Stuttgart 1834—45 t. 30) t. 1—3; *de monachis et monasteriis* etc. (n. 16. Apr. 1767; † 20. Jun. 1832). Cf. Mendheim allg. d. Biogr. 41, 334—39.

[3]) Cf. Werner op. cit. p. 340; allg. d. Biographie 18, 105; Xenia Bernard. III, 388.

[4]) Cf. Lindner I, 149, qui ejus recenset opera.

[1]) Cf. Prantl allgemeine deutsche Biographie 21, 528.

[2]) Cf. Lindner II, 37; Prantl allg. d. Biogr. 28, 715.

[3]) Cf. Bertrand II, 54—57.

II. Disciplinae ad ss. literas spectantes.

427. Cum increduli audacius semper vel revelationis fundamenta aggrederentur, ideoque etiam s. Scripturam, et rationalistae crisi sua effrena et arbitraria vel numerum librorum inspiratorum in dies minuerent, vel modo hanc modo aliam eorum partem in dubium vocarent, exciti fuere plures viri eruditi, ut introductionem in s. Scripturam majori diligentia, soliditate, accuratione ac antea excolerent. Huic studio et industriae plura debemus opera, quae etsi nondum omnibus numeris absoluta neque semper spiritu probe catholico sint animata, profectum tamen portendunt hac in disciplina. Insigne opus elaboravit Franc. Jos. du Clot, eruditus sacerdos dioecesis genevensis (n. 1745; † 1821), inscriptum: *La s. Bible vengée* des attaques de l' incrédulité et justifiée de tout reproche de contradiction avec la raison, avec les monuments de l' histoire, des sciences et des arts, la physique, la géologie, la chronologie, la géographie, l' astronomie etc., Lugduni 1816 t. 6 in 8; 1824; 1855 t. 3 in 8., quo in opere in primis refellit Voltaire hujusque increduli aperit errores, sophismata, inconstantiam malamque fidem; erudite disserit de variis argumentis, de creatione, mundi antiquitate, peccato originali, de animae immortalitate, superstitionum originibus, de variis systematibus geologicis, de diluvio, de chronologiis variorum populorum etc. Saepius fuit editum hoc opus atque in varias linguas versum; italice prodiit Brixiae 1822 t. 6; 1826; Florentiae 1823; hispanice Matriti 1825. 1826 t. 8 in 8. interprete Gregorio Gisbert (n. 24. Jan. 1779) canonico matritensi, aliquamdiu vicario generali archiepiscopi burgensis, dein mathesis et geographiae professore. Aliud Du Clotii opus est *Explication* historique, dogmatique et morale de toute la doctrine chrétienne contenue dans le catéchisme du diocèse de Genève, 1796 t. 7 in 8; 1821.

428. Tossano Felici Jolly tribuitur *le Mémorial* de l' Ecriture-sainte 1825. 1826 t. 4 in 12. latine et gallice, quod ab eruditione laudatur. Sed cum illius nullam plane cognitionem habeamus, nescimus, cui disciplinae sit ipsum addicendum. Ceterum Jolly n. est 30. Maj. 1759 induitque habitum can. reg. s. Genovefae. Vir erat vere religiosus virtutisque exemplar. Aliquamdiu docuit sodales theologiam, sed suppressa canonia castellionensi ad Sequanam, cujus erat prior (1791), se abdidit; imo terroris tempore fuga salutem quaerere est coactus. Post concordatum in seminario trecensi gratis theologiam docuit et s. Scripturam est interpretatus. Decessit 14. Oct. 1829 magni factus ab episcopis et clero, cui erat ob suam pietatem et eruditionem a consiliis. Cf. Bi. univ. 68, 198. — De Andrea Fr. Oberleitner OSB. in monasterio scotensi professore linguarum orientalium et exegesis in academia viennensi (12. Jan. 1789; † 10. Jul. 1832) viro magnae spei ab omni fastu alieno cf. Scriptores OSB. p. 323. — F. G. Weikard edidit *Bibelkunde* oder gründliche Belehrung über die zum Verstehen der h. Schrift nöthigen Gegenstände; Handbuch für jeden gebildeten Christen, Sulzbacii 1830 in 8. — Othmarus Frank OSB. in abbatia banthensi, n. 8. Maj. 1770, in monasterio theologiae lector (1795) et bibliothecae praefectus, in linguis orientalibus erat versatus. Expensis gubernii Parisios (1813), deinde Londinum (1814) se contulit pro studio linguae sanscriticae. Anno 1821 designatus est professor linguarum orientalium, indicae praesertim et persicae in universitate wirceburgensi, inde Monachi-

um vocatus (1826) ad docendam linguam sanscriticam († 16. Sept. 1840). Socius erat academiae monacensis et plurium societatum asiaticarum. Praeter opera de lingua sanscritica et diss. spectantes ad literaturam et mythologiam Indorum, quas cf. Lindner II, 225—7, edidit l. inscriptum: *Der biblische Orient,* Monachii 1820 in 8; cf. Leskien allg. d. Bi. 7, 260. — Jo. Bapt. (Car. Antonius in baptismo appellatus) Stoppani O. Praem. in canonia strahoviensi, Dresdensis (n. 22. Sept. 1778; † 4. Jun. 1836), hermeneuticae lector, magister novitiorum et prior, vir valde doctus praeter theses, quas ex praescripto regiminis quotannis (1806-12) edidit, inseruit plures diss. fasciculis theologicis, quos Frint condiderat, ex. gr. *Lehrten Jesu und seine Apostel* das nahe Ende der Welt und die baldige Wiederkunft des Messias auf Erden (t. 1. fasc. 1)? *Einige Ideen* zur Beurtheilung des moralischen Theiles des A. B. (t. 2 fasc. 2); *Etwas über die Vorliebe Jesu* für die israelitische Nation (IV fasc. 1). Cf. Wurzbach 39, 180 ss.; Goovaerts II, 209. — Joannes Allemand (n. 19. Nov. 1799; † 9. Aug. 1833) se dedit studio linguarum orientalium, ut melius assequeretur sensum Scripturae, quam interpretabatur in seminario romano. Erat consultor congr. Indicis et socius academiae religionis. Vir erat sagacis ingenii et bene versatus in literatura biblica. In ep. cuidam discipulo inscripta ed. 1834 absque auctoris nomine dehortatur s. Scripturae studiosos, ne nimis tribuant interpretationi hieroglypharum celebris Champollion pro exegesi biblica. Erat Jo. Franc. Champolllion (n. 1790; † 4. Mart. 1832) vir apprime eruditus in linguis orientalibus et antiquitatibus aegyptiacis, quarum illustrationi totum se impendit. Indefessa sagacitate et scrutandi studio inscriptiones hieroglyphicas interpretari est conatus clavemque se demum pro earum explicatione reperisse est gloriatus. (Cf. Feller II, 453; H. Hartleben, Champollion, s. Leben und s. Werk, Berlin 1906). Ejus studiis multum tribuit Franc. de Bovet Gratianopolitanus (n. 21. Mart. 1745), episcopus (1789) sistaricensis (Sisteron), qui terroris tempore coactus est Gallia secedere, confugitque in Helvetiam, dein in Italiam, Germaniam, Angliam. Aegre et nonnisi a. 1812 se abdicavit episcopatu, etsi id postulaverat Pius VII. pro ineundo concordato. Factus est a. 1817 archiepiscopus tolosanus, propter affectam tamen valetudinem sedi suae renunciavit contentus canonicatu s. Dyonisii († 6. Apr. 1838 a. aetatis 93). Erat et ipse apprime eruditus in antiquitatibus aegyptiacis scripsitque *Histoire des derniers Pharaons* et des premiers rois de Perse selon Hérodote tirée des livres prophétiques et du livre d'Esther, 1835, quae est continuatio op. Guerin du Rocher (p. 304), sed ea eruditis non arrisit, quod nimis audacter testium historicorum auctoritatem in dubium vocet; *Esprit de l'Apocalypse,* Parisiis 1840 in 8., opus quod laudatur. Cf. Feller II, 158. — Coelestinus Spegele Bavarus, universitatis ellwangensis rector (1812) et professor studii biblici, dein parochus (n. 2. Apr. 1761; † 29. Mart. 1831) disseruit *de studio biblico* a catholicis nunquam penitus neglecto, Gamundae 1813. — Canonicus Lanzoni admodum erudite disseruit *de sublimitate* divinarum Scripturarum ex consimilibus locis (scriptorum graecorum et romanorum) illustrata, Veronae 1830—43 t. 4 in 12. Primo tomo adjecit archaeologiae epitomen.

429. Introductioni in s. Scripturam operam dederunt praeter Thomam Moralia OSA. Ligurem, in romana Sapientia s. Scripturae professorem et angelicae bibliothecae praefectum († 1830), cujus est *introductio* in s. Scripturam t. 3 in 8. — Florianum Kudrewicz O. S. Bas. Polonum in academia cracoviensi theologiae professo-

rem († 1834), cujus sunt *compendium hermeneuticae,* Cracoviae 1817; *introductio in ll. N. T.,* ib. 1821; et conspectus exegesis apud Hebraeos (polonice) in fasc. literariis cracoviensibus 1818 t. 5. — Andreas Bened. Feilmoser quondam OSB. in abbatia fiechtensi, qui natus est 8. Apr. 1777 in pago Hopfgarten comitatus tirolensis. Etsi juvenis jam a. 1800 clericos sodales exegesim docebat, imo 1801 novitiorum magistrum agebat. Theologiam moralem docebat 1802 et historiam ecclesiasticam 1803, qua occasione theses propugnandas proposuit, quibus sibi et monasterio magnas conscivit molestias. Merito enim displicuit quod statueret, ll. Job, Jonae, Tobiae et Judith esse tantum carmina didactica, et quod theses ex theologia ethicam kantianam olerent. Tiroli a Bavaris occupata, a novo gubernio ad cathedram linguarum orientalium et introductionis in V. T. (a. 1806) in universitate oenipontana, deinde et exegesis (1808) promotus fuit. Post victorias Andreae Hofer captus fuit, sed recuperato a Bavaris Oeniponte, cathedram recepit. Suppressa abbatia vestem quoque religiosam exuit. Saepius instauratae fuere querelae contra ejus malesanam doctrinam, unde libenter acceptavit cathedram exegesis N. T. in universitate tübingensi sibi oblatam 1820, ibique decessit [1]) 20. Jul. 1831. Inter ejus opera praecipuum est: *Einleitung* in die Bücher des N. Bundes für die öffentlichen Vorlesungen, 1810; Tübingae 1830 ed. multum aucta; opus eruditum quidem sed supra meritum laudatum, non satis accuratum, in quo liberiorem opinandi rationem sectatur, genuinitatem 1. Joan. 5, 7 negat [2]), inspirationem ad praeservationem ab erroribus doctrinae Christi contrariis revocat. — Petrus Fourerius Ackermann can. reg. lat. in canonia claustroneoburgensi Viennensis n. 17. Nov. 1771, in baptismo Leopoldus appellatus, a parentibus egregie institutus puer jam modestia et pietate emicuit. Sodales clericos primum instituit (1796) in linguis orientalibus, archaeologia et introductione, deinde et in hermeneutica (1797). Ob insignem ejus eruditionem praefectus est bibliothecae (1800), quam annorum cursu selectis operibus undique conquisitis ditavit. Professori Jahn, qui promotus fuerat ut amoveretur, datus est sucessor in cathedra introductionis in V. T., quam diligenter rexit 25 annis. Vir erat Ecclesiae admodum addictus, insignis religiosus, in pauperes misericors [1]). Obiit apoplexia tactus inter 8. et 9. Sept. 1831. Libros decessoris sui malesanos correxit emendavitque, ut jam diximus pag. 670. Ejus sunt: *Introductio* [2]) in ll. sacros V. T., Viennae 1825 in 8; 1839; *Archaeologia biblica* breviter exposita, ib. 1826; *Prophetae minores* perpetua annotatione illustrati, ib. 1830, diligens compilatio ex vetustioribus exegetis, nostrae tamen aetati non amplius sufficiens.

430. Omnium totius hujus epochae celeberrimus, vir ingentis eruditionis et diligentiae fuit Jo. Bernardus de Rossi Pedemontanus n. Castronovi 25. Oct. 1742. Jam a prima juventute incredibilem studendi discendique ardorem prae se tulit, unde quemcunque librum, qui in ejus manus incurrebat,

[1]) Cf. Welte in KL[2] 4, 1296 ss.; Felder Gelehrten- und Schriftstellerlexikon 1, 216—22.

[2]) Cf. Gutberlet in Literar. Handweiser 1871 nr. 99 col. 6; Felder Literaturzt. 1811 pag. 393—406.

[1]) Cf. Seback eine biographische Skizze in Pletz Neue theologische Zeitschr. 1831 p. 329—343; Wien 1832; Černík p. 228-34; Kreschnička Linz. Quartalschr. 1902 p. 532—36.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1825 p. 324—33. Prodiit iterum 1869, nulla facta additione et mentione recentioris literaturae, quae interim adeo excrevit. Hinc ab Hülskamp lit. Hdw. 1870 dicitur Literarisches Monstrum ... für die Jetztzeit völlig unbrauchbares Buch.

avide lectitabat atque excerpebat. Studiis theologicis Taurini operam dabat, atque ita in lingua proficiebat hebraica, ut post semestre potuerit carmen metro sat difficili compositum ea lingua typis tradere (Taurini 1764 in 4.). Proprio studio addidicit linguas rabbinicam, chaldaicam, arabicam et syriacam et a. 1768 prodierunt ejus *carmina orientalia*. Jam et aliarum linguarum studium est aggressus. Cum dux parmensis universitatem a se conditam omni studio niteretur promovere et claris professoribus undique accitis illustrare, Rossi Parmam vocavit ad docendas linguas orientales, quod munus per annos 40 obivit. Frustra ei oblata fuere alia munera honorifica ab imperatore, regibus Hispaniae et Sabaudiae; semper Parmae commoratus est ad mortem usque, quam senex 89 annorum oppetiit a. 1831. Ditissimam sibi paraverat mscr. biblicorum collectionem, cui similis forte nullibi reperiebatur. Eam describit in *apparatu hebraeo-biblico*, Parmae 1782, unde liquet eum jam tunc collegisse codd. msc. 413, editos 159. Postea aucto eorum numero edidit opus inscriptum: *Msc. codices hebraici* bibliothecae J. B. de Rossi accurate descripti et illustrati; accedit appendix msc. codd. aliarum linguarum, ib. 1803. 1804 t. 3, ex quo liquet eum possedisse 1577 cod., quorum 1379 erant hebraici. His cursu annorum alios adjecit. Cum vero selectam quoque librorum copiam ad disciplinas biblicas spectantium possideret, eos descripsit in op.: *Opere stampate* di Letteratura sacra ed orientale, ib. 1812. Inter ejus opera, quorum plura respiciunt partem praesertim criticam s. Scripturae, eminent: *Della vana aspettazione* degli Ebrei del loro rè Messia dal compimento di tutte le epoche, Parmae 1773, quod opus a nonnullis fuit impugnatum, quibus auctor modeste respondit. Adversus Diodati (p. 759) scripsit: *Della lingua* che parlavano Christo e gli Ebrei della Palestina, ib. 1772; *de hebraicae typographiae origine et primitiis* seu antiquis et rarissimis hebraicorum librorum editionibus sec. XV., ib. 1776; *annales hebraeo-typographici de Sabioneta*, Erlangae 1783 (prius italice Parmae 1780 in 4.); *annales hebraeo-typographici sec. XV.*, Parmae 1795 s. t. 2 in 4; *Specimen variarum lectionum* (40 ex 440) sacri textus et chaldaica Estheris additamenta, cum latina versione ac notis; accedit appendix de cod. tritaplo samaritano bibliothecae barberinianae [1]), Romae 1782; Tübingae 1783; *de ignotis nonnullis antiquissimis hebraici textus editionibus*, Erlangae 1782 in 4., quod opus supplementum est ad bibliothecam sacram Le Long (IV [3], 1117), cujus novam editionem curaverat Masch. *Variae lectiones V. T.* ex immensa msc. editiorumque codd. congerie (1260, quorum 710 erant ipsius Rossi) haustae et ad samaritanum textum, ad vetustissimas versiones, ad accuratiores sacrae criticae fontes ac leges examinatae, perpetuisque notis historico-criticis illustratae, cum prolegomenis, clavi codicum etc., Parmae 1784—88 t. 4 in 4. cum supplemento ad varietates s. textus inscripto *Scholia critica* in V. T., ib. 1798, quo opere immensae eruditionis stupendaeque diligentiae, quod ipse absque aliorum auxilio privataque industria condidit, collectioni Benj. Kennikotii professoris oxoniensis (Oxonii 1773—80) palmam eruditorum unanimi consensu praeripuit. In eo elucet mirabilis ingenii sagacitas, judicium criticum junctum tamen sobrietati modestae [2]). Praesertim vel a protestantibus laudantur ejus canones critici 93 (in proleg. XLIX s.) pro discernendis variis lectionibus textus originalis. *Bibliotheca judaica antichristiana*, qua editi et inediti Judaeorum adversus christianam religionem libri recensentur,

[1]) Cf. N. B. E. frib. 6, 635—41.
[2]) Cf. Kaulen KL [2] 2, 594; 7, 1200 et 10, 1301 ss.

ib. 1800 in 4., opus exquisitae et singularis eruditionis, cum ejusmodi libri rari sint solliciteque a Judaeis custodiantur; *Dizionario storico* degli autori ebrei e delle loro opere, ib. 1802 t. 2; *synopsis* institutionum hebraicarum, ib. 1807; *compendio* della critica sacra, dei difetti e delle correzioni del testo sacro, Romae 1811; *introduzione* allo studio della s. Scrittura, Parmae 1817; *Synopsi* della Ermeneutica sacra, ib. 1819 in 8. Vertit quoque plures s. Scripturae V. T. libros italice ejusque versiones sunt elegantes, quae vim et textus originalis bene reddunt genium. Reliquit innumera opera manuscripta. In *memorie istoriche* (Parma 1800) de sua vita, quas ipse scripsit ediditque ib. 1809, 87 enumerat, quorum haud pauca jam a pluribus annis erant absoluta [1]).

431. Carolus Jos. Rupperth Posoniensis (n. 19. Jul. 1773; † 10. Sept. 1821) theologiae dogmaticae professor in lyceo klagenfurtensi (1802) scripsit *Apologie der Urkunden des Christenthums* als Grundlage der Theologie dargestellt [2]), Klagenfurthi 1808. 1809 pp. 3 in 2 t. — Caspar Unterkircher (Unterkirchner) n. in valle venusta tirolensi 6. Jan. 1774, aliquamdiu in oenipontano gymnasio erat professor, donec ab episcopo tridentino in seminarium fuit vocatus ad regendam cathedram studii biblici, quam ad mortem usque tenuit (14. Sept. 1836). Edidit *introductionem* in biblia N. T., Oeniponti 1835; *hermeneuticam* biblicam generalem juxta formam studii theologici in imperio austriaco praescriptam, qua retractavit Hermeneuticam Arigleri in indicem relatam, ib. 1831; 1834; 1846 ed. 3. reformata in melius et aucta cura J. Hoffmann; *die ächten Schriften* der apostolischen Väter Clemens von Rom, Ignatius und Polycarpus nebst der ächten Märtyrergeschichte der zwei letzteren, ib. 1817, cum annotationibus [1]); ed. 2. cur. Hoffmann 1848. — Jo. Georgius Herbst Rotvilae natus 13. Jan. 1787, juvenis ingressus est monasterium S. Petri in Silva nigra OSB. (19. Oct. 1805), quo suppresso studiis operam dedit in urbe patria et Friburgi, ubi magistro Hug linguis orientalibus et studio biblico incubuit. In seminarium Ellwangam vocatus repetentis munere fungebatur et simul in universitate linguas hebraicam et arabicam docebat. Mox ad cathedram linguarum orientalium et exegesim V. T. fuit promotus. Translata universitate Tübingam (1817) adjectum fuit munus docendi introductionem in ll. V. T. et archaeologiam biblicam, et petente senatu praefectus est a. 1832 universitatis bibliothecae. Decessit hic vir admodum eruditus et in linguis orientalibus bene versatus 31. Jul. 1836. Edidit [2]) observationes quasdam *de Pentateuchi quatuor ll. posteriorum auctore et editore* commentationem, Gamundiae 1817 in 4., inseruitque fasciculis tübingensibus literariis plures diss. praesertim de antiquioribus conciliis eliberitano, ancyrano, neocaesariensi (1821) etc.; Ueber den Aufenthalt des Ap. Paulus zu Rom, zugleich ein Beitrag zur ältesten christlichen Archäologie (a. 1820 p. 567—626); Geschichte der katholischen (?) Kirche zu Uetrecht (1826); die Bücher der Chronik, ihr Verhältnis zu den BB. Samuels und der Könige, ihre Glaubwürdigkeit und die Zeit ihrer Abfassung (1831 p. 201—82); Die Verdienste der Mauriner um die Wissenschaften (1833. 1834); die literarischen Leistungen der französischen Oratorianer (1835). *Betrachtungen über die mosaischen Gesetzbücher* mit Hin-

[1]) Cf. Biogr. univ. 79, 477—80.
[2]) Kerz Literaturzt. 1811 I, 113—23; 129—36.

[1]) Cf. Wurzbach 49, 94.
[2]) Cf. ejus necrologium in fasc. lit. tüb. 1836 p. 766—70.

sicht auf die neuesten Einwendungen, welche gegen ihr Alter gemacht worden sind, in Tüb. Qtlschr. 1822 p. 3—30; 203—24. Paraverat *historisch-kritische Einleitung* in die h. Schriften des A. B., quam quum absolvere non potuisset edidit ex ejus schedis, limavit, perfecit, auxitque vir apprime in hac disciplina versatus Welte, Friburgi 1841—44 t. 2 in 8. Ea complectitur introductionem generalem et specialem, meritoque commendatur ab eruditione, accuratione et soliditate: quam ob rem praestantioribus operibus, quae a catholicis edita fuere in hoc argumento, ab eruditis accensetur. Subinde tamen rationalismi vestigia reperici dicuntur.

432. Huc etiam referri potest Polychronius (antea Bern. Antonius dictus) Gassmann Min. Moguntinus n. 20. Aug. 1740, vir admodum eruditus et laboriosus, s. Scripturae et juris canonici Aquisgrani interpres, inter cujus discipulos eminuerunt A. J. Binterim et L. Nellessen († 20. Apr. 1821). Plurima reliquit opera [1]), nam acriter insectatus est theologos neotericos, professores in primis bonnenses. Potiora sunt: *Historia sacra* per quatuor ferme mundi aetates chronologice, genealogice, critice deducta, Aquisgrani 1774. 1775; diss. *de verbo Dei* contra deliras opiniones L. B. Trenck, Aquisgrani 1782; diss. biblico-critica *in libros N. et V. T. apocryphos*, ib. 1783; *de libris s. Scripturae deperditis*, ib. 1784; *Harmonia evangelica* seu vita D. N. J. Chr. ex quatuor evangelistis ordine harmonico contexta, ib. 1784; *series chronologica* rerum ad historiam N. T. pertinentium, ib. 1790, opus utile ad explicationem s. Scripturae; *tentamen concordiae* Matthaeum inter et Lucam circa genealogiam J. Christi, ib. 1787; *Meditationes biblico-criticae* ad Gen. 19, 23—25 de occidio Sodomae et finitimorum urbium, Düsseldorpii 1786, adversus Dereser (cf. p. 929); ad Gen. 19 *de fato uxoris Lothi*, Aquisgrani 1787; *diss. biblico-canonica* de eo, quod in casu adulterii alterutrius conjugum circa vinculum matrimonii ex lege divina justum est contra academicum moguntinum et P. Hedderich aliter sentientes, Aquisgrani 1788, quam Binterim suae collectioni n. 3. a. 1808 inseruit; *Vetus Ecclesiae circa jejunium disciplina* a paradoxis F. Ph. Hedderich Min. Conv. commentis vindicata, Coloniae 1782, quae editio suggerente Hedderich suppressa fuit, unde iterum prodiit Düsseldorpii 1783 praefatione aucta. Hanc diss. aggressus est Justinianus Schallmayer, Hedderici sodalis et collega in diss. *de jejuniorum in Ecclesia christiana origine* et relaxatione; adversus quam Gassmann paraverat novas vindicias, quas tamen edere vetitus est. Meditationes historico-canonico-criticae *in quatuor prima oecumenica* in Oriente habita Ecclesiae universalis concilia, Aquisgrani 1786, in quibus rom. pontificis auctoritatem supra concilia ejusque tuetur infallibilitatem; *Freimüthige Gespräche* zwischen einem Landwirthe und bonnischen Stutzer (i. e. Eul. Schneider), ib. 1791.

433. *Hermeneuticam* praeter eos, quos jam laudavimus, dederunt: Jo. Balthasar Gerhauser, philosophiae et theologiae doctor n. Kaufburae 24. Sept 1766. Philosophiae et theologiae operam dedit partim Augustae, partim Dilingae sub Sailer, Zimmer etc. Ibidem a. 1795 factus est theologiae dogmaticae professor et a. 1800 seminarii regens: quo munere se a. 1812 abdicavit propter affectam valetudinem, ut solum vacaret muneri docendae hermeneuticae et exegesis. Recuperata tamen valetudine redditum ei fuit directoris munus († 1825). Ejus sunt *theoria hermeneuticae s.*, Dillingae 1811; *Biblische Hermeneutik*, nach seinen Vorlesungen herausgegeben von einem ehe-

[1]) Cf. Felder 3, 161; Falk p. 292.

maligen Zuhörer (Lerchenmüller parocho), Campoduni 1829, cujus p. 1. complectitur introductionem, 2. hermeneuticam [1]); *Einleitung* in das Evang. Joannis, nebst ausführlichen Erklärung von 1, 1—18; 6 u. 21 c. des Ev. [2]) cura A. Lerchenmüller, ib. 1831 in 8; *Character und Theologie des Ap. Paulus* aus seinen Reden und Briefen ausgehoben und in Harmonie mit der Lehre Jesu und der übrigen Apostel dargestellt, oder das Wesentliche und Eigenthümliche des göttlichen Christenthums [3]), Landishuti 1816; in quo nonnulla carpit censor tübinganus; *J. Christus der Erlöser* der sündigen Menschheit, eine theologische Abhandlung sammt dem Briefe Paulus an die Römer übersetzt und mit einer Einleitung und fortlaufenden Anmerkungen begleitet, Augustae 1808; *über die Psalmen,* exegetische Abhandlung und Uebersetzung sammt Erklärung vorzüglich gebrauchter Psalmen, Landishuti 1819 in 8; *doctrina christiana theoretica,* Dillingae 1810 p. 1 sect. 2, quibus synoptice in usum praelectionum complectitur theologiam fundamentalem. Abh. *über das Gespräch Jesu mit Nikodemus* (Jo. 3, 20 ss.) und das Ev. Johannis überhaupt, Dillingae 1820 in 4. adversus diss. de hoc argumento in Tüb. Qtlschr. 1819 p. 575—8. — Jo. Nep. Alber schol. piar. natus est Ovarini in Hungaria 7. Jul. 1753. Lector erat studii biblici et historiae ecclesiasticae pro sodalibus; dein in academia pestinensi ad cathedram earundem disciplinarum promotus est († 21. Jun. 1830). Praeter *dissertationes* in selecta argumenta historiae ecclesiasticae, Viennae 1820 t. 2 in 8; *institutiones historiae ecclesiasticae,* Pesthini 1793 t. 2 in 8., Agriae 1825 t. 5 in 8., et harum *epitomen,* ib. 1826, composuit quoque *institutiones hermeneuticas* Scripturae s. V. et N. Testamenti juxta systema theologicum novissime praescriptum concinnatum, Pesthini 1817. 1818 t. 6 in 8. et *interpretationem* s. Scripturae per omnes V. et N. Testamenti libros, ib. 1801—4 t. 16 in 8, in quibus nititur refellere exegetas incredulos sui temporis. — Franc. Vogl theologiae professor auctor est l. *Die h. Schrift und ihre Interpretation* durch die h. Väter der Kirche dargestellt, Regensburg 1836 in 8. — Jo. Henricus Kalthoff Warendorfensis (n. 5. Febr. 1803; † 11. Jan. 1839) composuit sat utile *Handbuch der hebräischen Altertümer* [1]), quod post ejus mortem ex ipsius praelectionibus cura Cappenberg, Becker et Lutterbeck prodiit Monasterii 1840; Diss. *Jus matrimonii* veterum Indorum cum eodem Hebraeorum jure subinde comparatum, Bonnae 1829. — Ditissimas concordantias ... historicis, geographicis, chronicis notis locupletatas concinnavit F. P. Dutripon Parisis 1838. 1880 ed. 7; revisas a Tonini, Prado 1861. — Al. Fridericus Barbie du Bocage Parisiensis professor geographiae (n. 1798; † 1834) concinnavit accuratum et exactum *Dictionnaire géographique de la Bible,* saepe editum ut in ed. s. Scripturae, quae prodiit Parisiis 1828—34 t. 13, et seorsim 1834; in Migne Cursus s. Scripturae III, 1201—1492; in Dict. de géogr. sacrée auctore Benoist Parisiis 1848—54 t. 1. p. 9—260.

434. *Interpretibus* in s. Scripturam praemittimus Adamum Jos. Onymum

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1829 p. 279—89. Cf. de ipso passim Specht Geschichte des kath. Lyc. Dillingen p. 159.

[2]) De cap. 6 Jo. disseruit etiam Car. a Dittersdorf professor et seminarii regens: *de ss. Salvatoris nostri sermone capharnaitico* referendo ad ss. eucharistiam, Breslau 1835 in 4. Edidit quoque fasc. literarios Von der katholischen Kirche ib. 1827—30 fasc. 15, quibus successit 1832 *Breslauer Zeitschr.* für kath. Theologie ed. a Ritter et KJ. V. Herber, quae tamen post a. 1833 cessavit prodire.

[3]) Cf. ib. 1819 p. 33—37.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1840 p. 513—26.

propter l. *Geschichte des A. und N. Testamentes* oder Denkwürdigkeiten Jesu nach den Evangelisten, Wirceburgi 1787—1802 t. 5 in 8., pro populo, in quo pragmatica methodo usus est addendo sive supplendo reliqua ex historicis quoque profanis. Natus est Onymus Wirceburgi 29. Mart. 1754; docendi veniam adeptus praeside Oberthür 26. Maj. 1777; ipsam doctoratus s. theologiae lauream a. 1782. Eo anno constitutus est ab episcopo de Erthal seminarii subregens et mortuo Th. Holzclau factus a. 1784 theologiae exegeticae professor, canonicus necnon principi a consiliis ecclesiasticis. Suppresso regimine episcopali a Bavarorum rege constitutus est senatus provinciae regendae socius. Cum a. 1809 tota facultas theologica uno quasi ictu eeciderit, docendi munere se abdicavit, sed a. 1815 ad cathedram rediit professor theologiae dogmaticae, in qua annorum lapsu vere profecit: nam antea liberalem admodum in theologicis et ecclesiasticis rebus secutus est sentiendi rationem. A docendo cessavit a. 1824, quo electus est in decanum capituli cathedralis necnon in vicarium generalem episcopi († 9. Sept. 1836). Plura alia ejusdem supersunt opera [1]). *S. Justini M. opera* edidit 1777 t. 3. in 8. in *collectione* Oberthüriana, de qua mox; exstat quoque ejus diss. exponens Justini M. de praecipuis religionis christianae dogmatis sententiam [2]), Wirceburgi 1777 in 8; *Die Weisheit Jesu Syrachs Sohn* aus dem Griechischen mit erläuternden Anmerkungen, ib. 1786, in qua versione arti criticae innixus partim rescindit versus, partim obelo notavit: quod omnino improbandum, cum ea in usum plebis sit adornata. *Zu einer Geschichte des Bibellesens*, ib. 1786, qui libellus merito displicuit theologis virisque probis fidei catholicae addictis; *de usu interpretationis allegoricae* in novi foederis tabulis, ib. (et Bambergae) 1803; *der 104. Ps.* übersetzt und mit Anmerkungen begleitet, ib. 1807; *die Klagelieder* des Propheten Jeremias, cum introd. in Mastiaux Literaturzt. III (1823) 324—74; *programma* de eo quod justum est circa rationem et revelationem, ib. 1819; *die Dämonenlehre der Alten* oder die Idee des Göttlichen in ihrer Ausartung bei den Aegyptern, Phöniciern und Griechen, ib. 1822; *Presbyterium* ejusque partes in regimine Ecclesiae, ib. 1824; die Glaubenslehre der kath. Kirche praktisch vorgetragen [1]), Sulzbacii 1820—3 t. 3 in 8; *die Glaubens- und Sittenlehre* der kath. Kirche praktisch vorgetragen, ib. 1826; *das Leben und die Lehre J.* nach Matthaeus, Markus und Lukas in Homilien [2]) etc., ib. 1831. *Ueber die Verhältnisse* der deutschen katholischen Kirche, Würzburg 1818, quod e melioribus ejusdem opp. est; Meine Ansichten *von den wunderbaren Heilungen* des Fürsten Hohenlohe, ib. 1821, quo in l. has sanationes admiratur tamquam miros fidei fructus.

435. Sagacioris forte ingenii erat Josephus Henricus Gügler n. 25. Aug. 1782 in Udligenschwyl prope Lucernam. Adhuc puer delectabatur lectione s. Scripturae et duodennis eam jam saepius perlegerat magnaque ex parte memoriter tenebat. Philosophiae et theologiae studuit (cum J. Widmer) Landishuti, ubi familiariter conversabatur cum Sailer, cujus praecipuus et maxime genuinus censetur discipulus, et cum Zimmer (p. 647), academiae professoribus. In patriam reversus nondum sacerdos designatus est in lyceo professor exegesis biblicae (1805) col-

[1]) Cf. Ruland pag. 180—86; Stanonik allg. d. Biogr. 24, 359; Weber KL. IX, 865—67.

[2]) Cf. N. B. E. frib. 3, 537—44.

[1]) Cf. Kerz Litzt. 1822, III. pag. 378—92; 1825 I, 51—92.

[2]) Cf. Kerz Litzg. 1832 II, 489—501.

legasque habuit Widmer et Geiger. Post aliquot annos docuit etiam theologiam pastoralem factusque est a. 1816 canonicus ad s. Leodegarium. Decessit 28. Febr. 1827 magno discipulorum luctu, quos ad studendi alacritatem excitabat dictione vivaci, plena spiritus, mystica et ferme poëtica. Praecipua ejus opera sunt: *die heilige Kunst* oder die Kunst der Hebräer[1]), cujus t. 1. prodiit Landishuti 1814; t. 2. et 3. inscripti: *Darstellung und Erklärung* der h. Schriften aus ihnen selbst, Lucernae 1817. 1818, in quibus respicit ll. V. T.; post ejus mortem prodiit cura Widmeri continuatio ejusdem operis, quae refertur ad ll. N. T., Lucernae 1828, opus ingeniosum quidem, sed obscurum et mysticum, ortum ex intimo reverentiae sensu erga s. Scripturam, quam ut omnis sapientiae considerabat thesaurum paucis ac nonnisi puris sagacibusque mentibus speculationi divinorum addictis pervium idque nonnisi raptim. *Ziffern der Sphinx* oder Typen der Zeit und ihr Deuten auf die Zukunft, herausgegeben von A bis Z[1]), Solodori 1819; *Privatvorträge* über das Evangelium des h. Johannes, den Brief des h. Paulus an die Hebräer und die christl. Lehre des h. Augustinus samt einer Übersicht der h. Bücher, vorzüglich des A. Bundes, Sarmenstorf 1842 t. 2 in 12; *die Zeichen der gegenwärtigen Zeit* im Guten und Bösen, zunächst in Bezug auf die Schweiz, Lucernae 1823 fasc. 6 etc. Opera ejus cum posthumis edidit Widmer Lucernae et Sarmenstorf 1828—1840 t. 7, inter quae sunt etiam conciones[2]), *Reden* an studierende Jünglinge über Gegenstände höherer Bildung (Luzern 1828). — Joannes Georgius Karch de Etenkofer Bojus (n. 2. Jul. 1741; † 1823), philosophiae doctor edidit *die h. Schrift des N. T.* nach der Vulgata mit Anmerkungen und Einschaltungen versehen, Freiburg

[1]) Cf. de hoc opere Werner Geschichte der kath. Theologie etc. pag. 364—370, ubi illud dicit esse instar philosophiae s. Scripturae, »welches man ... als eine philosoph. Exposition der alttestamentlichen Offenbarungsidee, wie als eine vom offenbarungsgläubigen Standpunkte unternommene Darstellung einer Geschichtsphilosophie ansehen kann ... Ein Werk, welches sich in seinem Fortgange zu dem Plane einer vollständigen Darlegung der speculativen Centralgedanken der heiligen Schriften und der in ihnen von Gott geoffenbarten Weisheit entfaltete.« Allg. d. Biogr. 10, 95—99 de ipso scribit inter alia: »Mit dem vollen Gefühle für die ästhetischen Schönheiten der Bibel, verband er ahndungsreiches, tiefsinniges Gemüth, welches ihn unter der Hülle des Buchstabens der Schrift die verborgenen Schätze einer wunderbaren Weisheit erahnden liess, in welcher alle dem irdischen Zeitmenschen zugängliche Erkenntniss u. Wissenschaft wurzelhaft enthalten sei. Das in diesen geheimnisvollen Tiefen geborgene Wort des Lebens und der Wahrheit in das Licht eines geistigen Verständnisses zu erheben, erkannte er als die höchste Aufgabe alles menschlichen Forschens; er drang aber zugleich darauf, dass dieses Wort des Lebens und der Wahrheit in die Formen weltumfassender Gedanken gefasst werde; eine tiefsinnige Philosophie und geistvolle Geschichtskunde müssten sich im Denken und Erkennen dessen durchdringen, welchem es gelingen soll, den Buchstaben der Bibel, Erzählung und Lehre derselben in ein lebendiges Wahrheitswort, in ein Wort der zum Menschen sprechenden Weisheit, in eine Kunde ewig göttlicher Dinge umzusetzen.« Cf. etiam diss. *Ein Wort* zur Beurtheilung der exegetischen Schriften Güglers und seines Wirkens in Katholik t. 34 pag. 53—70; 196—216; 289—316; König KL² 5, 1321 ss.; Felder 1814 II, 154 ss.

[1]) In quo opere, inquit Werner l. c., »ist es gänzlich und eigentlichst darauf abgesehen, die kosmischen Urgesetze und den gottgedachten Rhythmus der weltgeschichtlichen Bewegung blosszulegen, deren Hauptmomente dem Leser in glänzenden Bildern und prophetischen Gesichtern vorgeführt werden.«

[2]) Elenchum operum cf. in thesauro ll. rei catholicae, Wirceburgi 1850 p. 337 s. Plura de eo cf. apud Schiffmann, Lebensgeschichte des Chorherrn und Professors A. Gügler, Augustae 1833 t. 2, cujus conspectus exhibetur Tüb. Quartalsch. 1836 pag. 453—68; Kerz Litzt. 1834 1, 20—30; 125—65.

1783; Augsburg 1790 t. 2 in 8; *die mosaische Stiftshütte* als Abbild des Himmels in den acht Seligkeiten nach den vier Gesetzen des Sabbath und Jubeljahres dargelegt, Würzburg 1876 t. 4; *die mosaischen Opfer* als vorbildliche Grundlage der Bitten im Vaterunser, Würzburg 1856-57; *der Brustschild Aarons* mit den 12 Edelsteinen, ib. 1880.

436. Praeter Alber (p. 923) annotationes editioni s. Scripturae addiderunt: Antonius Dereser O. Carm. (in quo dictus est Thaddaeus a s. Adamo), n. in oppido Fahr in Franconia 3. Febr. 1757, philosophiae et theologiae doctor et professor Heidelbergae, unde Bonnam vocatus est ad docendas linguas orientales et hermeneuticam (1783). Inde ob varias quas sibi conscivit molestias transiit Argentoratum (1791), ubi ss. literas est interpretatus simulque munus directoris seminarii et concionatoris obivit. Terroris tempore in carcerem fuit conjectus, ad deportationem, imo ad mortem damnatus: sed tyrannide Jacobinorum dejecta ereptus est carcere, quo per decem menses jam contabuerat: morbum tamen gravem inde contraxit. Anno 1796 rediit in Germaniam atque Heidelbergae docuit linguas orientales (1797), deinde etiam theologiam pastoralem, homileticam et catecheticam. Saepius postulatus fuit ab aliis facultatibus, sed marchio badensis veniam discedendi ei non concessit eumque transtulit ad universitatem friburgensem ad docendas linguas orientales et exegesim. Parochus (1810) in urbe principe Karlsruhe defuncto marchione Carolo Friderico laudationem funebrem habuit, quae adeo male ab aula fuit accepta, ut postera die urbe excedere debuerit atque Constantiam fuerit relegatus professor linguarum classicarum (1811). Maluit in Helvetiam secedere, ubi mox Lucernae cathedram theologicam et munus directoris seminarii episcopalis est adeptus. Ibi haud pacifice vixit propter liberiorem docendi rationem et a. 1814 reipublicae lucernensis decreto cathedra fuit dimissus: sed eodem fere tempore (1815) a ministerio Borussiae Wratislaviam ad theologiae dogmaticae et exegesis cathedram vocatus et canonicus dictus est († intra 15. et 16. Junii 1827). Exegeta erat mali spiritus liberiorisque sentiendi rationis[1]), quam ab exegetis protestantibus rationalismo infectis hausit quaque infecit sua scripta. Patres et exegetas probe catholicos spernit, vulgatam parvipendit[2]), eventus miraculosos eliminat, de Christo Jesu abjecte loquitur, exceptiones adversus ss. Scripturas adducit nulla data idonea solutione, protestantes propter inquisitionis licentiam laudat etc. Plerosque libros V. T. germanice vertit iisque annotationes adjecit[3]), et deuterocanonicorum canonicitatem secundum nonneminem erudite et solide comprobavit,

[1]) Bonnae praesertim cum suis collegis Hedderich (p. 787), Spiegel, Weimer, Forzheim, Schneider aliisque plures erroneas opiniones verbo scriptisque tuebatur, ideo Pius VI. duplex Breve ad archiepiscopum et capitulum colononiense misit, quo eorum doctrinam solemniter reprobat. Cf. illud apud Roskovány 3, 436—48. Cum autem Wessenberg nostrum Dereser adversus justas accusationes iterum tueretur, card. Consalvi nomine summi pontificis Pii VII. gravissimas dedit literas, quibus ejusmodi ausus merito reprehenduntur, quas cf. ib. 4, 63-65.

[2]) En quomodo de ea loquitur in l. *Das Lehrgedicht des Moses* p. 26. VII: Die Vulgata ist die Kirchenversion der Lateiner, die man *ohne Gefahr* für das katholische System öffentlich und zu Beweisen gebrauchen *kann. Mehr konnte und wollte* die Väterversammlung zu Trient nicht entscheiden. Cf. Brück die rationalistischen Bestrebungen p. 51 ss.; hist. pol. Blätter 1893 t. 112 p. 831 s.; Kessel KL² 2, 1100; Kaulen ib. 3, 1526.

[3]) Cf. de nonnullis (Linzer) theol. pract. Monatschrift für kath. Geistliche Rottenburgi 1833 ed. 3 t. 11 pag. 219—40; t. 14 p. 189—99; Felder Litzt. 1810 I, 52—78; II, 104—18; 1313 II, 170—88; 193—99.

Francofurti 1796—1810 t. 8. Prosecutus est scil. versionem et editionem D. Brentano (pag. 350); *die h. Schrift des A. und N. T.* nach dem Originaltext übersetzt und erklärt, Francofurti 1815—28 t. 16 in 8., nova editio et retractata (sed non emendata). Tertiam ed. ib. 1828—37 vol. 5 in t. 17 novis curis adornatam coeperat cum Scholz, cui N. T. in primis debetur. Praeter alia edidit [1]): *Notiones generales hermeneuticae sacrae V. T.,* Coloniae 1784 in 4; *notiones generales* hermeneuticae s. N. T., ib. 1786; *Scriptursätze* oder über den Untergang von Sodoma und über die Verwandlung der Frau des Loths in eine Salzsäule, ib. 1784 in 4., in qua diss., quam Polychr. Gassmann impugnavit, plura reprobanda enunciat; *de victu Joannis Bapt.* in deserto commorantis commentatio biblica in Matth. 3, 4; *die Sendungsgeschichte des Propheten Jonas* aus dem Hebräischen übersetzt, kritisch untersucht und von Widersprüchen gerettet, Bonnae 1786 in 4., quae ipsi est fabula didactica; *das Lehrgedicht des Moyses* an die Israeliten (Deut. 32), aus dem Hebräischen metrisch übersetzt und erklärt, Bonnae 1788 in 4., in quo opusculo facta miraculosa naturaliter explicare nititur: historia lapsus protoparentum Gen. 3, 1—24 est symbolica etc.; *die Versuchungsgeschichte Jesu* erklärt und von Widersprüchen gerettet, eine Abhandlung über Matth. 4, 1-11, quam rationalistarum more abjecte omnino enarrat; *commentatio biblica* in effatum Christi: *Tu es Petrus* etc. Matth. 16, 18. 19, Coloniae 1789, in qua promissionem Christi Petro factam tantopere circumscribit, ut praeter primatum aetatis vix ulla praerogativa remaneat; merito propterea decreto 5. Febr. 1790 indici adscripta. *Der 68. Psalm* metrisch übersetzt und erklärt, Bonnae 1788 in 4. Composuit *Deutsches Brevier* für Stiftsdamen, Klosterfrauen und jeden guten Christen, Augustae 1792 t. 4 in 8. et deinde eo vivente adhuc septies [1]). Edidit quoque Ant. Frenzel Silesii Kostenthalensis diss. *num dogma catholicum est,* matrimonii vinculum inter vivos conjuges nullo in casu solvi posse, Vratislaviae 1818, quae ab ordine theologorum catholicorum praemio donata fuit, quamvis in ea affirmet, matrimonii indissolubilitatem in divinis literis vel in traditione authentica non doceri, atque statuat, can. 7 sess. 24 conc. tridentini esse tantum disciplinarem. Eam tamen diss. Frenzel postmodum retractavit in commentario *de indissolubilitate matrimonii,* Paderbornae 1863.

437. Melioris prorsus spiritus i. e. plane catholici fuit Jo. Hyacinthus Kistemaker n. Nordhorniae 15. Aug. 1754, qui in philologia egregie erat versatus: adeo ut diceretur »Erasmus secundus.« Plures insuper callebat Europae linguas atque raro docendi praeditus erat talento tenacique memoria. Quam ob rem factus est 1779 primum gymnasii monasteriensis professor, postea (1794) director; inde transiit philologiae professor ad academiam (1786), et bibliothecae paulinae praefectus (1794). Studio linguarum orientalium et s. Scripturae impense incubuit, quare ab episcopo principe promotus est ad cathedram exegesis 1795, retento directoris gymnasii munere. Aliis quoque muneribus honoribusque auctus est a rege, episcopo, facultatibus academicis, societatibus literariis. Anno 1823 adscriptus est capitulo cathedrali, sed jam a. sequenti apoplexia correptus, vixit adhuc per decennium († 2. Mart. 1834). Plura reliquit opera ad philo-

[1]) Cf. Felder I, 156—65, qui eum nimis adversus aequas tuetur censuras.

[1]) Quantum autem hoc breviarium a romano discrepet, describit Dr. A. Rösch: Das religiöse Leben in Hohenzollern unter dem Einfluß des Wessenbergianismus, Köln 1908 p. 23.

logiam spectantia pro scholis; ad rem nostram sunt: *Biblia s. Vulgatae ed.* juxta exemplar vaticanum, Münster 1824 t. 3 in 8. ed. egregia: *Die h. Schriften* des N. T. übersetzt und erklärt, Monasterii 1818—23 t. 7; 1845 ed. 3., versio valde diffusa, in qua versionem et annotationes fratrum van Ess in pluribus emendat et corrigit; *Geschichte der Apostel* mit Anmerkungen ib. 1826 ed. 2; *Sendschreiben der Apostel* übersetzt und erklärt nebst der Apokalypse, 1822 t. 2; commentatio *de nova exegesi* praecipue V. T. ex collatis scriptoribus graecis et romanis scripta [1]), ib. 1806; *Exegetische Abhandlung* über Matth. 16, 18. 19 und 19, 3—12 oder über den Primat Petri und das Eheband, ib. 1806, in qua diss. locum difficilem Matth. 19, 9 intelligit de dissolutione judaeis in casu fornicationis concessa; *exegesis critica* in Ps. LXVII. et CIX. et excursus in Daniel 3. de fornace ignis, ib. 1809; *Weissagung Jesu* vom Gerichte über Judäa und die Welt, nebst Erklärung der Rede Markus 9, 42—49 und Prüfung der van Ess'schen Übersetzung des N. T., ib. 1816, quam merito improbat; *canticum canticorum* illustratum ex hierographia orientalium, ib. 1818; sequitur in eo commentario sensum literalem allegoricum; *Weissagungen von Emmanuel Is. 7—12;* Anhang: Heli's Schwiegertochter 1. K. 4, ib. 1824. Historiae religionis J. Christi a Stolberg editae (p. 718) inseruit t. 4. annotationes ad l. Esther; t. 5. diss. de duplici genealogia J. Christi apud Matthaeum et Lucam [1]). *De navigatione in Tharsis et in Ophir* (II. Chron. 8, 18) sub Salomone et Josaphat, in Ztsch. f. Phil. und Theol. VIII (1847); *Orbem terrae* per et post diluvium universale magnam in deterius immutationem passum esse ostenditur, in Bonner Ztschr. 1836.

438. N. Testamentum pariter vertit annotationibusque instruxit Bonifatius Mart. Schnappinger Neoburgi ad Danubium 5. Oct. 1762 natus. Ordinem Carmelitarum ingressus est 28. Jan. 1782, absolutisque studiis lectorem egit Wirceburgi (1785). Heidelbergam vocatus (1792) in universitate ss. literas est interpretatus, postea theologiam dogmaticam docuit. Interim dispensatione obtenta vestem religiosam exuit (1802). Translata facultate theologica Friburgum et ipse illuc migravit theologiae dogmaticae professor, sed praelectiones ejus discipulis non arriserunt († 6. Dec. 1832). Prodiit versio sub nomine P. Bonifatii a s. Wunibaldo (quod erat ejus nomen in ordine) Manheimii 1797—99 pp. 4; 1807 ed. 3; commentatio biblica *in sermonem Christi in monte,* Heidelberg 1794; *Römerbrief mit Commentar,* 1792; *Der Brief an die Ephesier erklärt* etc., Heidelberg 1793; in act. ap. 2, 4 et 1. Cor. 14, 1—40 *de donis Spiritus s.,* 1795; *doctrina dogmatum* Ecclesiae christianae catholicae [2]), Augustae V. 1816 t. 2 in 8; *Entwurf der katholisch-christlichen Religions- und*

[1]) Haec nova exegesis proposita fuit a Michaele Wecklein n. 21. Oct. 1778, linguarum orientalium in universitate monasteriensi (1805) professore, cujus praelectionibus interesse vetuit theologis Fürstenberg vicarius generalis, et canonico aquisgranensi (1824), in *momentis praecipuis* ad liberaliorem V. T. interpretationem, quae nostris temporibus est introducta e collatione scriptorum veterum graecorum et romanorum, Essendiae 1806, quam impugnavit etiam Molkenbuhr. Ejus quoque est *tentamen historico-criticum* circa diversas de insigni oraculo Is. 52, 13; 53, 12 sententias, Wirceburgi 1801. Obiit 31. Oct. 1849.

[1]) Cf. plura de ipso apud Neuhaus: Leben und Wirken des verstorbenen J. H. Kistemaker, Monasterii 1834; Rassmann *Nachrichten* von dem Leben u. den Schriften münsterländischer Schriftsteller des 18. und 19. Jahrhundert I, 177; II, 155; Rotermund V, 545; Fechtrup KL. VII, 735—9.

[2]) Cf. (Linzer) Praktische Monatschrift für kath. Geistliche 12, 280—86.

Dogmengeschichte[1]) Carlsruhe 1807; *Grundlage* aller Religion und Religionsphilosophie, Manheimii 1806 in 8; *über Erziehung, Aufklärung und Zeitgeist,* zugleich über Erziehung, Christentum und Kirche, Augsburg 1818; 1826. — Pellegrinus Farini di Russi disseruit *Dell' istorie del V. e N. Testamento,* Mediolani 1834 t. 5. — Ant. Cesari congr. Or. Veronensis n. 16. Jan. 1760 zelosissimus puritatis linguae italae vindex et innovationis osor, quam ob rem hand paucos nactus est adversarios († 1. Oct. 1828), multa reliquit fere ascetica et philologica. Huc referri possunt: *Lezioni storico-morali,* Mediolani 1815—17 t. 7; 1842; scil. de Moyse et Josue, de Abrahamo et Tobia, de Daniele; *La vita di G. Cristo* e la sua religione, Veronae 1817 t. 5; *I fatti degli Apostoli* ib. 1821 t. 2; *Il fiore di storia ecclesiastica,* ib. 1828 t. 3 editio originalis; *Vite dei ss. Padri,* ib. 1799 t. 4 etc. Concives ei erexerunt monumentum in ecclesia cathedrali cum inscriptione: Mantenne gloriosamente la fede di Cristo e la lingua d'Italia. *Lettere* ejusdem prodierunt Florentiae 1845 praemissa ejusdem vita auctore Manuzzi.

439. De libris Moysis plures fuere solliciti: Tobias Mollik OSB. de s. Monte Pannoniae Jaurini n. 13. Jun. 1751, suppresso monasterio primum in episcopali lyceo patrio, tum Agriae, deinde Pesthini in regia universitate professor: suppressa vero facultate theologica denuo Jaurini theologiae professor; restituto iterum per Hungariam ordine domus jaurinensis superior et gymnasii director († 15. Apr. 1824), cujus plura exstant opera[2]): *Pentateuchus* secundum literalem mysticumque sensum familiari ss. patrum methodo per breves videlicet homilias explicatus atque omnigena historiae theologiaeque eruditione illustratus, Agriae 1785 in 4; *diss. trinae* de LXXII interpretum graeca V. T. versione, Jaurini 1819; *de divina auctoritate* deuterocanonicorum utriusque T. librorum ac partium, ib. 1819 in 8; diss. locupletissimae *de religione* naturali, revelata in genere et in specie mosaica ad systema theologicum per Hungariam praescriptum exactae, Agriae 1785 in 4; *de thesibus* hoc specialius aevo disceptatis, ib. 1785 p. prior de sacramentis; p. posterior de justificatione et cultu sanctorum, ib. 1790, *de Ecclesia Christi,* ib. 1786 in 4; *concordia* revelationis et rationis circa aeternae vitae vel mortis praedestinationem, ib. 1790 in 4; synopsis catholicae *de gratia actuali* doctrinae hujusque applicatio, ib. 1790 in 4; *diluitio errorum* de votis et clericali coelibatu, Agriae 1790; *diss. ad quaestionem,* an sic dicta apostasia inter delicta civilia sit referenda, in examen vocavit, Pesthini 1790; *Incarnatio,* vita et mors veri Redemptoris, Agriae 1790 in 4; *sacrosanctum missae sacrificium* rite ac pie celebrandi ratio cum diss. de frequenti celebratione et fidelium s. communione, Sabariae 1819 in 8; *elementa* scientiae sanctorum collecta, Agriae 1822; *Votum et promptum cuivis subsidium* unionis in unam salvificam Ecclesiam hanc ingredi anhelantibus suggestum, Budae 1821, in quo auctor piissimus (suppresso nomine) eximie scribit de sede apostolica ejusque inerrantiam propugnat etc. — (Jo. Bernardus) Benedictus Venusi Cist. n. 2. Febr. 1751, musicus insignis, et 1798 abbas osseciensis († 13. Jan. 1823), ex textu originali vertit *Pentateuch* oder die fünf Bücher Mosis, adjecto Wörterbuch zu den fünf Büchern Mosis, Pragae 1820 t. 2 in f.; 1854, ut scil. sodales facilius addiscerent linguam hebraicam[1]); *Geschichte*

[1]) Cf. Felder Litzt. 1811 I, 193—204.
[2]) Cf. Scriptores p. 301; Wurzbach 19, 18.

[1]) Cf. (Linzer) Prakt. Monatschr. etc. 15, 268—71.

der Schöpfung, Meißen 1831; Prag 1854. — Franc. de Paula de Schrank SJ. Farnbacensis, Bojus n. 21. Aug. 1747, insignis physicus et polygraphus [1]), docuit in universitate ingolstadiana et Landshuti agronomiam et botanicam; Monachium appellatus est, ut conderet dirigeretque hortum botanicum. Regi erat a consiliis intimis ecclesiasticis et eques ordinum ludoviciani et coronae bavaricae († 23. Dec. 1835 a. aetatis 89). Ex scriptis ejus innumeris huc tantum spectant *Commentarius literalis in Genesin,* Solisbaci 1835 in 8, modo antiquatus; Ἑξήμερον, eine physikalische-theologische Erklärung der sechs Schöpfungstage [2]), Augustae 1829. 1838 in 8. *Die Naturpredigt Gott.,* Rede geh. in der k. baier. Ak. der W., München 1827. Reliquit quoque 36 t. in f. manuscripta pluri-masque inseruit dissertationes fasciculis literariis. — Aliquot diss., inter quas una *de patriarcharum annis* (Patavii 1798), reliquit Hieronymus Suman [3]) professor s. Scripturae in Seminario patavino, dein archipresbyter († 31. Jan. 1830). — Petrus Regis Pedemontanus s. Scripturae et linguarum orientalium in ateneo taurinensi professor († 1821) auctor est op. *Moyses legislator* seu de legum mosaicarum praestantia, Taurini 1779 in 4.

440. Georgius Michael Wittmann [1]) Bojus n. est 23. Jan. 1760. A prima juventute pietati erat deditus, magistris et condiscipulis carus. Sacerdos factus 21. Dec. 1782 post aliquot annos in animarum cura exactos seminario ratisbonensi praeficitur primum subregens, ab a. 1803 regens illudque per annos ferme 46 ad mortem usque magna clericorum aedificatione et emolumento spirituali rexit, unde merito cleri pater dici potuit. Aliquamdiu docuit etiam exegesim, linguam hebraicam et liturgiam. Ab a. 1804 parochiam principem administrabat pastor vere exemplaris, infirmorum et miserorum pater, et ut omnibus prodesse posset, quotidie confessiones excipiebat. Specialem curam gerebat juventutis, hinc fere in omnibus scholis institutionem religiosam sibi reservabat. Cum urbs a. 1809 obsideretur, morientibus cum vitae periculo assistebat; neque ab eo opere destitit igne ipsius habitationem invadente. Militibus gallis aegrotis magna caritate aderat parvipendens omnes quae sibi inferebantur injurias. Anno 1821 factus est canonicus, et episcopus auxiliaris 1829 datus est episcopo ejusque coadjutori Sailer et constitutus vicarius generalis. Sailero defuncto, cui erat in primis familiaris, a rege

---

[1]) »Schrank . . . benützte sein ganzes Leben so sehr zur Beförderung der Wissenschaften, dass Oken in seiner Naturgeschichte ihn den Nie-Sterbenden nannte und damit seine vielseitige Wirksamkeit auf allen Gebieten des Wissens andeutete, wovon es keinen Zweig gab, in dem er sich nicht mehr oder minder versuchte. Allgemeine Naturgeschichte, Bergbaukunde, Oekonomie und Medicin waren seine eigentlichen Hauptfächer, worüber er die tiefsinnigsten und gründlichsten Werke geschrieben hat; ja er war auf der Universität in Landshut in Krankheits- und Verhinderungsfällen seiner Kollegen der Mann der allgemeinen Aushilfe, welcher die verschiedenartigsten Vorlesungen mitten in ihrem Laufe fortzusetzen oder am Ende des Semesters zu examiniren vermochte.« Dirschedl, Jahresbericht über das k. Lyceum, Gymnasium und die lat. Schule zu Passau für das Studienjahr 1850/51 in programmate praemisso p. 10, Kerz Ltzt. 1836 I, 192—96; Wunschmann d. Biogr. 32, 450.

[2]) Cf. Kerz Literaturzeitung 1829 IV, 49—62.

[3]) Cf. Vedova II, 323.

[1]) Ejus frater Josephus Guil. n. 9. Nov. 1767 ingressus est O. Praem. a. 1787, factusque bibliothecae et archivi praefectus atque theologiae lector in canonia Spainshart: qua suppressa (1803) ad mortem usque rexit parochiam eschenbacensem († 22. Jul. 1836). Strenuus erat sanae doctrinae apologeta et adversarius opinionum novarum sui aevi, hinc etiam quaedam scripta apologetica edidit. Cf. Goovaerts II, 404.

praesentatus est in episcopatu successor, sed antequam a summo pontifice confirmaretur, piissime in Domino obiit [1]) 8. Mart. 1833. Plura composuerat opera, e quibus huc referri possunt: *Annotationes in Pentateuchum Moysis* [2]), Ratisbonae 1796, etiam germanice; ib. 1834; agit praesertim de l. 1. et 2, atque rationem habet sensus typici; *principia catholica* de s. Scriptura, ib. 1793, quibus hermeneuticam complectitur; *Übersetzung und Erklärung der Psalmen,* nach dessen Vorträgen herausgegeben von M. Sintzel, ib. 1829; 1846 in 8; versio est nimis servilis, hinc lectu minus grata; *Die h. Schrift des N. T.* nach der Vulgata (cum Fenneberg), Nürnberg 1808; saepius edita 1816 ed. 14., 1829 ed. 25, Sulzbach 1878, quae versio (contra eam, quam ediderat van Ess) etsi multum diffusa, non videtur arrisisse Romae, et sane ea non est accurata, obiter facta, quamvis summaria adjecta laudentur; Erklärung der heil. Evangelien der Apostelgeschichte und einiger Briefe des heil. Paulus, nach dessen mündlichen Vorträgen, cum ejusdem biographia cur. Sintzel, Regensburg 1844; *Exerzitien* für Priester und Priesterkanditaten Straubingae 1845; conciones, exhortationes ad alumnos de breviario, coelibatu etc., *christkatholische Liturgik* nach dessen mündlichen Vorträgen herausgegeben von M. Sintzel und einem seiner Freunde, ib. 1845; principia catholica *de matrimoniis catholicorum* cum altera parte protestantica [3]), Oedeponti 1831; *confessarius pro aetate juvenili,* Solisbaci 1832 in 8; germanice Landshut 1833; Sulzbach 1853.

441. *Psalmos* explicavit praeter Goldwitzer (p. 952), Wittmann, Tschamschenanz, de quo infra n. 458, Petrus Franciscus Viguier congr. s. Laz. Bisontinus n. 20. Jul. 1745, theologiae professor in seminario senonensi. Inde missus in Algeriam (1773) curam egit sedulam mancipiorum. Cum Pius VI. societatis Jesu suppressae per Orientem instituta tradidisset congregationi s. Lazari, Viguerius constitutus est Constantinopoli praefectus apostolicus a. 1783. Magna sollicitudine et zelo rem catholicam in Oriente curavit occasionemque nactus est addiscendi linguas orientales. Rediit 1802 in Galliam librisque edendis se dedit, e quibus huc spectant: *Exposition* du sens primitif des psaumes, Parisiis 1818 t. 2 in 8. ed. 2. aucta et emendata; prior prodiit 1806 in 12. inscripta: *De la distinction primitive des psaumes* en monologues et dialogues ou exposition de ces divins cantiques tels qu'ils étaient exécutés par les lévites dans le temple de Jérusalem. Supponit auctor in suo op. textum hebraicum a temporibus apostolorum fuisse corruptum non quidem quoad veritates principales eique praeferendam esse vulgatam. Edidit quoque Bulleti *Discours* sur la vérité de la religion chrétienne 1817 in 12., qui est epitome operis ejusdem auctoris *Histoire* de l'établissement du Christianisme (cf. p. 52). Decessit [1]) Viguier 7. Febr. 1821. — Alex. Dominicus Bardani congr. indicis a secretis [2]), vir in theologia bene versatus († 11. Jun. 1832), reliquit *Psalterium davidicum* cum syntactica paraphrasi juxta textum, Romae 1830. — Seb. Mall OSB. in monasterio benedictiburano

[1]) Cf. Kerz Litzt. 1833 III, 217—28: Schrödl KL[1] XI, 1121; Mittermüller Leben und Wirken des frommen Bisch. M. Wittmann, Landshut 1859; Mehler Lebensbeschreibung des frommen B. M. Wittmann, Ratisbonae 1894; ejus opera in thes. pag. 941; Lauchert allg. d. Biogr. 43, 640—44.

[2]) Cf. Felder, Literaturzt. 1810, 209—238.

[3]) Cf. Kerz Litzt. 1832 1, 406—16.

[1]) Cf. Not. bibliogr. sur les Ecriv. de la Mission p. 230—38.

[2]) Cf. Zeitschr. für Philos. und kath. Theologie, Cöln 1832 III, 209.

n. 11. Nov. 1766, linguarum orientalium et hermeneuticae, dein exegesis in universitate landishutana professor (1801), qua translata Monachium et ipse huc commigravit († 12. Sept. 1836), edidit[1]) *Psalmos* cum lectionibus variantibus ex versionibus graeca et latina collectis, Monachii 1828 in 8. — Hippolytus Laurens edidit *Job et les Psaumes,* traduction nouvelle d'après l'hébreu, les anciennes versions et les plus habiles interprètes précédée de deux discours préliminaires et accompagnée d'arguments et notes, Parisiis 1839 in 8. — J. Mich. Schnitzler reliquit: *Psalterium explanatum* sive psalmi omnes et in officio canonico legenda V. T. cantica juxta vulgatam ss. librorum editionem additis notis cum textus sensum tum omnia, quae in bibliis hebraicis aliter leguntur, exhibentibus, Confluentiae 1842. — Jo. B. Koenig parochus *die Gesänge Davids* und s. Geistesverwandten metrisch übersetzt aus der Ursprache[2]), Augsburg 1830 t. 3; 1844 ed. 3. t. 5 in 12. — Jo. Petrus Agier Parisiensis (n. 28. Dec. 1748) parlamenti advocatus et unius e tribunalibus parisiensibus praeses († 23. Dec. 1823) fanaticus erat Jansenista. Hierarchiae et Jesuitarum erat adversarius, conc. tridentini oecumenicitatem in dubium vocat, omnem in matrimonium potestatem civili vindicat tribunali, chiliasmum tuetur etc. Psalmos ex hebraico gallice vertit, Parisiis 1809, cujus op. epitomen dedit, ib. 1818; *Prophéties concernant J. C.,* 1819; ac generatim vaticinia ex hebraico vertit gallice, ib. 1820—1822 t. 9; Commentaire *sur l'Apocalypse,* ib. 1823 t. 2 etc. opera jam oblivioni tradita[3]).

442. Lud. Antonius Hassler n. Viennae 7. Jan. 1755 anno 16. aetatis ingressus est O. Erem. s. Aug. Cum esset in linguis orientalibus versatus, missus est a gubernio Friburgum, ut in academia easdem cum hermeneutica et exegesi V. T. doceret (1784). Post quadriennium cathedram cum parochia rottenburgensi commutavit; inde translatus est Oberndorfium simul auctus munere inspiciendi scholas ditionis austriacae (1795). A capitulo rurali rotvillano electus est decanus et a rege Würtembergiae, cujus interim factus erat subditus, regius dictus est consilarius († 22. Dec. 1825). Scripsit: *Exegetische Andeutungen* über schwere Stellen der Schriften des A. B., Gmundae 1822, quae carent pretio; *Jesus Christus Gottmensch,* Augustae 1803; ed. altera inscribitur *Einziger und unumstösslicher Beweis* der Gott- und Menscheit Jesu Christi in Gesprächen wider die Ungläubigen, ib. 1806. Spiritu tolerantiae illius aevi infectus composuit quoque *Repertorium homileticum* pro concionatoribus et fidelibus trium confessionum, Friburgi 1818—21. — Georgius Liborius Eyrich Wirceburgi n. 23. Jul. 1766, theologiae moralis et pastoralis professor (1803), seminarii regens et consilarius ecclesiasticus († 22. Febr. 1826), in lucem dedit *tentamen historicum* circa diversas de spe et exspectatione, quam Jobus 19, 25 s. sibi facit, opiniones et sententias, Wirceburgi 1791 in 8; *das Buch Job* in deutschen Hexametern, ib. 1824. — Franc. Xav. Scholl professor trevirensis *de Dei mandato* ut offerat filium Abrahamo injuncto animadversiones quasdam congessit, Treviris in 4; ejus quoque est commentatio exegetica *de LXX hebdomadibus Danielis,* Francofurti 1829 in 4; Defensio cap. 22. Gen., Trier 1836. — Angelus Agnoletto natus Noventae prope Patavium 3. Nov. 1754, erat in seminario historiae ecclesiasticae (1774), dein (1784) theo-

---

[1]) Cf. Lindner 1, 148.

[2]) Cf. Tübinger Quartalschrift 1890 p. 156—62.

[3]) Cf. Levesque in Dict. de la Bible I, 271; Stimmen aus M. Laach 1879, VII, 228; Feller 1, 52.

logiae dogmaticae professor[1]). Annis 46 rexit cathedram decessitque a. 86 aetatis 6. Aug. 1811. Statuit *assertiones tres,* videlicet de eximio Abrahami facinore filium immolare parati; Jobi l. non parabolam, sed historiam continere; filiam Jephte non immolatam, sed Deo dicatam fuisse, Patavii 1781 in 8; *de linguis,* de viso Nabuchodonosoris, de Juditha, 1784; *de divinis prophetarum oraculis,* de ineptis ethnicorum oraculis, de arte magica, ib. 1812; *de augustissimo Trinitatis mysterio,* ib. 1787; *de miraculis* 1792 in 8; *de ss. martyribus,* ib. 1803. Theologiae dogmaticae cursus mansit ob temporum iniquitatem ineditus. — Magnus Becherer philosophiae et theologiae doctor (n. 11. Sept. 1799; † 21. Jun. 1832), disputavit *über den Glauben der Juden* vor der babylonischen Gefangenschaft an Unsterblichkeit der menschlichen Seele, Monachii 1827 in 8. — Josephus Beck professor hildesheimensis et consiliarius ecclesiasticus Badensis *über die Entwicklung* und Darstellung der messianischen Idee in den Schriften des A. B., Hannoverae 1835 in 8; *der christliche Glaube* und das christliche Leben nach den Grundsätzen der kath. Kirche dargestellt, Hannover 1835—36 pp. 2. — J. A. Grausbeck elaboravit *ausführliche Untersuchung* über die Finsterniss bei dem Tode Jesu in exegetischer u. apologetischer Rücksicht, Tübingae 1835.

443. Andreas Mastai Ferretti Senogallensis, aliquamdiu sodalis congr. Orat., dein canonicus in urbe patria, academiae praeses, se totum impendit Judaeorum conversioni. A Pio VII. factus est a. 1806 episcopus Pisauri. Irruentibus Gallis, quia noluit serviliter obedire praeceptis contra Ecclesiae jura editis, deportatus est in Lombardiam. Ita quinquennale otium nactus composuit opus inscriptum: *Gli Evangeli uniti,* tradotti e commentati, Romae 1817 t. 2. Decessit piissimus et zelantissimus praesul 1822 a. aetatis 68. — Gerardus Gley Lotharingus n. 24. Mart. 1761 parentibus pauperibus primum institutus fuit a loci vicario, qui ob responsionum prudentiam, cum traderet ei catechismum, bonam de eo spem concepit. Absolutis inter rerum augustias studiis constitutus est philosophiae, dein theologiae professor. Recusato jurejurando solum vertere est coactus. Hinc in Germaniam se recepit atque Bambergae substitit obtenta cathedra linguarum peregrinarum. Rogante episcopo condidit atque redegit etiam folium publicum admodum diffusum per Germaniam. In archivo ecclesiae cathedralis reperit pretiossimum documentum, paraphrasin scil. evangeliorum lingua francica conscriptum ex tempore Ludovici Pii imp., quod deinde postquam Bamberga addicta fuit Bavariae, Monachium est translatum. Cum Davoust celeber belli dux eam urbem transiret, voluit ut Gley ipsum sequeretur. Petitioni annuens secutus est Davoust in suis expeditionibus bellicis per varias regiones ubique lustrans bibliothecas. Nomine ducis administravit ipsius principatum Lowicz et a regimine magni ducatus warsaviensis electus est inspector institutionis publicae, quod munus magna prudentia gessit. Post suum in Galliam reditum (1813), variis in locis philosophiam docuit decessitque Parisiis 11. Febr. 1830. Plura reliquit opera[1]), inter quae *Histoire de N. Sauveur* exposée d'après le texte des saints Evangiles, selon l'ordre chronologique des faits distribuée in 60 instructions et précédée d'une harmonie des quatre évangélistes, Touronii 1819 t. 2 in 12; *Doctrine de l'Eglise de France* sur l'autorité des souverains pontifes et sur celle du pouvoir temporel conforme à l'enseignement de l'Église

[1]) Cf. Vedova I, 35.

[1]) Cf. Biogr. univ. 65, 430—34.

catholique, sur les lettres de Mons. d'Aviau, archevêque de Bordeaux, Parisiis 1827 in 8. Plurimas quoque inseruit biographias operi inscripto *Biographie universelle.* — Laur. Jos. Maximilianus van de Wardt can. reg. in canonia rolducensi (n. 4. Jul. 1756; † 26. Dec. 1823) composuit *Harmoniam evangelicam,* Antwerpiae 1819; et *dictionarium evangelicum* [1]), ib. 1817. — Jo. Compans congr. s. Lazari 28. Apr. 1748, suppressis religiosorum domibus in Hispaniam et Italiam profectus est. Ordine publico restituto factus est theologiae dogmaticae professor in universitate tolosana († 7. Febr. 1835). Scripsit *Histoire de la vie de J. Christ,* 1786; 1788 ed. 2 t. 2 in 12., in qua exhibet stilo tamen neglecto concordiam evangelistarum, locos obscuros illustrat, exceptionibusque respondet; edidit [2]) quoque Colleti *traité des dispenses* (cf. p. 61), auctus et retractatus ab ipso 1788; 1827 ed. melior t. 2 in 8.

444. Daniel Christophorus Ries SJ. Wirceburgensis, linguarum orientalium et hermeneuticae professor erat Moguntiae, Francofurti canonicus capitularis, electori a consiliis ecclesiasticis. A Gallis propter recusatum juramentum Moguntia fuit expulsus 1792, mox tamen rediit. Dein Aschaffenburgi degit theologiae professor et facultatis theologicae quadamtenus conditor (n. 31. Dec. 1742; † 20. Mart. 1825). *Vitam Dei hominis J. Christi* publicam a s. Joanne Ev. enarratis illustrioribus factis ac sermonibus absolutam prolixiore commentario et epicrisi in quasdam N. T. interpretationes elucidavit, Moguntiae 1797 t. 1. (usque ad c. 6.); reliqui tomi non prodierunt. Edidit quoque: *Quid conferant linguae orientales* in systemate catholicorum ad exegesin Scipturae s., ib. 1784, adversus Dereser, qui eam necessitatem exaggerat in thesi: *Necessitas linguarum orientalium* ad s. Scripturam intelligendam, Coloniae 1783. *Epitome* philologiae, critices et hermeneutices sacrae specialis, ib. 1789 in 8; *chrestomathia* biblica analytica linguarum orient. primae interpretationis candidatis textum sistens, ib. 1790 in 8; *de male jactato orientalismo biblico* diss. 1; Scopus praetensi orientalismi biblici ejusque examen, Moguntiae 1798; duae aliae diss. de eodem argumento non prodierunt; Antonii Vogt (f. supra p. 373) *commentarius in ll. N. T.* eorumque sensum maxime literalem una cum textu continens, opus posthumum recognitum, atque in locis quam plurimis auctum, ib. 1790. 1791 t. 2, quibus continentur evangelia s. Matthaei et Marci; iis praemisit diss. de usu auctoritatis in exegesi biblica. Alii t. 2 prodierunt Moguntiae et Francofurti 1789—96, qui complectuntur duo reliquia evangelia et epistolas s. Pauli; alii non videntur prodiisse. *Privatgedanken* über die Praxis der katholischen Kirche das eheliche Band nicht aufzulösen in Verbindung mit der darüber herrschenden Lehre. Mitunter Worte von Freimüthigkeit an die neuesten Reformatoren der katholischen Dogmatik, Bambergae et Wirceburgi 1816. 1817 t. 2 in 8; hujus epitome est: *Exegetische Beweise,* dass in den Schriften des N. T. nach ihrem wahrscheinlicheren Sinne die Bandesauflösung giltiger Ehen allein für Juden, doch eingeschränkt, zugestanden, für das Christenthum aber allgemein und unbedingt verboten werde, Moguntiae 1821 in 8. — Quirinus Nevels parochus edidit *Das Leben Christi U. H.* oder die Geschichte Jesu von seiner Geburt an bis zu seinem Kreuztode, Auferstehung und Himmelfahrt nach der Harmonie der 4 Evangelien ...

[1]) Fr. Weillenboek pariter compilavit *Biblisches Handwörterbuch* zur Erleichterung des Nachschlagens in der Bibel. Für Seelsorger und Alle die sich in der Bibel und über ihre Pflichten belehren wollen, Linz 1827 in 8.

[2]) Cf. Notices cit. p. 81—84.

nebst der Apostelgeschichte, Düren 1826—31 t. 2 in 8. Reliquit et *conciones.* — Jo. Nep. Biechele theologiae doctor et parochus friburgensis (n. 8. Jul. 1762; † 1829) typis dedit *die Evangelien* in einem harmonisch geordnet, erklärt und mit sittlichen Anwendungen versehen ... für Christen aus allen Ständen, Freiburg 1808 t. 3. Inseruit quoque plures diss. asceticas Archiv für die Pastoralhonferenzen in den Landkapiteln des Bistum Konstanz.[1]) — Jos. Udalr. Aug. Bodent parochus scripsit *Die erste und heiligste Geschichte der Menschheit* Jesus von Nazareth, historisch-kritisch mit steten Rückblick auf griechische, römische u. jüdische Religionsgeschichte, Schwäbisch Gmünd 1818—22 t. 4 in 8. Reliquit et *geistliche Reden* in systematischen Zusammenhang, Augsburg 1810—11 t. 3 in 8.

445. Henricus Rutter, vere Banister, n. 24. Febr. 1755, in collegio duaceno institutus, aliquamdiu in collegio Anglorum Audomari professor, deinde in Anglia missionarius praeter ascetica edidit *Evangelical Harmony,* Londini 1803 t. 2 in 8; 1830. 1844. 1849. 1857 ed. Husenbeth; *The Explanation of St. Paul's Epistle* to the Hebrews, Londini 1813; *A Key to the Old Testament* or a Summary View of its Several Books pointing out the Instructions and Mysteries which they contain. Whit a short analysis of Ecclesiastes and of the Canticle of Canticles, and a more detailed account of the Psalms and the Prophetic Writings as they bear testimony to J. Christ and his Church, London 1817; *The Catholic Epistle of St. Jude,* 1825; *The Doctrine of the Catholic Church* respecting the Blessed Eucharist etc., Liverpool 1829 in 12; *Summary View and Explanation* of the writings of the ancient Prophets, as they bear testimony of J. Christ. With an appendix on the Apocalypse as a supplement to the ancient prophecies, Londini 1831; *Summary View of the Apocalypse* or Revelation of St. John ... being a Supplement to the Key of the O. T. and the autor's Life of Christ, ib. 1834 in 8. — Jo. Michael Wirth professor exegeseos dilinganus (n. 1. Oct. 1788; † 17. Jul. 1832) explicavit *das Evangelium des Joannes*[1]), Ulmae 1829 t. 2 in 8; *die Pharisäer,* Beitrag zum Verstehen der Evangelien, ib. 1824 in 8; *die Apostelgeschichte* des Lukas erläutert, ib. 1832; *Erläuterungen* über das Sendschreiben des Ap. Paulus an die Römer, Ingolstadii cura J. M. Friess 1835 in 8; *Altes und Neues* über den zweiten Brief an die Korinthier, Ulmae 1825; *Uebersicht der Weissagungen* von Christus und seinem Reiche, aus seinem Nachlasse herausgegeben von J. M. Friess, Ingolstadii 1835; *das Büchlein Ruth,* Nerolingae 1834; *Ansichten des Glaubens* als Grundlage des prakt. Christenthums, Ulmae 1821; *die Psalmen* übersetzt, Kempten 1835 in 16. l. posthumus etc. — Gabriel Avedikian congr. Mechitaristarum natione Armenus n. 1751, congr. vicarius generalis (1827) armenice composuit[2]) commentarium in 14 ep. s. Pauli, Venetiis 1806—12 t. 3 in 4, qui in Dict. de la s. Bible 1, 1286 laudatur ab eruditione, utitur enim fontibus etiam armenis, a claritate, sagacitate et unctione. Armenice quoque illustravit hymnos, qui sunt in usu in officiis ecclesiae armenae Venetiis 1814 in 4; gallice ib. 1815; Disseruit *sopra la processione dello Spirito santo* dal Padre e dal Figliuolo, ib.

[1]) Cf. Felder II, 53—61.

[1]) Cf. Specht Gesch. des k. Lyc. Dillingen 167. — P. Theoph. Buslav canonicus posnaniensis disseruit de lingua originali Evangelii secundum Matthaeum, Breslau 1826, quam hebraicam fuisse censet.

[2]) Huic addimus Steph. Khover Aconz ejusdem congr. s. Lazari Venetiis a. 24 praepositus et archiep. sunikensis (1740—1824), cujus praeter alia est tr. historicus A. et N. T., Venetiis 1819—24.

1824. — Liborius Stengel, theologiae professor friburgensis, Stettensis, natus est 14. Aug. 1801 parentibus pauperibus. Cura parochi, qui pueri ingenium praesagiit, studiis potuit operam dare tanto profectu, ut Hug a. 1827 eum sibi postulaverit in cathedrae supplentem. Primus fuit qui Friburgi doceret linguas rabbinicam et sanscriticam. Callebat linguas orientales, slavicas, plerasque modernas tantaque contentione studio indulgebat, ut jam 22. Febr. 1835 apoplexia correptus decesserit a. aetatis 35. Ex ejus schedis prodiit cura Josephi Beck, *Commentar* über den Brief an die Hebräer, Carlsruhe 1849 in 8; *Commentar* über den Brief des Ap. Paulus an die Römer [1]), Friburgi in Brigoja 1836 t. 2 in 8; 1854, commentarius qui puro putidoque inficitur rationalismo: negat enim a Paulo doceri Filii divinitatem, peccatum originale, redemptionem in sensu Ecclesiae catholicae etc. — Eandem exposuit A. Tapfer Tirolensis n. 1773, theologiae dogmaticae Merani, dein Curiae professor. Obiit in fama sanctitatis 5. Mart. 1835. Prodiit ejus *Litera ep. ad Romanos* Campoduni 1835; *Octo beatitudines,* ib. 1836; *Paraphrasis* s. Evangelii secundum Joannem, ib. 1835 in 8; *liber Psalmorum apertus,* ib. 1834 pp. 3 in 8; *loci obscuri* psalmodiae et liturgiae dilucidati, Campoduni 1836; *expositio analytico-literalis* incruenti missae sacrificii secundum ritum romanum, Curiae 1828 ed. 2; Friburgi 1835 in 8. ed. 2. — Liborius Domitius Parisi OSA. Siculus (n. 1758; † 1828), insignis concionator, necnon et in physicis atque astronomicis versatus, typis mandavit *paraphrasim apocalypsis* et expositionem mysteriorum omnium Scripturae et patrum roboratam testimoniis expositorumque placitis, Panormi 1795. — De eadem edidit L. M. Bridou laicus: *Explication de l'Apocalypse* d'après l'Écriture sainte et l'histoire ecclésiastique, Parisiis 1818. Scripsit quoque *Quel est le culte* d'adoration dû au Verbe incarné, ib. 1822 in 8.

446. S. Scripturam in linguas vernaculas verterunt praeter scil. Kistemaker, Schnappinger, Dereser, de quibus jam egimus, Bertulphus Weyl OSF. guardianus, provinciae custos et praepositus, professor hermeneuticae et linguarum orientalium in academia moguntina († 2. Aug. 1823), qui tantum vertit *Evangelia et Actus ap.,* Mainz 1789, quae versio laudatur ut fidelis, clara, utilis; adjecit utiles annotationes pro minus doctis. — Joannes Michael Feder Oellingae in Franconia n. 25. Maji 1753, linguarum orientalium in universitate wirceburgensi professor (1785), deinde theologiae moralis et patristicae, et bibliothecae praefectus (1791) et abdicata cathedra primarius bibliothecae praefectus (1805). Injurioso modo hoc munere dimissus (1811) paulo post ex moerore apoplexia tactus est. Recuperatis nonnihil viribus libris vixit, liberiori sentiendi rationi illius aevi indulgens donec viribus fractus vivere et pati desiit 6. Jul. 1824. Inter alia edidit[1]): *Die h. Schrift des A. und N. T.* von Dr. H. Braun übersetzt durchaus verbessert, Norimbergae 1803 t. 2; *canticum prophetae Habacuc* ex hebraeo latinum fecit, Wirceburgi 1777 in 4; *der 67. Psalm* (68) aus dem hebräischen neu übersetzt, ib. 1786; *expositio Ps. 109,* ib. 1776, in qua exhibet omnem consonantium et vocalium varietatem, quae in v. 3. apud veteres translatores occurrit. Plura opera biographica vel ad theologiam practicam spectantia e gallico, vel ss. patrum in linguam patriam vertit; ephemerides theologiae pastoralis, *Praktisch-theologisches Magazin*

[1]) Cf. Zeitschrift für Philosophie und katholische Theologie, Coloniae 1836 IV, 127—38; Reusch a. d. B. 36, 47; Gla 1, 370.

[1]) Cf. Ruland pag. 193—199; Schroedl KL. IV, 1283.

für katholische Geistliche, Norimbergae 1798—99 fasc. 3, et paedagogicas *Magazin zur Beförderung des Schulwesens* im kath. Deutschlande, Wirceburgi 1791—97 t. 3, vel literarias *Würzburger gelehrte Anzeigen* 1788—92, redegit. — Franciscus Nowotny Bohemus (n. 23. Oct. 1768; † 1826), parochus de literatura patria bene meritus [1]) vertit in linguam vernaculam libros N. T. e graeco, Pragae 1810; collegit quoque bibliothecam bibliorum cechicorum a sec. XIII. usque ad a. 1810, ib. 1810. — Georgius Palković Hungarus (n. 1763; † 21. Jan. 1835), canonicus strigoniensis slovenice vertit post studium 30 annorum s. Scripturam V. et N. T., Strigonii 1829. 1833. — Carolus Octavius comes Castiglioni vel Castiglione [2]) Mediolanensis n. 1795 se in primis dedit studio numismaticae, in qua excelluit († p. a. 1826). Cum celeberrimo Angelo Mai diligenter scrutatus est codices bibliothecae ambrosianae atque cum eodem edidit ex palimpsestis *gothicam versionem* epistolarum s. Pauli ab Ulphila adornatam cum annotationibus et excursibus admodum eruditis [1]), Mediolani 1829—39; aliasque ineditas partes Ulphilae a Mai in ambrosianos palimpsestis repertas, ib. 1819. — Jos. Coster edidit: *Jezechiel* secundum LXX ex tetraplis Origenis e singulari chisiano codice opera et studio Vinc. de Regibus, Romae 1840 in f. — Jos. Brunati disseruit breviter, sed bene et docte *de nomine, auctore,* emendatoribus et authentia Vulgatae, Viennae 1825 in 8; *dissertazioni bibliche,* Mediolani 1838 in 8; *Leggendario e vite di santi Bresciani* con note storiche e critiche, Brixiae 1834 in 8; 1854. 1855 t. 2 in 4. ed. 2; *Notizia* de' protestanti convertiti alla religione cattolica dal 1794 al 1837, Mediolani 1837. — Thomas Gonzalez Carvajal edidit *Los libros poeticos de la s. Biblia,* Matriti t. 12 s. a cum annotationibus; Montfortii 1819—32; 1835 t. 2 sine annotationibus.

III. Patrologia.

447. Patrologiam praeter Moehler (p. 891) et Le. Rueff reliquerunt [3]) Jo. Fortunatus Láng [4]) Strigoniensis (n. 1771; † 13. Sept. 1829), in academia budensi patrologiae, historiae literariae et theologiae professor et seminarii pazmanei director, Budae 1809 — et Franc. Wenceslaus Goldwitzer Bambergensis, parochus Büchenbachii (n. 29. Mart. 1778; † 1840), cujus sunt *Patrologie* verbunden mit Patristik (usque ad sec. IX.) für Theologen bearbeitet, Norimbergae 1834 t. 2 in 8; *Bibliographie* der Kirchenväter und Kirchenlehrer vom 1. bis 13. Jahrhundert, *Handbuch* zur Patrologie und Patristik [2]), Landishuti 1828; *compendium dogmatum cathol. systemati-*

[1]) Cf. Wurzbach 20, 414.

[2]) Alius ab eo est Jo. Bapt. Castiglione canonicus mediolanensis, diplomatices professor ac bibliothecae archiducis Ferdinandi praefectus, cujus sunt: *Dell' antichissimo rito di pregare per l' imperatore* interamente conservato nella sola Ambrosiana chiesa; *del jus metropolitico* della chiesa di Milano, Mediolani 1771 in 4., de qua duplici diss. cf. B. E. N. frib. 4, 48—52.

[3]) Joachim Cron O. Cist. in monasterio osseciensi (n. 1751; † 1826) scripsit *Cassiodorus* oder die Schulen, Pragae 1800.

[4]) Alius ab eo est Leonardus Lang concionator, qui collegit *Biblisches Reportorium* über die gesamte christkatholische Glaubens- und Sittenlehre in alphabetischer Ordnung für Prediger u. Katecheten, Regensburg 1841.

[1]) Cf. Jahrbücher der Literatur 74, 179—87; 145, 184—227.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1828 p. 719—730.

cum [1]), Solisbaci 1824; *bibliographia dogmatica*; ib. 1831, valde incompleta, quae sunt opera minoris momenti; *der Prophet Hoschea* aus dem Hebräischen mit Anmerkungen, Landishuti 1828; *die Klagelieder Jeremias* etc. Solisbaci 1828; *die Psalmen Davids* metrisch übersetzt, ib. 1828; *ein Paar Worte* über die Frage: Ist die Ehe nach dem Ausspruche Jesu und der Apostel in keinem Falle auflösbar? Kulmbach 1810; *Einige Bemerkungen* über die Abhandlung: Harmonie der biblischen Stellen über die Unauflösbarkeit der Ehe, in fasciculis literariis bambergensibus t. 4. fasc. 5. p. 345—59.

448. Inter eos, qui patrum opera ediderunt, unus eminet eruditione et judicio critico Faustinus Arevalo SJ. n. in oppido Campinario ad extrema Durii (Estremadura) 29. Jul. 1749, quem tanti fecit card. Lorenzana, ut eum sibi voluerit fere contubernalem et moriens constituerit supremae suae voluntatis exsequendae curatorem. Quamobrem Arevalo laudationem funebrem cardinalis in academia religionis recitavit, Romae 1804 in 4. Pius VII. eum novo et illustri munere hymnographi et theologi pontificii decoravit. Ipse officium ac missam in honorem Deiparae appellatae Auxilium christianorum ordinavit composuitque duos hymnos, lect. VI. et orationem pro hoc festo. Edidit auctoritate et impensis card. de Lorenzana *s. Isidori hisp. ep. Hispaniarum doctoris opera omnia* denuo correcta et aucta, Romae 1797—1803 t. 7 in 4. Editio praestantissima, quae si accurationem, judicium criticum, eruditionem spectes, non inferior censeri debet celebrioribus editionibus maurinis. Praemisit copiosissima prolegomena (Isidoriana) eruditione referta, adjecit notas. Eam recudit Migne in sua *patrol.* t. 81 ss. *Aurelii Clem. Prudentii carmina* ad optimas quasque editiones et msc. codd. romanos aliosque recognita et correcta, glossis Isonis magistri et aliis veterum nunc primum e msc. depromptis, prolegomenis, commentariis et lectionibus variantibus illustrata, Romae 1788. 1789 t. 2 in 4., ed. pariter praestantissima. *Dracontii poetae christiani sec. IV. carmina* ex msc. vaticanis duplo auctiora iis, quae adhuc prodierunt, cum prolegomenis, variis veterum edit. lectionibus perpetuisque notationibus, ib., Romae 1791 in 4., utraque ed. recusa a Migne t. 59. 60. *C. Vectii Aquilini Juvenci presb. historiae evangelicae ll. IV;* ejusdem carmina dubia aut supposita ad msc. codd. vaticanos aliosque et ad veteres ed. recensita, ib. 1792 in 4; *Coelii Sedulii opera omnia* ad codd. msc. vaticanos et ad veteres ed. recognita, prolegomenis, scholiis et appendicibus illustrata, ib. 1794 in 4., utraque ed. recusa a Migne t. 19. Hisce editionibus magnam sibi comparavit famam apud eruditos, quorum una consentiensque vox est, Arevalum in his auctoribus illustrandis priores interpretes fere inutiles reddidisse posterioribusque, si qui venturi sint, spei parum reliquisse novi aliquid conficiendi. *Hymnodia hispanica* ad cantus latinitatis metrique leges revocata et aucta. Praemittitur diss. de hymnis ecclesiasticis eorumque correctione atque optima constitutione. Accedit appendix I. de festo conversionis gothorum instituendo; II. breviarii Quinguoniani fata; III. censura hymnorum Santolini Victorini, ib. 1786 in 4., quod opus palmare dicitur a Mai, dissertatio vero judice Gueranger pretiosissimis monumentis scientiae liturgicae est accensenda. Quia Alph. Muzzarelli Pio VII. a consiliis theologicis jussus erat pontificem in Galliam deportatum sequi, cardinalis de Pietro in doctrinis theologicis princeps, facultate pontificia fultus Arevalum theologum pontificium designavit, cujus consilio uteretur. Cum

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1826 p. 527—42; Kerz Litzt. 1824 IV, 187—94.

Ferdinandus VII. revocaverit Jesuitas in Hispaniam, mox post societatis restitutionem, illico dato nuncio muneri theologi pontificii honorifico, iter in patriam 25. Sept. 1815 arripuit, invitis fere card. de Pietro et ipso pontifice Pio VII. dolentibus Romam tanto privari theologo. Decessit 7. Jan. 1824 a. aetatis 77.

449. G. O. Marzuttini typis dedit *Collezione delle opere dei Padri* e di altri autori ecclesiastici della chiesa aquilejese tradotte ed illustrate col testo a fronte, Utinae 1828 t. 8 in 16. — et Aug. Josephus Ryckewaert *opera ss. Patrum selecta,* 1835 t. 10 in 12. Natus is est in oppido Belgii Poperinghe 10. Maj. 1771. Intrepidus erat jurium Ecclesiae tempore invasionis gallicae apologeta pluraque edidit hunc in finem opuscula. Novam curavit editionem *institutionum canonicarum* Devoti (p. 780) et *breviarii* historiae ecclesiasticae Bertii (pag. 1), quae opus originale praecellit († 16. Maj. 1837). — Franciscus Oberthür edidit laudabili sane consilio *Opera omnia ss. patrum latinorum* de veritate religionis christianae contra gentiles et Judaeos[1]) t. 13; *opera patrum graecorum* graece et latine t. 21, Wirceburgi 1777—94 praefixis interdum sat amplis praefationibus. Natus est Oberthür Wirceburgi 6. Aug. 1745. Mira Dei providentia studiis applicatur curam de ipso agente Adamo de Friderico episcopo, qui cum canonicus esset, eum puerulum adamaverat. Lauream doctoralem in philosophia, theologia et utroque jure est adeptus. Episcopus eum Romam misit, ut se in praxi curiae exerceret; reducem mox consiliarium vicariatus et consistorii fecit, et suppressa societate Jesu theologiae dogmaticae professorem 8. Nov. 1773 designavit. Innovationis spiritu abreptus multa in studiis et scholis reformare nisus est: quo in studio et opere ultra fas progressus nimis fovit tolerantiam religiosam et sentiendi licentiam illius temporis, unde vel episcopus Fr. Lud. de Erthal, qui eum consiliarium et scholarum in urbe inspectorem constituerat, cathedra movere cogitavit. Noluit tamen ille cedere tenuitque eam ad a. scil. 1809, brevi intervallo excepto, quo demum anno amotus est. Anno 1821 adlectus est capitulo cathedrali canonicus theologus. Obiit 30. Aug. 1831 a. aetatis 86. Vir erat admodum laboriosus multumque sollicitus de bono urbis patriae, et in perficienda promovendaque conditione operariorum et servorum; liberalis etiam in juvandis pauperibus omnis conditionis, praesertim studiosis, in augenda instructione populari, in illustranda historia patria[1]) descriptis vitis virorum et mulierum laude dignorum, sacerdotum etiam Franconiae, de quibus agit in l. *Clerus wirceburgensis* ecclesiae, universitati, specialis suae s. Chiliani auspiciis initae fraternae consociationis secularia festa idibus quintilis celebranti adplaudit F. O., Wirceburgi 1827 in 8. In dogmate tamen aeque ac in omnibus, quas attigit, disciplinis suo indulgens ingenio, proferendi semper nova studio actus; maxime est gavisus laudari et exaltari ab iis, qui erant alienae confessionis[2]):

[1]) Cf. N. B. E. frib. 6, 578—84.

[1]) Id praestitit etiam Franciscus Nic. Roesch Franco, theologiae moralis et pastoralis Wirceburgi professor et (1830) canonicus (n. 1. Sept. 1779; † 1834) in *Handbuch des ehem. Fürstentums,* jetzigen Grossherzogtums *Würzburg,* 1813. Ejus quoque est *Der praktische Prediger* 1808.

[2]) Cf. Ruland p. 167 ss.; Düx KL[1] V, 681; »Dieses Vorwiegen der Phantasie, verbunden mit dem Hervorheben der ästhetischen Seite des katholischen Elements erzeugte bei O. das Zurücktreten theologischer Schärfe und Sicherheit, ein Mangel, der sich fast in allen theologischen Schriften Oberthür's kund gibt, woran freilich ausser der gerade herrschenden theologischen Bildungsart die Anschauung der damaligen sich aufgeklärt nennenden Periode

nimia quoque de suisque operibus erat imbutus opinione. Hinc Perone, postquam notat hunc auctorem »ubi agit de sacramentis, nuspiam docere, sacramenta conferre gratiam *ex opere operato*,« subdit [1]): »Ast plura habet hic auctor, quae potius protestantium quam catholicorum doctrinam prae se ferre videantur.« Haec potiora praeter jam recensita ex plurimis ejusdem operibus: *Flavii Josephi opera omnia* graece et latine excusa ad editionem lugd. bat. S. Havercampii cum oxoniensi J. Hudsoni collatam, Lipsiae 1782—85 t. 3 in 8; commentarius tamen in Flavium quem promiserat nunquam prodiit. *Dogmaticae et polemicae* pars una: Theologia revelata, Wirceburgi 1776 in 8. Cogitaverat distribuere theologiam dogmaticam in theologiam revelatam et anthropologiam revelatam. Verum primum jam methodi novae specimem valde displicuit ejus collegis. *Encyclopaedia et methodologia theologica*, p. 1. encyclopaediam complectens, ib. 1786, quae non arrisit ob modum loquendi sive potius de omnis generis rebus fabulandi absque ordine methodico, ut partem alteram diu supprimeret. Demum cum primam partem auctam germanice edidisset inscriptam: *Theologische Encyclopaedie* oder der theologischen Wissenschaften Umfang und Zusammenhang, Augustae 1828 t. 2 in 8., adjecit *Methodologie* der theologischen Wissenschaften überhaupt und der Dogmatik insbesondere, ib. 1828, quo in l. sicut et in aliis loquitur de diversissimis rebus, narrat senili garrulitate vitae operumque suorum fata, diversas omnium fere disciplinarum reformandarum proponit rationes. Severiorum criticorum incurrit censuram, opus illud fundamento logico destitui, ut melius fuisset, si auctor ipsum suppressisset. *Idea biblica* Ecclesiae Dei t. 6, quorum 1. (Wirceburgi 1790) complectitur introductionem; 2. (Salisburgi 1799) et 3. (Rudolstadii 1806) sacramenta [1]); 4. archaeologiam seu Ecclesiae christianae templa, festa, artium in templis et festis usum et Ecclesiae sacerdotium; 5. et 6. (Solisbaci 1817—21) hierarchiae oeconomiam, modum et rationem. Nititur eo in op. ostendere, quo modo Ecclesia praeformata fuerit in synagoga. Valde erraret qui crederet, Ecclesiam catholicam talem esse, qualem hic describitur. Innumerae recurrunt opiniones singulares idearumque nexus, quibus lector movetur et turbatur, ut quid sibi velit auctor non assequatur: unde paucos nactum est emptores et lectores. »Hoc opus, inquit Perrone, a capite ad calcem scatet doctrinis novis, erroneis, depromptis magna ex parte a protestantibus [2]).« *Biblische Anthropologie* [3]), Monasterii 1807—10 pp. 4 in 5 t., opus eruditum; *Meine Ansichten* von der Bestimmung des Domcapitel und von dem Gottesdienst in den Cathedralkirchen, Wirceburgi 1826, in quo tam multa de reformatione cultus externi inserit, ut opusculum fuerit a congr. Indicis decr. 12. Jun. 1826 prohibitum [4]). *Das große Gebot der religiösen Liebe* Luc. 10, 29, Erfurt 1819; *Tentamen exegetico homileticum* sistens popularem Jesu methodum, Wirceburgi 1790.

450. De singulorum patrum doctrina disseruerunt: Franciscus Berg Fricken-

---

überhaupt einen guten Antheil haben mochte.« Schwab in op. Fr. Berg, Wirceburgi 1869 sect. 9; Pfülf KL² IX, 612; Wegele allg. d. Biogr. XXIV, 107—12.

[1]) Cf. Praelect. theol. t. 7 de sacr. in genere n. 76 adnot.

[1]) De hoc t. cf. (Linzer) prakt. Monatschrift für kath. Geistliche 14, 196—202.

[2]) Ib. t. 1 p. 2 n. 299 adnot.; cf. etiam Rösch p. 168 s.

[3]) (Linzer) praktische Monatschrift 7, 296; 10, 137—44; Felder Literaturzt. 1810 I, 346—68; 1811 II, 170—86; 1812 II, 28—43; 49—56; 1813 II, 215—35; 241—49; 257—67.

[4]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1826 p. 314—24; Kerz Litzt. 1826 II, 114—24. Alia opera cf. in thes. p. 592 s.

husanus in Franconia natus 31. Jan. 1753, theologiae patristicae 1785 et 1790 historiae ecclesiasticae in universitate wirceburgensi professor, novi Monasterii canonicus et a consiliis ecclesiasticis. Cathedra motus cum aliis professoribus a. 1809 post biennium iterum vocatus est ad cathedram historiae universalis († 6. Apr. 1821). Disputavit (sed non plene) *de Clemente alex.* ejusque morali doctrina, Wirceburgi 1779 in 8., quam diss. Sprenger suo *thesauro* rei patristicae inseruit [1]); Oratio aditialis *de origine rituum ecclesiasticorum* qui circa aquam versantur, ib. 1786. Vir erat liberrimae sentiendi licentiae et pessimi spiritus, in cujus dictis jam semina reperiuntur illius criticismi sec. XIX. omnia in dubium vocantis et religionem catholicam funditus destruentis, et modernismi, quem Pius X. damnavit. Habuit enim Evangelia pro compilatione anecdotorum, negavit divinitatem et resurrectionem Christi, institutionem Ecclesiae per Christum, primatum etc. Hinc magni factus est a protestantibus et liberalibus catholicis, quamvis neque multa neque tanti momenti ediderit opera. *Die Unrechtmässigkeit der Säkularisirungen* als Antwort auf des H. Dr. und Prof. Weisse Schrift: Ueber die Säkularisationen deutscher geistl. Reichsländer, Philalethopolis 1800; *Ueber das Staatsnothrecht* als Grund des Rechtes zu säkularisiren, eine Antwort auf Weissens Nachtrag, ib. 1800. Contra A. Frey, qui Ecclesiae jura tuebatur cf. pag. 777), edidit *Kritik* des natürlichen Kirchenrechts des g. Rathes Frey zu Bamberg, Germaniae 1812; Manhemii 1819, qua acerrime Ecclesiae jura impugnat statuitque eam societati civili esse subordinandam [1]). Ex ejus praelectionibus derivavit Flügge *Versuch* einer Geschichte der Entstehung und Ausbildung der Kirchenbusse in *Beiträge* zur Geschichte der Religion und Theologie, Goettingae 1798 II, 11—248. — Franciscus de Leibes Wirceburgensis n. 3. Dec. 1753, aliquamdiu theologiae dogmaticae professor (1785—89), seminari ad bonum pastorem regens novique Monasterii canonicus et decanus, qui ingravescente aetate oculorum lumine est privatus († 19. Febr. 1828), elaboravit diss., qua exponit quorundam ex patribus graecis apologetarum, Justini scil., Tatiani, Athenagorae, Theophili antiocheni et Hermiae de praecipuis religionis christianae dogmatis sententiam [2]), Wirceburgi 1778 in 8.

451. Marcellinus Molkenbuhr OSF. n. in oppido Rheine 1. Sept. 1741, philosophiae et matheseos, dein theologiae dogmaticae et moralis lector, ter suae provinciae (1789. 1798. 1807) praepositus († 16. Jun. 1825 a. aetatis 84), reliquit [3]) diss. 26 theologico-historico-criticas ab a. 1788—1814,

[1]) Alia ejus scripta minus huc spectant. Ita ex. gr. scripsit *Epikritik der Philosophie,* Arnstadtii 1805, qua philosophiam kantianam oppugnat; *Sextus* oder über die absolute Erkenntniss von Schelling, 1804. Cf. plura de eo apud Ruland p. 186—91; in primis Schwab Fr. Berg, geistlicher Rath und Prof. der Kirchengeschichte an der Universität Würzburg, Wirceburgi 1869, cujus epitomen habes in hist.-pol. Blätter 65, 54—73; 185—202; v. Stein KL² 405 ss.

[1]) Schwab allg. deutsche Biogr. 2, 363: »Seinen Gefühlen über diese ‚wiedergewachsenen Hörner' der Hierarchie, liess B. freien Lauf in der Kritik des natürlichen Kirchenrechts ... Er sah die Nacht einer neuen Barbarei hereinbrechen, wenn es nicht gelinge die Kirche, deren Charakter eine ‚Art Wildheit' anhänge, die das Zusammenleben mit ihr gefährlich mache, dem Staat gegenüber in das Verhältniss einer Privatgesellschaft zu setzen und ihren Clerus durch Bildung zu zähmen.« Cf. Hoberg 1. Vortr. in op. J. Christus, Freiburg 1908 p. 381, qui aliquot ejus prop. adducit, quas Pius X. in syllabo suo jussu edito reprobavit; Rösch p. 166 ss.

[2]) Cf. N. B. E. frib. 4, 328—34.

[3]) Cf. Rassmann *Nachrichten* von dem Leben und den Schriften münsterländischer Schriftsteller des 18. und 19. Jahrh. I, 219—22.

propter quas ab universitate heidelbergensi theologica laurea fuit donatus. 1. Quod Cephas, qui a s. Paulo Antiochiae Gal. 2, 11 reprehensus est, non sit s. Petrus apostolorum coryphaeus, una cum nonnullis digressionibus in actus et ep. apostolorum ad auctoritatem historicam graecorum Clementis alex. et Eusebii caes. more scholastico vindicandam, Paderbornae 1785; ed. aucta continens vindicias contra anonymum natione Gallum, Monasterii 1803; 2. de jejuniis et abstinentiis contra theologum moguntinum (Jung cf. p 371), Paderbornae 1785; auctior cum append. pro coelibatu clericorum contra anonymum, Monasterii 1794. Persuadere scil. nisus est Jung episcopis Germaniae, ut abrogarent inconsulto pontifice cunctas leges ecclesiasticas circa jejunia et abstinentias (saltem praeter diem parasceves). Adversus eundem quoque scripsit *Antwort des Paderborners* auf die in der Mainzer Monatschrift 1786 angerühmte Rechtfertigung dasiger Theologen in Betreff des Fasten- und Abstinenzgebotes, Paderbornae 1786; *Zweite Antwort*, ib. 1787. 3. 4: de cathedris romana et antiochena ac primis Petri successoribus; quod s. Petrus 25 a. Romae, et nunquam Antiochiae sederit [1]), Paderbornae 1788, quae diss. 4. graviter impugnata fuit a P. Fr. Theoph. Jarry (de quo cf. supra p. 584 a.), Paris 1807; hinc iterum prodiit aucta Monasterii 1809; diss. 5. et 6: de s. Firmiliano: I. de s. Firmiliani . . . ep. ad s. Stephanum aliisque ejus operibus, quam ep. a donatista quodam censet suppositam; II. de Firmiliani anno emortuali, quo Paulus Samosatenus fuit depositus ac synodus antiochena III. seu celeberrima contra Paulum celebrata, quam statuit non ante a. 272 fuisse habitam, Monasterii 1790, etiam in Migne patrol. lat. 3, 1357-1413, cum notis doctissimi Lumper in eandem ib. p. 1414—18. Diss. 7—11 *de s. Basilio M.*, ib. 1791, in quibus scil. ostendit, tres ep. ad Amphilochium, in quibus antiqui canones poenitentiales praescribuntur, esse suppositiitias; conc. ex sec. IV. eliberitanum, ancyranum, neocaesariense, gangrense, laodicenum ac trullanum ex sec. VII. esse illegitima; l. s. Basilii *de Spiritu s.* esse vel spurium, vel illegitimum; vocem homoousion in conc. antiocheno contra Paulum Samos. celebrato non fuisse damnatam; plures s. Basilii epistolas, quae unitatem Dei numericam et consubstantialitatem Filii cum Patre subvertant, esse fictitias. Diss. 12. Quod epist. s. Polycratis et Irenaei pro quartodecimanis in causa paschatis adversus s. Victorem papam sint suppositiitae, ib. 1793; diss. 13: Quod epistolae s. Cypriani et quinque synodi africanae confictae sint, ib. 1793; diss. 14: quod loca apud Eusebium Caes. et Hieronymum testantia s. Cyprianum et Dionysium Alex. rebaptizantibus favisse, sint interpolata, ubi et quaeritur: an l. s. Cypriani de lapsis sit genuinus, et Tertullianus a s. Cypriano fuerit aestimatus etc. 1794; diss. 15: Series episcoporum in cathedris romana, alexandrina, antiochena et hierosolymitana exhibetur ex Eusebio caes., et ostenditur, hunc quoad duas ultimas et varia alia esse interpolatum, ubi et asseritur contra Pagium et alios, quod Xystus II. papa sederit annis 11, passus cum s. Laurentio circa a. 269 sub Claudio II. imp.; item quod therapeutae non fuerint christiani, ib. 1794; diss. 16: Quod Origenes in idololatriam lapsus non fuerit, se ipsum non castraverit, nullas haereses docuerit; item quod s. Dionysius Alex. nunquam negaverit Filium Patri consubstantialem esse, nec desuper apud Fabianum papam accusatus fuerit, 1795; diss. 17: Quod

[1]) Scripsit quoque germanice *Ueber die Ankunft* des h. Petrus nach Rom und Antiochia und einige vorgebliche alte Streitigkeiten mehrerer Bischöfe wider die Päpste nebst Zugabe über die neue van Ess'sche Bibel, Monasterii 1816.

Irenaeus, Justinus, Papias etc. non fuerint millenarii, ubi et de Hieronymo, Eusebio ac Irenaeo quoad varia interpolatis, iterum de Cepha necnon de authentia Apocalypseos ac epistolae ad Hebraeos, ib. 1795; diss. 18: Quod error presbyteros esse aequales episcopis male affictus fuerit s. Clementi I. P. et Hieronymo, ubi et de fabuloso ave phoenice ex suis cineribus redivivo ex variis libris et opinionibus s. Hieronymo hucusque falso attributis, ib. 1786. In disp. 19 suppositas censet epist. omnes s. Hieronymum inter et Augustinum mutuas et supponentes, Cepham, qui a Paulo Gal. 2 redargutus est, esse s. Petrum; pariter epistolas et apologias omnes Rufinum inter et Hieronymum asserentem quod Origenes fuerit haereticus; et plures ep. s. Hieronymi s. Scripturam concernentes, ib. 1796; diss. 20: Quod Honorius I. P. a. non docuerit vel asseruerit haeresim Monotheletarum; b. quod ‚non fuerit damnatus in conc. generali VI: c. quod acta hujus conc., quae nunc exstant, foedissime sint interpolata, ib. 1798. In praefatione iterum tuetur, Petrum Antiochiae non sedisse. Diss. 21: Quod Christus fuerit natus a. ante aeram vulg. 2; baptizatus a. aerae v. 29, crucifixus a. 31; deteguntur interpolationes in ll. Josephi Judaei, Eusebii etc. aliena manu intrusae, signanter quoad annos Herodis I., ib. 1798; diss. 22: a. Quod inter s. Gregorium I. P. et s. Joannem Jejunatorem P. CP. nulla unquam de titulo universalis seu oecumenici episcopi controversia fuerit ac ep. Gregorii M., quae illam litem concernunt, sint omnes suppositiae; quod b. ep. s. Gregorii M. acerbae contra Mauritium imp. sint spuriae, ib. 1801; diss. 23: De actis apost. Petri, Pauli et Cephae cum appendice de conc. eliberitano et indissolubilitate matrimoniorum, ib. 1804; diss. 24: de Emmanuele et prophetissa ab Is. c. 7. et 8. praenunciatis et quibusdam aliis prophetiis ab Isaia et psalmista relatis quoad Messiam, ib. 1810; diss. 25: Parva chronotaxis circa res praecipuas in Evangeliis et actibus apost. relatis a nativitate Christi usque ad mortem Petri et Pauli, ib. 1810; 26: diss. critica de superioritate conc. generalis supra papam vel papae supra concilium, ubi de octo ultimis conc. generalibus, ib. 1814, in qua tuetur papae auctoritatem supra concilium. In eam plures notas historico-criticas exhibet Binterim in Mastiaux *Litzt.* 1819. Ex his diss. eruditis liquet, Molkenbuhr fuisse criticum nimis audacem omnia negantem, quae minimam facerent difficultatem, adeoque indulsisse criticae periculi plenae, qua omnia antiquitatis monumenta in dubium revocari possent: quare in fasc. literariis tübing. vocatur ‚Harduinus aevi nostri'. Alia ejusdem scripta sunt: *das Zeitalter der Vernunft,* herausgegeben von Thomas Paine (qui libros omnes V. T. impugnaverat) zu Paris 1796, beleuchtet und widerlegt, Paderbornae 1797; Monasterii 1802; *Beleuchtung* der freimütigen und kritischen Bemerkungen über die Pastoralvorlesung des J. M. Sailer zu Dillingen, das Verhalten der Geistlichen in Rücksicht des Cölibatgesetzes betreffed etc., ib. 1793; *Neue Auslegungsart* der h. Schrift des A. T. empfohlen von H. Wecklein Prof. zu Münster (de quo alibi erit sermo) widerlegt, Dorsten 1806; *Neue der Gottheit Jesu nachtheilige Auslegung* des 1. Kap. im Ev. des h. Johannes, empfohlen von Plac. Muth, Prof. zu Erfurt, widerlegt, ib. 1807; *Wo ist die älteste* und vornehmste bischöfliche Kirche in der ganzen Christenheit? bei den Griechen oder bei den Lateinern? Paderbornae 1815; *Anmerkungen* über die neuen deutschen Übersetzungen des N. T. durch Karl und Leander von Ess, Paderbornae 1817; *Die Bibel des N. T.* übersetzt von C. van Ess . . . wird gelobt von Einigen, abermal gerügt, ib. 1818; *historia religionis christianae* in compendio et ordine chronologico ex-

hibita adjectis quibusdam notis criticis, ib. 1818—20 t. 2; Silvaeducis 1831; *Problema criticum:* S. Scriptura N. T. in quo idiomate originaliter ab apostolis edita fuerit, Paderbornae 1821; iterum tuetur, linguam latinam fuisse originalem, quam ejus opinionem plane singularem impugnaverat erudite Binterim in *Epistola catholica* interlineari de lingua originali N. T. non latina, ubi et de s. Scriptura in lingua vulgari non promiscue legenda etc.[1]), Düsseldorpii 1820. Quare Binterim illi opposuit *Propempticum* ad problema criticum[2]) etc., Moguntiae 1822 in 8.

IV. Historia ecclesiastica.

452. Inter eos, qui historiam Ecclesiae universalis ennararunt[1]), laudem in primis meret Theodorus Katerkamp, unus e corona virorum illorum, qui ineunte hoc seculo adeo illustrarunt civitatem monasteriensem. Natus is est Ochtrupii in Guestphalia 17. Jan. 1764. Absolutis studiis in academia monasteriensi atque sacerdos ordinatus (1787) praeceptoris munus suscepit in familia nobili Droste de Vischering atque cum alumnis suis Clemente Augusto, qui postmodum fuit celeberrimus archiepiscopus coloniensis, et Francisco Othone iter instituit per Germaniam, Helvetiam et Italiam. Inde transiit in domum nobilissimae et piissimae principis Gallitzin. Ex conversatione tot personarum doctrina et pietate illustrium, quae illuc convenire solebant, plurimum profecit. Anno 1809 vocatus est ad cathedram historiae ecclesiasticae in academia monasteriensi, cui adjectum fuit jus canonicum, deinde et patrologia. Decessit[3]) capituli cathedralis decanus 8. Jan. 1834. Vir erat piissimus, morum candore et comitate, beneficentia in omnes, fidelitate in adimplendis officiis plane exemplaris. Haec potiora ejusdem opera: *Universalhistorische Darstellung des Lebens* nach der irdischen und überirdischen Beziehung des Menschen oder Geschichte der Religion bis zur Stiftung einer allgemeinen Kirche; Einleitung in die Kirchengeschichte, Monasterii 1819; *die ersten Zeitalter* der Kirchengeschichte bis zum Ende des zweiten Kreuzzuges (1153), ib. 1823—34 t. 5 in 8., opus plane egregium, solidum, stilo admodum vegeto conscriptum; componitur illud plurimis fere monographiis. Amat enim auctor praesertim ss. patrum vitam fusius enarrare et ad eam revocare potiora, quae in Ecclesia gesta sunt: unde non-

---

[1]) De Casp. Morazzi Patavino († 1826) cf. Vedova I, 619 ss., qui plura (14) ejusdem scripta minoris momenti recenset etc. — Antonius Furthner concionator († 1828) historiam ecclesiasticam populo concionibus ennarravit: *Das wesentliche der christl. Kirchengeschichte* in Sonntags- und Festpredigten, Augustae 1813. — Jo. Dom. Giulio (Giuli) Pedemontanus (n. 2. Apr. 1747), Societate suppressa, in qua nondum emiserat vota, theologiam docuit in seminario s. Benigni, cujus insignis abbatiae vicarius fuit generalis, deinceps etiam dioecesis sagusiensis (Susa). Anno 1814 sacellanum agebat regis Sardiniae († 17. Dec. 1831). Auctor est plurium libellorum, asceticorum praesertim, ita op. *La pietà forte* ossia il carattere de' primi secoli della Chiesa s. l. (Lausanna) 1777 t. 3; *le Notti di s. Maria Maddalena penitente* Vercelli 1785 opusculum aureum, saepe editum, in alias linguas versum.

[1]) Cf. Quartalschrift Tübingen 1820 p. 440—8.

[2]) Cf. ibidem 1822 p. 654—77.

[3]) Cf. de ipso ejusque operibus insigne encomium Brockmanni canonici et collegae in cathedra in Zeitschrift für Philosophie und kathol. Theologie Coloniae 1834 fasc. 11 pag. 113—32; Rassmann I, 170 s.

nulli in eo desiderant ordinem methodicum, quo omnium factorum inter se connexio melius perspiciatur; aliis tamen arridet haec sagax gestorum dispositio [1]). Tomo 4. adjecta est insignis appendix: Ueber das christliche Leben und den Geist der gottesdienstlichen Versammlungen, quae seorsim prodiit ib. 1830. Dolendum eum hoc suum opus praecipuum absolvere non potuisse. *Ueber den Primat* des Ap. Petrus und seiner Nachfolger; zur Widerlegung der 3. Beil. im 3. Hefte des Sophronizon, ib. 1820, etiam inscripta: Fr. L. Gr. zu Stolberg historische Glaubwürdigkeit im Gegensatze mit des H. Dr. Paulus kritischer Beurtheilung seiner Geschichte. Erudita et solida refutatio, innixa exegeseos, historiae et traditionis argumentis ac simul primatus apologia. *Denkwürdigkeiten* aus dem Leben der Fürstin A. von Gallitzin, ib. 1828; 1839 ed. altera; *Anleitung zur Selbstprüfung* für Weltgeistliche, Münster 1806; 1844 ed. 3. t. 2 in 8.

453. Joannes Prezziner historiae ecclesiasticae in universitate pisana professor († 1822) descripsit per centurias stilo eleganti *Storia della Chiesa* dalla Promulgazione del Vangelo fino all'a. 1818 dell'era volgare, Florentiae et Pisis 1818—22 t. 9. — P. Delsignore can. reg. later. († 1824) elaboravit accuratas *institutiones historiae ecclesiasticae*, quas notis et animadversionibus illustravit Vinc. Tizzani can. reg. lat. s. Petri ad vincula, Romae 1837—46 t. 3 in 4 v. in 8., quae pertingunt ad concilium tridentinum. Ad earum uberiorem confirmationem et illustrationem collegit idem Tizzani cum Francisco Busiri sodali viro ingentis eruditionis († 7. Jan. 1841) utilem *thesaurum* historiae ecclesiasticae sive cl. virorum diss. selectas, Romae 1838—46 t. 7 in 8., quibus tamen nonnisi prima rei christianae secula usque ad Constantinum M. illustrantur. — Marianus Bedetti archidiaconus anconitanus et historiae ecclesiasticae professor (n. 10. Jun. 1774; † 17. Jul. 1833) reliquit *historiae ecclesiasticae cursum*. — Mali spiritus est Jo. Nep. Locherer Friburgensis et professor historiae ecclesiasticae in academia giessensi (n. 21. Aug. 1773; † 26. Febr. 1837), cujus sunt: *Geschichte* der christlichen Religion und Kirche [1]), Ravensburgi 1824—34 t. 9, qui pertingunt ad a. 1073, opus parum diligens ex Schrökh fere derivatum, spiritu wessenbergiano infectum, unde romani pontificis primatum ad honoris et directionis praerogativam reducit plenitudine potestatis collegio apostolorum eorumque successorum tributa; *Lehrbuch* der christlich-kirchlichen Archäologie [2]), Francofurti 1832 in 8; *Lehrbuch der Patrologie*, Moguntiae 1836 in 8., in quo pariter animum nonnullis institutis catholicis infensum ostendit [3]). — Raphael (Andreas) Kleinsorg OSB. in monasterio lunalacensi Tirolensis, suppressa abbatia parochus (n. 17. Jan. 1747; † 2. Febr. 1821) contraxit ex Calmeto *Allgemeine Kirchen- und Weltgeschichte* Augustae 1776—87 t. 7; *Abriss der Geschichte und Geographie* des Erzstiftes Salzburg, 1797. — Jo. Sebastianus Wittmann [4]) professor augustanus compilavit *Geschichte des Reiches Gottes* auf Erden oder allgemeine Religionsgeschichte, Augustae 1823—30 t. 9 in 8; *die*

[1]) Cf. Hefele KL[1] 6, 153; Tüb. Qtlschr. 1823 pag. 484—532; 1825 pag. 486—500; 1831 p. 519—39; Jahrbücher der Literatur 26, 1—20; Werner Geschichte der kathol. Theologie pag. 395—97; Kerz Literaturzt. 1825 III, 158—74; 1835 I, 109—35; Fechtrup KL 7, 333; Knöpfler ib. p. 835.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1825 pag. 99—108; 665—92; 1828 pag. 328—37.

[3]) Cf. Kerz Litzt. 1833. I, 208—19.

[4]) Cf. Zeitschrift für Theologie t. 9 pag. 521—8, Friburgi 1843: Tüb. Qtlschr. 1837 pag. 390—406.

[4]) Cf. Alius a Georgio M. W. ejusque fratre Josepho, de quibus supra egimus pag. 938.

Kirchengeschichte der zwei letzten Jahrhundert von 1687—1829, ib.; 1834 t. 3 in 8. — Vinc. Graesböck OSB. Bavarus, theologiae moralis et dogmaticae aliquamdiu lector (n. 27. Nov. 1764; † 6. Dec. 1828) brevem *adumbrationem* saniorum capitum historiae ecclesiasticae universalis a Christo ad sec. usque XVIII., 1801, exhibet, et *primas lineas* introductionis in theologiam dogmaticam christiano-catholicam, Monachii 1796 in 8. — Ignatius Kuik SJ. Hungarus (n. 28. Dec. 1741; † 25. Maj. 1833) descripsit[1]) *historiam rerum* in Ecclesia gestarum a tempore imp. Constantini ad Basilium Macedonem Orientis imp. seu ab a. 313 ad a. 878 in comparatione visionum Apocalypseos s. Joannis ap. pro confirmatione credentium et conversione non credentium, Viennae 1827 pp. 4 in 8. Ejus quoque sunt: *Horus relegatus* seu apologia pro veritate christianismi, quem auctor quidam anonymus sub Hori nomine (Christianus E. Wünsch) astronomicis, astrologicis et mythologicis antiquorum fabellis subruere conatus est, Viennae 1828 pp. 2 in 8; *Abhandlung* über die älteste sich vorfindende Urkunde von der Beicht, Viennae 1818 in 8. — Historiam Ecclesiae sec. XVIII. narrant Laur. Ign. Thjulen SJ. (de quo supra p. 872). — Bened. Maurus Olivieri OP. commissarius s. Officii et ordinis praepositus generalis in *Storia ecclesiastica del sec. XVIII.,* Romae 1808 — et Placidus Bordoni Venetus n. 1736, philosophiae prof., dein humaniorum literarum et philologiae, in quibus erat admodum versatus († 5. Mart. 1825), qui continuavit *Storia del Cristianismo* 1720—1800 a Bercastel (pag. 398) coeptam et Muratori *Annali d' Italia.*

454. Caspar Jo. Andr. Jos. Jauffret[2]) Provincialis n. 13. Dec. 1759, Parisios se contulit, ut se in literis perficeret, redegitque fasciculos literarios. Unus ex primis fuit, qui redegerit *Annales religieuses,* quos concivi et amico suo St. Ant. Boulogne (cf. p. 848) redigendos tradidit. Post initum concordatum administrandam accepit ecclesiam rupellensem, mox tamen designatus est vicarius generalis lugdunensis, dum Jos. Fesch. archiepiscopus legati caesarei munere Romae fungeretur. Plurimum ei debet ecclesia illa, condidit enim instituta utilia fovitque in primis fratres scholarum christianarum, qui inde per Gallias diffusi sunt. Parisios appellatus etiam hic plurimum promovit pia instituta et varias congregationes. Napoleoni erat ab eleemosynis, qui eum elegit (1806) in episcopum metensem. Indefessa sollicitudine nitebatur reparare tot damna tristissimis illis temporibus suae ecclesiae illata. Restituit magnum seminarium, tria puerorum seminaria condidit et deficientibus aedibus juvenes clericos in suam interim recepit domum. Cultum publicum adhuc prohibitum pluresque congregationes iterum induxit, alias fovit promovitque, saepe concionatus est atque parochos excitavit, ut missionibus fideles sibi commissos ad pristinam fidem et pietatem reducerent. Interim a Napoleone spreto Pii VII. censensu designatus est archiepiscopus aquensis (1811). Non audens resistere imperatori tam potenti eum, qui designatus fuerat episcopus metensis, constituit suum vicarium generalem pro hac ec-

[1]) Cf. Wurzbach 13, 348.

[2]) Hujus frater Josephus (n. 1781; † 1836) vir eruditus, socius plurium academiarum, diu in ministerio cultus ad negotia ecclesiastica tractanda adhibitus, praeter alia scripta de ejusmodi negotiis collegit *Mémoires historiques* sur les affaires ecclésiastiques de France pendant les premières années du XIXe siècle 1819—24 t. 3 in 8., quae non sine utilitate pro historia ecclesiastica sunt, quamvis ipse faveat auctoritati laicae adversus ecclesiasticam. Cf. Feller 4, 584 (et pag. 582 de nostro); Biogr. univ. 68, 120; Quérard IV, 215.

clesia seque nonnisi aegre et post diuturnam moram contulit Aquas Sextias, sed functiones episcopales noluit exercere. Expulso Napoleone statim rediit ad primam suam ecclesiam. Morte subitanea correptus est intra 12. et 13. Maji 1823 magno dolore sui gregis. Reliquit[1]) plurima scripta, quae spectant negotia et controversias sui temporis atque collegit *Mémoires* pour servir à l'histoire de la religion à la fin du XVIII[e] siècle, 1803 t. 2 in 8; quam collectionem non potuit, ut sibi proposuerat, prosequi. *Du culte public* ou de la nécessité du culte public en général et de l'excellence du culte catholique en particulier, Parisiis 1796. 1802. 1815 in 8. ed. 3; *du ministère pastoral* dans l'Eglise catholique, 1791 in 8; *Le triomphe de la foi* sur tous les efforts impies ou Examen critique du rapport de Robespierre sur son culte prétendu naturel, suivi d'un Examen critique du calendrier décadaire, Metz 1822 ed. 2. in 8; *Du suicide* t. 2 in 18; *des services* que les femmes peuvent rendre à la religion, 1801 in 12; Lugduni 1817 ed. 2. inscripta: *Vies des dames françaises* qui ont été les plus célèbres dans le XVII[e] siècle par leur piété; Metz 1818 sub priori titulo. *Des Consolations* ou Recueil choisi de tout ce que la raison et la religion peuvent offrir de consolation aux malheureux, Paris 1797. 1798 t. 15 in 18. *Eloges des évêques français,* Paris 1802; *Entretiens* sur le sacrament de Confirmation, Metz 1810.

455. Felix Amat Barcinone n. 10. Aug. 1750, Carolo IV. a confessionibus et archiepiscopus palmyranus († 28. Sept. 1824) primus forte hispanorum est qui descripserit Historia ecclesiastica o *Tratado de la Iglesia de J. Cristo,* Matriti 1793—1803 t. 12, 1807 ed. 2., quae pertingit ad finem sec. XVIII., sed ea sat jejuna est. Scripsit praeterea *Diseño de la Iglesia militante,* ib. 1834, opus posthumum, in cujus p. 1. patenter ostendit Ecclesiam, quae nunc romana dicitur, ipsam esse quam Christus supra confessionem de ipsius divinitate a Petro editam aedificavit; p. 2. Ecclesiae a Christo institutae ichnographiam exhibet eamque aedificium esse divinum, supernaturale, unicum, semper indestructibile probat; proh. 27. Nov. 1840, leges enim gubernii iniquas contra Ecclesiae jura tuetur, gallicanis siquidem opinionibus erat imbutus, hinc et alia ejusdem opera reprobata (6. Sept. 1824) fuere, ut *Observaciones pacificas* sobre la potestad ecclesiastica cum tribus appendicibus, 1817—23 t. 3 sub nomine Macarii Padua Melato, in quibus Bossuet adversus de Maistre tuetur. Harum observationum prodiit posthuma *Apologia catholica* . . . augmentada con algunos documentos relativos à la doctrina de dichas Observaciones y esplicacion de la Pastoral (malae) del Obispo de Astorga, Matriti 1843 pariter prohibita 13. Jan. 1845. *Seis cartas* a Irènico, Barcinone 1847; *Deberes del Christiano* en tiempo de revolucion, Matriti 1817.

456. Jos. de Novaes SJ. Villa regii in Lusitania n. 16. Apr. 1736, in Italiam fuit deportatus. Societate Jesu suppressa theologi munere fungebatur apud cardinalem Zondadari episcopum senensem atque canonicis senensibus adlectus est († c. 1822). Scripsit *Elementi della Storia de' Sommi Pontefici* co'loro ritratti in rame da s. Pietro al felicemente regnante Papa Pio VI. Romae 1775—92 t. 6 in 8; 1802—6 t. 14 in 8; 1821—22 t. 17 in 8., ed. continuata ad Pium VII; cui adjecit

[1]) Cf. Biogr. univ. 68, 117—20; Quérard 4, 212; L'Episcopat franç. p. 357 ss.

[2]) Cf. Felix Torres Amat ejus nepos, de quo infra, scripsit *Vida de . . . F. Amat,* 1835; cum Apendice á la Vida . . . que contiene várias notas y opúsculos inéditos, 1838; Gams III, 2, 463; Reusch II, 1062.

Erasmus Pistolesi t. 18. ib. 1824; *Introduzione alle vite de' sommi pontefici* o siano diss. storico-critiche per servire d' intero rischiarimento a diversi punti nelle vite medesime contenuti, cominciando dall' elezione, coronazione e possesso de' Pontefici medesimi, ib. 1797 t. 2 in 8; 1822, quod opus ob apparatum criticum est pretiosum[1]). — Aloisius comes Bossi Mediolanensis n. 28. Febr. 1758, vir eruditus, quondam canonicus, ex dispensatione Pii VII. rediit ad vitam secularem, praefectusque est a gallico regimine omnibus Italiae archivis († 10. Apr. 1835). Innumera reliquit opera (80) et dissertationes ad archaeologiam et historiam spectantes, quas inseruit fasciculis literariis, sed ea plerumque levi nimis manu sunt scripta[2]). Inter ea huc spectant: *Storia di Leone X.*, Mediolani 1816. 1817 t. 2, quae est versio itala annotationibus plurimis et documentis ineditis aucta biographiae ejusdem pontificis a Roscoe adornatae; *Storia d' Italia*, ib. 1819—23 t. 19; *Il piccolo Bolandista* o atti e vita de' Santi di ciascun giorno, ib. 1823, omnia tria opera prohibita. De ejus cum Mozzi controversia de ecclesia ultrajectina supra p. 626 egimus. — Ant. Nodari[3]) professor historiae philosophiae et canonicus patavinus (n. 19. Jun. 1790; † 29. Nov. 1840) concinne enarravit *vitas pontificum romanorum* Pii VI., Pii VII., Leonis XII., Pii VIII. addito commentariolo de Gregorio XVI. e variis monumentis collecto, Patavii 1840. — Pro historia Pii VI., nominatim Pii VII. et negotiis ecclesiasticis illius temporis magni momenti sunt *Mémoires du Card. Consalvi*, ed. a Crétineau-Joly Parisiis 1864; germanice 1870; in compendium redactae a Sleumer 1891. Natus est nominatissimus hic vir Hercules C. Romae 8. Jun. 1757. Absolutis splendido successu studiis obivit varia munera publica et a. 1800 conclavi erat a secretis. Electo Pio VII. factus est cardinalis diaconus, et exinde minister fidelis et quasi manus dextera pontificis in tot angustiis sub Napoleonis dominatu constituti. Hinc imperatoris incurrit iram, quod fortiter staret pro Ecclesiae et pontificis causa. In conventu viennensi obtinuit restitutionem status pontificii, et in concordatis cum pluribus gubernis ineundis solicitissime et sagaciter invigilavit, ne Ecclesiae laederentur jura. Obiit laboribus exhaustus[1]) 24. Jan. 1824. Consulendae etiam sunt ejus *epistolae* editae a Wittichen in Quellen und Forschungen aus ital. Archiven 1904; *epistolae* ad card. Pacca ed. a Rinieri, Romae 1903; ad Metternich, ed. a Duerm Lovanii 1899; *Mémoire inédit* sur le concil national de 1811, ed. a Rance-Bourrey, Paris 1896. — Obiit 11. Jun. 1829 alius nuncius apostolicus Ludovicus Jos. Siffrein de Salamon cujus *Mémoires*, quas edidit Bridier Parisiis 1890, germanice M. Sierp Monasterii 1891 pro pontificatu Pii VI. admodum sunt pretiosae. Patria erat Carpentarocensis n. 23. Oct. 1759, quem Pius VI. internuncium esse voluit apud aulam parisiensem (1790). Terroris tempore in carcerem fuit conjectus (1792), et vix mortem evasit. A pontifice constitutus fuit vicarius apostolicus pro tota Gallia. Fideliter sed clam Romam retulit negotia ecclesiastica. Sub directorio iterum captus est (1796) ob suas cum sede apostolica relationes. Libertate tamen fuit donatus (1797). Anno 1802 Romam se contulit et a. 1806 dictus

[1]) Franc. Perotes SJ. Hispanus ab episcopis in rebus moralibus vel canonicis ob suam eruditionem consultus (n. 1742; † 3. Jan. 1825) collegit *Notizie istoriche* intorno ad viaggi fatti da' Papi per abboccarsi co' principi e della loro riuscita per lo più felice, in occasione del passaggio di Pio VI. per Bologna, Bononiae 1782.

[2]) Cf. Wurzbach 2, 89.

[3]) Cf. Petrus Nodari Comment. de vita et studiis A. Nodari, Tarvisii 1842.

[1]) Cf. Kirchliche Handlexikon I, 984.

est episcopus Orthosiae i. p. i., sub Ludovico XVIII. episcopus S. Flori in Gallia. Dioecesim suam bene administravit institutis seminariis, congregationibus, missionibus etc. Vic. de Richemont edidit ejus *Correspondance secrète* pendant la Revolution avec le card. Zelada 1791. 1792, Paris 1898. Refert Revue des quest. hist. XLIX. (1891), p. 247 eum fuisse (1812) magistrum templariorum gallicorum, qui speciem quandam sectae constituunt francomuratorum. Quod si verum est, certe ipse se hoc onere postea exuit[1]). Quasdam ejusdem epistolas ineditas reperies in Melanges d'archéologie 1898 p. 419—50. — Filsjean canonicus s. Claudii iterum edidit Alletzii *Dictionnaire des conciles* suivi d'une collection des canons les plus remarquables . . . augmentée d'une analyse historique et critique des conciliabules nationaux tenus par les constitutionels en 1797 et 1801, et du concile de 1811, Bisontione 1829 in 8.

457. Historiam ecclesiasticam integrarum *nationum* vel regionum plures elaborarunt, inter quos eminet Steph. Ant. Morcelli SJ., cujus nomen laus est, scientiae epigraphicae conditor, n. Clarii in agro Brixiano (secundum alios natus in ditione tridentina) 17. Jan. 1737. Humaniores literas Romae docebat in collegio romano, in quo etiam instituerat academiam archaeologicam. Societate Jesu suppressa transiit ad card. Albani curaturus ditissimam ejusdem bibliothecam. A Pio VI., cui maxime erat acceptus, templo clarensi fuit praepositus (1791). Noluit acceptare archiepiscopatum ragusinum mortuusque est sodalis Soc. Jesu restitutae († 1. Jan. 1824 a. aetatis 85). Tersissimo ac plane classico utebatur stilo latino, in primis epigraphico, in quo vix habuit ea aetate parem, neminem superiorem atque in omni eruditione, historica praesertim et archaeologica erat eminens. Haec potiora ejusdem opera[1]): Μηνολόγιον τῶν Εὐαγγελίων ἑορταστικῶν sive Kalendarium Ecclesiae constantinopolitanae CIO annorum vetustate insigne primitus e bibliotheca romana Albanorum in lucem editum et veterum monumentorum comparatione diurnisque commentariis illustratum. Accedunt quatuor Evangeliorum lectiones in codice variantes, Romae 1788 t. 2 in 4., opus insigne magnique momenti, in quo quidquid ad kalendariorum doctrinam attinet, Morcelli copiose eruditeque persequitur. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου ἀγριγέντου ἐξηγήσεως εἰς τὸν ἐκκλησιαστὴν λόγοι δέκα Gregorii agrigentini episcopi ll. X explanationis Ecclesiastae graece primum cum latina interpretatione ac commentariis vulgati, quibus praeposita est vita ejusdem pontificis a Leontio monacho scripta, nec hactenus graece edita, Venetiis 1791 in f.; praemisit doctissimam, de Leontio investigationem, inseruitque crebras eruditasque notas; *Africa christiana* in 3 pp. tributa, Brixiae 1816 t. 3 in 4., opus eruditissimum (m. 80), in cujus p. 1. exhibet geographiam Africae christianae, determinatque illius provincias et sedes episcopales, quarum 715 accurate assignat; in 2. annales illius ecclesiae dat ad a. 670, quo illa per Saracenorum invasionem deleta est; in 3. de ejus martyribus agit. *De stilo inscriptionum latinarum* ll. 3, Romae 1781 in 4., qui ab eruditis plurimi aestimantur; *inscriptiones* (ab ipso compositae) com-

[1]) Cf. Zack KL. X, 1549; Bellesheim hist. pol. Bl. CVII (1891), 56—71; 123 (1899), 788—808.

[1]) Cf. Sommervogel V, 1290—1305; Caballero I, 193; II, 74; Katholik 1821 pag. 173; Baraldi Notizia biografica di St. A. Morcelli, Mutinae 1825; del Bene Elogio di St. A. M., Clarii 1830; Memorie etc. raccolte e scritte dell'Ab. Germ. Jac. Gussago, ib. 1824 etc.

mentariis subjectis [1]), ib. 1783; *Parergon* inscriptionum novissimarum ab a. 1783; Patavii 1808 in 4. Prodierunt haec opera epigraphica cura Flor. Caldani, Jos. Furlanetto et Fort. Frederici professorum patavinorum Patavii 1818—23 t. 5, quibus addi debet *Lexicon* epigraphicum morcellianum (auctore P. Schianio), cui adjetum est Lexicon epigraphicum morcellianum vocibus *italicis* digestum (auctore A. Gambarinio), Bononiae 1835—43 t. 4 in f. *Commento* sull' inscrizione sepolcrale della s. martyre Agape, il cui s. corpo per dono del bb. P. N. Pio VI. si possiede dall' insigne collegiata di Chiari, Brixiae 1795 in 8; *Agapea* sive dies festi Agapes Mart. apud Clarenses, ib. 1815 in 8; Μιχαήλεια sive dies festi principis angelorum apud Clarenses, et tesserae paschales, cura Jos. Labusii Mediolani 1817; Bononiae 1822 in 8; *Lezione sacra* sopra il Cephas degli Atti apostolici, Brixiae 1816 cura Pauli Bedoschi, adversus quam Onorato Olcese historiae et linguae hebraicae professor epistolam vulgavit Mediolani 1817 in 8. Plures alias diss. posthumas edidit Jo. Labus spectantes ad archaeologiam romanam. Plurima quoque opuscula ascetica reliquit, quae collecta prodierunt Brixiae 1820; 1823 ed. 2.

458. Mich. Tschamtschenanz natione Armenus Constantinopoli natus 1738, 40 a. congregationis mechitaristarum erat sodalis, quam deinde reliquit. Versatissimus in literatura armena († 30. Nov. 1823) descripsit ab exordio mundi ad a. 1784 historiam ecclesiae armenae, Venetiis 1784—86 t. 3 in 4., opus quoad historiam medii aevi et recentioris aetatis accuratum et propter documenta, quibus nititur, admodum utile, sed quoad priora tempora judicio critico destitutum [1]). Prodiit ejusdem *compendium* ib. 1811 in 8. Composuit quoque commentarium *in psalmos* t. 10 in 8. — Jacobus Coleti (Coletti) SJ. Venetus n. 2. Maj. 1734 frater Jo. Dominici, quem in edendis Luciferi Calaritani ep. operibus (cf. supra pag. 383) juvit, socius fuit Danieli Farlati in edendo *Illyrico sacro*, quod et continuavit, ut supra diximus p. 142; adjecit annotationes eruditas ad opus ejusdem Farlati *de artis criticae inscitia* antiquitati objecta l. singularis, de quo ib. egimus. Edidit *Martyrologium illyricum* cum annotationibus et commentariolo, Venetiis 1818 in 8; *de situ Scridonis* (sic) urbis natalis s. Hieronymi, ib. 1784 in 4 († 15. Aug. 1827). — Stanislaus Siestrzencewicz Polonus n. est 4. Sept. 1731 parentibus calvinianis. Ad fidem catholicam conversus mox ordinatus est presbyter, cum antea esset miles, inter canonicos ab episcopo wilnensi receptus, imo brevi post constitutus vicarius et episcopus auxiliaris (1772). Primus fuit archiepiscopus mohileviensis [2]) et metropolita catholicorum per Russiam sede apostolica aegerrime consentiente. Vir erat admodum ambitiosus, qui servili conniventia ergo potestatem civilem et sua praesumtione magnum damnum intulit Ecclesiae catholicae per Russiam, et quem Pius VII. literis 3. Sept. 1816 graviter objurgat [3]) ob praestitum societatibus

[1]) »Ce que l'on trouve de plus remarquable dans ce volume, c'est un essai de fastes des siècles de l'ère chrétienne, écrits à la manière des fastes du Capitole.« Biogr. univ. 30, 76.

[1]) Cf. Tüb. Quartalschr. 1835 p. 18, ubi p. 19 mentio fit Placidi Sukias abbatis ad S. Lazarum et archiepiscopi Sinniae, qui composuit *Quadro* della Storia letteraria di Armenia, Venetiis 1829.

[2]) Cf. de institutione hujus archiepiscopatus Bossard Recueil de pièces sur l'archevêque de Mohilew. Cf. Quérard 9, 132.

[3]) Cf. Roskovány IV, 58—62; Theiner die neuesten Zustände der kathol. Kirche beider Ritus in Russland u. Polen, Augustae 1841 p. 303 ss.; 431 ss.

biblicis favorem et auxilium († 3. Dec. 1826). *Recherches historiques* sur l'origine des Sarmates, des Esclavons et des Slaves et sur les époques de la conversion de ces peuples au christianisme, Petropoli 1812 t. 4 in 8; 1833. — Jo. Andreas Traeger parochus Kellheimensis († 1833) collegit *historische Aufschlüsse* über Religion u. Kirchenwesen in Russland, Landshut 1814-16 pp. 3 in 8.

459. Josephus Petrus Wenc. Dittrich[1]) Bohemus (n. 7. Apr. 1763; † 26. Sept. 1823), historiae ecclesiasticae in universitate pragensi professor (1803), librorum censor (1806) et canonicus wischehradensis, quaedam contulit ad historiam ecclesiae bohemicae. Ejus inter alia est: *Series praepositorum* ecclesiae collegiatae ss. ap. Petri et Pauli in castro Wischehrad cum succincta ejusdem ecclesiae et capituli historia, Pragae 1802 in 4. — Sed longe uberius ecclesiae bohemicae, imo omnem nationis suae historiam et literaturam illustravit Jos. Dobrowsky (Doubrowsky). Natus is est in oppido Gyoermet prope Jaurinum in Hungaria 17. Aug. 1753, sed patre bohemo. Ingressus est Soc. Jesu 9. Oct. 1772, qua mox exstincta Pragae theologiae et linguis orientalibus operam dedit. Sacerdos ordinatus (1787) munus directoris in seminario generali olomucensi aliquamdiu gessit: eo autem suppresso Pragam rediit, ut totum se impenderet studio literaturae patriae, cujus velut parens habetur. Ab academia bohemica in Sueciam fuit missus (1792), ut scrutaretur monumenta literaturae slavae illuc a Suecis tempore belli 30 annorum translata. In reditu lustravit archiva Petropoli, Moscoviae et Warsaviae. Cum Friderico comite Nostitz peragravit Germaniam et Italiam. Vir erat versatissimus in omni literatura slavica, tenacis memoriae, indefessae diligentiae, sagacis ingenii, ab eruditis plurimi factus, plurium academiarum socius: sed eum nomen sectae illuminatorum dedisse tradunt († 6. Jan. 1829). Innumera reliquit opera et dissertationes[1]), quibus quaquaversus historiam et literas patrias promovit: quam ob rem academia pragensis monumentum ei erexit. Inter ea huc referre possumus: *Scriptores rerum bohemicarum* e bibliotheca ecclesiastica metropol. pragensi, Pragae 1783. 1784 t. 2 (socio Pelzel); *de sacerdotum in Bohemia coelibatu* narratio historica, cui constitutiones conc. moguntini Fritzlariae 1244 celebrati adnexae sunt, Pragae 1787 in 8; *vita* Joannis de Jenczenstein archiep. pragensis tertii, apostolicae sedis legati secundi, postea patriarchae alex. olim ep. misnensis, 1793 in 8; *Kritische Versuche*, die ältere böhmische Geschichte von späteren Erdichtungen zu reinigen, ib. 1821. 1822 fasc. 3; *Cyrill und Methud*, die Slaven-Apostel, ein historisch-kritischer Versuch, ib. 1823 in 8; *Mährische Legende* von Cyrill und Methud; nach Handschriften herausgegeben, mit anderen Legenden verglichen und erläutert[2]), ib. 1826; *fragmentum pragense* Ev. s. Marci vulgo autographi edidit lectionesque variantes critice recensuit[3]), ib. 1778 in 8;

[1]) Alius est J. J. Dittrich concionator regius saxoniensis, praepositus bauzensis, episcopus i. p. i., de ecclesia cath. per Saxoniam optime meritus († 5. Oct. 1853), cujus exstat l. inscriptus: *Ideen* über Katholicismus überhaupt und über die kathol. Kirche Schlesiens insbesondere, Leipzig 1828 — et Ph. D., cujus *geistliche Reden* über verschiedene Gebräuche und Ceremonien der kathol. Kirche, prodierunt Pragae 1825—28 t. 5.

[1]) Cf. Wurzbach 3, 334—39, qui copiose literaturam de ipso exhibet; Backer I, 1608.

[2]) Cf. Jahrb. der Literatur 37, 41—75.

[3]) Cf. de hoc. cod., qui putabatur scriptus ab ipso s. Marco: *De cod. evangeliario* s. Marci partim Pragae partim Venetiis asservato epistolaris diss. auctore Ant. Comoretto congr. Or. utinensis pres-

Ueber das Alter der böhmischen Bibelübersetzung, inter *Abhandl.* einer Privatgesellschaft in Böhmen 1782 V, 300, quam impugnavit Dobner: *Ueber den ersten Text* der böhm. Bibelübersetzung nach den ältesten Handschriften derselben, besonders nach der Dresdner, inter academiae bavarae *acta nova* III, 240; suppeditavit quoque celebri de Rossi lectiones variantes e codd. hebraicis. *Bemerkungen* über die slavische Uebersetzung des N. T. in Michaelis *bibliotheca orientali* t. VII; *lectiones variantes* slavicae pro editione N. T., quam curavit Griesbach 1796-1806; *de antiquis hebraeorum characteribus* diss., in qua speciatim Origenis Hieronymique fides Jos. Flavii testimonio defenditur, ib. 1783 in 8; *Corrigenda* in Bohemia docta Balbini juxta ed. Raph. Unger, ib. 1779, propter quod opus orta est cum hoc controversia literaria. — Maximilianus Millauer Cist. Budwicensis n. 17. Dec. 1784 in monasterio Altovadi (Hohenfurth) historiae ecclesiasticae et juris canonici, dein theologiae moralis et pastoralis lector atque simul abbati a secretis, bibliothecae et archivi praefectus, indefesse pariter historiam patriam illustrare nisus est. Pragam vocatus a. 1815 cathedram theologiae pastoralis adeptus est, in historiographum facultatis theologicae electus (1817), adlectus academiae socius 1819, imo et director ejusdem est constitutus (1822—29). Rectoris magnifici munere functus est 1834; consiliarius quoque caesareus 1839 dictus (14. Juni 1840). Ex innumeris ejusdem libris et diss. ex. gr. sunt[1]): *Der Ursprung* des Cisterzienser-Stiftes Hohenfurth, Pragae 1814 in 8; *Kritische Beiträge* zu Voigt's Versuch einer Geschichte der Prager Universität, ib. 1820 in 8; *Entwurf* einer Geschichte der Pastoral-Theologie an der k. k. Universität zu Prag, ib. 1821; 1832; *der deutsche Ritterorden* in Böhmen, ein Beitrag zur Reichs- und Kirchengeschichte Böhmens, ib. 1832 fasc. 2; *Die Kirche zu Bohnitz*, ein Beitrag etc., ib. 1830; *series* rectorum universitatis pragenae ab unione academiarum Carolinae et Ferdinandeae (1654), ib. 1834; *Nekrolog* der im gegenwärtigen Jahrh. verstorbenen Mitglieder der Prager theol. Facultät, in fasciculis menstruis musei patrii 1827. 1828; nonnullorum ss. patrum *de mendacii necessitate* judicium, in fasciculis theol. viennensibus II, 288: Ein Schreiben *über die Sittlichkeit* der Notlüge, ib. II, 1, 333; plures diss. de argumentis practicis, ib. Latine vertit opus A. Reichenberger, ediditque inscriptum: *Institutio pastoralis*, Viennae 1818. 1819 t. 2 nomine suppresso.

460. Ad historiam ecclesiasticam Bavariae plurimas symbolas contulit Laur. Westenrieder[1]), vir eruditus, socius et historiographus academiae monacensis, n. 1748, qui postquam ab a. 1793 gravissimos dolores sustinuit, decessit 1829. Eae sparsae habentur in variis operibus, ut in *Beiträge* zur vaterländischen Historie, Geographie, Statistik etc. sammt einer Uebersicht der schönen Literatur, Monachii 1785—1818 t. 10 in 8; *historischer Kalender*, ib. 1790—1815 t. 20 in 21 vol., qui plurimum arrisit; in monumentis boicis t. 16. 18; *Geschichte des dreissigjährigen Krieges* (und der Gegenreformation), ib. 1804-6 t. 3 in 8; *Welche waren die Grund-*

bytero, quam Dobrowsky Pragae 1780 publicae luci dedit. Cf. B. E. N. frib. 4, 268—76.

[1]) Cf. Wurzbach 18, 316—20; Xenia bernard. III, 356, ubi recensentur scripta 123 edita et 44 inedita.

[1]) Cf. Gandershofer, Erinnerungen an L. v. Westenrieder, Monachii 1830, de quo l. cf. Kerz Literaturzt. 1830 III, 131—39; Kluckhohn aus dem handschrift. Nachlasse L. Westenrieder's in Abhandlung der hist. Cl. der königl. baier. Akademie XVII, 2 (1682), 1—111.

ursachen der zahlreichen vom 11—15. Jahrh. in Baiern gestifteten Abteien ib. 1787 in 4. Mentione dignae sunt ejus *hundert Thesen* über die wichtigsten Materien aus der Philosophie, in quibus graviter indifferentismum et levitatem cogitandi sui temporis etc. arguit. — Paulus Oesterreicher Forchheimensis, archivarius bambergensis laboriosissimus (n. 1766; † 3. Februar 1839), antiquitatis monumenta in lucem protulit [1]) et c. 106 diss. edidit. Plurimum illustravit res bambergenses. Huc spectat: *Zu Bambergs Fürstbischöfen*, Bambergae 1834. — Jos. Ladurner (1770—1832) ob suam diligentiam in scrutandis monumentis patriis Herodotus tirolensis dictus plura accurate elaboravit, at nihil majoris monumenti typis dedit. Asservantur ejus manuscripta Oeniponti in Ferdinandeo. [2])

461. Joannes Daniel (n. 1745) in collegio duaceno professor et ultimus praeses, in Gallorum invasione captus, in patriam redire permissus est (1794). Multa egit ad recuperanda bona illius collegii, sed frustra († 3. Oct. 1823). Scripsit *Ecclesiastical History* of the Britons and Saxons, Londini 1815; 1824 ed. 2. — Carolus Butler [3]), Albani (cf. pag. 177) ex fratre nepos, Londinensis n. 14. Aug. 1750, juris consultus, consociationi illorum a secretis erat, qui laborabant pro obtinenda catholicorum libertate et restituenda hierarchia per Angliam, quo tamen in studio aequi limites excesserunt atque schismati occasionem praebuerunt († 2. Jun. 1832), Collegit ipse *Historical Memoirs* of English, Irish and Scottish Catholics, from the Reformation to the present time, Londini 1819 t. 4, opus ejus praecipuum, sed minus accuratum et studio partium infectum [1]), unde Joannes Milner episcopus edidit *Supplementary Memoirs* ib. 1820 ad illarum errores emendandos et refellendos. Scripsit praeterea anglice *horas biblicas*, Londini 1797—1802 t. 2 in 8; 1817 ed. 5., quarum p. 1. continet animadversiones criticas in textum originalem et versiones praecipuas antiquas s. Scripturae; p. altera historiam in ll. sacros Mohammedanorum, Persarum, Indorum, Sinensium, Scandinavianorum et diss. de authentia 1. Joan. 5, 7; prodiit gallice Parisiis 1810 in 8. Adjecit (anglice Londini 1823) supplementum vitis SS. avunculi sui, gallice Parisiis 1824 ed. aucta; atque etiam scripsit an Account of the *Life and Writings* of A. B. interspersed with observations on some subjects of sacred and profane literature mentioned in his writings, 1799, ediditque alia scripta pro vindicanda Ecclesia, inter quae eminet avideque exceptus sed et impugnatus fuit *The Book* of the Roman Catholic Church, Londini 1825, pro quo varias vindicias dein scripsit, et qui gallice versus prodiit inscriptus *L'Eglise Romaine* défendue contre les attaques du Protestantisme dans une suite de lettres adressées à sir Robert Southey, Parisiis 1825, interprete Pelouze adjectis *considerations* sur la chrétienté et le christianisme auctore Bonald, receptus quoque in Démonstr. évang. ed. Migne 12, 201—386. Plura ejusdem opera prodierunt collecta sub inscriptione *Philological and biographical Works*, London 1817 t. 5 in 8.

462. Joannes Milner vir optime meritus de Ecclesia catholica per An-

[1]) Cf. Leitschuh Allg. deutsche Biogr. 24. 518.

[2]) Cf. Wurzbach 13, 472—74.

[3]) Alius a Thoma B., cujus exstat *The Thruths of the Catholic Religion* proved from Scripture alone with notes and references from catholic and protestant Divines. 1843 t. 2 in 12., germanice versum a Dr. E. Willmann, Ratisbonae 1846 in 8.

[1]) Cf. Brück KL² II, 1619. Cf. de auctore plura in *Reminiscenses of C. Butler*, Londini 1822; Gillow 1, 355—364, qui eius opera sub 49 numeris recenset.

gliam, natus est Londini 14. (secundum alios 4) Oct. 1752, studiisque operam dedit in collegio duaceno. Post suum in Angliam reditum (1777) strenue agebat causam Ecclesiae catholicae atque societati illi, de qua supra egimus, juribus Ecclesiae infensae verbis scriptisque se opponebat. Designatus a. 1803 vicarius apostolicus, magna sollicitudine et alacritate regebat gregem sibi commissum. Stetit et Londini pro causa libertatis ecclesiae hibernicae, cujus praesules eum delegerant, qui cum gubernio de negotiis ecclesiasticis tractaret [1]). Laboribus atritus petiit sibi coadjutorem, quem ipse in episcopum consecravit (1. Maj. 1825), decessitque 19. Apr. 1826. Vir erat comes et affabilis conversationis. Praeter opus supra laudatum et plura opuscula, quibus variae controversiae illius temporis occasionem praebuerunt, scripsit ex itinere in Hiberniam (1807) de catholicis et antiquitatibus illius regni, quod opus in primis aestimatur; *the History Civil and Ecclesiastical* and Survay of the antiquities of Wincester, 1798-1801; 1839 ed. 3. t. 2 in 8., in quo opere admodum erudito et accurato primatum fusius demonstrat. Contra illud scripsit Sturges animadversiones de primatu, 1799; quibus Milner respondit editis *Lettres* to a Prebendary 1800; 1834 ed 3., Dorby 1843, opus classicum sicut et sequens: prodierunt etiam gallice et germanice versae inscriptae: *Briefe an einen Pfründner* als Erwiderung auf die Bemerkungen über das Papstthum von S. Sturges, nebst Betrachtungen über die Unverträglichkeit des Hoadlyismus mit den Lehren der Kirche von England [2]), interprete Petro Klee (fratre Henr. K.) secundum ed. 7. Francofurti 1829. *The End of Religions Controversy*, Londini 1818 t. 3 in 8., et saepissime deinceps; 1896 ed. emendata cur. Rivington; germanice *Ziel und Ende* religiöser Controversen [1]), interprete M. Lieber, ib. 1828; Paderborn 1849. Cum etiam hoc opus fuerit impugnatum, illius apologiam conscripsit (Londini 1822). Opera ejus polemica, quae magnam utilitatem rei catholicae attulerunt, sunt quidem praeclara, sed stilo minus eleganti conscripta [2]). Disseruit quoque (anglice) de existentia et charactere s. Georgii Angliae patroni.

462. Joannes Lanigan Hibernus n. est Cashelii 1785. Studiis operam dedit Romae in collegio Hibernorum, ubi Petrum Tamburini (pag. 868) magistrum habuit, quem Ticinum vocatum secutus est et quo ut videtur intercedente admodum juvenis cathedram assecutus est linguae hebraicae et hermeneuticae, hinc professor puer dictus a discipulis. Sua tamen eruditione, quam ostendit jam in sua diss. inaugurali: *De origine et progressu hermeneuticae sacrae,* Ticini 1789, mox nominis fama inclaruit, ita ut Josephus II invisens illam academiam non semel interfuerit ejus praelectioni. *Institutionum biblicarum* p. 1 prodiit ib. 1793; *Saggio* sulla maniera d'insegnare a'giovanni ecclesiastici la scienza de' libri sacri, specimen utile. Capta a Gallis civitate omnibus relictis fugere coactus est; hinc in patriam 1796 rediit, ubi ei oblata fuit cathedra exegesis in collegio Maynooth. Cum tamen ejus orthodoxia ob familiarem cum Tamburini conversationem nonnihil suspecta esset, postulata fuit subscriptio cujusdam formulae, quam conditionem nihil sibi conscius respuit. Edidit libellos quosdam pro religionis causa eruditos, in primis vero se dedit colligendis pretiosis documentis ad illustrandam hi-

[1]) Cf. Bellesheim Geschichte der kath. Kirche in Irland III, 292 ss.

[2]) Cf. Kerz Litzt. 1829 IV, 177—82.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1828 p. 337—47.

[2]) Cf. Feller IV, 87; Biogr. univ. 84, 89—92; Brück KL. VIII, 1522; Gillow V, 15—53, qui ejus scripta sub n. 70 diligenter recenset.

storiam ecclesiasticam patriam, quae demum prodiit Dublini 1822 t. 4, 1829. inscripta *An ecclesiastical history of Ireland* to the 13. Century, magnis encomiis ab aequalibus ob eruditionem et sagax judicium criticum excepta [1]). Ea pertingit tantum usque ad finem sec. XII. Decessit auctor diuturna tabe confectus 7. Jul. 1827.

463. Petrus Hesmivy d'Auribeau congr. Orat. n. Diniae 1756, canonicus et archidiaconus (1782) ecclesiae patriae. vicarius generalis, subversionis tempore Romam confugit (1792), ubi familiari conversatione fruebatur card. Gerdil. Urbe a Gallis occupata sub poena mortis inde exire jussus est. Post reditum in urbem a Pio VII. obtinuit canonicatum in templo s. Mariae in via lata; Pisis cathedram literaturae gallicae (1812—14). Rediit postmodum in Galliam, ubi totum se literis dicavit. Praeter alia [2]) collegit *Mémoires pour servir à l'histoire* de la persécution française, recueillis par les ordres de Pie VI., Romae 1795 t. 2 in 8. Ejus quoque est *Histoire calcographique* des dix-sept années saintes du jubilé universel suivie du text latin si désiré de la Lettre encyclique et de la bulle de N. T. S. P. le pape Léon XII. etc., Parisiis 1826 in 12.

464. Antonius Merino OSA. n. in oppido Aguelae, aliquamdiu philosophiae lector, Emanueli Risco (p. 727) adjutor datus est in continuanda *Hispania sacra,* quocum varia instituit itinera literaria. Ejus labores incipiunt a t. 31. usque ad t. 44. Varia ad theologiam spectantia edidit a. 1800 t. 7; recensuit praeterea atque illustravit opera Ludovici legionensis (cf. III [3] 228) t. 6; et paraphrasticam *psalterii expositionem* 1809 t. 3, quam putaverat illius auctoris esse: postea vero deprehendit non esse illius Ludovici († 1830 a. aetatis 84). — Jac. Villanueva OP. Hispanus n. 1765 scrutando codices in palaeographia haud parum profecit. A rege datus est (1802) socius laboris fratri suo Joachimo [1]), qui jussus erat conscribere historiam dogmaticam rituum et caeremoniarum ecclesiae hispanae. Unde se accinxit ad iter literarium per varias Hispaniae ecclesias ubique lustrando archiva et evolvendo codices, qui referrentur sive ad rituum historiam sive ad liturgiam. Non obstante invasione hostili inter magna pericula et difficultates strenue studia sua est prosecutus, lustravitque ultra 150 archiva et bibliothecas ubique

[1]) Bellesheim III, 719 ss.

[2]) Cf. Michaud Biogr. univ. 19, 374; Quérard 4, 101 s. Foucauld composuit *tableau historique* de l'église gallicane suivi de pièces justificatives . . . de quelques lettres sur la discipline, Parisiis 1833 t. 2 in 12.

[1]) Natus est Joachim Laurentius V. Jativae 1757; concionator erat regius et canonicus conchensis. In illa rerum omnium subversione electus est populi deputatus et acerrimus exstitit jurium Ecclesiae hostis. Plures etiam edidit libellos a congr. Indicis et etiam ab inquisitione hispana olim prohibitos, hinc dignus habitus ab Ecclesiae hostibus, qui legati munere fungeretur apud sedem apostolicam, sed libertate apostolica rejectus est a Pio VII. Restaurata in Hispania monarchia Londinum 1823 confugit atque Dublini cum Ecclesia reconciliatus obiit 25. Mart. 1837. Scripsit Tratado *de la leccion de la sagrada escritura* en lenguas vulgares con tres appendices en que se publican varios documentos tocantes á la historia de la leccion de las Biblias vulgares en España, Valentiae 1791 in f., quem impugnavit Elizalde Udiroz (cf. supra p. 605). *Año christiano de España* que comprende el Martirologio de cada dia; la noticia de las festividades y las vitas de los Santos de que reza la Iglesia de España, Matriti 1791—99 t. 13 in 8; *Vida literaria* o memoria de sus escritos y de sus opiniones ecclesiasticas y politicas y de algunos sucesos notables de su tiempo: con un apendice de documentos relativos a la historia de concilio de Trento, Londini 1825 t. 2, in qua sat encomiastice de se loquitur. Cf. Gams KG. von Spanien 3, II, 433 ss.; Reusch II, 1065 ss.

colligendo et describendo documenta pretiosa. Laborum suorum fructum exhibet in op. *Viage literario* á las Iglesias de España, Matriti 1803—6 t. 1-5 sub nomine fratris cum hujus notis; alios quinque t. edidit sub proprio nomine, Valentiae 1821, in quibus tamen nonnisi de aliquibus ecclesiis (valentina, segobiensi, dertosana, vicensi, urgellitana etc.) agit multaque documenta originalia atque hactenus inedita exhibet. Ut liberius operi suo posset insistere, ordine est egressus; fratresque suos Londinum secutus nimiis laboribus exhaustus decessit ibidem 14. Nov. 1824. Plurima reliquit manuscripta Ignatio Herrero quondam OP., qui illa redegit, sed morte (1844) praeveniente edere non potuit: unde post ejus mortem prodierunt cura academiae regiae Matriti 1850 ss. alii 12 t. in 8. — Marianae historiam de rebus Hispaniae (III [3], 762) continuavit Joseph Sabau Blanco canonicus et nominatus episcopus oxumensis († 1833). — Jo. Petrus Ribeiro plures reliquit *Dissertationes chronologicas e criticas* sobre a historia y jurisprudencia eccletiastica e civil de Portugal, Olisipone 1836 t. 5.

465. Particularium ecclesiarum vel dioeceseon historiam dederunt in *Gallia:* Boze, cujus est *Histoire de l'église d'Apt,* 1813. 1820 in 8; et J. F. Debons parochus, qui collegit *Annales ecclésiastiques* et politiques de la ville de Figeac en Quercy diocèse de Cahors, Tolosae 1829 in 8., qui pertingunt fl. 8 ad a. 1789. — Joannes B. l'Ecuy n. est in Yvois Carignan 3. Jul. 1740 O. Praem., philosophiae et theologiae lector penes sodales, praeposito generali a secretis, donec ipse unanimi suffragio electus est abbas generalis ordinis (18. Sept. 1780). Studia promovit, bibliothecam abbatiae libris ditavit, plures ordinis canonias visitavit. Suppressa canonia tenuissimam obtinuit pensionem (1790), et a. 1793 in carcerem fuit missus, mox tamen inde liberatus. Ut vivere posset, calamum suum impendit foliis publicis. Restituto ordine ab eleemosynis erat uxori Josephi Bonaparte, ab archiepiscopo factus est canonicus, a consiliis ecclesiasticis et librorum censor († 22. Apr. 1834 a. aetatis 94). Vir erat comis et modestus. Edidit *La Bible de la Jeunesse* ou Abrégé de l'histoire de la Bible etc., Paris 1810 t. 2 in 8. 1812 ed. 2. Edidit auxitque *Annales* civ. et relig. d'Yvois-Carignan, quod est opus sodalis Delahaut, Paris 1822. *Essai sur la vie de Jan Gerson* . . . sur sa doctrine, des escrits et sur les événement de son temps auxquels il a pris part., Paris 1832 t. 2 in 8. Plurimos etiam articulos, notitias etc. inseruit dictionariis, foliis publicis [1]) etc. — In *Germania:* Fridericus Guil. Fraatz Hannoverae n. 16. Jan. 1767, aliquamdiu ecclesiastes klagenfurtensis, dein parochus gachnangensis in Thurgovia (1810), protonotarius apostolicus, scripsit *Geschichte der Kirche von Utrecht,* eine Widerlegung der von derselben gegebenen Nachrichten in den Religionsbegebenheiten, Frankenthal 1793 sine suo nomine; dissert. historico-canonica *de juribus episcoporum originariis* quoad dispensationes in causis matrimonialibus, 1792; *gesta b. Bertrandi* vulgo Bertrani patriarchae aquilejensis contra Molucionem d. Thomae de Zandonella ex actibus authenticis desumpta, Veronae 1808; Acta martyrum Ruinartii germanice vertit Klagenfurti 1785; Augustae 1805 ed. 2. *Der Seelsorger* am Kranken- und Sterbebette, Graecii 1804 ed. 2. — Car. Mauritius Eduardus Fabritius Bentheimensis, Westphalus n. 24. Aug. 1765, canonicus spirensis, sui episcopi legatus pro tractandis negotiis ecclesiasticis Ratisbonae et Viennae, demum

[1]) Cf. Goovaerts I, 223—33, qui accurate de vita et fatis, necnon de scriptis sub n. 53 disserit.

bibliothecae bruchsalensis praefectus († 1822), scripsit *Geschichte des Bisthums Lüttich,* Lipsiae 1791, auctor alioquin in aliis operibus non commendandus [1]). — H. G. Bessen reliquit *Geschichte des Bisthums Paderborn,* Paderbornae 1820 pp. 2 ed. 2. — Caspar Ant. de Mastiaux n. 3. Mart. 1766 Bonnae, a Pio VI. dictus canonicus augustanus (1786), ecclesiastes in ecclesia cathedrali augustana (1798), s. theologiae (Romae 1790) et utriusque juris doctor, plurium academiarum socius, regi Bavariae (1806) a secretis consiliis aliisque, muneribus honoratus († 12. Dec. 1818), *de veterum Ripuariorum statu* civili et ecclesiastico commentationem historicam publicae luci dedit [2]), Bonnae 1784 in 8., redegitque strenue ab a. 1818—23 *Literaturzeitung* für kath. Religionslehrer, Landishuti 1810 a Felder coeptam, a Kerz et Besnard ad a. 1836 continuatam. Huic se opposuit ob ejus acres censuras Kritisches Journal für das kath. Deutschland mit steter Berücksichtigung der Felder-Mastiaux'schen Literaturzeitung, Rottweil 1820. Edidit praeterea *Karl Borromäus* etc., eine Skizze (aucta), quae jam prodierat Augustae 1796 in 8. et quam praemisit op. *Auszüge* aus den Schriften . . . des ehrw. Erzb. und Card. K. Borromäus a se adornato, ib. 1799 t. 2 in 8; *über Choral und Kirchengesänge,* ein Beitrag zur Geschichte der Tonkunst im 19. Jahrh., Monachii 1813 in 8; *historisch-geographische Beschreibung des Erzstifts Köln,* Francofurti 1785 in 8. etc. — J. K. Dahl († 1833) plura debemus, ut *Beschreibung des Fürstenthums Lorsch* oder Kirchengeschichte des Obern-Rheingaues, Darmstadtii 1812 in 4; *das 1000jährige Jubelfest* (episcopatus et monasterii) zu Seligenstadt, mit geschichtlicher Schilderung der Kirche daselbst, ib. 1825; *Geschichte und Beschreibung* von Aschaffenburg und des Klosters Schmerlenbach, von Klingenburg und Propelten, ib. 1823 ed. 2; *historische Beschreibung* von Gernsheim und Gegend, Giessenae 1807 in 8; *über das Leben und Schriften* des Rhabanus Maurus, Fuldae 1828; *Die h. Hildegardis Aebtissin,* Moguntiae 1832 etc. — Joannes Jacobus de Heckenstaller n. 15. Jul. 1748 Ratisbonae, vicarius generalis et apostolicus frisingensis aliisque muneribus auctus, decanus capituli monachofrisingensis († 7. Nov. 1831) disseruit *de antiquitate cathedralis ecclesiae Frisingae,* Monachii 1824 in f., quae diss. aestimatur. Cogitaverat continuare opus Meichelbeckii (IV^3, 1219) sed nihil prodiit praeter illam diss. — Thomas Ried[1]) Hohenburgi in palatinatu superiore n. 15. Nov. 1773, canonicus ratisbonensis († 14. Jan. 1827), magna sedulitate collegit *codicem chronologico-diplomaticum episcopatus ratisbonensis,* Ratisbonae 1816 in 4., qui complectitur 1300 diplomata omnisque generis chartas a sec. VIII. usque ad a. 1600. Hinc adlectus est membrum academiae literariae monacensi. *Geographische Matrikel des Bisth. Regensburg* nach alphabetischer Ordnung der Pfarreien und Repertorium oder allgemeines Register über obige Matrikel, ib. 1813. 1814 in 8.

466. Placidus Braun OSB. ad s. Udalricum augustanam ecclesiam haud parum illustravit. Natus est Braun Peitingae 11. Febr. 1756. Studiis absolutis cum bibliothecae cura ei concrederetur, solerti diligentia ut in bibliographia excelleret operam dedit: neque frustra, ut ejus testantur opera. Monasterii bibliothecam optimum in ordinem redegit egregiisque auxit li-

[1]) Cf. Felder 1, 207; de priore ib. I, 328.

[2]) Cf. necrologium in Litzt. 1829 t. 1 Intelligenzbl. III, 41—62; Weis allg. d. Biographie 20, 574; Fritz KL. VIII, 979.

[1]) Cf. v. Oefele allg. deutsche Biogr. 28, 513.

bris. Bibliothecam et archivum duplici illustravit critico opere eoque accuratissimo, scil. *Notitia historico-literaria* de libris ab artis typographicae inventione usque ad a. 1479 impressis in bibliotheca monasterii ad SS. Udalricum et Afram exstantibus; accedunt tabulae VII aëneae 60 primorum typographorum alphabeta continentes p. I. Augustae V. 1788; p. II. libros complectens ab a. 1480—1500 inclusive impressos; accedunt III tabulae aëneae 16 primorum typographorum alphabeta continentes, 1789 in 4; *Notitia historico-literaria* de codd. msc. . . . in fine habetur appendix continens anecdota historico-diplomatica ex iisdem codd. excepta, ib. 1791—6 t. 6 in 4. Sed frustra laboraverat, cum monasterium illud fuerit 1802 suppressum, splendidissima illa bibliotheca et archivum a neovandalis direpta et dissipata. Noluit P. Placidus a sodalium consortio, qui quantum per adjuncta licebat vitam comunem prosequebantur, discedere, licet varia ei munera offerentur. Anno 1808 adlectus est academiae literariae monacensi, quo honore iterum maxime excitatus fuit, ut scrutandis antiquitatis documentis totum se daret; interim se ipsum non negligebat. Quotidie meditationem peragebat; assiduus erat in excipiendis confessionibus et propter suam pietatem ab episcopo in conscientiae moderatorem tuit electus. In pauperes erat admodum liberalis, sobrius, animi pacem et candorem ubique prae se ferens. Pie et constanter obiit 23. Oct. 1829. Manuscripta sua[1]), quae verum constituunt thesaurum pro historia dioecesis augustanae, legavit ordinariatui. Edidit praeterea [2]) *Geschichte der Bischöfe von Augsburg* chronologisch und diplomatisch verfasst[1]), Augustae 1813—15 t. 4 in 8., opus egregium et modo adhuc utile; *historisch-topographische Beschreibung* der Dioecese Augsburg, ib. 1823 t. 2 in 8; *Die Domkirche zu Augsburg* und der höhere und niedere Klerus an derselben, ib. 1829; *Lebensgeschichte* aller Heiligen und Seligen, welche theils in der Stadt, theils in der Diöcese Augsburg geboren wurden, gelebt haben oder gestorben sind, ib. 1825 in 8; *Monumenta San-Ulriciana* 981—1661 in Mon. boicis XXI. XXII, Monachii 1814—15; *Geschichte* der Kirche und des Stiftes der hl. Ulrich und Afra, ib. 1817 in 4; pars altera non prodiit; *Geschichte* von dem Leben, den Wunderwerken und Erfindung des h. augsburgischen Bischofs Simpert, ib. 1792 in 8; *des h. augsburgischen Bischofs Ulrich* aus alten Dokumenten gesammelt, ib. 1796; *Geschichte* der Bekehrung, Leiden und Erfindung der h. Martyrin Afra, ib. 1804 in 8; *Geschichte des Collegiums der Jesuiten* in Augsburg, ib. 1822 in 8.

467. Alius benedictinus meruit de episcopatu constantiensi scil. Trudpertus Neugart n. Villingae ducatus badensis 23. Febr. 1742. Linguarum orientalium studio delectabatur, unde promeruit in academia friburgensi cathedram studii biblici et linguarum orientalium (1767). In monasterium suum ad s. Blasium revocatus a. 1771 sodales principia theologiae docuit; a.

[1]) In his fuit codex diplomaticus episcopatus augustani ab a. 813—1743, quo usi sunt editores *monument boic.* t. 33—35.

[2]) Cf. Lindner 2, 124—31 et necrologium in Conferenzarbeiten der Augsburger Diöcesan-Geistlichkeit t. 1 fasc. 2, 203—27; Steichele deutsche Biogr. 3, 272, qui de eo scribit: »Er war ein stiller, anspruchsloser, milder Charakter, Freund und Pfleger der Tonkunst sein Leben lang, nicht eigentlich Geschichtschreiber, wohl aber ein unermüdet fleissiger, gewissenhafter Geschichtsforscher. Seine Darstellung ist trocken und ohne Schwung, der Stil hart und nicht immer correct, die geschichtliche Anschauung u. Beurtheilung oft befangen unter den Einwirkungen der Klosterzelle und einer im Leben sich abschliessenden Stellung.«

[1]) Cf. Felder Litzt. 1813 II, 74—89; 1829 I, 267—76; II, 93—107; 316—27; 1815 II, 232—54.

1837 praefectus est archivo et 1787 designatus decanus. Recusata dignitate abbatiali dictus est praepositus Krozingae. Celeberrimus abbas M. Gerbertus socium eum voluit in opere, quod cogitaverat de Germania sacra edenda; eique episcopatum constantiensem illustrandum commisit. Strenue se accinxit operi ab a. 1780 diligenter colligendo documenta victis impedimentis et molestiis, ejusque velut fundamentum posuit in *codice diplomatico* (plane egregio) Alemanniae et Burgundiae transjuranae intra fines dioecesis constantiensis, typis San-Blasianis 1791. 1795 t. 2 in 4. Defuncto interim Gerberto et electo in abbatem Mauritio 1793, hujus absentis vices ter gessit saeviente tunc bello gallico: qua occasione multa et gravia passus est; semel etiam (1800) obses abductus Argentoratum ibidemque per duos circiter menses detentus. Post tristem monasterii solutionem ab abbate Bertholdo delegatus est ad Franciscum I. imp., ut transigeret de traditione monasterii s. Pauli in Carinthia. Quo negotio bene perfuncto, licet senex, juniores confratres theologiam docuit, nec a coepto opere destitit. Decessit optimus senex apoplexia tactus 15. Dec. 1825 a. aetatis 84. „Vir iste venerandus erat fidelissimus s. Benedicti filius, sanctus sacerdos, quem viventem comitabatur et morientem sequebatur confratrum et omnium, quicunque eum noverant, amor et summa veneratio[1]).“ Praecipuus est abbatiae s. Blasii historiographus. Prodiit ejus *episcopatus constantiensis* alemannicus sub metropoli moguntina cum vindonissensi, cui successit, in Burgundia transjurana provinciae vesontinae olim fundato chronologice et diplomatice illustratus, 1803 typis s. Blasii t. 1; Friburgi 1862 t. 2. ad a. 1308 (cura in primis Josephi Dambacher archivarii † 18. Mart. 1868), opus certe praestans et accuratum. *Doctrina* de sacramento poenitentiae recte administrando, typis San-Blasianis 1778 in 4; *historia monasterii ord. s. Ben. ad s. Paulum* in valle inferioris Carinthiae lavantina, Clagenfurti 1848 p. 1; 1854 p. 2. in 8. Multa reliquit[1]) msc., inter quae collectanea ampla pro episcopatibus lavantino, herbipolitano, lausinensi, paderbornensi etc. — Ildephonsus (Josephus Nicolaus in baptismo appellatus) Arx n. Oltenae in pago solodurensi 3. Oct. 1755, ingressus est celeberrimum monasterium sangallense. Praefuit ditissimo abbatiae archivo (1796), quod munus ipsi etiam post tristem monasterii solutionem concreditum fuit, cui a. 1827 adjecta est praefectura bibliothecae. Rexit quoque seminarium (1813) et inter canonicos novi capituli (1824) adlectus est († 16. Oct. 1833). Ipsi debemus inter alia: *Geschichte des Klosters St. Gallen,* St. Galli 1810—13 t. 3, cum additamentis et correctionibus 1830, opus accuratum et eximium; *die Ursachen* der Aufhebung des Stiftes St. Gallen, 1805; symbolas quoque contulit ad monumenta Germaniae historica, ita t. 1. inseruit annales sangallenses; t. 2. biographias et chronica; variaque pretiosa monumenta ex celebri illo archivo in lucem eruit etc.

468. Casimirus Schnitzer[2]) Oenipontanus Cist. in monasterio Stams (n. 1773; † 1838) descripsit *die Kirche*

[1]) Ita legimus in op. Scriptores OSB. p. 317. Cf. Bader das ehemalige Kloster Sanct Blasien, Freiburg 1874 p. 115—20, qui de eo dicit: Die Gabe eines kritischen Forschungsgeistes zeichnete ihn vor all' seinen literar. Collegen aus; cf. Wurzbach 20, 246—9; Krieg KL. IX, 181 ss.

[1]) De his accurate disserit Mone in op. Heidelberger Jahrbücher 1855 Nr. 34.

[2]) Cf. Car. Wegelin archivarius sangallensis (n. 9. Maj. 1803; † 27. Nov. 1856) Ildephonsi successor, de historia sangallensi bene meritus (cf. Dicraner allg. d. Biogr. 41, 422) Ein Wort des Andenkens an den verewigten H. Ild. v. Arx, 1834; Der Geschichtsschreiber des K. St. Gallen, ein Lebensbild aus der Zeit der Umwäl-

des h. Vigilius und ihre Hirten, Bolsani 1825. 1828 t. 2 i. e. historiam ecclesiae tridentinae. — Franciscus Sinnacher Brixinensis n. 3. Dec. 1772 post triginta annos, quos in cura animarum transegit, juris canonici et historiae ecclesiasticae in seminario brixinensi professor (1824; † 9. Jan. 1836) indefessa diligentia edidit primum *Biographien* von Bischöfen im Bisthum Brixen, Brixinae 1814, et collegit *Beiträge* zur Geschichte der bischöflichen Kirchen Säben und Brixen in Tirol [1]), ib. 1821—35 t. 9 in 8. — Plures viri eruditi magna diligentia elaborarunt *historische und topographische Darstellung* der Pfarren, Stifte, Klöster, milden Stiftungen und Denkmäler im Erzherzogthum Oesterreich [2]), Viennae 1819—40 t. 17, scil. Vincentius Darnaut historiae ecclesiasticae in universitate viennensi (1803—12) professor († 30. Jan. 1821), cui debemus t. 1. et 2. et praeterea *Religionsgeschichte des A. B.* oder Darstellung der Veranstaltung zur Einführung des Christenthums, Viennae 1816. — Aloysius Groppenberger de Bergenstamm Viennensis (n. 1. Aug. 1754; † 15. Febr. 1821), insignis admodum archaeologus, qui plurima praeterea composuit opuscula historica ad urbem praesertim viennensem spectantia [3]) — Aloysius Schützenberger can. reg. in canonia neoburgensi, Stirensis (n. 4. Apr. 1792; † 7. Apr. 1840), qui tres curavit tomos [4]) — Jo. Christophorus Stelzhammer SJ. n. 29. Aug. 1750, qui supressa Societate Jesu Viennae theologiae studuit et sacerdos factus disciplinis naturalibus in primis delectabatur, unde etiam physicae cathedram consecutus est Clagenfurti (1792), deinde in academia theresiana. Designatus quoque est qui archiduces in disciplinis naturalibus institueret, ejusque praelectionibus subinde interfuit vel ipse imperator. Anno 1816 dictus est vicedirector studiorum theologicorum, a. 1825 universitatis rector et canonicus ad s. Stephanum. Decessit [1]) senex 90 annorum 10. Oct. 1840 — Jo. de Frast Cist. in monasterio Zwettl Viennensis (n. 1786: † 30. Jan. 1850), qui in primis operam suam impendit t. 7. et 16., et plurium monasteriorum historiam illustravit [2]) — Maximilianus Fischer, cujus sunt aliqua [3]) in t. 12 et 15 — Becziczka — Herborn — Udalric. Hartenschneider OSB. in monasterio cremifanensi Linciensis (n. 21. Jan. 1781; † 21. Maj. 1846), quem imperator et rex Bavariae in meritorum praemium aureo numismate donarunt [4]) auctor est t. 10. et 14. et Ign. Fr. Keiblinger OSB., de quo infra. — Car. Jo. Vincentius Herber philosophiae et theologiae doctor, in academia wratislaviensi historiae ecclesiasticae, exegesis et linguarum orientalium professor (n. 10. Jan. 1788), edidit [5]) *Silesiae sacrae origines,* adnexae sunt tabulae chronologicae in annales historiae dioecesanae, Lipsiae 1821 in 4; *Statistik* des Bisthums Breslau, Wratislaviae 1826; *de versione latina vulgata* ex conc. tridentini decreto sess. 4. authentica ib. 1815. — Jos. Carolus Schipp (n. 5. Mart. 1751; † 6. Jan. 1838) vicarius generalis dioecesis wratislaviensis ditionis

---

zung, St. Galli 1874; Meyer D. allg. Biogr. 1, 615; Erlebnisse des P. Ild. v. A. als Pfarrer in Ebringen in Breisgau nach seinem Tagebuch (1789—1796) in Freiburg Diöcesanarchiv N. F. 1 (1900) 102—30.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1824 p. 118—61.

[2]) Cf. Jahrbücher der Literatur 5, 149—62; 32, 1—65; 44, 33—56; 50, 207—50; 51, 120—41; 58, 175—204; de Darnaut cf. Wurzbach 3, 165.

[3]) Cf. Wurzbach 1, 299.

[4]) Cf. Wurzbach 32, 135; Černík p. 243.

[1]) Cf. Wurzbach 38, 193—97; Waitzenegger 2, 404—12.

[2]) Cf. Wurzbach 4, 345—47; Xenia bernard. III, 177, ubi 32 scripta ejusdem edita numerantur.

[3]) Cf. Wurzbach 4, 246.

[4]) Cf. Wurzbach 7, 391.

[5]) Cf. Waitzenegger 3, 207—11.

austriacae praeter alia curavit die *historisch-topographische Beschreibung* des Breslauer k. k. Diöcesantheils, Teschen 1828.

469. Aloisius Jos. Keresztúry n. parentibus judaeis 1755 amplexus est fidem christianam. In regia academia magnowaradina, dein Pesthini erat historiae professor. In praemium pro meritis nobilitate ab imperatore fuit donatus († 21. Apr. 1825). Plura scripsit [1]) spectantia ad historiam hungaricam, in qua hypotheses amplectitur non satis fundatas, atque etiam *historiam episcopatus magno-varadinensis,* M. Waradini 1806. *Compendium historiae universalis,* Pesthini 1817—19 t. 3 etc. — Josephus Koller Hungarus, theologiae professor in seminario quinqueecclesiensi et bibliothecae episcopalis praefectus, canonicus et capituli praepositus (n. 16. Dec. 1745; † 11. Sept. 1832) hortante episcopo Klimo accuratam prorsus composuit *historiam episcopatus Quinqueecclesiarum* [2]), Posonii 1782—1812 t. 7 in 4; *prologomena* in illam prodierunt ib. 1804. Pertingit ea ad a. 1781. Quamdiu vixit, 12 discipulos aluit ut in literis erudirentur; librorum erat impensus amator atque pretiosam sibi ipsi collegerat bibliothecam. — Jos. Vurum Tyrnaviensis (n. 1763), theologiae professor in seminario nitriensi (1791), canonicus a latere et lycei agriensis director, episcopus albaregalis 1816, magnowaradinus 1821, demum 1827 nitriensis et imperatori a secretis consiliis († 1836), praesul admodum beneficus, scripsit *episcopatum nitriensem* ejusque praesulum memoriam.

[1]) Cf. Wurzbach 11, 178.

[2]) Cf. Wurzbach 12, 344. Backer et Sommervogel hoc opus adscribunt Ignatio Koller S. J., qui post societatis Jesu suppressionem factus est canonicus zagabriensis († 27. Nov. 1791).

470. Antonius Ottaviani disseruit *de finibus partriarchatus veneti.* — Steph. Tarpin recenset Episcopos Justipolitanos (Capodistria), Triest 1833. — Jos. Ronchetti († 1838) collegit *Memorie istoriche* della città e chiesa di Bergamo dal principio del V. secolo sino all'a. 1418, Bergomi 1805—39 t. 7 in 8. — Innocentius Liruti OSB. in abbatia Montis Cassini, ditionis utinensis, a Napoleone ad episcopatum veronensem promotus († 21. Aug. 1827), scripsit [1]) *Dei vescovi e della chiesa veronese,* Veronae 1809 in 8. Edidit quoque *apparatum* ad jurisprudentiam, Patavii 1793 in 4; *de finibus utriusque potestatis ecclesiasticae et laicae,* Mucani 1779; Ratisbonae 1781. — Silvester Castellini narrat *Storia della Città di Vicenza,* Vicetiae 1783—1822 t. 14. — Jo. Car. Gentili canonicus edidit *de ecclesia septempedana* (S. Severini) ll. 3, Maceratae 1836-38 t. 3 in 8; *Elogio storico* di Mons. Ang. Massarelli, Jo. 1837. De quo Merkleiu Conc. Trid. I. praef. „Celeber est phantasiae ubertate et conjectandi audacia". — Cam. Acquacotta archipresbyter collegit et ordinavit *Memorie di Matellica,* Aconae 1835. — Josephus Ant. Vogel natione Germanus, n. in Altkirch dioecesis basileensis a. 1756, Argentorati studiis operam dedit. Subversionis omnium rerum tempore conjectus primum fuit in carcerem; in exsilium pulsus secessit in Helvetiam, deinde in Italiam, Firmiique substitit (1794). Totum jam se dedit illustrandae historiae provinciae picenae, nam ut ipse fatetur, „nihil non agendum mihi censui, ex quo agnoscerent hospites in homine non ingrato beneficia sua collocasse [2])." Propter insignem peritiam et eruditionem vocatus est in varias urbes, ut archiva in ordinem redigeret, qua occasione alia indefessa

[1]) Cf. Alius a Jo. Josepho L, de quo supra p. 161.

[2]) In praef. op. mox laudandi.

diligentia lustravit. Anno 1809 adlectus est canonicis recanatensibus, 1814 lauretanis († 1817). Plura reliquit erudita msc., e quibus demum prodiit *de ecclesiis recanatensi et lauretana* earumque episcopis commentarius historicus, Recineti 1859 t. 2 in 4., in quo cernitur acre judicium, summa in veteribus colligendis dijudicandisque diligentia atque peritia, apta materiarum dispositio et stili nitor [1]). — Alius germanus Jo. Bapt. Bernhart († 1821) collegit *codicem traditionum ecclesiae Ravennatis,* Monachii 1810 in 4. — Monaldus comes Leopardi publicae luci dedit *Serie dei vescovi* di Recanati con alcune brevi notizie della città e della chiesa di Recanati ib 1828. — Ex msc. relictis a Vogel composuit Augustinus Maria Peruzzi canonicus ferrariensis *chronotaxin* episcoporum (32) humanatum emandatam et auctam: disseruit quoque *della prima fondazione* d'Ancona, Auximi 1794; *de' Siculi italici* fondatori d' Ancona lettere, Ferrariae 1826; *Storia d' Ancona,* Pisauri 1835; diss. *sulla chiesa anconitana* con note e supplementi di Luigi Pauri e di Seb. Petrolli canonici della chiesa cattedrale di Ancona, cura Gust. Sartorii Cherubini, Anconae 1845 t. 1. et unicus in 4. Opera ipsius prodierunt Bononiae 1847. — Christophorus Poggiali Placentiae 1721 n. praepositus s. Agathae collegit *Memorie della chiesa Piacentina* 1757-66 t. 12 amandatis fabellis, ed. splendida. Eae ad a. 1731 pertingunt atque laudari meruerunt vel a Lami. Collegit et *Memoria* de vita et scriptis Laurentii Valla. Mortem oppetiit senectute gravis a. 1811. — Jos. Maria Giovene Melphictinus, archipresbyter in ecclesia patria (Molfetta) n. 23. Jan. 1753, vicarius generalis 1781 et seminarii director, et ex mandato Pii VII. vicarius apostolicus ecclesiae Lyciae († 2. Jan. 1837), disseruit *de Melphycto* ejusque episcopis, admodum accurate et erudite de antiquis calendariis in op. *Kalendaria vetera* aliaque monumenta ecclesiarum Jepygiae et Apuliae, Neapoli 1828; de sacramento poenitentiae etc. — Gregorius Fernandez Perez luci dedit *Historia de la iglesia y obispos de Pamplona,* Matriti 1820 t. 3 in 4. cum appendice ib. 1827. — Josephus Corréa († 1834) concinnavit *Serie chronologica* dos Prelatos conhecidos da Igreia do Braya seguida de un Catalogo dos Bispos titulares, Conimbricae 1830. — Josephus Const. Gomes de Castro *Catalogo dos Bispos do Maranhao* (in America meridionali), Maranhao 1827.

471. Michael Braig OSB. in monasterio wiblingensi (n. 1. Febr. 1774; † 15. Mart. 1832) descripsit *Kurze Geschichte . . .* der ehemaligen vorderösterreichischen Benedictiner-Abtey Wiblingen in Schwaben, Isnae 1834 in 8. — Ignatius Speckle OSB. ultimus abbas monasterii s. Petri in Silva nigra (n. 3. Maj. 1754; † 15. Apr. 1824) reliquit *Memoiren des letzten Abtes von St. Peter,* editum a Braun Friburgi 1870. Edidit quoque aliquos libellos adversus Wessenberg. — Car. de Kerssenbrock OSB. Vredenae n. 16. Dec. 1758, ultimus abbas monasterii liesbornensis (1798; † 20. Nov. 1829) refert de suo monasterio tempore suppressionis, quae exhibet Linneborn Stud. u. Mitth. aus den Ben. O. XXIII (1902) 309—39; 588—608. — Corn. Kirchrath OSB. in monasterio gladbacensi, dein parochus (1801-24), hujus monasterii abbatum et fratrum sub iis professorum seriem ex antiquis monumentis exhibet in Ropperts Quellen zur Gesch. der Abtei Gladbach 1877 p. 95—168. — Joa. Ev. Kaindl OSB. in monasterio prieflingensi Straubingae n. 18. Juni 1744, archivarius

[1]) Civiltà Cattolica ser. IV t. 6 pag. 194—204; de ipso auctore Phil. Raffaelli Commentario storico su la vita e su gli scritti del can. G. A. Vogel, Recineti 1857.

et eximius linguae patriae philologus († 17. Apr. 1823) collegit *monumenta priflingensia* in Monumentis G. XIII, 1—296. Dramatice repraesentavit: *Die Anfängs Priflingens,* Regensburg 1774, et composuit biographiam abbatis Kornmann, 1818. — Carol. (Aloysius) Nack OSB. in monasterio neresheimensi n. 11. Nov. 1751, lector philosphiae et theologiae, novitiorum magister, aliquamdiu fuit concionator in aula Caroli Eugenii ducis würtembergensis. Suppresso monasterio et in lyceum mutato religionem et historiam docuit. Hoc etiam temporum iniquitate deleto parochus fuit, dein canonicus augustanus (1821). Vir erat indefessi laboris, de scholis bene meritus, inspectorem enim egit et scholarum, pauperum pater († Juli 1828). Plurima reliquit opuscula ascetica in fidelium utilitatem [1]); etiam nomine suppresso *Reichsstift Neresheim*, eine kurze Geschichte etc., 1794. — Ferdinandi (Franc. Ant.) Tyrell OSB., Werlensis, in monasterio liesbornensi theologiae lectoris et bibliothecarii (n, 7. Dec. 1760; † 14. Aug. 1830) Chronicon liesbornense fructus sedulae diligentiae in scrutandis archivis, quod replet 40 tomos, nondum prodiit [2]). — Martinus Klein OSB. ultimus prior monasterii in Monte s. Jacobi narrat extrema fata sui monasterii a Gallis suppressi, quam narrationem habes in Katholik 1903 II, 333—42. Obiit ipse parochus 1837 a. aetatis 85. — Greg. Frömmerch dedit Kurze *Geschichte* der ehemaligen Cistercienser - Abtei Camenz in Schlesien, Breslau 1818 in 8. — Placidus Muth[1]) OSB. ultimus abbas monasterii erfordiensis s. Petri 1794; † 20. Mart. 1821), quo suppresso (1803) vixit literis, consiliarius dictus in rebus ecclesiasticis et scholasticis. Disquisitionem edidit in bigamiam comitis de Gleichen, 1788; über den Einfluss des ehemaligen Benediktinerklosters zu St. Peter in Erfurt auf die religiöse, moralische und wissenschaftliche Cultur, Erfurt 1798—1804 fasc. 2. — Jo. Bapt. l'Ecuy (Lecuy) Praem. n. Ivodii (Yvois-Carignan) 3. Jul. 1740, doctor sorbonicus (1770) fuit sui ordinis abbas generalis 1782—88 magno literarum bono. Subversionis tempore suppressis ordinibus religiosis in carcerem est conjectus, inde tamen mox liberatus compositis nonnihil rebus Parisios (1801) rediit, Josephi regis, Napoleonis fratris uxori ab eleemosynis fuit, ejusque filios in religione instituit. Cardinalis Belloy eum 1824 inter canonicos cathedralis parisensis recepit († 22. Apr. 1834 a. aetatis 94). Publicae luci dedit *Annales* civiles et religieuses d'Yvois-Carignan et Mouzon, auctos et emendatos, Parisiis 1822 in 8., quos msc. reliquerat de la Haut abbas; *Abrégé de la Bible* contenant l'ancien et le nouveau T., ib. 1810. 1825 in 12; *Essai sur la vie de Jean Gerson* chancelier de l'église et de l'université de Paris, sur sa doctrine, ses écrits et sur les événements de son temps, auxquelles il a pris part, précédé d'une Introduction, où sont exposées les causes, qui ont préparé et produit le grand schisme d'Occident.

[1]) Cf. Lindner Studien und Mittheilungen aus dem Benediktiner Orden 1885 II, 20—26.

[2]) Cf. Allg. d. Biogr. 39, 55. Hujus monasterii annales ab a. 1803—21 continuavit Guil. (Henr. Georgius) Hüffer pariter hujus monasterii sodalis, bibliothecarius, philosophiae et theologiae lector, necnon prior, qui tamen manserunt inediti. Natus est ipse Strombergae in Guestphalia 25. Jul. 1753. Suppresso monasterio erat parochus liesbornensis († 13. Febr. 1827). Alia ejusdem opuscula eaque edita recenset Rassmann I, 158.

[1]) Cf. Stanonik allg. d. Biogr. 23, 103. Alius ab eo est Jos. Muth, scholae rector, rationalismo addictus, cujus est: *Ueber das Verhältnis* des Christentums u. christlichen Kirchen zur Vernunftreligion oder Geist des Schönen, Wahren und Guten, Hadamar 1819 ed. 2.

ib. 1832 t. 2 in 8. et plura alia opera [1]). — Nic. Papini († 1834) coepit *L'Etruria francescana,* cujus tantum t. 1 prodiit Senis 1792. Ejus observationes criticae ad vitam s. Francisci dicuntur modo adhuc pretiosae. — Max Poeckl Cap. Monacensis (n. 3. Mart. 1764; † 20. Dec. 1834) lector et etiam provinciae praepositus describit *die Kapuziner in Baiern,* Sulzbach 1826.

472. Franciscus Mondelli episcopus tifernitanus (Città di Castello † 1825) edidit *Decade* di ecclesiastiche dissertazioni, Romae 1785, in quibus de variis argumentis historiae ecclesiasticae, juris canonici et s. liturgiae accurate disputat, ut de auctoritate dissensus summi pontificis ad cassanda decreta conciliorum generalium, de archimandritis, de excommunicatione et depositione Pyrrhi monotheletae, de ritu solemni annunciandi populo evangelium etc.; *seconda Decade* p. 1., 1791, in qua disserit de conc. trullano, quod nunquam ab Ecclesia approbatum esse ostendit, de persecutione Juliani apostatae etc.; p. 2. Romae 1792, in qua quaerit, num legitima censeri possit depositio Joannis XII., cui quaestioni negative respondet; adversus le Brun ostendit ss. liturgias jam ante sec. V. literis fuisse consignatas; disserit de liturgia mozzarabica et litanias lauretanas adversus Rondet defendit. *Specchio istorico* da servire di preservativo contro gli errori correnti, 1789, opus admodum utile adversus Jansenianos, in quo exhibet elenchum operum, quae illi summis laudibus extollunt, et alium eorum quae detestantur; *della legittima disciplina* da osservarsi nella pronuncia del Canone della Messa: diss. tratta dal Mandamento del 1737 di Mons. Languet Arcivescovo di Sens contro il Messale di Trojes, corredata di note, contra l. anonymum, quo postulatur, ut canon alta voce pronuncietur; *Discorso etico-morale* sui Doveri dell'uomo verso Dio, Romae 1790 in 8; *Colpo d'occhio* sul congresso di Ems, traduzione dal francese arrichita di note et di una appendice di monumenti, Aletopoli 1788 in 4. sine auctoris nomine; *Rifflessioni* sopra i 73 art. della promemoria presentate alla Dieta dell'Impero sulle Nunziature da parte dell'Arciv. Elettore di Colonia, tradotte dal francese, Mediolani 1789. — Fr. Carl. Gerling OSA. († 1830) disseruit de synodo sub Hadriano I., Erfurti 1784, deditque luci publicae *systema* theologiae revelatae, Wirceburgi 1793. — C. Walcher edidit *Politische Geschichte* der im J. 1478 zu Florenz gehaltenen grossen Kirchensynode und des Zwistes dieser Republik mit dem römischen Papst Sixtus IV., mit einem Anhang von historischen Erläuterungen und einigen Dokumenten[1]), Rotvilae 1825 in 8., historia spiritu illius aevi infecta, qui nimis facile rom. pontificibus usurpationem et potestatis ecclesiasticae abusum exprobrat illiusque pontificis famam denigrat. *Paul V. und die Republik Venedig* [2]), Deutschland 1819; *Bischof Otto* von Sonnenberg und Ludwig von Freyberg, ein Beitrag zur Geschichte des Bisthums Constanz, Carlsruhe 1818; *Johann von Botzheim,* Domherr zu Constanz und seine Freunde, Beitrag zur Reformations- und Gelehrtengeschichte von Südschwaben, mit einem Anhang bisher ungedruckter Briefe und biographischer Notizen [3]), Schafusiae 1836 in 8. — Franc. Grossi n. 28. Oct. 1747 aliquamdiu philosophiae professor in seminario pativino,

[1]) Cf. Feller 3, 383. Eodem fere tempore Jo. B. Gence in typographia regia occupatus (1755—1804) edidit *Gerson restitué* et expliqué par lui même, Paris 1837, quod opus laudatum fuit; *Le vrai portrait du Gerson,* ib. 1838.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1826 pag. 704—13.
[2]) Cf. ib. 1819 pag. 623 ss.
[3]) Cf. ib. 1819 pag. 102 ss.

dein parochus († 27. Februar 1823) collegit *Catalogo degli Eretici e dell' Eresie,* Padova 1817.

473. Antonius Eglauer SJ. Linciensis n. 12. Jun. 1752 († c. 1822) dedit primum *Gesammelte Briefe des h. Franciscus X. . . .* als Grundlage der Missionsgeschichte späterer Zeiten: zugleich ein wichtiger Beitrag zur Natur-, Länder- und Völkerkunde, Augustae 1804 t. 3; dein *die Missionsgeschichte späterer Zeiten* oder gesammelte Briefe der kath. Missionäre aus allen Theilen der Welt. Ein wichtiger Beitrag zur Natur-, Länder- und Völkerkunde etc., ib. 1794—98 pp. 6, quibus continentur tantum epistolae ex India orient. ab. 1548—99 et ex Japonia ab a. 1548—85. — Joach. de Coria Min. auctor est op. *Memoria apologetica* sobre la utilitad y servicios prestados á Espana per los Religiosos Misioneros de Filipinas, Manila 1840.

474. *Archaeologiam* coluerunt: Aurelius Alex. Pellicia Neapolitanus n. 1744, qui juvenis 23 annorum erat jam professor liturgicae in congregatione presbyterorum, cui nomen Conferenza; post quadriennium in universitate ethicae et archaeologiae cathedram obtinuit et a. 1812 cathedram diplomaticae († 28. Dec. 1822). Innotuit op. *de christianae Ecclesiae* primae, mediae et novissimae aetatis *politia* ll. 4, Neapoli 1777—81 t. 2, Bassani 1782; quibus t. 3. i. e. mantissas quasdam et diss. 7 praestantissimas de rebus praecipue ecclesiasticis addidit, scil. de eucharistia infirmorum, de viatico poenitentium, de templorum origine deque aris domesticis paganorum atque christianorum, de re antiquaria et siglis veterum Christianorum; de coemeterio sive catacumba neapolitana; de re Christianorum domestica, de superstitionibus Christianorum, praesertim medio aevo; Coloniae 1829—38 t. 3 in 2 v. in 8. cura Jos. Ign. Ritter et Jo. W. Jos. Braun, opus quod praestat diligentia, concinnitate et rerum copia, cui cl. Binterim eruditissimum opus *Denkwürdigkeiten* der christkatholischen Kirche superstruxit. Collegit quoque *Raccolta di varie chroniche, diarii* . . . del regno di Napoli, Napoli 1780—82 t. 5. *Istituzioni* della scienza diplomatica, ib. 1813. Diss. *de perpetuo usu* Ecclesiae et officio pro principibus in publica et privata liturgia orandi, 1772 italice, etiam germanice, quam hortante imperatrice M. Theresia latine reddidit. — Jac. Gabriel Pouillard Carm. Aquae Sextiae in Provincia n. 1751. Romam profectus magna diligentia se studio antiquitatis et numismaticae dedit, fructumque studiorum plurimis literis, quas inde scripsit, consignavit. In Gallorum invasione mutato monasterio in nosocomium, magno zelo astitit infirmis, quo avunculi Napoleonis ab. Fesch oculos in se convertit, qui eum, postquam archiepiscopus lugdunensis et cardinalis factus est, Lugdunum accivit et seminario, deinde Parisios vocatum pinacothecae suae praefecit; addictus quoque fuit sacello regio († 8. Oct. 1823). Edidit praeter alias diss. archaeologicas eruditam Diss. *sopra l' anteriorità* del bacio de' piedi de' sommi pontefici all' introduzione della croce sulle loro scarpe, Romae 1807.

475. Hujus laudes celebravit[1]) Franc. Hier. Cancellieri Romanus n. 10. Oct. 1751, qui puer adhuc ob sagax ingenium arcadum societati sub nomine Alicante Nasio fuit adscriptus. Intima fruebatur familiaritate P. Cordarae, qui plurimum de ejus studiis et fortuna erat sollicitus. Post varia fata card.

[1]) In *Notizie necrologiche* . . . con l'illustrazione di un rame rappresentante gli antichi riti del battesimo, quas inseruit Ephemeridibus literariis m. Augusti 1823. Cf. Biogr. univ. 77, 469; Feller 7, 88; Peters KL. IX, 1772.

Leon. Antonelli eum praefecit bibliothecae suae ditissimae, unde omne otium impendit studio historiae et archeologiae. Cardinalem in exsilium deportatum secutus est Cancellieri, exsilio dimissum ad conclave Venetias. Cum vero cardinalis Pium VII. in Gallias proficiscentem ad coronandum Napoleonem comitaretur, eum iterum itineris socium secum habere voluit. Praefuit typographiae collegii de propaganda fide (1802). Magni factus est a viris eruditis et dum viveret et post mortem (29. Dec. 1826), illustreque nomen sibi peperit innumeris operibus [1]), quae tamen ob immensam eruditionis copiam in argumenta etiam dissita exuberantem non nihil indigesta videntur. Subinde vero se nimis credulum ostendit. Ex ejus operibus hic in primis laudem merent: *De secretariis basilicae vaticanae* veteris ac novae ll. 2; praemittitur syntagma de secretariis ethnicorum ac veterum Christianorum apud Graecos et Latinos; accedunt disquisitiones 1. de cellis gregorianis; 2. de bibliotheca basilicae vaticanae; 3. de circo Caji et Neronis; 4. de aedibus rotundis s. Petronillae et D. N. Mariae Febrifugiae; de monasteriis lateranensibus et vaticanis; sequitur sylloge veterum monumentorum partim ex ineditis mss., partim ex archetypis marmoribus concinnata ac commentationibus illustrata; eandem excipiunt analecta et emendationes, indices 37 operis universi etc., Romae 1788 t. 4 in 4. cum 36 incisionibus; *Notizie del Carcere Tulliano,* detto poi Mamertino alle radici del Campidoglio, in cui fu rinchiuso l'Ap. s. Pietro e delle catene con cui fu avvinto primo del suo martirio, ib. 1788 in 8., recepta a Zaccaria in t. 4. *Diss. di storia eccles.; Descrizione* delle funzioni che si celebrano nella Capella Pontificia per la settimana santa con un prospetto di un tratto sopra la medesima e di una biblioteca cagionata di autori che hanno scritto delle questioni spettanti alla passione, morte e resurrezione del Redentore, ib. 1789 in 8; 1818 ed. 4; *Storia de' solenni Possessi* de' Sommi Pontefici, detti anticamente Processi o Processioni dopo la loro coronazione nella Basilica Vaticana alla Lateranense da Leone III. a Pio VII., ib. 1802 in 4; *le due nuove Campane* di Campidoglio benedette dalla s. m. di P. Pio VII., e descritte con varie notizie sopra i Campanili e sopra ogni sorta di Orologi ed un appendice di monumenti, ib. 1806 in 4; *Memorie storiche* delle sacre Teste dei ss. Ap. Pietro e Paolo e della loro solenne ricognizione nella Basilica Lateranense fatta da P. Pio VII., ib. 1806 in 4; *Lettera* al S. Ab. D. Niv. Saverio Dormi . . . sopra l'origine delle parole Dominus et Domnus e del titolo di Don che suol darsi ai Sacerdoti etc., ib. 1808 in 8; *Diss. epistolare* sopra due iscrizioni delle Martiri Simplicia madre di Orsa e di un'altra Orsa trovate nei Cimiteri di S. Agnese e di S. Ciriaco colle loro sacre spoglie e co' vasi di sangue, con varie notizie intorno ai nomi di fiere e di bruti usati dagli antichi cristiani e dei segni che distinguono le tombe dei Martiri da quelle dei semplici Fedeli, ib. 1809; *sopra l' origine* e l' uso dell' anello pescatorio e degli altri anelli ecclesiastici e specialmente del cardinalizio e sopra il vestiario dei Vescovi e Cardinali regolari e sul berettino e beretta data ai medesimi, ib. 1823 in 8.

476. *Della basilica di S. Paolo* Romae 1815 scripsit Nic. Maria Nico-

[1]) Bibliografia romana 1, 53—66 recenset opera et opuscula edita 161, inedita 80, quae maxime spectant ad poesin, historiam romanam, liturgiam pontificiam, historiam sacrarum aedium et collegii de propaganda fide, hagiologiam, virorum illustrium biographiam etc. Plures vitam et elogium auctoris nostri scripserunt, inter quos ex. gr. Visconti, cujus est Elogio di F. Cancellieri detto nell'Academia Tiberina; et Seraph. Siepi, qui edidit Elogio-storico etc., Perusiae 1827 etc.

lai Romanus n. 14. Sept. 1756, in gerendis negotiis admodum solers, praeses academiae archaeologicae, auditor generalis camerae apostolicae, qui purpurae jam proximus decessit 18. Jan. 1833. Ejus quoque sunt *de vaticana basilica* d. Petri ac de ejusdem privilegiis ll. 4 cum appendice, ib. 1871. — J. A. Toklot disseruit *de arcani disciplina,* quae antiqua in Ecclesia fuit in usu, Coloniae 1836. — Jos. Settele canonicus plures diss. archaeologicas inseruit actis academiae romanae archaeologicae, ediditque *Memorie* sull' importanza de' monumenti che si trovano ne' cimiteri degli antichi cristiani del contorno di Roma, Romae 1824. — Phil. Maria Bellenghi O. Camald. n. 22. Nov. 1757 theologiae et juris canonici lector, in abbatem 1802 et in archiepiscopum Nicosiae 1828 a Leone XII. electus († 2. Mart. 1839), de variis argumentis disputavit, inter quae etiam *de antiquis eucharistiae custodibus.* — *Numismaticam,* quatenus referri potest ad historiam ecclesiasticam, excoluit Jos. Appel Viennensis (n. 1767; † 4. Dec. 1834), cujus sunt *Repertorium* der Münzkunde des Mittelalters und der neueren Zeit, Viennae 1819—1828 p. 7 in t. 4; Repertorium I: *Münzen und Medaillen* der Päpste, geistlichen Fürsten und Herren nebst anderen zur Kirchengeschichte gehörigen Stücken, Pesthini 1819 in 8.

477. *Hagiologi* fuere: Matthias Jo. Stals Praem. n. in Maaseik in canonia de Tongerloo (12. Oct. 1761; † 2. Febr. 1826) — Jo. Bapt. Fonson can. reg. Bruxellensis (n. 27. Febr. 1757; † 14. Sept. 1826) — Fr. Corn. Cyprianus van de Goor (Goorius) Praem. (n. 16. Dec. 1759; † 25. Jul. 1839) — et Siardus Gil. Jos. van Dyck (Dickius) Praem. (n. 10. Nov. 1758; † 1. Febr. 1830), qui per breve tempus suppressa societate Jesu operam suam impenderunt continuandis actis Sanctorum, quae a Bollando nomen habent, tomo scil. 53. seu Oct. VI., qui tamen nonnisi a. 1814 prodiit[1]). — Ferd. Panieri Pistoriensis n. 24. Nov. 1759, sub Ricci in seminario theologiae dogmaticae professor, innovationum sui episcopi propugnator, quibus tamen sincere verbis scriptisque renunciavit († 22. Jan. 1822), dedit *catalogum* sanctorum pistoriensium, 1818; disputavit quoque *de usura,* 1813. — Petrus Greg. Labiche de Reignefort theologiae doctor et canonicus theologus lemovicensis (n. 31. Maji 1756), propter jusjurandum recusatum deportatus, descripsit *Vie des Saints* et autres grands serviteurs de Dieu du Limousin, Lemovicis 1828 t. 3 in 12., quos secuti sunt alii t. Edidit quoque *Antidote contre le schisme,* Parisiis 1792 in 8. suppresso nomine; libellus egregius, saepe editus, quo respondet accurate et solide rationibus, quae afferri solebant pro sacerdotibus, qui jusjurandum contra Ecclesiae vetitum dederant in constitutionem cleri sic dictam civicam. — Ant. Maetzler, decanus, dein canonicus compilavit *Geschichte der kath. Kirche* oder Lebensbeschreibungen der Heiligen Gottes, Kempten 1819—30 pp. 5 in 4; München 1830 ed. 2; Landshut 1838—40 ed. 4. — N. Postelmayer vicarius augustanus iterum edidit *Leben und Thaten der Heiligen,* quod opus jam prodierat Augustae 1829—32, ib. 1834—36 t. 3 illustratum imaginibus.

478. De historia *literaria* meruerunt praeter Mastiaux, de quo supra egimus, Jos. Cernitori SJ., (1821) de quo cf. p. 317 a., Simon Assemani ex celebri Assemanorum familia, Maronita n. Tripoli in Syria 14. Mart. 1749. Post absoluta studia in Maronitarum collegio Romae in Orientem rediit mis-

[1]) Cf. de tribus O. Praem. sodalibus Goovaerts II, 200. 274. Bollandistae magnus encomiis eos efferunt t. VII. Oct.

sionarius, quo munere functus est annis 12. Ab avunculo Romam revocatus Garampio se addixit, quem Viennam comitatus est ibique aliquamdiu in caesarea bibliotheca occupatus fuit. In universitate patavina cathedram linguarum orientalium acceptavit (1785) ibique decessit 2. Apr. 1821 magni factus ab eruditis totius Europae et a pluribus academiis in socium receptus. Praeter alia edidit *Catalogo de' codici manoscritti* orientali della bibliotheca naniana coll'illustrazione delle monete cufiche del museo Naniano, Patavii 1787—92 t. 2 in 4., opus rarum; *Museo cufico* Naniano illustrato, ib. 1787. 1783 t. 2 in 4; *Globus coelestis* cufico-arabicus veliterni musei borgiani praemissa ejusdem de Arabum astronomia diss. et adjectis duabus epist. Toaldi aatronomiae professoris, Patavii 1790 in 4. etc. — Raymundus Diosdado Caballero Palmae Balearium urbe principe n. 19. Jun. 1740, in Italiam deportatus cum tot sodalibus exsul degebat Romae. Vir erat admodum eruditus, suaeque eruditionis testes sunt plura opera († 28. Apr. 1829 vel 16. Jan. 1830). Collegit accurata et pretiosa *bibliothecae scriptorum soc. Jesu supplementa,* primum Romae 1814 in 4; alterum, ib. 1816; *de prima typographiae hispanicae aetate specimen,* ib. 1793 in 4; *commentariola critica,* primum de disciplina arcani, secundum de lingua evangelica, ib. 1798 in 8., quibus emendantur Schelstrate et Hardouin necnon singularis Diodati de lingua Christi opinio (cf. supra p. 759). — Joannes Horváth[1]) Hungarus n. 5. Nov. 1769, canonicus vesprimensis, abbas Rudinae et Seminarii director (1808), dein episcopus Albae regiae (1832) et imperatori a secretioribus consiliis († 25. Febr. 1834), multum promovit literaturam theologicam per Hungariam editis lingua patria foliis literariis ecclesiasticis (1820—24).

479. Joannes Bern. Jos. Busse Guestphalus n. 18. Nov. 1788, in academia braunsbergensi professor historiae ecclesiasticae et exegesis, quam postea cum jure canonico commutavit († 5. Jan. 1835), composuit *Grundriss der christlichen Literatur* von ihrem Ursprung an bis zur Erfindung und Ausbreitung der Druckerei; ein nothwendiges Handbuch für Patrologie und Patristik für angehende Theologen, Monasterii 1828. 1829 t. 2 in 8. liber utilis. — Jos. Maria Helmschrott OSB. in monasterio s. Magni ad fauces Julias (Füssen) Dillingae n. 14. Jun. 1759, monasterio suppresso animarum curam egit († 29. Jul. 1836). Collegit *Verzeichnis aller Druckdenkmale* der Bibliothek des uralten Benediktiner-Stiftes zum h. Magnus in Füssen, Ulm 1790, catalogus pretiosus notitiis literariis illustratus. — Jo. Wolf SJ. n. 18. Jul. 1743 academiae erfordiensis socius suppressa Societate Jesu totum se dedit studio historiae ediditque *Eichfeldiam doctam* sive commentationem de scholis, bibliothecis et doctis Eichsfeldiacis, Heiligenstadii 1797 in 8. p. 1; altera mansit inedita; commentatio *de archidiaconatu heiligenstadiensi,* qua continuatur dioecesis moguntina a Würdtwein edi coepta, Goettingae 1809, *de archidiaconatu nortensi,* ib. 1810 in 4; *Eichsfeldische Kirchengeschichte,* cum monumentis 134, ib. 1816 in 4. et appendice 1820 in 4. Obiit 23. Apr. 1826. Diligens, sagax, fidelis erat scrutator archivorum, monumentorum, quorum ad 1500 publicae luci dedit. Eichsfeldiam quoad omnes partes, familias illustravit, ut pater dici possit historiae

[1]) Alius ab eo est Joa. Bapt. Horváth SJ. ea extincta in academia professor physicae et mechanicae, cujus *institutiones logicae et methaphysicae* Tyrnaviae 1787 t. 2, dein saepissime prodierunt. Eae laudantur a stilo, ordine, methodo et quod quam maxime idoneae sint initiando philosopho mysteriis theologicis († 20. Oct. 1799). Cf. Backer 2, 199.

Eichsfeldicae [1]). — Clemens Al. Baader Monacensis frater Francisci, de quo infra, n. 8. Apr. 1762, canonicus frisinganus et consiliarius consistorialis salisburgensis (1787), plurium academiarum socius, scholarum inspector († 13. Mart. 1838), plurimas inseruit recensiones operum foliis literariis ediditque breves biographias virorum doctorum [2]), quas deinde ex parte collegit aliisque auxit atque ita composuit *Das gelehrte Baiern* oder Lexikon aller Schriftsteller, welche Baiern im 18. Jahrh. erzeugt oder ernährte, Norimbergae et Solisbacii 1840 t. 1. complectens A—K; alter non prodiit, quod interim Bavariae regnum plurimum fuerit mutatum: quare aliud elaboravit magna diligentia et accuratione opus, scil. *Lexikon* verstorbener baierischer Schriftsteller des 18. und 19. Jahrh., Augustae 1824. 1825 pp. 4 in 2 t. in 8., in quo tamen plus aequo laudat auctores minus probandos. — Cui subjicimus Christianum Frid. Rassmann (n. 3. Maj. 1772; † 9. Apr. 1831), laicus, poesi deditus, qui fidem amplexus est catholicam a. 1825. Innumera reliquit quae huc non spectant opera [3]). Magna diligentia collegit *Münsterländisches Schriftstellerlexikon,* pp. 5 Lingen 1814. 1815; Monasterii 1818—33, quod a filio Ernesto retractatum ib. prodiit 1866—81 pp. 2. — Franc. Jos. Waitzenegger Brigantinus n. 8. Maj. 1784, quem affecta valetudo coëgit animarum curae renunciare. Quocirca otium nactus colligendi notitias de viris eruditis [4]), prosecutus est *Gelehrten- und Schriftstellerlexikon* der deutschen katholischen Geistlichkeit, a Felder coeptum (pag. 765), cui scil. adjecit t. 1 et 3. Landishuti 1820 et 1822, quod commendari quidem potest a diligentia, non vero a judicii aequitate: viri enim non probe catholici et sentiendi licentia famosi supra meritum laudantur. Decessit 7. Dec. 1822. Ex ejus schedis prodiit *Vorarlberg,* Innsbruck 1839 t. 3, opus laboriosum mancum adhuc, sed non sine pretio. Est descriptio suae patriae. — Antonius Maria Kobolt Ingolstadiensis n. 16. Nov. 1752) canonicus altoettinganus et academiae socius compilavit *Bairisches Gelehrtenlexikon* (usque ad a. 1774), Landshut 1795. Additiones reperies in Allgem. Literar. Anzeiger 1797 p. 378 ss.; alias edidit Maurus Gandershofer Landshut 1825. Natus est M. Gandershofer Gentlingae prope Ratisbonam 22. Jan. 1780. Ingressus est juvenis monasterium mettense OSB. (1799) hospitalitate monachorum cordiali captus, sed mox illud suppressum fuit. Cum esset insignis musicus aliquamdiu Landshuti egit cantus magistrum. Factus est ibidem custos bibliothecae universitatis, quam in optimum redegit ordinem: quo conspecto Ludovicus princeps hereditarius curavit, ut transferretur Monachium. Totus jam vixit libris, ejusque curae et sagacitati tribuendum est, ut quam plurima manuscripta monasteriorum suppressorum interritui destinata posteritati servarentur. Adlectus est academiae scientiarum et addictus regni archivio. Iteratis vicibus prae nimio studendi, scribendi, colligendi monumenta ardore infirmitates contraxit, ut studia intermittere cogeretur. Suis necrologiis et notitiis de viris illustravit ditavitque folia literaria, praeprimis Literaturzeitung für kath. Religionslehrer, quae successive redegerunt Felder, Mastiaux et Besnard; alias quam plurimas edidit diss., quibus illustravit historiam patriam [1]).

[1]) Sommervogel ad 26 ejusdem opera recenset VIII, 1197; ejus merita effert Jaeger a. d. Bi. 43, 762—64.

[2]) Cf. Felder Lexikon 1, 19—24.

[3]) Cf. Foerstemann allg. deutsche Bio. 27, 335.

[4]) Ejus scripta edita (31) et inedita (17) diligenter recenset Lindner II, 39—46.

[1]) Joannes, de Deo Raymundus Boisgelin de Cuce Rhedonensis n. 27. Febr. 1732 episcopus lavaurensis (1765), dein archiepiscopus aquensis (1770), propter

480. Ludovicus Franc. de Bausset natus est 14. Dec. 1748 Pondicherii in India, ubi ejus pater publico perhonorifico munere fungebatur. Inde puer 12 annorum missus est in Galliam, ut in literis excoleretur. Sacerdos factus selectus est a Boisgelin [1]) archiepiscopo Aquarum Sextiarum in vicarium generalem; et anno 1778 designatus qui administraret et pacificaret dioecesim diniensem (Digne), cui praefuerat de Caylus, admodum turbatam. Missioni suae egregie satisfecit pacemque restituit. Post aliquot annos (1784) consecratus est in episcopum Alesiae (Alais). Exstincta a comitiis nationalibus 1790 hac sede episcopali intrepide pro juribus Ecclesiae stetit, ideoque in Helvetiam fugere coactus est. Rediit tamen Parisios, sed captus aliquot annis fuit detentus; post mortem vero crudelissimi Robespierre libertati restitutus. Exinde vitam duxit privatam junctisque consiliis cum Emery, quo familiariter utebatur, jura Ecclesiae tuebatur. Cum Pius VII. exigeret, ut Galliae episcopi bono pacis suis sedibus renunciarent, prompte morem gessit Bausset. Post reditum Ludovici XVIII. addictus est collegio a rege instituto ad ordinanda negotia ecclesiastica, et praefectus regio consilio pro instructione publica (1815). Inde novis semper honoribus auctus est. Nam 1815 inter magnates a rege, inter socios ab academia 1816, inter cardinales a Pio VII. ad regis propositionem 28. Jul. 1817, et demum defuncto card. de la Luzerne inter regni ministros et in consilium privatum regis fuit receptus († 21. Jun. 1824). Debemus huic egregio praesuli praeter alia [1]) *Histoire de Fénélon* composée sur les manuscrits originaux, Versaliis 1808 t. 3; Parisiis 1823 t. 4 in 12. ed. 4; ibidem 1862 in 4. ed. Migne, opus egregium, ab instituto declaratum praemio dignum; *Histoire de J. B. Bossuet* évêque de Meaux composée sur les manuscrits originaux [2]), ib. 1814 t. 4 in 8; 1819 ed. emendata, Bisontione 1874 t. 3 in 12., opus pariter insigne, minus tamen limatum quam praecedens; *Notice* sur la vie de l'abbé Legris Duval, prédicateur ordinaire du roi, hujus sermonibus Parisiis 1820 t. 2 in 12. praemissa; *Notice historique* sur son Em. Mgr. A. A. de Talleyrand card. de Perigord archevêque de Paris, 1821 in 8. — Michael Jo. Jos. Brial unus ex ultimis sodalibus congr. maurinae n. 26. Maj. 1743 Perpiniani, socius academiae inscriptionum, partem habuit in edendis t. 12. et 13. *scriptorum rerum gallicarum*, Parisiis 1786. Non obstante rerum omnium subversione non destitit a colligendis monu-

---

insignem eloquentiam et culturam academiae socius fuit (1776). Orationem habuit in coronatione Ludovici XVI. Strenue restitit Ecclesiae adversariis, respuit jusjurandum in constitutionem cleri civicam, cui opposuit egregiam *Exposition des principes* sur la constitution civile du clergé, quam et alii episcopi adoptarunt (1791). Fugere coactus est in Angliam. Sedi suae renunciavit (1801), sed dictus est archiepiscopus turonensis (1802) et (1803) creatus cardinalis († 22. Aug. 1804). Ejus opera prodierunt Parisiis 1818: inter ea est versio psalmorum celebris, scil. *Le Psalmiste,* cui praemisit Discours sur la poésie des Hébreux, Londini 1799. Cf. Notice historique sur Mgr. Boisgelin auctore Bausset Paris 1804 et praemissa ejusdem operibus; L'Episcopat p. 630; Hefele KL. 2, 988.

[1]) Cf. ipsum de se in suo *Lexico* 3, 393—400; Wurzbach 52, 154; Kerz Litzt. 1823 I Intelligenzbl. 1, 16.

[1]) Cf. Feller 1, 445; Biogr. univ. 57, 323—27.

[2]) Franc. Jos. Lafuite vir alioquin militaris, demum bibliothecae ab Insulis praefectus (n. 1775; † 4. Oct. 1842) utramque vitam redegit in compendium. Fenelonii vita (gallice) prodiit Insulis 1841 in 12. ed. 3; Bossueti ib. 1836 ed. 2. Scripsit etiam *De l' Église catholique,* apostolique et romaine et bonheur de la connaître et de lui appartenir, ib. 1830 t. 3 in 8., receptum cum aliis ejusdem scriptis in *Bibliothèque catholique de Lille.* Cf. Bourquelot La Littérature française contemporaine 4, 539.

mentis pro continuando opere, atque revera alios quinque 14—18. rebus magis compositis ab a. 1806 publicae luci dedit. Partem quoque habuit in prosequenda *Histoire littéraire* de la France t. 13—16 (IV^3, 1586) cum Pastoret, Ginguené, Daunon etc. academiae sociis; t. 17 prodiit ib. cura scholae des chartes, Paris 1880. Plures quoque composuit pro academia diss. eruditas admodum, erat enim versatissimus in argumentis historicis, praesertim in monumentis, quae respiciunt medium aevum. Decessit 24. Maj. 1828 a. aetatis 85. Reliquit quoque *Eloge historique de D. Labat,* Parisiis 1803 in 8; *Ouvrages posthumes* du P. Laberthonie[1]) cum supplemento, ib. 1810. 1811 t. 2 in 12.

481. Jo. B. Gabriel Alexis Grosier Gallus n. S. Audomari 1743 ingressus est Soc. Jesu, sed ea mox per Galliam suppressa, totum se dedit censendis libris factusque est canonicus s. Ludovici Luparae (Louvre) et bibliothecae armamentarii praefectus († 7. Dec. 1823). Continuavit Le Journal de Trévoux sub inscriptione *Journal de littérature des sciences et des arts* ab. a. 1779—82. Operam contulit in edendo *l' Année littéraire* ab a. 1776—1790, quo a. fuit suppressus. Cum a. 1800 redierit ad vitam, rursus socium se praebuit, sed prodierunt tomi tantum septem. Typis iterum dedit plurimas Jesuitarum diss. jam editas in memoriis trevoltiensibus, sed quae ob raritatem vix inveniri poterant, sub inscriptione *Mémoires d' une société célèbre,* sed ex t. 6 prodierunt ob temporum iniquitatem tantum 3, Parisiis 1790. *Description générale de la Chine,* quae est t. XIII. op. *L' Histoire générale de la Chine* (Paris 1786), qui seorsim prodiit 1797 t. 2 in 8; 1818—20 t. 7 ed. 3. — Joan. B. Joseph Boulliot Praem. in canonia Vallis Dei Gallus n. 1750 sodales docuit theologiam. Suppressis per Galliam ordinibus religiosis praestitit ipse jusjurandum in constitutionem civicam factusque est vicarius generalis infelicis Gobelii episcopi constitutionalis, qui demum misere defecit. Divina juvante gratia ad meliora rediit sensa obiitque parochus 30. Aug. 1833. Composuit *Biographie Ardennaise* ou Histoire des Ardennais qui se sont fait remarquer par leurs écrits etc.; Paris 1830 t. 2 in 8. opus eruditum[1]). Subsidia utilia suppeditavit Barbier bibliographo pro hujus *Dictionaire* des ouvrages anonymes. — Nicol. Ant. de Billy vicarius generalis lingoniensis et historiae professor in academia bisuntina (n. 1753; † 1825) scripsit *Histoire de l' Université* du Comté de Bourgogne. — Mentio forte hic fieri etiam posset Josephi Francisci Michaud Sabaudi. Natus est 19. Jun. 1767 fuitque poeta edendisque foliis publicis intentus. Terroris tempore captus, in carcerem conjectus, ad mortem et alia vice ad deportationem damnatus est, utramque tamen fuga evasit. Anno 1813 receptus est inter instituti socios et a. 1837 in academiam inscriptionum († 30. Sept. 1839). Ex ejus operibus huc referri possunt: *Biographie moderne* ou Dictionaire des hommes qui se sont fait un nome en Europe depuis 1789, Parisiis 1806, quae viam stravit operi majori, quod condidit cum fratre, inscripto *Biographie universelle,* quae excrevit demum cum supplementis ad t. 85 in 8. Parisiis 1811—62; reformata t. 45 in 4; *Histoire des Croisasades,* Parisiis 1811—22 t. 5; 1825—29 in 8., opus non satis accuratum et solidum, pro quo reformando et expoliendo sexagenarius in Orientem profectus est, ut ipsa bellorum loca inspi-

[1]) Cf. Biogr. univ. 59, 233—5.

[1]) Feller II, 135 de eo scribit: Dans laquelle on trouve de l'eruditon et de curieuses recherches bibliographiques mais une fâcheuse indifference pour les choses religieuses. Cf. Goovaerts I, 85 s.

ceret, saepiusque retractatum prodiit, Parisiis 1840—48 ed. 6, neque enim omni caret pretio. Adjecit *Bibliothèque des Croisades* t. 4 (Cf. Biogr. univ. 84, 24—39). De hoc eodem argumento scripsit quoque Clemens Melchior Justinus Maximus Fourcheux de Montrond *Les Guerres saintes* d'outremer ou tableau des croisades d'après les chroniques contemporaines, Lugduni et Parisiis 1838 t. 2 in 12. — Nicolaus Maria Campiaso collegit *Diccionario* de personas celebres de Cadix 1828. 1829 t. 2. — Amat y Torres collegit 1836 *Escriptores Catalanos.*

482. Diligens bibliographus fuit Josephus Vedova Patavinus, qui praeter alia edidit [1]): *Biografia degli scrittori padovani,* Patavii 1831—36 t. 2 in 8; *Storia scientifico-letteraria* dello studio di Padova del Cav. Franc. Maria Colle nobile bellunese publicata per la prima volta con alcune annotazioni, ib. 1824—25 t. 2 in 4., opus politum et sapiens, quod e tenebris et pene oblivione protulit in lucem, et quo illustrantur duo priora illius studii secula (1222—1405). Ad praelum paraverat Fasti gymnasii patavini ab a. 1756—1786 a Fr. M. Colle elucubrati notisque illustrati et usque ad a. 1797 perducti (ab ipso) cum appendice virorum illorum, qui in eodem gymnasio ab a. 1797 usque ad haec tempora floruerunt. — Dominicus Scina sacerdos panormitanus (n. 1765; † 1837 adeo excelluit in disciplinis physicis, ut admodum juvenis cathedra physicae in academia patria donaretur. Egregia composuit in hac disciplina opera. Huc spectat propter *Prospetto della storia letteraria della Sicilia* nel sec. XVIII., Panormi 1824—27 t. 3, quem magnis laudibus extulerunt viri eruditi. Est continuatio bibliothecae siculae auctore Mongitore [1]). — Josephus Baraldi Mutinensis (n. 1. Sept. 1778; † 29. Mart. 1832), bibliothecae ducis mutinensis praefectus, juris canonici professor et universitatis procancellarius, exhibet in suis *Memorie della Religione,* Morale et Letteratura dissertationes criticas et notitias historicas virorum illustrium sui temporis lectu dignas [2]). — Vinc. Garofali Romanus n. 29. Jan. 1760, can. reg. a Pio VII. dictus procurator generalis suae congregationis (1800), dein abbas vicarius generalis, plurium cardinalium theologus et congregationibus aliquot addictus, demum (1832) archiepiscopus laodicenus († 3. Febr. 1839), edidit *Biblioteca* compendiosa degli uomini illustri, della congregazione de canonici regolari, scritta dal Pr. Cavalieri e quindi accresciuta di nuovi articoli, Veletriae 1836 t. 1. et unicus, morte enim interveniente illud prosequi non potuit. Edidit quoque commentarium de vita J. Chr. Trombelli (pag. 329), Bononiae 1788 in 8. — Jacobus Morelli Venetus inter bibliographos adeo insignis ut vix eo tempore haberet parem, qui non tam inter literas vivebat, quam illis dominabatur. Clarissimis Italiae bibliothecariis Magliabecchi, Zeno et Bandini quartus adnumerabatur. Bibliothecae s. Marci praefuit eamque operibus suis illustravit (n. 1747; † 1821). Huc spectant [3]) Diss. storica *della libreria publica di s. Marco* di Venezia, Venetiis 1776 in 8; *codices msc. latini bibliothecae nanianae,* ib. 1776 t. 2 in 4; *bibliotheca Maffei Pinelli* veneti descripta et annotationibus illustrata, ib. 1786 t. 6 in 8; *bibliotheca s. Marci* Venetiaram manuscripta graeca et latina, Bassani 1802

[1]) Cf. seriem operum, qui sibi tribuit in ejus Biogr. degli Scrittori padov. II, 388—92.

[1]) Cf. Ferrara in Less. eccl.

[2]) Cf. Feller I, 390. Ejus forte cognatus est Jo. Baraldi, cujus exstat *Compendio storico* della città e provincia di Modena, Modena 1846.

[3]) Cf. Lessico eccl. III, 621.

t. 2 in 8. etc. — Jo. Ant. Moschini Venetus n. est. 28. Jun. 1773 atque ingressus congregationem Somasch. Sub patriarcha Francisco M. Silesi praefuit omnibus institutis literariis urbis patriae. Studia plurimum promovit ideoque et inter canonicos fuit relatus et a Francisco I. imp. aureo numismate donatus pro meritis († 8. Jul. 1840). Plurima reliquit scripta [1]), inter quae ad rem sunt: *La vita e gli scritti* del P. Giambattista Gallicioli, Venetiis 1806; *Vite* di tre uomini illustri della famiglia Gradenigo 1809 etc.; *Storia della Letteratura veneziana* del sec. XVIII., Venetiis 1806—8 t. 4 in 4., opus eruditum et accuratum; italice vertit *Histoire* de la littérature d'Italie tirée de l'italien de Tiraboschi et abrégée, Bernae et Parisiis 1784, quam versionem pluribus annotationibus illustravit, Venetiis 1801; *L'origine,* i progressi e lo stato presente del seminario patriarcale di s. Cipriano in Murano; et plurimas diss. de historia patria, de arte pingendi etc. [1]). — Jo. Alphonsus Oldelli de Mendrisio Min. Ref. Ticinensis (n. 1537; † 5. Mart. 1821) concinnavit *Dizionario degli uomini illustri* del Cantone di Ticino Lugano 1807; cum supplemento 1811; *Ragionamenti sacri* 1799. 1800; *Repertorio* di interessanti notizie sacre e profane, ib. 1815; *Vita del b. Pacifico* da s. Severino 1766, *del b. Benedetto* da s. Fratello, 1794 etc.

V. Theologia practica.

483. Ex romanis pontificibus tres ad hanc spectant periodum, quorum primus fuit Pius VII. Pio VI. defuncto cardinales Romam venire impediti juxta voluntatem pontificis Venetias ad conclave convenerunt ac post quatuor menses demum electus est Gregorius Chiaramonti 14. Martii 1803, qui sibi assumpsit nomen Pii VII. Natus est Aloysius Barnabas (ita enim in baptismo appellatus fuit) comes di Chiaramonti Cesenae 14. Aug. 1742 et adolescens a. 16 ingressus OSB. in monasterio cassinensi, in quo dictus Gregorius. Lectorem egit theologiae Romae; mox electus est a Pio VI. episcopus tiburtinus (1782): dein translatus ad sedem imolensem et creatus cardinalis (1785). Post electionem in pontificem, Romam se contulit magna populi romani laetitia exceptus. Cum Napoleone utcumque res ecclesiasticas inito concordato composuit, atque Parisios 1804 profectus est ad coronandum imperatorem: qui tamen non diu postea tyrannica usus potestate eum statibus suis spoliavit. Cum vero pontifex praepotentem usurpatorem merito excommunicasset, captivus Roma fuit abductus et arcta custodia Savonae praesertim a. quinque detentus viis omnibus penitus interclusis, ne Dei Ecclesiam regere posset nullo similis persecutionis in priscis annalibus exemplo. Nullum non movit lapidem Napoleon, ut pontificem in suas traheret partes, qui demum tot artibus fraudulentis fractus in quosdam articulos praeliminares novi concordati consensit, quem tamen consensum cognita illorum iniquitate retractavit. Demum devicto imperatore liberatus fuit pontifex a tot insidiis et vexationibus ac redire permissus Romam. Exinde totus incubuit reparandis ruinis ditioni pontificiae illatis, ad restaurandas res ecclesiasticas tanta rerum omnium subversione per universam Europam turbatas initis concordatis. Resuscitavit e consilio card. Pacca 7. Aug. 1814 societatem Jesu a

[1]) Cf. Wurzbach 19, 125.

[1]) Cf. Wurzbach 9. 125—27.

Clemente XIV. suppressam. Decessit tantus pontifex tot vexationibus expositus, tot laboribus in Ecclesiae bonum attritus 20. Aug. 1823 a. aetatis 81. Pastor fuit mitissimi ingenii claruitque prudentia, mansuetudine, comitate ac in adversis constantia [1]). — Pio VII. successit 28. Sept. 1823 Annibal comitis della Genga filius n. 22. Aug. 1760, qui fuerat Pii VI. camerarius, nuncius apud Helvetos (1793) et Paccae successor in legatione coloniensi, nuncius apud Napoleonem, cardinalis (1816) et Urbis vicarius. Nomen Leonis XII. assumsit. Magnum celebravit 1825 jubilaeum, quo tempore ingentem pauperum numerum (ad 120.000 ferunt) maxima aluit liberalitate. Relationes pacificas cum variis iniit statibus in bonum Ecclesiae. Collegium romanum patribus Soc. J. iterum concredidit, Anglorum collegium denuo aperuit, et germanicum fovit. Societates secretas carbonianorum et francomuratorum damnavit easque fortiter in suis insecutus est statibus: Judaeos in vicum sibi olim assignatum (Ghetto) iterum redegit, scholas et beneficentiae instituta fovit [2]). Obiit pontifex sollicitus et operosus 10. Febr. 1829. — Leonem XII. excepit 31. Mart. 1829 Pius VIII. antea Franc. Xaverius Castiglioni dictus n. 20. Nov. 1761, Devoti discipulus, a Pio VII. dictus episcopus Montis alti (1800), sed propter nimiam erga pontificem fidelitatem Mediolanum, dein Mantuam fuit relegatus. Ab eodem creatus est cardinalis (1816) et Cesenatis episcopus, dein ad sedem tusculanam translatus. Non diu gessit pontificatum nam a. jam sequenti 1. Dec. 1830 decessit. Celebre edidit decretum de matrimoniis mixtis ad episcopos Borussiae, cui postea admodum se opposuit gubernium, et societates biblicas condemnavit a protestantibus initas [1]).

484. Illorum primum mentionem faciemus, qui de *jure canonico* ediderunt commentaria, institutiones, praelectiones etc. — Aemilius Nannetti advocatus bononiensis dedit *Brevi nozioni* di diritto publico ecclesiastico, Bononiae 1840 t. 2. — Franc. Rossi (qui forte ad praecedentem spectat epocham) reliquit *juris ecclesiastici praelectiones:* accedunt adnotationes ex jure ecclesiastico siculo depromptae a can. Stephano Chiara [2]), Neapoli 1821 ed. 3; Panormi 1827 t. 2, quo in opere

[1]) Cf. Handlex. II, 1512 s.; Artaud Histoire du pape Pie VII, Paris 1836 t. 2, germanice Viennae 1837—38; v. Funk KL. X, 60—72.

[2]) Cf. Artaud de Montor Histoire du pape Pie VII., Parisiis 1843 t. 2; germanice interprete Scherer 1844; Wiseman Recollections est the last four Papes germanice. Erinnerungen an die vier letzten Päpste, Ratisbonae 1858; Hdl. II, 620.

[1]) Cf. Artaud Histoire du pape Pie VIII., Parisiis 1844; Wiseman op. cit.; Funk l. c. p. 72.

[2]) Stephanus Chiara Panormitanus n. 1752, professor theologiae moralis in seminario et juris canonici in universitate, canonicus († 1837), plura scripsit edidit-que ad illustrandam historiam patriam. Inter alia huc referri possunt: *Discorso istorico critico* sopra le chiese maggiori e cathedrali a Dio in questa città erette e dedicate fin dai primi tempi del suo cristianesimo, Panormi 1826 in 8; *de capella regis Siciliae ll. 3,* adjecta ad calcem capellanorum majorum serie, necnon monumentorum (260) ejusdem capellae sylloge, ib. 1815 in f.; *de regio ss. visitationum per Siciliam jure* diatriba sive apparatus ad regiam visitationem a Jo. Aug. de Ciocchis nunc primum in lucem editus, ib. 1816 in f.; *adnotationes* ad rem canonicam e siculo jure depromptae, ib. 1833, quas jam addiderat praelectionibus Fr. Rossi supra citatis; *Dritto publico ecclesiastico* di Sicilia, ib. 1636; *opuscoli editi ed inediti* e rari sul diritto publico ecclesiastico della Sicilia, raccolti e corredati di prefazione e di note d'Ag. Gallo, ib. 1855 in 8., inter quae reperitur etiam historia juris ecclesiastici siculi per quinque epochas a normannica usque ad burbonicam. Cf. Schulte 3, 538. Ceterum Aloysius Giampallari canonicus palerinus fusius de jure ecclesiastico siculo egit in op. *Diritto ecclesiastico siculo,* Panormi 1828, t. 4, opus minus accuratum et male elaboratum.

disputans de relatione inter summi pontificis et imperii civilis potestatem illius jura deprimit et placetum regium tuetur; italice versum cura Joannis Trombetta, ib. 1860. — Maurus Martini canonicus aversanus et juris canonici in seminario professor edidit *institutionum juris canonici ll. 3,* Neapoli 1830 secundum systema Lancelotti. — Franc. Mercante (Mercandi) n. Monte Politiano 21. Dec. 1770 canonicus († 14. Jul. 1834), elaboravit *Compendio di diritto canonico* con illustrazioni istorico-dogmatiche e dissertazioni [1]), Prati 1820; 1832 t. 4; Parmae 1852. 1853 t. 3 in 8. ed. 4., cui praemissa est ejus vita. — Deodatus Ganini, juris consultus neapolitanus, *in institutionem canonicarum enchiridio,* Neapoli 1835, tuetur Placetum regium, contendens ejus exercitio non modo nullam potestati sacrae inferri injuriam, sed potius tutamen ecclesiasticis sanctionibus praestari. — Meliori spiritu Canepa canonicus theologis bugellensis elaboravit juris canonici *institutiones,* Bugellae (Biela) 1836, in quibus egregie, licet admodum succincte, tractat quaestiones de romano pontifice. — Petrus Vermiglioli [2]) juris canonici in academia perusina professor, dedit *Lezioni di diritto canonico* esposte secondo l'ordine dei titoli delle decretali di Gregorio IX. corredate di note e d'illustrazioni per uso della gioventù studiosa, Perusiae 1835-39 t. 5 in 8; *delle obligazioni* dei conjugi, ib. 1832. — Jos. Cantini professor in universitate pisana *institutiones juris canonici* ad cl. virorum scripta diligenter exactas et notis auctas, Pisis 1822; Parmae 1840 t. 2 in 4., bonum compendium secundum systema Lanceloti. — Caesar Gridis juris consultus Biellae ortus 1766 in athenaeo taurinensi juris professor († 7. Dec. 1838) conscripsit *institutiones juris ecclesiastici.* — Petrus Justinus Delort Burdigalensis n. 1758, philosophiae professor, canonicus et archiepiscopi secretarius, et restituta facultate theologica juris canonici professor († 25. Apr. 1835), composuit *Institutiones* disciplinae ecclesiasticae, praesertim gallicanae ad principia sive theologiae sive juris publici comparatas, Parisiis 1819 in 8., in quibus nimis extollit jura potestatis civilis cum detrimento libertatis et jurisdictionis ecclesiasticae.

485. Martinus Pelka Silesius n. 4. Nov. 1757, philosophiae, theologiae atque juris canonici doctor hujusque disciplinae (1789) in universitate wratislaviensi professor, canonicus et vicariatui generali a consiliis († 5. Jun. 1828), praeter *epitomen* historiae ecclesiasticae, Wratislaviae 1793 in 8., dedit *analysin* juris ecclesiastici, ib. 1795 t. 2 in 8. — Clemens Augustinus Maria Ant. Aloysius Paulus de Droste-Hülshoff n. est Coesfeldae 2. Februar 1793. A prima juventute familiari utebatur conversatione Hermesii, qui ejus moderabatur studia. Inter condiscipulos eminebat. Dedit se studio juris, jurisque naturalis, canonici et criminalis cathedram est adeptus Bonnae (1822). Hermesii, cujus erat collega, defensionem editis variis opusculis [1]) in se suscepit et biographiam [2]) scripsit († 13. Aug. 1832). Inchoavit *Grundsätze* des gemeinen Kirchenrechtes der Katholiken und Protestanten, wie sie in Deutschland gelten, Monasterii 1828 t. 1; 1832 ed 2; 1830 t. 2. p. 1; 1835 ed. 2. cura Braunii;

[1]) Es bietet im Ganzen, ita Schulte de eo l. c. 3, 514, eine genügende, klare und fassliche Darstellung, giebt in Noten die wichtigsten Quellenbelege und ist insbesondere bemüht, die geschichtliche Entwicklung darzulegen.

[2]) Alius ab eo est Jo. B. Vermiglioli, qui plura edidit de urbe perusina, in primis, *Biografia* degli Scrittori perugini, ib. 1829 t. 2.

[1]) Cf. Rassmann 1, 92; Schulte allg. d. Biogr. V, 417—20.

[2]) Zeitschrift für Philosophie und kath. Theologie, Bonnae 1832 fasc. 1. Ipsius biographiam ib. habes fasc. 4, 1—32.

p. 2. 1833: in quo opere [1]) principia de romano pontifice sententiis canonistarum neotericorum seu gallicanorum et febronianorum conformia profitetur. *Ueber das Naturrecht als eine Quelle des Kirchenrechts,* 1822, diss. qua suas inauguratus est praelectiones; *Lehrbuch des Naturrechts* oder der Rechtsphilosophie, Bonnae 1823. 1831, secundum principia Hermesii; *de juris austriaci et communis* circa matrimonii impedimenta discrimine, Bonnae 1823; *Ueber die Vermengung* des Rechtlichen mit dem Sittlichen: über das Zwangsrecht gegen den Beichtvater auf Revelation jedes Beichtgeheimnisses, ib. 1824 *de Aristotelis justitia* universali et particulari deque nexu, quo ethica et jurisprudentia junctae sunt, ib. 1826. — Jos. Scheill Sichelensis, Bojus n. 13. Mart. 1784, postquam jurium et cameralium studio se dedit et per decennium in judiciis et curiis vectigalium versatus est, theologiae cursum est aggressus (1815). Quaestionem a facultate theologica pro doctoratus gradu gratis obtinendo propositam: *Darstellung* der hermeneutischen Momente bei der Beweisführung dogmatischer Bibelstellen, optime solvit (1817), hinc dignus laurea pronunciatus est. Prodiit ejus diss. Landishuti 1820. Brunsbergam 1824 vocatus seminario clericorum praefuit et in illa academia theologiam pastoralem docuit († 9. Jul. 1834). Curavit, ut jam supra diximus, ed. 9. et 10. *institutionum* [2]) juris eccl. Mauri Schenkl (pag. 776), quas etiam emendavit ab opinionibus liberioribus [3]), continuavit [4]) commentarium criticum in jus canonicum A. Michl (cf. p. 714), quae opera magnam eruditionem, sagacitatem, diligentiam produnt; strenue propugnat Ecclesiae jura multumque contulit ad exitandum fovendumque per Germaniam spiritum quem dicere possumus ecclesiasticum. Praeter alia edidit insuper: *Codex publico-ecclesiastico-diplomaticus,* Vollständige Sammlung der merkwürdigen Dokumente und Aktenstücke für das neueste in Europa und Deutschland gültige Kirchenrecht der Katholiken, Monachii 1822; *Die geistliche Gerichtsbarkeit* in streitigen und strafrechtlichen Angelegenheiten, philosophisch-historisch nach dem positiven gemeinen Kirchenrechte entworfen [1]) Kitzingae 1833 p. 1. et unica, quae spectat ad comentarium criticum supra laudatum.

486. Jo. Baptista Bertholdi philosophiae et theologiae doctor, natus Bretzae ditionis tridentinae 24. Jun. 1764, in seminario generali viennensi theologiam absolvit; inde missus est studiorum praefectus in seminarium generale oenipontanum, quo feliciter suppresso, cathedram historiae ecclesiasticae in academia impetravit. Praefuit quoque facultati philosophicae et bibliothecae. Odium concivium sibi haud immerito conscivit, cum se instrumentum exhiberet exsequendis usurpationibus et innovationibus sub regimine bavarico. Quare redeuntibus austriacis deportatus est in Silesiam. Iis tamen iterum a ditione exclusis factus est rector magnificus lycei (1810—18); restituta vero universitate director facultatis theologicae, historiae et juris canonici professor († 24. Dec. 1827). Pro auditoribus composuit *Handbuch* des baierischen Kirchenrechts secundum systema Rechberger (p. 786) et decreta regia in rebus ecclesiasticis, Oeniponti 1811; *Grundriss* der Liturgie, ib. 1811. — Corbinianus Gaertner OSB. ad s.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1828 p. 478—511.
[2]) Harum *synopsin* hoc eodem fere tempore dedit Fr. de Poesl Congr. ss. Red. Passaviae 1834.
[3]) Cf. Kerz Litzt. 1830 II, 257—300.
[4]) Cf. Kerz Litzt. 1827 I, 201—7; 1829 III. 121—42.

[1]) Cf. Kerz Litzt. 1833 IV, 161—76. Schulte Geschichte III, 1, 336 ss. et allg. d. Biogr. 30, 715.

Petrum Salisburgi, Tirolensis Sebatii n. 14. Jun. 1751, juris utriusque doctor, suadente archiepiscopo salisburgensi Herbipolim, Moguntiam, Wezlariam, Göttingam, demum Lutetiam Parisiorum cum sodali Joanne Ev. Hofer contendit, ut in utroque jure et disciplinis historicis et diplomaticis perfectius excoleretur. Canones, jus germanicum privatum et rem diplomaticam docuit in universitate salisburgensi, cujus rector fuit ab a. 1807-10; consiliarii quoque munere in justitiae administratione functus est († 24. Maj. 1824). Haec sunt potiora ejusdem opera[1]): *Corpus juris ecclesiastici* catholicorum novioris, quod per Germaniam obtinet, Salisburgi 1797. 1799 t. 2 in 8., in quo textus concordatorum aliaque monumenta publici juris facit, hinc non sine pretio; *das besondere österreichische Kirchenrecht* in Aphorismen, ib. 1807; *Einleitung* in das gemeine und deutsche Kirchenrecht mit besonderer Rücksicht auf Baiern und Oesterreich[2]), ib. 1817, secundum syma M. Schenkl, in quo l. tamen pro more illius temporis primatus jura admodum extenuat, et societatis civilis jus in res sacras vindicat; Jo. Christoph. Gattereri *epitome* artis diplomaticae, ed. nova et completa, ib. 1806 in 8; *Chronik* von Salzburg von Jud. Thad. Zauner, fortgesetzt (usque ad a. 1766), ib. 1816—26, p. 8—11. — Bernardus Deutmayr OSB. in monasterio altacensi, Monacensis (n. 28. Dec. 1747; † 29. Jul. 1827), theologiae doctor et lector, reliquit *exercitationes* de juribus ecclesiasticis Germaniae specialibus, Straubingae 1779. 1780 pp. 2; *de jure publico universali ecclesiastico* unacum subjectis ex jure Germaniae particulari necnon de nexu sacerdotium inter et imperium corollariis, Ratisbonae 1781 p. 1. in 8; *de limitibus* utriusque potestatis, necnon de juribus principum circa sacra, Straubingae 1782. — *De jure ecclesiastico austriaco* egerunt Ant. Guil. Gustermann Vienensis (n. c. a. 1760; † 24. Jan. 1823), cujus est *Oesterreichisches Kirchenrecht* in den deutschen, ungarischen und galizischen Erbstaaten, Viennae 1812 t. 3. — Jo. Nep. Schwerdling Viennensis (n. 16. Jun. 1758; † 19. Febr. 1833), in academia regia zagabriensi theologiae moralis et pastoralis professor, parochus effeldingensis, canonicus linciensis et gubernio a consiliis ecclesiasticis, collegit diligenter omnes leges M. Theresiae, Leopoldi II. et Francisci I. imp. in rebus ecclesiasticis Viennae 1788—1829 t. 18; ejus quoque est *Praktische Anwendung* der h. Schrift, Lincii 1816—24 t. 22 in 8. — Thomas Dolliner Carniolus n. 12. Dec. 1760, Pragae, dein Viennae juris canonici et romani professor, jurisconsultus admodum eruditus et laboriosus, unde adscitus etiam fuit ad redigendum novum juris civilis codicem († 15. Febr. 1839), elaboravit praeter alia ad jus civile et historiam spectantia[1]) *Darstellung* des Rechtes geistlicher Personen insofern sie nur überhaupt und blos als solche betrachtet werden, Viennae 1813; 1817; latine cura M. Juranich ib. 1824. Ceterum princeps ejus opus censetur *Handbuch des österreichischen Eherechts* Wien

[1]) Cf. Scriptores p. 111 s.; Felder 1, 252—56; Kerz, Litztg. 1824 IV, 132—7; Sattler p. 670—73 cf. etiam p. 558. — Alius ab eo est Alippius G. OSA. pariter Sebatii n. 19. Mart. 1742, Salisburgi lector et prior, qui disseruit *de jure naturae* in generali spectato, Salisburgi 1771 etc., et Guilelmus G. professor linguae et literaturae germanicae Pesthini, philosophiae güntherianae sectator, secundum cujus principia scripsit: *Die Welt angeschaut* in ihren Gegensätzen Geist u. Natur. Zugleich eine kritische Entgegnung auf die modernen Theorien vom Geiste in der Natur, Wien 1852 ed. 2; *Mac Lalor* oder muß es eine Kirche geben und welche? ib. 1845; 1850.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1820 p. 93—105.

[1]) Cf. Wurzbach 3, 350; Rieger Allg. D. Biogr. 314.

1834—36; 1849 ed. 2. — Matthias Ant. de Markovics Pestinensis n. 4. Sept. 1751 juris canonici (1780-1806) in universitate budensi professor, typographiae academicae director († 23. Jul. 1832), typis dedit [1]): *Principia juris ecclesiastici* regni Hungariae, Budae 1786.

487. De argumentis specialibus [2]) et in primis de Ecclesiae primatusque juribus egerunt: Jo. Bapt. Marenco, cujus exstant *Commentarii* in l. 1. et 2. decretalium Gregorii IX. sive de Ecclesia et de potioribus ejusdem dignitatibus et officiis tractatio, Taurini 1824. — Franc. Hoffmann [1]) philosophiae et theologiae doctor, quondam O. Cist. († 4. Jun. 1834), edidit: *De Ecclesiae catholicae hierarchia* sive demonstratio, esse in Ecclesia catholica hierarchiam quandam cum ordinis tum jurisdictionis, eamque et Ecclesiae utilem et reipublicae haud damnosam, Vratislaviae 1825; *de Ecclesiae catholicae infallibilitate,* ib. 1823. — Jo. Maria Felix Mayet Lugdunensis (n. 28. Maj. 1751; † 19. Nov. 1835) propter

[1]) Wurzbach 16, 469.

[2]) Praetermittimus Lebesnier, cujus est *Législation* complète des églises présentant dans l'ordre alphabétique un traité particulier de chaque matière sur le temporel des églises, Rotomagi 1824. — Ferd. Arndts (n. 26. Jan. 1755; † 31. Mart. 1825) parochum et archipresbyterum mendensem, de quo cf. Felder 1, 6—8. — Fr. Ottonem Droste de Vischering fratrem celeberrimi archiepiscopi coloniensis Clementis Augusti (n. 13. Sept. 1771; † 26. Oct. 1826), qui scripsit *über Kirche und Staat,* Monasterii 1817; 1838 ed. 2; *über die Religionsfreiheit der Katholiken,* ib. 1818; cf. Brück Geschichte der katholischen Kirche in Deutschland t. 1 c. 22. — Sim. Köfler Tirolensem, decanum reithiensem, auctorem plurium libellorum, qui genio originali exposuit *Grundansicht von Staat und Kirche* und ihrem gegenseitigen Verhältnisse nach Vernunft und Schrift, Oeniponte 1821 in 8., de quo cf. Tüb. Qtlschr. 1823 p. 300—33. — Dominicum Ant. Georgium de Riom Dufour de Pradt n. 23. Apr. 1759 Avernum, theologiae doctorem, card. La Rouchefoucald archiepiscopi rotomagensis vicarium generalem; quem propter recusatum jusjurandum in exsilium est secutus. Post reditum (1801) Napoleoni erat ab eleemosynis, qui eum nominavit episcopum pictaviensem (1805), dein archiepiscopum mechlinensem (1809), cui sedi tamen renunciavit, virum politicis negotiis plurimum deditum et varium, serviliter obsequiosum, cujus praeter libellos politicos innumeros sunt: *Les quatre concordats* suivis de considérations sur le gouvernement de l'église en général et sur l'église de France en particulier depuis 1515, Parisiis 1818 t. 3 in 8., opus declamationibus vagis refertum, omni solido juris fundamento destitutum, proh. *Suite des quatre concordats,* 1810, quod opus malignis assertionibus refertum solide refutatum fuit in *Ami de la Religion* XVIII, 129. 161. 225. 289, et cui Barrande de Briges opposuit: *De la liberté* des Cultes selon la Charte avec quelques réflexions sur la doctrine de Pradt et sur les bienfaits du christianisme, Parisiis 1819. Eum impugnavit etiam Claudius Clausel de Montals episcopus carnotensis († 1. Apr. 1857) in *Réponse* etc., qui edidit insuper *le Concordat* justifié, Parisiis 1818 ed. 2. etc. Cf. Feller VII, 95—99; Duchesne Biogr. nat. XVIII, 136—53, Zack KL. X, 251 Obiit de Pradt cum Ecclesia reconciliatus 18. Mart. 1837. — Nic. Beausier Orat., juris canonici professoris († 1826), est *Origine,* progrès et limites de la puissance des papes ou Eclaircissements sur les quatre articules du clergé de France et sur les libertés de l'église gallicane, Parisiis 1821 in 4., cui complementi instar adjecit *Esprit de la compagnie de Jésus,* ib. 1826. — J. Fleming, edidit: *Acroasi storica* sulle Decime, nella quale si dimostra ch'esse siano un emolumento destinato al culto di Dio, al mantenimento del Sacrifizio e del Clero, tanto primo, quanto dopo le leggi di Mose sino al tempo presente, Londini 1835. — Rivière vicarius generalis bisontinus (n. 1752; † 11. Jun. 1828). — Philippi Mayer pragensis (n. 1. Nov. 1798; † 7. Apr. 1828) diss. *das Patronatrecht* dargestellt nach dem gemeinen Kirchenrecht und niederösterreichischen Verordnungen laudat Schulte 3, 369. — De Lud. Wagner canonico rothenburgensi (n. 18. Apr. 1771; † 2. Jun. 1837) cf. Waitzenegger 2, 470.

[1]) Alius a Franc. Hoffmann professore philosophiae in academia wirceburgensi, qui ab Ecclesia defecit († 1882), Baaderi philosophiae addicto, qui reliquit plura opera philosophica, quae passim cf. apud Gla 1, II.

recusatum jusjurandum diu exsul, post reditum parochus et canonicus lugdunensis, plurimum promovit apostolicum opus de propaganda fide, scripsitque *de la Constitution* de l'église catholique, 1791, in quo innovationes schismaticas illius temporis solide cribrat. — J. J. Moreno archidiaconus et canonicus limanus vindicat in *Ensay* sobre la supramacia del Papa, Limae 1836, Matriti 1838, jus primatus instituendi episcopos contra praetensiones gubernii civilis. — Simile argumentum tractavit Petrus Inguanzo y Ribera, 1813; Toleti 1838. Natus is est Libuncae (Llanes) in Asturia 21. Dec. 1764. Studiis absolutis adscitus in familiam domesticam a Llanes archiepiscopo hispalensi, in academia hispalensi cathedram juris canonici concursu facto promeruit. Cum Hispani strenue resisterent Napoleoni eorum patriam invadenti, et inter eos in primis asturienses, selectus est ipse a concivibus qui consilio adesset tribunali gratiae et justitiae et congressui eorum, qui pro salvanda patria adversus invasores Gaden ex omnibus provinciis delegati convenerant. Consilio, scriptis, subsidiis multum contulit ad felicem belli exitum; sed simul strenue restitit innovationibus politicis, juribus Ecclesiae et throni infensis, quas multi ea occasione utentes moliebantur. Quare a Ferdinando VII. post suum reditum electus est in episcopum zamurensem (1814). Indefessa sollicitudine quaqua versus nisus est reparare damna tristissimo bello religioni illata, atque liberalitate largissima pauperibus dioecesis succurrebat. Anno 1824 promotus est ad sedem primatialem toletanam et ad regis petitionem purpura honoratus a Leone XII. 10. Dec. 1824. Auctis subsidiis crevit ejus effusa in pia opera largitas. Intrepida libertate restitit innovationibus ecclesiasticae auctoritati et libertati infensis, unde aula excedere coactus, imo moribundus damnatus est ad perpetuum exsilium, cui tamen mors 30. Jan. 1836 eum subduxit. Vindicavit opere solidissimo t. 2 jus Ecclesiae in bona sua temporalia, cui adversarii respondere non sunt ausi [1]).

488. Alius cardinalis Caesar Brancadero Firmanus n. 28. Apr. 1755, prius vicesuperior missionum Hollandiae, qua occasione iras Jansenistarum in se concitavit, archiepiscopus nisibenus et secretarius congregationis de propaganda fide, demum archiepiscopus firmanus († 10. Sept. 1837) edidit [2]) *L'autorità* delle due podestà, Fulginiae 1788 t. 6, quod opus est versio operis gallici can. Pey (p. 306) annotationibus illustratum et additionibus auctoris ineditis locupletatum; *Aviso dottrinale* sull'independenza del potere che ha ricevuto la Chiesa per insegnare le verità della fede con una piena libertà in occasione del decreto fatto ai Vescovi di publicare i loro editti senza averne ottenuta prima permissione dal governo, 1788, versio e gallico; *l'infallibità del Papa* provata coll'esame del IV. a. della dichiarazione del clero di Francia ib. 1788 cum praefatione; diss. *del digiuno quaresimale*, Firmi 1787; *sull'educazione dei giovani*, ib, 1782; *l'uomo senza religione*, ib. 1782. Collegit quoque *allocutiones*, homilias plerasque epistolas Pii VI., Amstelodami 1792 in f. — Henricus Lud. Hulot n. 13. Mart. 1757, theologiae professor, propter recusatum jusjurandum diu exsul, post reditum parochus, dein canonicus et vicarius generalis rotomagensis († 1. Sept. 1823), curavit novam ed. *collectionis brevium* atque instructionum SS. D. N. Pii P. VI., quae ad praesentes Ecclesiae catholicae in Gallia et aliis a Gallis occupatis regionibus calamitates pertinent, Augustae V. 1796, juxta exemplar romanum; 1797. Eam impugnavit ano-

[1]) Cf. Moroni 35, 193—6.
[2]) Cf. Moroni 6, 92.

nymus religiosus salisburgensis in diario: *Oberdeutsche allgemeine Lit. Zeitung*, Salisburgi 1796 n. 89, qui jura primatus deprimit et constitutionem civilem cleri tuetur. Quare Hulot *salisburgensis cujusdam religiosi* in collectionem brevium Pii VI... irreligiose invecti debita castigatione, Augustae V. 1800, respondit, primatum insigniter tuetur ejusque jus in decidendis fidei ac disciplinae quaestionibus propugnat et constitutionem cleri civilem damnat. Dedit quoque eximiam epist ad. N. N. academiae N. in Germania professorem de encyclica constitutionalium episcoporum ad omnes Ecclesiae catholicae antistites, 1801. — Ampliorem collectionem vel saltem illius editionem curavit Joannes Franciscus van de Velde, quae prodiit inscripta: *Collectio brevium* atque instructionum ss. D. N. Pii P. VI. . . . cui insertae sunt nonnullae epist. jussu et nomine ss. pont. scriptae et allocutiones quaedam seu acta pontificia in consistoriis eodem spectantia, 1800 t. 3 et appendix. Singulis tomis praefixae sunt praefationes lectu dignissimae ipsaque collectio magni est pretii. Natione erat Belga Fr. van de Velde, bibliothecae academicae lovan. praefectus et collegii s. Spiritus praeses, canonicus ad s. Petri. Innovationibus Josephi II. strenue se opposuit, quam ob rem saepe coactus est loco cedere. Episcopum gandavensem Parisios comitatus est ad concilium et cum eo offensionem sibi conscivit imperatoris atque exsilii fuit particeps usque ad a. 1814. Devicto Napoleone patriam sibi carissimam revisit († 9. Jan. 1823). Collegit *synopsim monumentorum*, Gandavi 1822 t. 3 in 8., quae historiam patriam ipsius spectant [1]). — Lud. Nardi canonicus et bibliothecae ariminensis praefectus (n. 17. Aug. 1777; † 5. Jun. 1837), vir apprime doctus et animarum saluti plurimum deditus, scripsit *Dei parochi*, opera di Antichità sacre e di disciplina ecclesiastica, Pisauri 1829 t. 2 in 4., in qua docte ostendit, pastoris nomen proprie competere tantum rom. pontifici et episcopis. Alias praeterea edidit diss. eruditas, in quarum una tuetur, magnum esse numerum catholicorum, qui salventur. — Jo. Camillus Rossi auctor fuit op.: *La dottrina di G. C.* sulla chiesa, sulla grazia e sulla sovranità difesa contro gli attentati della Teologia del tempo sulle testimonianze specialmente delle chiese di Francia, Neapoli 1794; idem est ut videtur cum episcopo Marsorum, deinde s. Severi, demum archiepiscopo damasceno († 1837). *Parere ecclesiastico politico* sull' epitome del Dritto del Giureconsulto Bern. Brussone e di altri opuscoli del tempo, ib. 1781.

489. De matrimonio agunt Jac. Marianus Göschl doctor theologiae ecclesiasticae primum Aschaffenburgi, dein Ratisbonae professor, in *Versuch einer historischen Darstellung* der kirchlich christl. Ehegesetze von Christus bis auf die neuesten Zeiten, nebst Anhang: die alten christlichen Eheeinsegnungsgebräuche, Aschaffenburgi 1832. Ejus quoque sunt *Geschichtliche Darstellung* des grossen allgemeinen Concils zu Trient nach Quellen bearbeitet, Ratisbonae 1842; 1845 ed. 2; *über den Ursprung* des kirchlichen Zehents, eine kirchenhistorische Abhandlung, Aschaffenburgi 1837. *Sind die höheren geistigen Wesen der Schrift wirklich existierende Wesen?* Landshut 1821. — Jos. Socher Peutinganus, Bojus, n. 12. Jun. 1755, theologiae moralis ac pastoralis in lyceo landsbergensi professor scholarumque rector, deinde (1790) philosophiae theoreticae et ejusdem historiae literariae professor in academia ingolstadiana, parochus kelheimensis et consiliarius ecclesiasticus

[1]) Cf. Piron Allgemeene Levensbeschryving der Mannen en Vrouven van Belgie, Mechliniae 1860 pag. 414, in qua collectionis, quam laudavimus supra, non fit mentio. Cf. Roskovány 6, 969.

ser. Electoris, disseruit *über die Ehescheidung* in katholischen Staaten, Landshuti 1810, in quo l. dissolubilitatis patronum agit [1]). Anno 1803 rector magnificus fuit electus, sed jam a. 1805 cathedrae renunciavit, ut parochiae curam ageret. Obiit senex prope octogenarius 17. Jan. 1834. Doctrinam catholicam a Socher proditam propugnarunt aliquot scriptores anonymi [2]), Jos. Zenger († 1827) in l. solido *Neuer Versuch* einer genauen und ausführlichen Erklärung der Stellen der h. Schrift und der Traditionszeugnisse aus den ersten 3 Jahrh., welche von der Ehescheidung handeln, Monachii 1819 in 8. — Franc. Ant. Donatus Jaeger Kissingensis n. 26. Aug. 1765, parochus pfoeringensis, qui de Franconiae historia meruit († 15. Dec. 1835), in *Disquisitione critico-exegetica* in Matth. 5, 32, Wirceburgi 1788; *Untersuchung der Frage:* ob die Ehescheidung nach der Lehre der Schrift und Kirche erlaubt sei oder nicht? Arnstadtii 1804 in 8., contra quod scripsit Werkmeister: sed Jaeger ei opposuit l. *Unzertrennlichkeit* des ehelichen Bandes als Antwort auf Werkmeister's *Bemerkungen,* ib. 1805. — Jac. Edmundus Berthelot Nannetensis (n. 2. Jan. 1772; † 17. Jan. 1835), in Seminario andegavensi theologiae professor, seminarii lemovicensis director et vicarius generalis ejusdem dioecesis, scripsit adversus Tabaraud, qui a contractu matrimoniali rationem sacramenti separavit. — Jos. Hippolytus Duvivier Montibus n. 1752, vicarius generalis tornacensis scripsit *Apologie du mariage chrétien* Mémoire critique, canonique et politique et politique en réponse au commentaire intitulé: *des Empêchements* dirimants le mariage (auctore advocato d'Outrepont, qui innovationes Josephi II. vindicaverat), 1788. Hujus operis, quo per Belgium inclaruit, praestantia motus card. Frankenberg eum sibi a secretis esse voluit eumque capitulo cathedrali adscripsit. Episcopum tornacensem ad conventum parisiensem (1811) comitatus atque cum eodem in carcerem est conjectus. Post reditum in dioecesim magna cum prudentia ut vicarius vel generalis vel capitularis dioecesim rexit († 25. Jan. 1834).

490. Ludovicus Figon congr. s. Lazari (n. 9. Febr. 1745; † 9. Jul. 1824) theologiae professor, propter recusatum jusjurandum exsul, dein parochus, scripsit *L'Encyclique de Benoît XIV. Vix pervenit* expliquée par les tribunaux de Rome, Massiliae 1822, in qua diss. ostendit adversus quosdam rigidiores theologos, eam bullam non adversari cuivis fenerationi. — De eodem argumento instructionem edidit a. 1814 Pelegrinus Maria Carletti congr. Orat. n. 21. Nov. 1757, aliquamdiu missionarius strenuus, dein egregius episcopus Montis Politiani (1801), qui intrepide stetit pro juribus sedis apostolicae († 4. Jan. 1827). Ejus quoque est diss. *de episcoporum institutione* [1]),

[1]) Cf. de hoc l. non probando Felder Litzt. 1811 I, 45—54; II, 58—61 et 65—69; ubi merito ei objicitur, eum non probasse quod probandum sibi proposuerat. Alia ejusdem opera cf. in allg. d. Biogr. 34, 530.

[2]) Cf. de his Felder l. c. II, 41—61; 65—78. Natus est J. Zenger Straubingae 16. Dec. 1757. Parochum egit, dein factus est canonicus passaviensis. Reliquit plures alios libellos. Tribuuntur ei duo contra Zschokke Baierische Geschichten. Alius ab eo est Cassidorus (in baptismo Franc. Josephus dictus) Zenger O. Cap. Schwandorfii n. 24. Febr. 1755 († 1830), cujus supersunt haud paucae homiliae. Cf. de utroque Lauchert allg. d. Biogr. 45, 54 s.

[1]) *Die göttliche Einsetzung der katholischen Bischöfe* tuetur Benedictus (Jo. Bapt.) Peuger (Poiger) can. reg. in canonia s. Zenonis (n. 17. Aug. 1755; † p. 1828) professor philosophiae, bibliothecarius et parochus. Alios ejusdem libellos cf. in thes. ll. rei catholicae p. 632. Cf. Reusch allg. d. Biogr. 25, 559.

Bononiae 1815 in 8. — Hujus sodalis Jo. B. Logerot (n. 20. Dec. 1762, † 1833) reliquit tr. *de justitia et jure* ad normam hodierni cod. civilis Galliae, Paris 1827 t. 2, in quo de theol. morali s. Alphonsi scribit: »Utinam ista theol. moralis, quae verius forte immoralis inscriberetur, nunquam lucem aspecisset aut nonnisi plane defaecata.« — Henr. Lud. Lippert edidit *Versuch einer historisch-dogmatischen Entwicklung* der Lehre vom Patronate nach den Grundsätzen des canonischen Rechts[1]), Gissenae 1829, diss. infecta opinionibus febronianis; condidit quoque *Annalen* des katholischen, protestantischen und jüdischen Kirchenrechts[2]), Francofurti 1831—33 fasc. 4 in 8., qui spiritu febroniano et josephinismo animantur.

491. Praetermittendus non videtur Lud. Gabriel Ambrosius vicecomes de Bonald[3]) n. 2. Oct. 1754, Monnae prope Milhau in Gallia. Vir erat magnanimus, insigniter excultus, antiquarum traditionum tenacissimus, rei catholicae penitus deditus, qui ne cooperari cogeretur exsecutioni constitutionis civicae cleri, muneribus publicis, quibus in oppido patrio fungebatur, renunciavit, exemplumque tot nobilium secutus Gallia emigravit (1791), Heidelbergae, dein Constantiae constitit. Rediit a. 1797 in Galliam, ubi aliquamdiu latuit. Magni factus est a Ludovico rege Hollandiae, Napoleonis fratre, qui eum ut ipsius filium majorem instituere ad aulam vocavit, imo et a Napoleone. qui eum designavit institutorem principis hereditarii quem dicebant regem Romae; sed utrumque munus honorificum Bonald modeste recusavit. Post monarchiae restaurationem variis muneribus publicis functus est ad a. usque 1830, quo se vitae politicae prorsus subduxit decessitque asthmate suffocatus 23. Nov. 1840. Plura reliquit opera[1]) politica, philosophica (inter quae praecipuum est *Recherches philosophiques* sur les premiers objets des connaissances morales, Paris 1818 t. 2) et ad jus naturale et socialem ordinem spectantia, praesertim de origine potestatis. Prodierunt collecta Paris 1817—43 t. 16 in 8. Traditionalistarum tuetur opiniones erroneas de necessitate locutionis, ut perveniat homo ad veritatis cognitionem, hinc de necessitate primitivae cujusdam revelationis, a qua pendeat omnis cognitio rationalis, saltem quoad excitationem et primam explicationem. Mentione digna sunt: *Théorie du pouvoir politi-*

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1831 pag. 709—14.
[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1832 p. 174—80.
[3]) Ejus filius Augustus Henricus de B. patris vestigia fideliter pressit atque inter alia edidit *Sagesse* de l'Eglise catholique dans la canonisation des saints, Parisiis 1839 in 18; *Notice* sur M. le vicomte de Bonald (patris sui), ib. 1841. Ejus frater Victor academiae Montis pessulanae director († 6. Mart. 1871) edidit *Des vrais principes* opposés aux erreurs du XIXe siècle ou Notices positives sur les points fondamentaux de la philosophie, de la politique et de la religion, Avenione 1833; *Moïse et les géologues modernes* ou Récit de la Génèse comparé aux théories nouvelles des savants sur l'origine de l'Univers, la formation de la terre, ses révolutions, l'état primitif des êtres divers qui l'habitent etc. ib. 1825 in 18; *De la vie et des écrits* du vicomte de Bonald 1844 in 8; 1853, quae est apologia opinionum patris. Tertius filius Ludovicus Jacobus Mauritius de B. decessit 15. Febr. 1870 (n. 30. Oct. 1787) episcopus aniciensis (Puy 1823—39) dein 1840 archiepiscopus lugdunensis et cardinalis. Stetit intrepidus pro libertate instructionis publicae, rejecit postulatum ministrii regii ut traderentur in suo seminario articuli declarationis gallicanae, auctor fuit plurimorum piorum institutorum. Ejus *sermones* habentur apud Migne Or. sacrés ser. II t. 14. Cf. Blanchon Le card. de Bonald, Lyon 1870; L'Episcopat pag. 487 s.; 314—16, 608—27, 86, 721—41.

[1]) Cf. elenchum accuratum apud Quérard 2, 201—15. Collecta prodiere Parisiis 1859 t. 3 in 8. ordine disposita cura Migne; de ejus doctrina cf. Feller 2, 35—40; in primis Haffner KL. 2², 1011—17; Etudes 82 (1900).

que et religieux dans la société civile démontré par le raisonnement et l'histoire, Constantiae 1796 t. 3 in 8., Parisiis 1843; 1854; Bruxellis 1845; opus a Directorio prohibitum; *du Divorce* considéré au XIX^e^ siècle relativement à l'état domestique et politique de la société 1801; 1839 ed. 4., adversus De Stael. *Législation primitive* t. 3, opus prae ceteris laudatum; *Discours sur la vie de J. Chr.*, Paris 1843.

492. Jam quosdam auctores indicemus, qui in theologia practica scil. in jure canonico vel in theologia morali reprobandi sunt. Aliquot jam indicavimus, hisce praetermisso J. M. Schellhorn addantur: Benedictus Maria Leon. de Werkmeister Bavarus n. Füssenae 22. Oct. 1745, qui induit habitum s. Benedicti in abbatia Neresheim (1764) atque in ea variis muneribus est functus, ut magistri novitiorum (1772), lectoris philosophiae et juris canonici, secretarii abbatis, praefecti bibliothecae et archivi, necnon directoris studiorum, sed habitum exuit a. 1790. Aliquot annis concionator aulicus erat Stuttgarti; a. vero 1796 parochiam Steinbach regendam accepit. Insignibus ordinis equestris pro meritis, nobilitate (1808), aliisque muneribus titulisque auctus decessit 16. Jul. 1823. Ex ejus scriptis[1]), quae intendunt reformationem Ecclesiae in doctrina, regimine, cultu, notiora sunt: *Ueber die christliche Toleranz* ein Buch für Priester und Mönche, Erlangae 1784 in 8., in quo religiosae tolerantiae patronum agit; *Beiträge* zur Verbesserung der kathol. Lithurgie in Deutschland, Ulmae 1789 in 8., quam innovandam missamque lingua patria celebrandam esse statuit. Hinc ipse exemplo praeivit atque lingua patria eam celebravit (1786). *Freimüthige Untersuchung* über die Unfehlbarkeit der katholischen Kirche, Francofurti et Lipsiae 1792, quam in dubium vocat, sub nomine Thomae Freikirch, adversus quem l. scripsit Schwarzhuber (cf. supra pag. 279); *Beweis*

[1]) Cf. Waitzenegger 2, 500—5, qui ultra 40 ejusdem scripta recenset. De his ita judicat Brück *die rationalistischen Bestrebungen* im katholischen Deutschland p. 21: »W. ist der anonyme Verfasser mehrerer Schriften, in welchen der Socinianismus ganz offen dargelegt wird. Von ihm sind: Das Werkchen *über den neuen Katechismus*, Frankfurt 1789 und *die Beiträge* zur Verbesserung der kath. Liturgie in Deutschland, Ulm 1789. Diese beiden Schriften enthalten in nuce alle rationalistischen Ideen. Als Hauptauctoritäten citirt der Verfasser die rationalistischen Protestanten Less, Michaelis, Teller, Semler, Eichhorn; die kath. Gelehrten, deren Werke W. freilich nicht kannte oder nicht verstanden hat, behandelt er dagegen mit äusserster Geringschätzung. Die Hauptidee, um die sich Alles bei ihm dreht, ist ein gutes vergnügtes Leben und der Endzweck der genannten Schriften ist, die natürliche Religion an die Stelle der geoffenbarten zu setzen. Daher verlangt er auch, dass man im Katechismus Jesum als den weisen Mann darstelle, der die natürliche Religion am meisten vorgetragen habe, und erst viel später von seiner Gottheit reden solle ... Die Glaubenslehre, welche durch nichts so sehr, wie durch die Schulphilosophie verdorben worden ist, muss wieder von der Scholastik gereinigt werden; namentlich darf nicht, wie dies früher geschah, von den Versuchungen, von der Macht des Teufels, von den Schutzengeln, dem Falle Adams, den übertriebenen Folgen der Erbsünde, der Erlösung geredet werden. Ferner empfiehlt er dringend, die Ausdrücke alleinseligmachender Glaube und Gnade nicht zu gebrauchen, die Siebenzahl der Sacramente nicht zu betonen, die göttliche Einsetzung der Beicht auf sich beruhen zu lassen, in der Lehre vom Abendmahl das Opfer und die Anbetung des aufbewahrten Leibes Jesu auf Unkosten des ersten Endzweckes des Abendmahles nicht wie bisher zu sehr hervorzuziehen und besonders gegen den Fruchtverkauf der Messe zu eifern etc. Cf. Werner pag. 356—58. Andenken an B. M. Werkmeister reliquit 1823 Guilelmus Mercy (n. 9. Febr. 1753; † 1825) spiritu wessenbergiano infectus, coelibatui aeque atque breviario infensissimus. Alia quae Mercy edidit cf. in allg. d. Biogr. 21, 419.

dass die bei den Protestanten üblichen Ehescheidungen vom Bande auch nach kath. Grundsätzen gültig sind und dass diese Ehescheidungen vom Bande auch bei den Katholiken eingeführt werden könnten und sollten, Karlsruhe 1804 in 8. Adversus eum scripsit Jaeger (cf. supra p. 1037) cui opposuit Werkmeister *Bemerkungen* über H. Jägers Untersuchung etc., Wirceburgi 1805; quibus cum respondisset Jaeger, iterum in arenam descendit l. inscripto: *Neue Untersuchungen* über die Ehescheidung vom Bande nach katholischen Grundsätzen, worin H. J. Antwort auf die *Bemerkungen* und H. Prof. Kübel Einwürfe auf den *Beweis* etc. widerlegt werden, ib. 1806. *Zwei theol. Gutachten* 1. über die Nichtigkeit der unfreiwilligen Klosterprofession; 2. über den Eid der Bischöfe an den Papst und über das Glaubensbekenntniss, von einem kath. Theologen, Augustae 1808, in quo primatum aggreditur; *Entwurf* einer neuen Verfassung der deutschkatholischen Kirche im deutschen Staatenbunde 1816, quod haud parum nocuit libertati ecclesiasticae, cum tunc varia gubernia acatholica cogitarent de componendis negotiis ecclesiasticis; *Jahresschrift* für Theologie und kathol. Kirchenrecht, Ulmae 1806—15 t. 4 in 8. Scripsit etiam adversus coelibatum. — Ejusdem cum Werkmeister spiritus erat Phil. Jos. de Brunner, illuminatorum coetui sicut ille addictus, in quo nomine Pici Mirandolani designabatur, n. Philippopoli ad Rhenum 7. Maj. 1758, propter heterodoxiae suspicionem biennio detentus, sed deinde a gubernio badensi variis muneribus auctus († 2. Nov. 1829). Maxime innotuit op. *Gebetbuch* für Aufgeklärte[1]). — Georgius Lud. Car. Kopp Aschaffenburgensis n. 25. Mart. 1774, Dalbergo familiaris, sub quo pluribus muneribus functus est, decanus capituli eistaettensis (1. Oct. 1834), multum sollicitus fuit de reorganizanda ecclesia catholica per Germaniam secundum theorias illius aevi; hinc etiam plura scripsit, inter quae: *Die k. Kirche* im 19. Jahrh. und die zeitgemässe Umgestaltung ihrer äusseren Verfassung mit besonderer Rücksicht auf die in dem ehemaligen Mainzer, später Regensburger Erzstifte hierin getroffenen Anstalten und Ordnungen[1]), Moguntiae 1830, proh. 17. Sept. 1833, contra quem l. scripsit Pacca: *Der H. Card. Pacca* und das Buch die kath. Kirche 1833. Auctor edita declaratione 3. Febr. 1834 reprobavit omnia quae eo in l. principiis, doctrinae et fidei catholicae adversa continentur.

493. Franciscus X. Gmeiner n. in oppido Studenitz in Stiria 6. Jan. 1752, juris canonici et historiae ecclesiasticae in universitate graecensi professor et studii philosophici director († 1822), josephinismi theorias ad normam Pehem (pag. 512), eo tamen moderatius tuetur: unde societati civili plenum inspectionis jus in Ecclesiam vindicat atque plures primatus praerogativas e decretalibus pseudo-isidorianis repetit[2]). Composuit *institutiones* juris ecclesiastici methodo scientifica adornatas et Germaniae accommodatas ad principia juris naturae et civitatis, Graecii 1782 t. 2; 1789—92 t. 3; 1808 ed. 4., etiam germanice; *epitome* historiae ecclesiasticae N T. in usum praelectionum academicarum complectens omnes quatuor epochas, ib. 1787 t. 2 in 8; 1803; *schema encyclopaediae theologicae*, ib. 1786 in 8; *theologia dogmatica* in systema redacta et methodo scientifica proposita, ib. 1807 ed. 3; *Beweis*, dass die Ordensgelübde jener Orden, die der

[1]) Cf. alia ejusdem opera in thes. ll. rei cath. pag. 101 seq.

[1]) Cf. Kerz Literaturzt. 1830 IV, 14—31; 140—56; Schulte allg. deutsche Biogr. XVI, 680; Tübinger Quartalschrift 1830 p. 547—69.

[2]) Cf. Werner pag. 219 ss. — Alius ab eo est Car. Theod. Gemeiner protestans.

Landesfürst in seinen Staaten nicht mehr dulden will, ohne vorhergehende Dispensation ihre Verbindlichkeit verlieren. ib. 1782 in 8. Adversus quam demonstrationem scripsit Valentinus de Modesti, *Anmerkungen*, Viennae et Graecii 1782, quibus Gmeiner respondere nisus est ib. 1782: sed et Modesti illico opposuit *Fernere Anmerkungen*[1]) etc., Klagenfurti 1782. *Literargeschichte* des Ursprungs und Fortgangs der Philosophie, wie auch aller philosophischen Secten und Systeme vor und nach Christi Geburt, Graecii 1789 t. 2 in 8; *Widerlegung* der Meinung, dass die Gelübde als ein Versprechen de bono meliori aus dem Grunde unmöglich seien, weil wir ad bonum melius ohnehin schon verbunden seien und weil wir fähig sein müssten, durch ein Gelübde auf Gott ein Eigenthum zu übertragen. Sammt einem Anhange, in welchem die Meinung des H. Fromberger widerlegt wird, dass alle Kirchengesetze aus dem Grunde nur unter einer lässlichen Sünde verbinden, weil sie uns nicht nothwendige, sondern nur bequeme Heilsmittel vorschreiben, ib. 1796 in 8. — Longe tristioris famae et damni est Jo. Casp. Ad. Rueff Ehingensis, laicus, bibliothecae academicae praefectus, juris canonici professor in academia friburgensi et consiliarius aulicus (n. 6. Jan. 1748; † 25. Jan. 1825) tolerantiae et licentiae religiosae apostolus, qui redegit cum Sauter et Dannenmaier folia literaria *Der Freimütige* (1782—88) et *Beiträge* zur Beförderung des ältesten Christenthums und der neuesten Philosophie 1789—93, quo anno illa gubernium austriacum suppressit[2]). — Greg. Norbertus Korber de Korborn Praem. n. 17. Nov. 1749, in canonia lucensi (Kloster-Bruck) Juris canonici lector, bibliothecarius, abbati a secretis erat, sed josephinistae Monse (p. 501) assecla, qui suis scriptis sodales in se merito commovit; ideoque cathedra juris canonici motus est (1780). Canonia suppressa episcopo brunensi a secretis et consiliis et scholarum inspector etc. fuit. Decessit praepositus brunensis 26. Maj. 1843 a. aetatis 94. In primis displicuit ejus *dialogus* inter clericum et militem super dignitate papali et regia, quem edidit, praefationem et notas adjecit J. W. Monse[1]), Brunae 1779. Eum impugnavit Jos. Franc. Petsch parochus; hinc defensionem typis dedit ib. 1780. — Franc. X. de Neupauer Marburgi natus 20. Nov. 1753, juris canonici secundum innovationes Josephi II. in academia graecensi professor; unde in praemium sui zeli Viennam vocatus est. Post mortem Josephi II. cathedrae renunciavit privatamque egit vitam († 1832, secundum alios 24. Febr. 1835). Plurimis scriptis innovationes et usurpationes illius temporis nisus est tueri[2]). Ita ex. gr. scripsit l. *Die Klerisei* hat vermöge ihrer Einsetzung kein Recht Gesetze zu geben, Graecii 1787, et in l. *Ueber die Nichtigkeit* der s. g. feierlichen Ordensgelübde, ib. 1786 ordinum religiosorum origines e paganismo derivat. — In Hungaria josephinas theorias professus est Ad. Brezanóczy suppressa Soc. Jesu, quam ingressus erat, juris canonici in academia posoniensi (1787), deinde in pesthina (1807—26) professor († 2. Mart. 1832), cujus sunt: *Institutionum juris ecclesiastici* p. I. complectens praecognita et jus publicum cum applicatione ad Hungariam et Austriam; p. II. jus privatum, Pesthini 1817. 1818

[1]) Cf. Roskovány 3, 946. Cf. alia ejusdem opera apud Waitzenegger 3, 171—79. Eundum cum Gmeiner tuebatur errorem Vinc. Besozzi canonicus mediolanensis in l. *Dell' autorità del Principe* riguardo ai Voti dei proprii sudditi, Mediolani 1786.

[2]) Cf. allg. d. Biogr. 29, 587.

[1]) Cf. Wurzbach 12, 451; Goovaerts I, 458.

[2]) Cf. Wurzbach 20, 296; Schlossar allg. d. Biogr. XXIII. 550.

t. 2, in quo opere vestigia premit Rieggeri et Gmeiner. *Responsum* datum Jo. Alber theologiae professori de nonnullis juris ecclesiastici sententiis, Pesthini 1824; *explanatio* juris politici, Posonii 1796.

494. Ex *Italis* huc referri debent Jos. Capecelatro, natus Neapoli 23. Sept. 1744, qui factus est archiepiscopus tarentinus et primas regni neapolitani a. 1778. Innovationes amici et collegae sui Ricci approbavit fovitque, imo et contra coelibatum scripsit. Sub Jos. Napoleone et Murat regni erat minister, restaurata pristina dynastia sedi suae renunciavit (1818). Disseruit etiam *delle feste dei Christiani*, Neapoli 1771 in 8. († 2. Nov. 1836). — Ferd. dal Pozzo, cujus liber primatui infestus epitomen continens juris ecclesiastici austriaci Bruxellis prodiit 1829 — et Eustachius Degola Genuensis n. 20. Sept. 1761 jansenianae factioni addictus et opinionum democraticarum apostolus, ad quas diffundendas condidit *Annali ecclesiastico-politiche* († 17. Jan. 1826). — Ex Gallis famosi sunt: Henr. Raymond Delphinas[1]), qui adhaesit opinionibus libertatis malesanae factusque est episcopus constitutionalis Isarae 1792. Abdicato episcopatu 1801 electus est episcopus legitimus divionensis, sed parum sincere signavit formulam retractationis a Pio VII. praescriptam († 20. Febr. 1823). Exaggerat jura parochorum in op. *Droits du curé et du paroissien,* 1776 a parlamento gratianopolitano suppresso, Constantiae 1791 t. 3 in 12. — Jo. Dionysius comes de Lanjuinais Rhedonensis (n. 12. Mart. 1753; † 13. Jan. 1827), advocatus, juris canonici in patria academia professor, instituti et academiae inscriptionum socius, magnam habuit partem in condenda constitutione civili cleri agitatissimamque duxit vitam politicam[1]). — Henricus Grégoire n. 4. Dec. 1750, quondam ut videtur diligens animarum pastor, nominis celebritatem adeptus est diss. ab academia metensi praemio donata, qua patronum populi judaici agit (prodiit 1788). A clero electus est deputatus ad comitia et exinde se prodidit democraticarum opinionum ardentem patronum, qui primus jusjurandum in constitutionem civicam cleri dixit aliosque ad hoc inducere nisus est. Fanaticus erat potestatis regiae adversarius, voluit ut rex Ludovicus judicio sisteretur, consensit in ejus depositionem (non vero mortem). Restitit pro viribus religionis exterminio adeo, ut vel ipse vitae periculum incurreret. Electus est a plebe sui comitatus episcopus blessensis constitutionalis, magnumque zelum prae se tulit pro erigenda ecclesia schismatica[2]). Neque moriens renunciavit suis principiis schismaticis etsi de hoc monitus ab archiepiscopo parisiensi († 28. Apr. 1831). Vir erat alioquin literis deditus praesertim posterioribus vitae suae annis, auctor Instituti gallici. Multa scripsit ediditque: inter quae alicujus momenti sunt ejus *Mémoires* editas post ejus mortem a Carnot, qui praemisit vitam et adjecit duo opuscula ejusdem *Histoire de L'émigration ecclésiastique,* et *Révolte du clergé dissident* contre le concordat, Parisiis 1837—40 t. 2; *Histoire des sectes religieuses*, ib. 1814 t. 2; 1828 t. 5 ed. adaucta et plura alia.

[1]) Cf. Quérard VII, 565. Alius ab eo est Raymond canonicus mendensis et vicarius generalis honorarius cabillonensis, cujus est: *Du Catholicisme* dans les Sociétés modernes consideré dans ses rapports avec les besoins du XIXe siècle, Paris 1843 in 8.

[1]) Cf. Feller 5, 154—56; Schulte 3, 658.

[2]) Cf. Hefele KL.[2] V, 1070; Feller 4, 256—62. Socium habuit in propugnandis suis opinionibus religiosis et politicis Thomam Justum Poulard episcopum pariter constitutionalem (n. 1754; † 9. Mart. 1833), quocum edidit *Ephémerides religieuses* pour servir à l'histoire ecclésiastique de la fin du XVIIIe et du commencement du XIXe siècle.

— Matthaeus Mathurinus Tabaraud Orat. Lemovicensis natus 1744, theologiae professor, factioni jansenianae addictus, se opposuit constitioni civili cleri. Terroris tempore Londinum secessit et post suum in Galliam reditum (1801) episcopatum sibi oblatum recusavit totusque literis scriptisque edendis vixit († 9. Jan. 1832). Errores suos ante mortem in testamento retractavit. Praeter alia [1]) scripsit: *Principes sur la distincion* du contrat et du sacrament de mariage, sur le pouvoir d'établir des empêchements diriments et d'en dispenser, Parisiis 1803; 1816; 1825, quem l. episcopus lemovicensis damnavit; cui censurae opposuit Tabaraud: *Droit de la puissance temporelle* dans l'Eglise ou réfutation du décret de Mgr. de Limoges, 1818; *Traité historique* et critique de l'élection des évêques, Parisiis 1792 t. 2; 1811, in quo ostendit jus eligendi episcopos competere clero, populi esse sua manifestare vota; *Histoire critique* de l'assemblée générale du clergé de France en 1682, et de la déclaration des quatre articles qui y furent adoptés, ib. 1826, quorum disertus est patronus [2]); *Histoire de P. de Berulle* etc., ib. 1817; *Histoire critique* des projets formés depuis trois cents ans pour la réunion des communions chrétiennes [1]), ib. 1824 in 4.

[1]) Cf. Feller 8, 122; Biogr. univ. (cui plures inseruit articulos) 83, 116—34; inprimis Ingold p. 165 ss.; Zeck KL. XI, 1157.

[2]) Horum intrepidus adversarius fuit Card. Franc. d'Aviau du Bois de Sanzay n. 7. Aug. 1736 archiepiscopus viennensis (23. Oct. 1789). Restitit fortiter civicae cleri constitutioni, hinc coactus est in Helvetiam confugere, dein Romam. Redux (1797) clam curam gessit sui gregis. Sedi renunciavit (1801), mox dictus est archiepiscopus burdigalensis. Praesul erat vere apostolicus, totisque viribus adlaboravit reparare damna tristibus illis temporibus Ecclesiae illata. Seminaria piasque sodalitates plures instituit prohibuitque ne docerentur quatuor articuli decl. gallicanae, edidit *Lettres sur le gallicanisme* in Memorial catholique mensis Maji et Juni 1827, etiam seorsim; *Melanie et Lucette* ou les avantages de l'éducation religieuse, Poitiers 1811; Parisiis 1823; *sur l'usure* Bordeaux 1817; epistolas pastorales etc. Decessit universali omnium luctu 11. Jul. 1826. Cf. Feller I, 339.

495. Joannes Ant. Llorente natione erat Hispanus n. 30. Mart., secundum alios Maji 1756, juris canonici doctor, vicarius generalis et canonicus calagaritanus, academiae matritensis et hispalensis socius et s. inquisitioni a secretis. Accusatus de suspecto literarum commercio aula secedere jussus muneribusque privatus est (1805). Matritum revocatus (1806) dictus est canonicus toletanus et universitatis toletanae cancellarius aliisque muneribus auctus: sed suo benefactori Carlo IV. exstitit ingratus sequens partes Josephi Buonaparte, a quo selectus fuit inter consiliarios status et commissarius pro supprimenda inquisitione et abolendis monasteriis. Expulso usurpatore coactus est et ipse aufugere, et propter suas machinationes Gallia quoque fuit ejectus († 5. Febr. 1823). Innotuit [2]) in primis gratissimusque factus est omnibus Ecclesiae hostibus *Histoire critique* de l'inquisition d'Espagne, depuis l'époque de son établissement par Ferdinand V. jusq'au règne de Ferdinand VII., Parisiis 1817 t. 4 in 8., quae germanice ab J. K. Hoeck fuit versa [3]),

[1]) Cf. Kerz Litzt. 1825 II, 399—415.

[2]) Cf. Revue encyclop. 1823 mense Apr. et ex ea Katholik (1824) 13, 1—35; Biogr. univ. 72, 47—54 et Kerz Litzt. 1824 II, 251—65.

[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1820 p. 242—66; 696—711; 1821 pag. 314—329; 1822 pag. 326—41; Hefele Ximenes passim ut ed. 2 p. 327 ss.; 339 s. et KL. VIII, 56—59; Michael Zeitschr. für k. Theol. 1891 p. 367. Alius ab eo est Marianus Llorente SJ. Hispanus Valentinus (n. 4. Jan. 1752; † 18. Maj. 1816), cujus praeter alia est: *Storia de un filosofo disingannato,* Venetiis 1815; epistolae scil. 18, quibus philosophus ab incredulitatis erroribus sanatus religionis christianae veritatem dilucide et vehementer confirmat. Epistolas excipiunt egregia monita genitoris ad filios.

Gmundae 1819 in 8; Lipsiae 1823 et in alias linguas, prohibita decreto Indicis 26. Aug. 1822; opus non solum partium studio et atra bile infectum, ideoque fide indignum, sed stilo etiam arido conscriptum, absque crisi, methodo et ordine. Propter ipsum suspensus fuit ab ordinariatu parisiensi a dicenda missa et excipiendis confessionibus. *Les portraits politiques* des papes considérés comme princes temporels et comme chefs de l'église depuis l'établissement du S. Siège jusq'en 1822, ib. 1822, opus virulentum et calumniis probrisque refertum, odium spirans, unde vel fabellam papissae Joannae tamquam veram narrat; hinc merito damnatum 29. Jan. 1824; *Discursos sobre una constitucion religiosa* considerada como parte de la civil nacional, su autor un Americano los da à luz, ib. 1819, ab ipso gallice versus, 1820; cum apologia 1821 et 1824 t. 2 in 8. — Tr. historico-canonicus Antonii Mendizabal doctoris juris canonici cura de Navarrete Matriti 1821 t. 2 in 4. editus *de los párrocos,* su origen . . . y derechos, prohibitus fuit 26. Aug. 1822.

496. Theologiam *moralem* dederunt: Ferd. Geminianus Wanker Friburgensis n. 1. Oct. 1758, theologiae doctor, seminarii generalis subrector (1788) et theologiae moralis professor discipulis gratus (1788), qui composuit *christliche Sittenlehre* [1]) Ulmae 1794; 1803; Viennae 1810—11 ed. 3. t. 2, Sulzbacii 1830 ed. 4., quae in seminariis Austriae aliquamdiu adoptata fuit, sed modernis opinionibus est infecta; *über Vernunft und Offenbarung* in Hinsicht auf die moralischen Bedürfnisse der Menschheit, Viennae 1804; Vorlesungen *über Religion nach Vernunft und Offenbarung,* für Akademiker und gebildete Christen, Moguntiae 1728 in 8. opus posthumum [1]) etc. Opera ejus collecta prodierunt Sulzbacii 1830-33 t. 4 cura Dre Weick cum ejusdem biographia auctore Dre Münch. Decessit electus archiepiscopus friburgensis 19. Jan. 1824 ante confirmationem pontificiam. — Jo. Michaelis Ruf (Ruef [2]), alius a Rueff, de quo supra p. 1047 egimus), professor dilinganus (n. 2. Oct. 1759; † 2. Dec. 1830), cujus sunt: *Handbuch der christlichen Moral* pp. 2, Monachii 1829 ed 2; *Leitfaden zur christlichen Moral,* Dillingae 1824 t. 3 in 8; *Pastoralanweisungen* für Kandidaten des Priesterstandes, ib. 1828 t. 2 in 8. — Andreas Galan SJ. Tarraconensis, philosophiae et exegesis professor (n. 15. Nov. 1735; † 5. Aug. 1825), s. Alphonsi theologiam moralem [3]) in compendium redegit, Ferrariae 1789 t. 2 in 8; Mutinae 1833 ed. castigata et aucta. — Ita etiam Moulet, A. Luraschi, cujus exstant *complexiones* theologiae moralis, Novocomi 1831. 1832 t. 3 in 8. — Simon Sobiech per 41 annos seminarii wratislaviensis rector († 3. Mart. 1832 a. aetatis 83), *compendium* theologiae moralis [4]) edidit primum Wratislaviae 1798, tertio 1834. — Franc. Xav. Nüssle in lyceo solodorano theologiae professor conscripsit *theologiam moralem* [5]), Solodori 1824 t. 3 in 8.

[1]) Kerz Litzt. 1827 I, 207—26.

[1]) Cf. Felder Litzt. 1812 II, 363—80; 385—95; 401—9; Kerz Litzt. 1830 IV, 156—66; 1831 II, 190—203; 1832 315—29; 1833 IV, 72—93; Wurzbach 53, 74; Krieg F. G. Wanker. Lebensbild eines Theologen der Uebergangszeit, Leipzig 1896; Reusch allg. d. Biogr. 41, 157.

[2]) Kerz Litzt. 1829 III, 29—37.

[3]) Andreas Coppola Orat. Genuensis, vir piissimus († 15. Mart. 1832), edidit *Morale systema* del B. Alfonso M. de' L. discusso nella s. congregazione de' Riti con autorità Apostolica difeso da' quattro sillogismi del S. Can. Gaetano de Folgore che l'oppugnano, Neapoli 1824 in 8.

[4]) Cf. Kerz Litzt. 1825 IV, 30—35.

[5]) Cf. Kerz Litzt. 1825 IV, 35—41, 1826 I, 103—5.

497. Maxime vero innotuit per Germaniam Jo. Michael Sailer[1]) natus 17. Nov. 1751 piis sed pauperibus parentibus, qui eum egregie instituerunt. Magna sedulitate et fervore studiis incumbebat simulque candore morum atque pietate eminebat. Societatem Jesu ingressus est a. 1770; ea tamen mox suppressa in academia ingolstadiana studia sua continuavit, ibique mira ingenii facilitate et indefessa diligentia morumque non minus suavitate quam sinceritate tantam sibi peperit commendationem, ut sacerdotio initiatus statim publicus tam philosophiae quam theologiae repetitor adhibitus, mox professor (1780) theologiae dogmaticae secundo loco sit designatus. Hinc collega factus est Stattler sui quondam professoris, pro quo quaedam etiam scripta apologetica edidit. Anno jam 1781 cathedra cedere debuit, quod cathedrae theologicae professoribus ex ordinibus religiosis traderentur. Ex quo tempore privatam in literario secessu vitam degebat, donec (1784) a serenissimo principe et episcopo augustano in almam, quae Dillingae tunc floruit, universitatem publicus theologiae moralis ac pastoralis professor est arcessitus. Discipulos studendi ardore replevit eleganti sua dictione lingua patria, qua ipse solus utebatur, et praelectionum calore. Scriptis quoque atque concionibus nominis sui fama fuit dilatata. Post decennium tamen missionem aliorum dolis accepit, et quod minus caute se gesserit erga pseudomysticos, unde iterum coactus est vitam agere privatam, usquedum a. 1799 revocatus est ad academiam ingolstadianam professor theologiae moralis ac pastoralis necnon paedagogicae et homileticae, post etiam catecheticae et liturgicae. Nobiles numeravit auditores, ipsum principem hereditarium Ludovicum, Diepenbrock postea cardinalem, celebrem Ringseis etc. Anno 1804 electus est in rectorem magnificum universitatis Landishutum translatae. Interim modeste admodum recusavit munera et stipendia pinguia sibi oblata, ex. gr. cathedras Moguntiae, Heidelbergae, Wratislaviae et Monasterii. Designatus est 19. Oct. 1821 a rege canonicus ecclesiae cathedralis ratisbonensis, mox datus episcopo Joanni Nep. Wolf coadjutor cum jure successionis, eumque secutus est in solio episcopali (1829), sed nondum elapso triennio omnium piorum moerore ad superos migravit 20. Maj. 1832 a. aetatis 80. Rex Ludovicus ei marmoreum erexit monumentum in ecclesia cathedrali, in publica platea statuam. Negari nequit eum fuisse virum orationis, humilem, vere pium, plenum caritate et humanitate, indulgentia et quadam tolerantia erga omnes, etiam acatholicos ita, ut ejusdem orthodoxia nonnullis in suspicionem venerit. Multum profuit suo exemplo, comitate, pacis amore[1]) ad promovendum spiritum religiositatis illis temporibus adeo iniquis, quibus in Germania superiori dominabatur indifferentia religiosa, incredulitas aperta et odium adversus Ecclesiam catholicam. Quod si horum adjunctorum ratio habeatur necnon et

[1]) Cf. de eo plura apud Aichinger J. M. Sailer B. von Regensburg, ein biographischer Versuch, Friburgi in Brisgoja 1865., de quo cf. hist. pol. Blätter 1865 II, 182—92; Christoph von Schmid, der hochs. Bischof J. M. v. Sailer, Augustae 1857; Buchner, ein Lebensbild zur Vervollständigung über Sailer's Priesterschule, ib. 1870. Reusch allg. d. Biogr. 30, 178—92; Specht Gesch. der ehem. Universität Dillingen p. 567 ss. et passim in hoc op.: Stölzle Urkundliche Beiträge zu J. M. Sailers Biographie Katholik 1810, I 112—121. — Alius ab eo est Sailer, de quo supra p. 254 egimus.

[1]) Ita fertur dixisse: »Ich will mich lieber unschuldig 10 Jahre lästern lassen, als einen Tag auf die Vertheidigung meiner Unschuld verwenden; das erlittene Unrecht vergessen, ist bei mir keine Tugend, denn das Behalten desselben schafft Unruhe, und mir ist die Ruhe des Gemüthes so lieb, dass ich ohne sie nicht leben mag.« Haas KL[1] 9, 568; Felder 2. 192.

status tristissimi ejusdem Ecclesiae institutionisque theologicae, mirum esse non debet, si Sailer, quamvis bona duceretur intentione multumque promoveret bonum religionis, non satis immune se servaverit a spiritu illa aetate ubique dominante, hinc non omnibus satisfecerit [1]), plurium incurrerit censuram, romanam non acciperet confirmationem in episcopum augustanum (1816): vicissim ab aliis impense laudetur, alter habeatur Germaniae Fénélon, qui novam, per Bavariam in primis, vitam catholicam inauguraverit. Ceterum magni factus est a viris gravissimis, Stolberg, Görres, Diepenbrock, Wittmann etc. et vel a protestantibus [2]). Innumera scripsit [3]), quae collecta prodierunt cura Josephi Widmer, Sulzbachii 1830—46 t. 41, Graecii 1818-27 t. 28, selecta Kempten 1910; et suo tempore multum utiliterque sane lectitabantur, sed modo minoris sunt pretii theologici, carent enim accuratione et soliditate. Ea spectant in primis theologiam moralem, pastoralem, ascesim, paedagogiam, biographiam etc. Potiora sunt: *Demonstratio evangelica* olim a B. Stattler ... conscripta in compendium redacta, Monachii 1777 in 8; 1781; *Quantum humana ratio conferat ad sensum s. Scripturae figendum*, Ingolstadii 1777; *Theologiae christianae* cum philosophia nexus, Augustae V. 1779 in 8; *Vernunftlehre* für die Menschen, wie sie sind, nach den Bedürfnissen unserer Zeit, Monachii 1785 t. 2; 1794 t. 3; *Glückseligkeitslehre* aus Vernunftgründen mit Rücksicht auf das Christenthum [1]), ib. 1787. 1791 t. 2 in 8; 1793. 1796; *Vorlesungen* aus der Pastoraltheologie [2]), ib. 1788 t. 3; 1812; 1820; 1821 ed. 4; cum *supplemento*, Graecii 1819; Ecclesiae catholicae *de cultu sanctorum doctrina*, ib. 1797 in 4; *Briefe* aus allen Jahrhunderten der christlichen Zeitrechnung, ib. 1800—5 pp. 6; cum 3 fasc. *Reliquien* etc. 1816—21; Graecii 1819 t. 6; *über Erziehung* für Erzieher, Monachii 1807 in 8; 1822 ed. 4; *Neue Beiträge* zur Bildung der Geistlichen [3]), 1809—11 t. 2; *Blicke des h. Paulus* in die Tiefen der Weisheit; ein Versuch, den Sinn und Geist des Ap. in christl. Reden zu enthüllen, ib. 1813-15 t. 3 in 8; *Handbuch* der christlichen Moral [4]), zunächst für künftige Seel-

[1]) Cf. Haringer Leben des ehrwürdigen Dieners Gottes Cl. M. Hofbauer, Viennae 1877, adversus quem tuetur Saileri orthodoxiam et pietatem Ringseis histor. pol. Blätter 82, 581—88; Rösch ein neuer Hist. der Aufkl. p. 53—60.

[2]) Cf. Stölzle hist. pol. Blätter 1908 II, 512—44 et in kirchlichen Handl. II, 1884, ubi scribit: Die competentesten Beurteiler sind einig in der Anerkennung seines wissenschaftlichen und treukirchlichen Charakters.

[3]) Cf. catalogus apud Sommervogel VII, 376—403; qui ea recenset sub n. 163 et literaturam de ipso assignat; thes. p. 739—46.

[1]) Cf. Werner 317—27.

[2]) Cf. de 3. ed. Felder Litzt. II p. 3—13; 17—28; Werner p. 269—72, qui de ea ita scribit: Das preiswürdigste Pastoralwerk aus dieser Epoche sind abermals Sailers Vorlesungen aus der Pastoraltheologie, die nicht blos eine Theorie oder Unterweisung, sondern ein lebendiges Gemälde des seelsorglichen Lebens, Strebens und Wirkens geben, und dieses Leben und Wirken nach allen Seiten und Beziehungen und zwar in der anziehendsten Weise darstellen. Wenn irgend ein Buch, so ist jenes Sailers geeignet, Liebe und Freude am seelsorgerlichen Berufe zu wecken und zu nähren; Sailer hält dem Leser das lebendige Ideal des seelsorgerlichen Lebens in der Fülle seiner erhebenden, veredelnden und beglückenden Freuden und Erfahrungen vor Augen. Als Unterrichtsbuch betrachtet, ermangelt es wohl der strengen, systematischen Form, die überhaupt Sailers Sache nicht war; gleichwohl ist die Aufeinanderfolge der Materien eine wohlgeordnete, und die Fassung des Gegenstandes eine tiefere, wurzelhaftere als bei seinen Vorgängern.

[3]) Cf. Felder Litzt. 1810 I, 1—16; 1811 II, 186—208.

[4]) Cf. Werner pag. 265—68; Tübinger Quartalschrift 1829 p. 242—69; 407—16. Klotz Jo. M. Sailer als Moralphilosoph, Paderborn 1909.

sorger und dann für jeden gebildeten Christen, ib. 1817 t. 3 in 8. — Al. Ferrari *Ethices christianae institutiones* e purioribus s. theologiae fontibus deduxit, Mutinae 1832—38 t. 4 in 8.

498. Eorum, qui scripserunt [1]) de theologia *pastorali,* ingens est numerus. Jo. Bonaventura Andres Norimbergensis n. 29. Maj. 1743 ingressus est juvenis Soc. Jesu: qua suppressa Wirceburgi theologiae studia absolvit; ibique cathedram rexit philosophiae (1793), dein aestheticae, paedagogiae et homileticae. Decessit 16. Maj. 1822 in magna egestate [2]). Vir erat admodum eruditus de studiis et cultura cleri bene meritus. Condidit *Magazin für Prediger* zur Beförderung des praktischen Christenthums und der populären Aufklärung, Wirceburgi 1789 t. 4 in 8, quorum duo priores prodierunt iterum inscripti *Abhandlungen* über verschiedene Gegenstände der Homiletik uud Pastoral, ib. 1794; *Neues Magazin* für Prediger und Seelsorger, Francofurti et Lipsiae 1803 fasc. 3, cum continuatione inscripta: *Archiv* für Kirchen- und Schulwesen, Wirceburgi 1804—5 t. 2 in 8. *Chronik* des Churfürstenthum und Grossherzogtum Würzburg 1806—11. *Fränkische Chronik,* Würzburg 1807—8 t. 2. — Aegidius (in baptismo Josephus dictus) Jais OSB. n. in oppido Mittenwald 17. Mart. 1750, innocentissime traducta adolescentia habitum induit s. Benedicti 11. Nov. 1770 in monasterio Benedictoburano. Inter alia munera novitiorum magistrum egit. Suppressis per Bavariam monasteriis theologiae moralis et pastoralis cathedram acceptavit in academia salisburgensi (1803), et jam a. 1805 in rectorem magnificum electus est. Filios magni ducis Etruriae in religione instituit, ideoque eos Wirceburgum (1806), et etiam Florentiam (1814) comitatus est. Inde Benedictoburam rediit cellamque inhabitavit deserti monasterii, ut ibi finiret vitam, ubi eam Deo consecraverat. Vixit solitarius soli Deo, literis et animarum curae vir piissimus omnisque virtutis exemplar decessitque apoplexia tactus 22—23. juxta alios 4., Dec. 1822. Praeter libros catecheticos (doctrinam si spectes minime accuratos, et pro instructione minus aptos) asceticos, conciones t. 4 Salisburgi 1845 ed. 4. edidit [1]) *Bemerkungen* über die Seelsorge, besonders auf dem Lande, Salisburgi

[1]) De Fr. Arsenio Rid OSA. (n. 12. Jul. 1748; † 20. Maj. 1822) cf. Reusch allg. d. Biographie XXVIII, 503. — de Euchario Rinhfeld OSA., Mastiaux Litzg. 1823 II. Intelligenzblatt IV, 61 s. — Jos. Martini Gehrig parochi (1788; † 1825), cujus etiam est: *Wie gelangt man zu der Ueberzeugung,* dass das Christentum Gottes Werk sei? Würzburg 1824; 1827 opuscula ascetica et conciones quam plurimas recenset thes. librorum rei cath. p. 281 — de Alberto Matthia Vering Monasteriensi (n. 27. Nov. 1773; † 9. Jun. 1829), qui medicus fuit scripsitque *Versuch einer Pastoralmedizin,* Monasterii 1809, quod auctum et retractatum ab alio medico prodiit inscriptum *Handbuch* der Pastoralmedicin, ib. 1835, cf. Rassmann l. c. p. 354 — de Matthia Kroos Monasteriensi (n. 24. Maj. 1774; † 1. Oct. 1832) parocho darupensi, qui dedit *Versuch* einer Pastoral-Landwirtschaft, Monasterii 1824, ib. pag. 191 — de Michaele Cajet. Hermann n. 27. Sept. 1756 in Bohemia decano dehlaviensi cf. Wurzbach 8, 388. — De Ant. Ehinger (n. in Ochsenhausen 26. Dec. 1761) OSB. in monasterio weingartensi, eoque suppresso parocho († 1. Oct. 1834) cf. Lindner Studien und Mittheilungen III (1882) 2, 282 — de Michaele Thoma Korczynski episcopo premisliensi (1834-39), qui polonice descripsit ideam boni pastoris, cf. Zschokke theolog. Studien etc. pag. 999.

[2]) Cf. Backer 1, 159; Baader 2. I, 3; Ruland allg. d. Biogr. I, 450. Alius ab eo est Jo. B. Andres (n. 11. Aug. 1768; † 24. Sept. 1823) regi a consiliis et Landshuti juris canonici et historiae ecclesiasticae professor, de quo cf. Ruland ib. 1, 450.

[1]) Cf. Lindner 1, 143—47; Dietl, *P. A. Jais* nach Geist und Leben geschildert, Monachii 1836; Kehrein, *Geschichte* der Erziehung und des Unterrichts 1873. ed. 7; Kölner Pastoralbl. 1892 pag. 372: Jais als Lehrer und Katechet, Jocham KL. 6, 1211. Ejus opera ascetica exemplaribus

1817, opus egregium, saepius ob suam utilitatem editum; multum ampliatum cura Jos. Köhler in op. *Handbuch* des Seelsorgers für Amt und Leben, Paderbornae 1876 t. 2, a Sailer commendatum [1]). — Frid. Stapf Bambergensis n. 2. Maj. 1766, seminarii regens et theologiae moralis, dein et dogmaticae professor († 1826), composuit *vollständiger Pastoralunterricht* über die Ehe nach den Grundsätzen des katholischen Kirchenrechts [2]), quod opus primum prodiit Bambergae 1820; ed. 4. aucta [3]) cura canonici Car. Egger Francofurti 1829; iterum retractata et aucta cura Casp. Riffel 1847 ed. 7. — Thomas Jos. Powondra Cremsirae in Austria n. 35. Jan. 1786, Lincii (1812) theologiae moralis et pastoralis, dein Olomucii theologiae pastoralis professor, studii philosophici director et facultatis philosophicae viennensis praeses († 1832), dedit *systema theologiae pastoralis,* Viennae 1818. 1819 t. 6 in 8. — Antonius Hye decanus et scholarum inspector in Austria inferiori (n. 1761; † 19. Sept. 1831), de juventute bene meritus editis quam plurimis libris [4]), scripsit: *Der vieljährige Seelsorger* auf dem Lande, in den meisten Verhältnissen seines Amtes lehrend und handelnd dargestellt, Viennae 1831 in 8.

499. Michael Feichter Tirolensis (n. 27. Aug. 1766), studii biblici professor in seminario brixinensi et subregens, in Bavarorum invasione vexatus fuit propter spiritum suum probe catholicum. Seminario restituto in illud revocatus est eique ab. a. 1827 regens praefuit († 6. Jan. 1832) immenso bono universi cleri. Erat enim vir columbinae simplicitatis sed et prudentiae plane apostolicae virtutisque omnis speculum [1]). Plus tamen profuit exemplo et consilio, oraculum dioeceseos propterea dictus, quam scriptis. Ejus sunt *Manuale sacrorum* ad usum sacerdotum dioecesis brixinensis 1811; *Historia evangelica* ex verbis ss. quatuor evangelistarum concinnata, 1802, quam Allioli germanice reddidit 1846. — Augustinus Jo. Jos. Gruber Viennensis n. 23. Jun. 1763, insignis plane catecheta, episcopus laibacensis 1816 et a. 1823 archiepiscopus salisburgensis († 28. Jun. 1835), praesul vere apostolicus, pauperum pater, episcoporum splendidum exemplar, meret hic laudari propter opus: *Der h. Augustin Theorie der Katechetik,* übersetzt und erläutert für unsere Zeit und ihre Bedürfnisse [2]), Salisburgi 1830;

innumeris ubique diffusa fuere. Ejus catechismum gravi censurae subjecit Zirkel in Felders Litzt. 1818. — Car. Jais, parochus, ab Ecclesiae defecit († 1837).

[1]) Cf. Kerz Litzt. 1825 I, 45—50.

[2]) Cf. Kerz ib. 1829 II, 247—68.

[3]) Cf. Wurzbach 9, 457.

[4]) Matth. Reiter edidit Nachtrag biographischer u. schriftstellerischer Notizen zu P. A. Jais Geist und Leben, Salisburgi 1828. Porro Reiter Salisburgi est n. 27. Oct. 1750, fuit parochus, auctor admodum pius libellorum precum et multarum concionum ib. 1797—1817 († 28. Maj. 1828). Post ejus mortem prodierunt ejus *conciones* Salzburg 1856. Cf. Otto Schmid allg. d. Biogr. 28, 159.

[1]) Cf. Wurzbach 4, 158. Jedes Wort (der h. Schrift) wurde unter seiner gottgeleiteten Hand ein Goldkorn für Verstand und Gemüth. Der gute Mann lebte und schwebte so ganz in diesen göttlichen Blättern, dass ihm selbst im Umgange alle Augenblicke ihre Worte vom Munde kamen. Sinnacher Nekrolog des R. M. Feichter p. 40. Cf. Freiseisen in Zschokke die theologischen Studien und Anstalten der kath. Kirche in Oesterreich p. 709 s.; Beda Weber Charakterbilder.

[2]) De quo opere ita censet Jungmann *Theorie* der geistlichen Beredsamkeit, Friburgi 1884 2, 157: »Es gibt freilich noch andere gute Theorien der Katechese; es gibt manche richtige Vorschriften für die Letztere, die man bei Gruber nicht findet; in Rücksicht auf stylistische Vollendung lässt sein Werk etwas zu wünschen übrig; die Uebersetzung der Schrift des h. Augustinis erscheint oft hart und schwerfällig: dessenungeachtet weiss ich nicht, ob wir eine Theorie der Beredsamkeit haben, welche mehr empfohlen zu werden verdiente.« Plurimum quoque com-

1853 ed. 3. Singulis capitibus subjicit annotationes et applicationes practicas. Hoc excepit *Praktisches Handbuch* der Katechetik für Katholiken oder Anweisung und Katechisationen im Geiste des h. Augustinus, ib. 1832; 1853 p. 1. ed. 7; p. 2 ed. 4; p. 3 et 4. non prodierunt. Utrumque opus retractatum et immutatum addditionibusque copiosis ex Hirscher et Deharbe praesertim auctum prodiit cura anonymi Ratisbonae 1870 in 8. Ediderat jam prius Vorlesungen *über Katechetik*, 1830. — Fid. M. Kolb n. in Stetten prope Sigmaringam 23. Febr. 1747, parochus (vixit adhuc 1817) collegit *Zeugnisse aller Jahrhunderte* über das göttl. Gebot der öftern Kommunion, Augustae, 1791. 1847 ed. 5. — Jo. Henricus Brockmann Liesbornensis n. 4. Mart, 1767, in academia monasteriensi theologiae moralis (1803—36) professor, concionator (1814—1826) in ecclesia cathedrali, canonicus et (1836) praepositus capituli († 27. Sept. 1837), praeter conciones (in dominicas et dies festos, Monasterii 1820—30; 1836—40 pp. 4) et libros asceticos luci publicae dedit *Pastoral-Anweisung* zur Verwaltung der Seelsorge in der kath. Kirche nach den Bedürfnissen unseres Zeitalters [1]), Monasterii 1836 t. 1 et 2; t. 3. in ed. 2. ibid. curavit Augustus Hubertus Hoxar 1846. Inchoavit opus a parte III. de administratione sacramenti poenitentiae; p. 1 et II. nunquam prodierunt [2]) Cf. Rassmann I, 45. — Ex scriptis Laurentii Brendel canonici bambergensis († 1840), edidit L. Cl. Schmit: *Der Seelsorger* in den Verrichtungen seines Amtes, Bambergae 1844. — Auctor minus bonus utpote pruritu novitatis illius temporis infectus est Augustinus (Jos. Alexander) Rugel OSB. in monasterio Isny. Natus is est 19. Mart. 1762, et juventute inter magnas angustias transacta post absoluta in ordine studia factus est philosoghiae et theologiae lector necnon et archivi custos. Ordinem egressus Suitium se contulit, ubi factus est gymnasii professor et director (1801). Mox tamen in patriam rediit variasque parochias rexit († 13. Juli 1825).

500. Ex aliis nationibus et quidem ex *Italis* huc referri possunt: Philippus Maria Salvatori SJ. Romanus (n. 16. Nov. 1740; 7. Nov. 1824), cujus *Istruzione pratica* per i Confessori novelli, Romae 1798 in 12; 1802 propter ejus utilitatem saepius prodiit, etiam cura Ballerini [1]), ib. 1879. Edidit quoque plurium sanctarum et beatarum personarum vitas. — Adadamus Mosconi Perusinus, philosophiae et theologiae doctor necnon et parochus (n. 1765; † 1828), descripsit *La dignità*, doveri e diritti del parroco, Fulginii t. 2 in 8. — Antonius Riccardi praepositus bergomensis, scripsit *della predicazione piu efficace* Bergamo 1833. *Introduzione* agli studj eccles., ib. 1833, historiam sanctuariorum Italiae, et *dei doveri* e dello spirito degli Ecclesiastici, Mediolani 1833. — Franc. Baccaro congr. miss. (n. 11. Aug. 1747; † 3. Mart. 1835) scripsit *Pratica del Confessionale*, Romae 1827 t. 4 in 8., in qua rigidiores tuetur opiniones. — Clemens Paulus M. Miossich Macarensis, Dalmata n. 25. Nov. 1784, theologiae dogmaticae aliquamdiu in seminario patavino, deinde in jadrensi (Zara) theologiae pastoralis professor, episcopus spalatensis († 10.

---

mendatur hoc et sequens opus in Tüb. Qtlschr. 1834 pag. 507—21; 1835 p. 370-84; Kerz Litzt. 1830 IV, 278—304; lit. Handw. 1870 c. 315.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1839 pag. 299—306; (Bonner) Zeitschrift für Philosophie u. kath. Theologie 1837 I, 143—48. Cf. ib. 1838 I, 1—12 ejus biographiam, et Rassmann I, 43. Cf. de ed. *Moralphilosophie* auctore Ueberwasser supra pag. 809.

[2]) Cf. Rassmann I, 45.

[1]) Cf. Zeitschrift für kath. Theologie, Oeniponti 1881 pag. 344; Katholik 1882 II, 495 ss.

Oct. 1837), insignis concionator et praesul egregius, edidit theologiam pastoralem lingua patria nonnullosque libros N. T. in eandem vertit. — Jos. Vidal OP. Hispanus, theologiae lector castigavit theologiam pastoralem Fr. Giftschütz (cf. p. 552), Valentiae 1826 in 8. — *Galli* sunt: Jo. B. Thaddäus Vernier congr. miss. n. 1761, insignis missionarius, propter recusatum jusjurandum exsul et post reditum propter suum zelum custodia fuit detentus. Deinde professor factus est theologiae dogmaticae et suae congregationis director († 24. Maji 1834). Exstat ejus *theologia pratica,* Bisontione 1828 t. 2 in 8. — Grousset vicarius generalis mimatensis (Mende, † 1835) et Maria Th. Favre congr. miss. n. 7. Nov. 1791, strenuus et pius missionarius († 16. Jun. 1838), qui scripsit *Théorie et practique* de la comunion fréquente et quotidienne à l'usage des prêtres qui exercent le saint ministère, Lugduni 1840 t. 2 in 8., cum ejusdem elogio historico.

501. De rebus *liturgicis* scripserunt: Vincentius a Massa O. Min., qui composuit *Epitomen liturgicam,* Firmi 1824 t. 2 in 8. — Joannes Fornici caeremoniarius pontificius, archivi s. poenitentiariae praefectus, congregationi rituum a secretis († 11. Apr. 1828), qui edidit *institutiones liturgicas,* Romae 1825. — Aloysius Gardellini s. congr. rituum assessor († c. 1826), qui collegit: *Decreta authentica* congr. s. rituum ex actis ejusdem congr. notisque illustravit, Romae 1808—26 t. 7, cujus epitomen exhibuit Barth. a Clantio Cap. († 1837), in op. *Manuale ecclesiasticorum* seu collectio decretorum authenticorum s. rituum congr. addito ordine liturgico pro oratione 40 horarum, Taurini 1833; Romae 1845 ed. 3; recusa et continuata, aucta appendice, quae complectitur decreta ab a. 1826—48, ib. 1824—1849 t. 8 in 4. cura de Ligne. Capalti curavit ed. 3. additis decretis ad 18. Dec. 1857 usque, 1856—56 t. 4 in 4. Demum Wolfgangus Mühlbauer illa in ordinem commodiorem seu alphabeticum redegit ediditque, Monachii 1863—65 t. 4, quos secuti sunt 1876—87 t. 5 supplementi instar; opus quidem documentis copiosum, sed methodo minus apta dispositum. Hinc studio clarorum liturgicorum retractatum fuit omissis pluribus decretis modo superfluis, substitutis decretis generalibus pro particularibus, Romae 1898—1901 t. 5, quae ed. jam a Leone XIII. declarata est authentica. — Joannes Mohren n. 29. Aug. 1754, theologiae lector in seminario coloniensi vix recepto sacerdotio, canonicus († 20. Oct. 1835), reliquit opus posthumum: *Expositio ss. missae atque rubricarum* seu catechismus liturgicus . . . accedunt plurimae dogmaticae, mysticae, asceticae, anagogicae, tropologicae significationes ex auctoribus liturgicis et variae appendices, Augustae Trevirorum 1844—47 fasc. 4 in 8., juxta ejusdem dictata; et *Compendium* rituum ac caeremoniarum missae, Coloniae 1843 cura Dr. J. L. S. Weitz. — Theobaldus Lienhart quondam OSB., theologiae doctor et professor atque diu seminarii argentoratensis superior, canonicus et vicarius generalis († 22. Mart. 1831), edidit *de antiquis liturgiis* et de disciplina arcani tr. historico-dogmaticum ad commonstrandam fidem Ecclesiae de s. eucharistiae mysterio [1]), Argentorati 1829 in 8; *institutiones theologiae dogmaticae* in usum seminarii, ib. 1821 t. 3 in 8. — Edelbertus Menne Min. Augustae n. 13. Oct. 1750, plurima edidit [2]) ascetica, catechetica, conciones innumeras et etiam *Die Liturgie der Kirche* systematisch abgehandelt, Augustae 1810 t. 3, quo in opere spiritu ecclesiastico conscripto et eo tempore utili contra recentiorum innovationes

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1833 pag. 375—85.
[2]) Cf. thes. ll. rei cath. p. 532 s.

agit de sacramentis et sacramentalibus, missa, breviario et expositione sanctissimi. — Ant. Selmar (n. 25. Mart. 1757; † 10. Oct. 1821) parochum [1]) praetermittimus, qui sicut et Winter (pag. 738) liturgiam innovare cogitavit. — Lud. Busch [2]) Bambergensis parochus (n. 23. Apr. 1765; † 30. Jul. 1822), composuit Liturgischer Versuch oder deutsches Ritualbuch, Erlangen 1803, 1821., in pluribus dioecesibus adhibitum sed jam antiquatum. — Franc. Jos. Aloysius Antony Monasterii n. 1. Febr. 1790 in musica sacra egregie excultus, cantus magister in gymnasio qui et in academia praelectiones habuit de musica ecclesiastica († 7. Jan. 1837), composuit praeter alia [3]) *Archäologisch-liturgisches Lehrbuch* des Gregorianischen Kirchengesanges, Münster 1829; *Geschichtliche Darstellung* der Entstehung und Vervollkommnung der Orgel, 1832; *Praxis* ss. rituum ac caeremoniarum in Missae sacrificio, 1831; *Symbolik* der kath. Kirchengebräuche, 1836.

502. Celeberrimus per Westphaliam, imo per Germaniam est Bernardus Henricus Overberg scholarum inferiorum reformator, pastorum lucidum speculum et ludi magistorum exemplar, qui n. est 1. Maj. 1754 in oppido Höckel. Puer magno ardore didicit, initio quidem non sine difficultate, et in studiis eximie profecit. Sacerdos ordinatus (1779) emicuit in habendis catechesibus et instituendis pueris: hinc a Fürstenberg vicario generali monasteriensi adscitus fuit qui reformaret et proveheret scholas publicas: quod et indefessa solicitudine et prudenti sagacitate praestitit ultra a. 40 instruendo magistros, visitando scholas, tradendo catechismum etc. Anno 1809 constitutus est regens seminarii episcopalis clericosque cura vere paterna verbo et exemplo ad altam eorum vocationem praeparavit tradens eis quotidie vespere meditationis puncta insolito tunc exemplo. Eorum repertum fuit manuscriptum 30 a. ab ejus morte typisque prodierunt inscripta *Sechs Bücher vom Priesterstand,* Münster 1858. Immortuus est suis laboribus apostolicis [1]) 9. Nov. 1826. Ejus opera vergunt in juventutis utilitatem suntque scholis destinata atque saepe prodierunt, collecta sub inscriptione B. Overbergs *sämmtliche Schriften für Schulen* [2]), Münster 1861—68 t. 6. Inter ea eminet *Anweisung zum zweckmässigen Schulunterricht,* ib. 1793, sexies ed. eo vivente; 1905; Maxime urget magistrorum esse non solum pueros do-

[1]) Cf. Reusch Allg. d. Biogr. 33, 686.

[2]) Cf. Alius ab eo est J. B. Busch decanus capituli spirensis, cujus praeter alia sunt *Fromme Betrachtungen* zu den Briefen der Ap., Sulzbach 1830.

[3]) Cf. v. Dommer Allg. d. Biogr. I, 498; Rassmann I, 6.

[1]) Ejus merita praec'are describuntur verbis, quae leguntur in epitaphio: Lehrer der Lehrer während 43 J. So war ihm vergönnt, der Wohlthäter des ganzen Münsterlandes zu werden. Sein heilbringendes Wirken hemmte des Landes Grenze nicht. Ein grosser Theil von Deutschlands Jugend wird fort und fort nach seinem Lehrplan unterrichtet. Er förderte das Reich Gottes durch Wort und That, Rath und Hilfe hat er Unzähligen gespendet. Nicht Einen schloss er von seiner Liebe aus.

[2]) Cf. In Overbergi catechismum edidit *Unterredungen* quasi commentarium H. Haustadt magister, Münster 1847; libros adversum quorundam exceptiones tuetur Bern. Ambr. Benedictus Rensing n. Dorstenae 19. Mart. 1760, canonicus duelmensis, decanus et parochus († 4. Jul. 1826) Dorsten 1808. Idem hic Rensing alios reliquit pios libellos, inter quos laudatur *Lebensgeschichte des hl. Franz v. Sales,* ib. 1817; Paderborn 1818. Cf. Rassmann p. 271. Cf. Knecht KL. IX, 1199—1207 coll. VII, 284; Reinermann B. Overberg in s. Leben und Wirken 1829; Krabbe Leben B. O., ib. 1831; 1864 ed. 3; hist. pol. Bl. LXXXIII (1879), 561 ss., 641 ss.; Rassmann Nachr. von dem Leben und Schr. münsterländischer Schriftsteller p. 248; Knöppel B. H. Overberg Der Lehrer des Münsterl., Mainz 1896; Zöckler protest. Realencycl. XIV, 539—46.

cere, sed prae primis educare primumque locum tribuit institutioni religionis. Vel protestantes paedagogi hujus l. praestantiam et pretium agnoscunt. Ejus *Biblische Geschichte des A. und N. T.*, 1843 ed. jam 17. edita adhuc a Berlage et Scheuffgen 1899 modo in usu penes populum est; *Katechismus der christl. Lehre,* 1804, adhibebatur [1]) in dioec. monasteriensi ad a. usque 1887; in osnabrugensi ad a. 1900. — Quod pro ditione monasteriensi erat Oberberg, erat pro dioecesi trevirensi Victor Jos. Dewora „Oberberg trevirensis" propterea dictus. Natus est Hadamari in Nassovia 21. Juni 1774. Egit prius parochum factusque est director paedagogii trevirensis formavitque ad 700 ludimagistros. In scholarum et iuventutis commodum circa 50 ll. composuit ingenti fructu. Ita *die sittliche Erziehung der Kinder* in Elementarschulen, Hadamar 1819; *die Kraft der Religion,* 1821; 1832 ed. 4; *die Macht des Gewissens,* 1824; 1833 ed. 3; *die Schule der Weisheit* für Knaben, 1838; ed. a Niessen et Mertens 1896. Obiit canonicus et concionator cathedralis [2]) 3. Mart. 1837. — Alexius Vinc. Parizek (Parzizek) consiliarius consistorialis litomericensis (n. 10. Nov. 1748; † 15. Apr. 1822) plura [3]) reliquit ad instruendos Pragenses ludimagistros et ad tradendam disciplinam catecheticam, inter quae Leitfaden der Vorlesungen *über die Katechetik.* Nebst einem Verzeichnisse der brauchbarsten katechetischen und pädagogischen Bücher zum Behuf der sich für das Katechetenamt an Schulen bildenden Theologen, Prag 1816 in 4. Multi quoque exstant ejusdem libelli ascetici et precatorii, paedagogici, musici: erat enim paedagogus clarus et egregius musicus. — His adde Conradum Tanner OSB. Arthensem, Helvetum n. 28. Dec. 1752 abbatem einsiedlensem (30. Dec. 1808; † 7. Apr. 1825), de monasterio ejusque schola optime meritum, qui et Sanctuarium b. M. V. a Gallis vastatum restauravit. Reliquit [1]) *Betrachtungen* zur sittlichen Aufklärung im 19. Jahrh., Augsburg 1804—8 t. 5; *Bildung des Geistlichen* durch Geistesübungen, ib. 1807, cui duplici op. ejus successor Coel. Müller, alios t. 5 adjecit. Paedagogica sunt *Versuche* in Briefen, Basel 1885—87 t. 2; iterum ed. a G. Morel inscriptae *Schulbriefe* aus den Bergkantonen 1813; 1839; *Vaterländische Gedanken* über die mögliche gute Auferziehung der Jugend, Zürich 1787; Einsiedeln 1853. — Daniel Krüger wratislaviensis n. 1763 director seminarii ludimagistrorum primarii, catechista et concionator cathedralis (1810—32), professor paedagogiae in seminario clericorum et 1812 canonicus, a facultate philosophica et theologica wratislaviensi doctor h. c. dictus († 1833) cum Jos. Liebich directore seminarii ludimagistrorum glacensis († 1835), qui meruit de institutione in scholis per Silesiam, quem in finem et libellos edidit [2]). Reliquit etiam *conciones* et *Fürstb. Em. v. Schimonsky.* Kurze Darstellung s. Lebens und Beschreibung s. 50jähr. Priesterjubiläums, Breslau 1826. — Expertus paedagogus fuit Jo. B. Hergenroether n. Bischofsheimii 1780, director seminarii ludimagistorum wirceburgensis (1816), ut testatur ejus

[1]) Cf. Kirchliches Handlexikon II, 127. Catechismum majorem et minorem, qui uterque aliquoties prodiit (major Goslar 1811 etc., minor ib. 1815; 1816 ed. 3.) concinnavit Gotthard (Jo. Bern.) Ontrup OSB. in monasterio hildesheimensi, eoque suppresso parochus (n. 28. Oct. 1773; † 1826—27). Cf. Rassmann I, 246; allg. d. Biogr. 24, 359.

[2]) Cf. Kirchl. Handl. 1, 1095; allg. d. Biogr. 5, 106; thes. p. 170.

[3]) Cf. Thes. librorum rei cath., Würzburg 1850 pag. 613; Kayser vollständiges Bücherlex., Leipzig 1834 IX, 301 s.; Wurzbach 21, 314 s.

[1]) Cf. Meyer OSB. KL. XI, 1203.

[2]) Cf. Reusch allg. d. Biogr. XVII, 270; thes. ll. rei cath. p. 456.

Erziehungslehre im Geist des Christentums, Sulzbach 1830 ed. 2. Obiit parochus wirceburgensis 1833. — Ant. Fontana sacerdos composuit *Manuale* per l'educazione umana, Milano 1834 t. 3 in 12. — Inter paedagogos celebre adeptus est nomen Franc. Mich. Vierthaler n. 25. Sept. 1785 in ditione salisburgensi. Historiae studio delectabatur et hujus studii fructus exstitit *Philosophische Geschichte der Menschen und Völker,* Salisburgi 1787—95 t. 5; t. 6. et 7. Viennae 1818. 1879. Cum ea aetate paedagogia admodum foveretur, archiepiscopus salisburgensis magistrorum seminario directorem eum praefecit et professorem paedagogiae in universitate et seminario constituit. Totus vixit paedagogiae, quem in finem plura edidit libros, inter quos *Der Geist der Sokratik,* Salzburg 1793; *Geschichte des Schulwesens* und der Cultur, ib. 1804. Viennae rexit magnum orphanotrophium, quod reddidit sua sollicitudine et diligentia celebre exemplar ejusmodi institutorum. Vixit ipse laicus vitam exemplarem ex fide, quam magni theoretice et practice fecit. Decessit plenus meritis[1]) 3. Oct. 1827. Opuscula ejusdem selecta praemisso auctoris elogio Glöckl Freiburg 1893 in Pädag. Bibliothek t. 6; et cur. W. von der Fuhr in Samml. der bedeutendsten pädag. Schriften aus alter u. n. Zeit, Paderborn 1904 t. 29. prodierunt.

503. In *Germania* praeter tot alios[2]), quorum jam fecimus mentionem, inter *concionatores,* inferioris tamen notae, numerantur Jo. Jos. Natter O. Cruc. Pragensis n. 9. Maj. 1767, parochus et consiliarius consistorialis, auctor etiam ll. asceticorum, qui tamen spiritum solide catholicum non adeo spirant[1]). Describit etiam *Die Wege der Vorsehung* in den Schicksalen des jüdischen Volkes, Prag 1817; 1822. Obiit inter a. 1822—33. — Joannes Bestlin parochi et quondam vicarii generalis ellwangensis, cujus memoriam Hirscher renovavit, *conciones* ab idearum copia, perspicuitate et gravitate laudantur. Eae iterata editione prodierunt 1846. Edidit et plura ascetica pro populo. — Caroli Klein parochi manheimensis *conciones* prodierunt cura editoris anonymi Moguntiae 1829—34 t. 6 in 8., in quarum t. 1. legitur brevis de auctore notitia[2]). — J. Martini Flad *Das Evangelium in Predigtskizzen* auf alle Sonn- und Festtage des Jahres, Rottweil 1826 pp. 2 praemio fuit donatum. — Ludovicus Ant. Krug Wirceburgensis, parochus werfensis (n. 27. Sept.; † 17. Nov. 1837) dedit *Beiträge zur Homiletik,* Landshut 1822 t. 2 in 8; *Darstellung* der Regeln der geistl. Beredsamkeit, Wien 1824. — Franc. Jos. Moser concionatoris argentoratensis conciones ediderunt t. 7 Raess et Weiss Frankfurt 1831—36; 1844—45. — Hos praecellit Adrianus Gretsch OSB. in Scotorum monasterio Viennae n. 11. Oct. 1753. Fervens erat verbi divini praeco. Apud sodales erat dogmatum et novi foederis professor et prior, deinde diu parochiam administravit († 28. Oct. 1826). Multas reliquit conciones, quae seorsim et collectae prodierunt Moguntiae 1830 t. 8; Friburgi cur. Vidmar 1880 t. 4 etc. Eae excellunt soliditate et robore, comparationum luminibus florent. — Josephus Stanislaus Albach Min. Posoniensis (n. 2. Febr. 1795) ita in patria sua concionibus inclaruit, ut diceretur

---

[1]) Cf. Anthaller F. M. Vierthaler, der Salzburger Pädagog Salzburg 1880; Kaulen KL. XII, 947; Zillner allg. d. Biogr. 39, 679—82; Rolfus Literar. Hdw. 1894, 409; 1902, 267.

[2]) Ab a. 1818—28 t. 13 (1830—38 cur. Raess et Weiss ed. 2) prodierunt sermones Antonii Jeanjean schletstatensis n. 1727, seminarii regentis et rectoris universitatis (1786), qui insignis plane erat concionator († 1790).

[1]) Cf. Wurzbach 20, 95; thes. 576 s.

[2]) Cf. Quartalschrift Tübingen 1829 p. 76—85.

Lacordaire hungarus: sed non diu concionari ei licuit ob infirmitatem. Prodierunt *Erinnerungen* an Gott, Tugend und Ewigkeit in Predigten, Pesthini 1831. — In Anglia praestans concionator erat Jac. Archer Londini n. 17. Nov. 1751, qui et londinensem agrum strenue excoluit. Fuit et vicarius generalis et in meritorum praemium a pontifice theologiae doctor renunciatus († 22. Aug. 1834 a aetatis 82). Saepius prodierunt ejus Sermons, et quidem conciones in dies festos (cum aliis), Londini 1784 t. 5 in 8; in dies dominicos cum aliis, ib. 1794 t. 5 in 8, etiam ex parte germanice, Bambergae 1804 t. 2. — Franc. Martyn Norwicensis (n. 1782; † 18. Jul. 1838) strenuus et zelo ardens missionarius multos anglicanorum solidis et piis concionibus ad veram reduxit fidem [1]). Prodierunt praeter alia *Homilies* on the Book of Tobias, Eboraci 1817; Londini 1817; *Lectures* on the Calumnious Aspersions thrown on the Catholic Religion, Londini 1830 etc.

504. Famam insignis concionatoris in Gallia adeptus est Nicolaus Tuite de Mac-Carthy e nobili prosapia hiberna oriundus n. 19. Maj. 1769. Pater ejus cum ipse adhuc puerulus esset, in Galliam emigravit. Turbatissimo illo tempore privato se dedit studio piamque duxit vitam. Amplexus est vitam clericalem ordinatusque sacerdos 1814. Mox concionibus inclaruit: hinc iam a. 1817 oblatus ei fuit episcopatus montalbanus: maluit tamen ducere vitam humilem ingressusque est societatem Jesu (7. Febr. 1818). Votis oblatis praedicando verbo Dei iterum se dedit atque in praecipuis urbibus Galliae et Italiae conciones habuit († 3. Maj. 1833). Eae excellunt solidate, diligenti accuratione, stili elegantia, idearum nobilitate et felici lucidoque usu s. Scripturae [1]). Saepe prodierunt, ut Lugduni et Parisiis 1834—36 t. 4, germanice 1840; 1892 t. 2. — Joannes Franc. Steph. Borderies Montalbanus n. 24. Jan. 1764 ne illicitum praestare jusjurandum cogeretur, maluit cum tot aliis suis collegis in exteras migrare regiones. Mox tamen rediit et non sine periculo magno zelo clam juvit quoquo modo poterat oves derelictas. Talleyrand cardinalis eum postea assumsit in archidiaconum. Insignis erat concionator, prudens animarum moderator, juventutis amicus. Nominatus est vicarius generalis parisiensis (1819) et episcopus versaliensis (1827; † 4. Aug. 1832). Dupanloup ejus discipulus, qui gratus fatetur se omnia ei debere, ejus *sermones,* Parisiis 1834 t. 4 in 12 edidit, descripsitque vitam [2]), quae demum prodiit ib. 1904. — Maria Nicolaus Fournier de la Condamine patria Gesiensis (Gex) n. 27. Dec. 1760, qui insigni profectu in Sorbona studiis operam dedit atque doctoris lauream promeruit, ingressus est congr. s. Sulpicii, cui praefuit Emery vir piissimus. Dum omnia susdeque verterentur, Aureliani latebat. Ordine utcunque restituto Parisios se contulit concionibusque inclaruit. Cum in quadam concione admodum deploraret mortem Ludovici XVI., iram incurrit Napoleonis, qui eum non solum carceri tradidit (29. Maj. 1801); imo indigno modo quasi mente captus esset, tractare voluit. Demum intercedentibus card. Fesch et La Tour du Pin episcopo trecensi, qui eum in suum vicarium generalem selegit, libertati fuit restitutus, imo brevi post ipse Napoleon eum ab eleemosynis habere voluit (1806) et imperii baronem cre-

[1]) Cf. Gillow IV, 496—500.

[1]) Cf. Feller V, 424; Sommervogel V, 238 ss.

[2]) Cf. Feller 2, 96, qui de ejus sermonibus scribit: On y trouve des instructions solides, plus remarquables cependant par l'élégante correction du style que par la profondeur et la force des pensées; l'Episc. pag. 682.

avit (1809), equitem legionis honoris (1810), et episcopum monpelliensem nominavit. Bonum sui gregis quocumque potuit modo promovit, seminaria iterum aperuit, sodalitates pias vel instituit vel fovit, omnis generis bonis operibus institit; virtutum exemplo fideles aedificavit [1]), gregem suum sedulo visitavit; in pauperes erat beneficus, omnibus gratus et acceptus († 29. Dec. 1834). Inter praestantiores sui temporis concionatores recenseri meret. Cum esset adhuc puer, clam in sacello ardenter concionabatur, ac si adesset frequens auditorium. Reliquit insignes literas pastorales et ordinationes; Discours *sur les vérités fondamentales de la Religion* (posthumi) Montpellier 1838 in 8. cura M. Grasset, qui sibi permisit quasdam emendationes, quae tamen non omnibus arriserunt; inter Migne Orat. sacrés t. LXXIV reperiuntur 41. Multa ejusdem scripta manserunt inedita, inter quae Réfutation de l'abbé de Lamennais. — Inter *Belgas* laudantur Petrus Aug. Michielsen (n. 11. Mart. 1770; † 16. Jun. 1837) et Petr. Jos. Restelen Granmontensis parochus et decanus (n. 1. Jun. 1757; † 29. Dec. 1829), cujus *sermones* [2]) in Evangelia dominicalia et festorum posthumi prodierunt Gandavii 1833 t. 3 in 12. — *Itali* sunt Philippus Donadoni, qui tamen in juvenili aetate decessit (1826). Post ejus mortem prodierunt plures conciones [3]). — Philippus Nani Min. (n. 1759) s. eloquentiae, philosophiae et theologiae lector, Pio VI. acceptus et aliquot congregationum romanarum consultor, pluribus in civitatibus ingentem auditorum multitudinem attraxit [4]). Vir erat eruditus, sed imaginationis nimis exuberantis et eloquentiae plausum captantis, quae commendationem non meret. Obiit rationis usu privatus 19. Febr. 1828. Ejus *conciones* prodierunt Bononiae 1819; Genuae 1821; Pisauri 1828. — Multum laudatur *Corso di istruzioni catechistiche* Angeli Raineri Mediolanensis (n. 1761), qui primum prodiit [1]) Mediolani 1841—42; saepius deinde et adhuc 1901. Magno omnium, pauperum praesertim, luctu pauper ipse sicut semper vixerat defunctus est 7. Maj. 1840. — Ejusmodi cursum reliquit Ildeph. Bressanvido in *Istruzioni catechistiche,* Neapoli 1848 t. 2; Istruzioni morali *sopra la dottrina cristiana,* Bassano 1887 t. 3 in 4; germanice juxta priorem ed. interprete S. A. Belleroche OSB. Augustae 1836—41 t. 6 in 8; 1845 t. 12, quae laudantur a soliditate, claritate, stilo vegeto.

505. Inter *ascetas* commemorare licet Claudium Arvisenet Lingoniensem n. 8. Sept. 1755. A La Luzerne dictus est canonicus et archidiaconus lingoniensis. Propter recusatum iniquum juramentum in constitutionem civicam cleri Lucernam confugere coactus est, ubi concinnandis libellis piis incubuit, inter quos eminet *Memoriale vitae sacerdotis,* per Europam vulgatissimum, propter quod meruit a Pio VII. laudari; *Sapientia christiana* t. 2, ab auctore gallice etiam editus 1803, sicut et *Manuductio juvenum ad sapientiam.* Rebus

[1]) Cf. Saurel M. N. Fournier in Mémoires de la section des Lettres de l'Acad. des Sciences et Lettres de Montp. 1890—92 pag. 39—536; Depery Notice sur M. Fournier, Montpellier 1835; Bertrand Bibl. Selpic. III, 214—40; Feller 3, 652.

[2]) Cf. Biogr. nat. XIX, 166 s.

[3]) Cf. Lessico eccles. II, 109.

[4]) Less. eccl. II, 679.

[1]) Cf. Less. eccl. IV, 447. Alius ab eo est Jo. B. Rayneri Pedemontanus in philosophia bene excultus, professor methodicae generalis in universitate taurinensi (1848—67), membrum consilii pro instructione publica et praeses facultatis philosophicae († 1867), cujus opus *della Pedagogia ll. 5* germanice ediderunt et annotationibus illustrarunt A. Keel et Fr. X. Kunz, Freiburg 1909. Opus est egregium, completum et systematicum, fontibus christianis innixum. Cf. Krieg Literar. Rundsch. XXXV. (1910), 40.

in Gallia utcunque compositis factus est canonicus et vicarius generalis trecensis. Magnam egit personarum religiosarum necnon et pauperum curam († 17. Febr. 1831). — Car. Leonardus Premord vicarius generalis argentor. (n. 30. Jul. 1760; † 22. Aug. 1837), Parisiis canonicus, et unus e capellanis Caroli X., de quo cf. Gillow V, 362. — Corbinianus (Jo. Jos. Antonius) Riedhofer Beuerbergae in Bavaria 23. Oct. 1772 n. OSB. in monasterio benedictoburano, parochus, vir admodum pius et scriptor ferax multorum piorum opusculorum (45) in utilitatem populi fidelis editorum [1]) († 14. Dec. 1839). — Car. Aloys. Nack n. Hoelzhaimi prope Dillingam 114. Nov. 1751, aliquamdiu OSB. in monasterio Naresheim, quo (1807) suppresso factus est parochus, dein canonicus augustanus († 8. Jul. 1829). Ferax erat auctor opusculorum catecheticorum, paedagagicorum, praesertim asceticorum, quibus fideles libentur utebantur [2]).

[1]) Cf. longum eorum elenchum apud Lindner I, 153 ss.

[2]) Cf. thes. ll. rei cath. pag. 574 s.

V.

Theologi annorum 1841—1869.

I. Theologia dogmatica.

506. Jam ad eam theologiae recentioris periodum, quae usque ad concilium vaticanum excurrit, accedamus, atque ab iis exordiamur, qui in *Germania* theologiam dogmaticam elaborarunt vel saltem inchoarunt [1]). Quod doctrinam sanam spiritumque probe catholicum attinet, omni laude dignus

[1]) Romanus Mittich O. S. Ben. Elchingae Salisburgensis n. 23. Sept. 1760, qui suppressa abbatia ad Scotos Viennae transiit (1803), ibique aliquamdiu munere magistri novitiorum et lectoris theologiae moralis functus est, dein parochiam rexit († 11. Mart. 1841), praeter *conspectum systematicum*, luci dedit *systema universae christiano-catholicae theologiae*, Günzburgi 1792. — Simon Buchfelner scriptor ferax librorum asceticorum (cf. thesaurus librorum rei cath. pag. 103—105) edidit *Ueber Geistererscheinung* juxta Calmet (IV³, 1424), München 1837; 1855 ed. aucta. *Belehrungen* über die alleinseligmachende Religion und Kirche, Regensburg 1855; de eodem argumento scripserat ib. 1833: *Darstellung und Beherzigung* der vollständigen christkatholischen Religionslehre mit Rücksicht auf die Unterscheidungslehren, nach Schwarzenhuber (p. 279 a.) frei bearbeitet, Ratisbonae 1844 t. 3 in 8. Vertit quoque Holzhauser Commentarium in Apocalypsin (III, 1039 a.) germanice München 1827. — A. Boes, de quo cf. Gla 1. II, 672. — Ignatius Thanner n. 9. Febr. 1770 Neofori ad Rottam in Bavaria, Landishuti philosophiae professor (1805—8), cathedram theologicam Patr. Ben. Zimmer aliquamdiu supplevit. Inde transiit Oenipontem philosophiam traditurus (1808—10), postea Salisburgum, directoris studii philosophici et praefecti bibliothecae munere auctus, quo functus est ad a. 1849. Decessit grandaevus (28. Maj. 1856) relictis plurimis scriptis, philosophicis praesertim, in quibus Kantii, dein Schelling sectatur vestigia. Eadem principia ad theologiam dogmaticam applicare conatur in l. Wissenschaftliche Aphorismen der kathol. Dogmatik, Salisburgi 1816 in 8. Continuavit opus a Mutschelle coeptum (cf. p. 350) *Moraltheologie*. Cf. Werner Geschichte der Theologie pag. 305—10; Wurzbach 44. 172 ss. — Max de Stadlbaur († 5. Sept. 1866) diu theologiae dogmaticae in universitate monacensi professor edidit *Lehrbuch* der christlichen Religion, Monasterii 1847; 1856, diu in Bavariae gymnasiis in usu; Ueber die Idee Gottes im Verhältniß zur Religion und Moral, 1834; über das höchste und letzte Prinzip der Moral 1839. Cf. Knöpfler d. Biogr. 35, 378. — De Emmeramo Salomon O. S. Ben. in monasterio ad s. Emmeramum (n. 18. Jul. 1773; † 14. Apr. 1845, qui per 35 annos profes-

est Bruno Franc. Leop. Liebermann[1]). Natus is est Molshemii in Alsatia 12. Oct. 1759. Egregie absolutis studiis humanioribus, philosophicis et theologicis, fere semper inter condiscipulos primus, mox seminarii argentoratensis director et concionator in ecclesia cathedrali est constitutus. Post aliquot annos acceptavit parochiam Ernolsheim, ubi verus exstitit fidelium pater et pastor apostolicus, sub quo effloruit pietas et omnis virtus, unde ab omnibus erat impense dilectus. Propter recusatum jusjurandum fugere est coactus (1789). In exsilio praefuit alumnis exsulibus. Rediit in parochiam suam a. 1795, sed nonnisi clam cum jugi capitis periculo ovium suarum curam potuit gerere. Sub praetextu conjurationis adversus regimen captus (12. Mart. 1804), Parisios deportatus et carcere duro detentus fuit, in quo libris omnibus, si breviarium et librum meditationis excipias, destitutus orationi et meditationi se dedit. Demum post octo menses cura amici sui Colmar, qui interim factus erat episcopus moguntinus, libertati fuit restitutus. Moguntiam ad amicum suum se recepit, qui eum praefecit seminario e cineribus suscitato (1805), cujus ipse cum praestantissimo praesule sollicitus erat parens. Illius indefessae sollicitudini, prudentiae et zelo apostolico debemus statum florentissimum illius instituti ex quo tot prodierunt operarii strenui, vero spiritu ecclesiastico imbuti, qui in dioecesibus conterminis cultum divinum pietatemque restaurarunt. Etsi regens praelectiones diligenter habuit de jure canonico, historia ecclesiastica, theologia pastorali et ab a. 1812 de theologia dogmatica. Dum a. 1813 infirmis militibus cum ipso Colmar curam sedulam impenderet morbum lethalem contraxit, a quo tamen reconvaluit. Episcopatum metensem a Ludovico XVIII. sibi oblatum (1823) modeste recusavit, sed precibus Tharin episcopi argentoratensis eum propemodum reclamantis, Argentoratum rediit auctus munere vicarii generalis, quod diligenter strenueque in bonum dioecesis diu gessit, etiam sub ejus successoribus de Trevern et Raess (qui ejus quondam erat discipulus admodum carus), atque omni quo poterat modo et infatigabili zelo bonum fovebat promovebatque Ecclesiae. Decessit hic vir divinae providentiae illo tempore tam tristi plenus meritis ab universo clero, cujus erat lucidissimum exemplar, maximi factus 11. Nov. 1844 a. aetatis 86. Innotuit suis *institutionibus theologicis*, quae primum prodierunt Moguntiae 1819—27 t. 5, deinde saepius; ib. 1870 ed. 10 t. 2 in 8; quod opus haud parum contulit ad sanae theologiae dogmaticae studium promovendum: commendatur enim a doctrinae sanitate, expositionis claritate dictionisque latinae nitore; unde illud plurimis in seminariis adhibitum fuit. Reprobat quidem articulos declarationis gallicanae, sed quominus adoptarentur ejus institutiones Romae in collegio de propaganda fide, obstitit, quod rom. pontificis infallibilitatem non satis urgeat neque ut omnino tenendam proponat. Qua de re cf. literas ad eum datas a Reisach apud Guerber cap. 21. Inter ejus discipulos, qui ex variis quibus praefuit scholis prodierunt, eminent Nettner SJ., Doffner, Raess, Lennig, Klee, Nic. Weis, de quo infra, Geissel cardinalis († 1864),

---

sor theologiae dogmaticae et philosophiae religionis fuit, egimus supra pag. 651. Discipulis erat magister acceptissimus, qui eorum paternam habuit curam. Edidit ipse V. T. ad exemplar vaticanum (Ratisbonae 1805) et N. T. vulgatae ed. (ib. 1806) utrumque ib. 1826.

[1]) Alius a Paulo Maria Francisco L. pariter Alsata, qui quondam Judaeus (n. 24. Mart. 1803) fidem amplexus est catholicam (1826) condiditque congregationem s. cordis Mariae pro convertendis nigris, quae deinde conjuncta fuit congregationi s. Spiritus. Decessit congregationis praeses 2. Febr. 1852. Ejus vitam descripsit card. Pitra, Parisiis 1873 ed. 2; germanice Stuttgart 1893.

Foliot, Busch, Remling, Lüft († 1870), Ad. Marcus et Josephus Nickel († 1855), Riffel, Himioben, Kehrein etc. Aliquamdiu etiam redegit cum Görres egregios fasciculos literarios *Katholik* [1]), eique inseruit plures articulos. Reliquit et conciones ed. 1851—53 t. 3 cura Fr. Sauter, qui tamen aliqua in iis mutavit alienasque iis interseruit.

507. Secundum novum concipiendi modum theologiam dogmaticam scripsit Bernardus Galura. Lucem aspexit B. Galura Herbolzhemii in Brisgoja 21. Aug. 1764. Juvenis ingressus est ord. Min.; sed monasterio a Josepho II. suppresso, theologiae studuit Friburgi, ubi postmodum in seminario studiorum praefectum egit; mox tamen parochus factus est (1791). A Francisco imp. post alia munera dictus est referendarius ecclesiasticus penes gubernium Oeniponti (1815), et postquam fuit vicarius generalis antearulanus et episcopus auxiliaris (1819), demum electus est episcopus princeps brixinensis (1829), cui ecclesiae praefuit bonus pastor a. 32, pauperum verus pater. Decessit multis honoribus auctus 17. Maj. 1856 a. aetatis 92. Felix fuit in seligendis viris idoneis pro institutione cleri, unde ex seminarii brixinensis professoribus egregii prodierunt episcopi. Innumera scripsit non solum ascetica, homiletica, paedagogica, catechetica in utilitatem populi, cujus bonum impense promovit [2]), sed et *Lehrbuch* der christl. Wohlgezogenheit, 1841 ed. jam 5; *Christkatholische Religion* in Gesprächen eines Vaters mit seinem Sohne, Augustae 1796—99 t. 5 in 8; 1804; in primis vero *die christkatholische Theologie* nach der Idee des Reiches Gottes, Oeniponti 1844. 1845, cura J. Fessler, quae est ed. 3. operis *Neue Theologie des Christenthums* wie dasselbe von Ewigkeit im Sinne Gottes war und in der Zeit aus dem Munde des Sohnes Gottes gekommen ist; ein Plan zur Reform der Theologie und ein Versuch, die Lehre vom Christenthume auf die ursprüngliche Sprache, Simplicität und Schönheit wieder zurückzuführen, der gelehrten Welt zur Prüfung vorgelegt, Augustae 1800—4 t. 6; est theologia popularis et practica [1]). *Acta Martyrum* P. Th. Ruinart opera ac studio collecta, Augustae V. 1802. 1803 t. 3. Ex his collegit *Das wahre Urchristentum* oder die Lehre und das Leben der Christen in den vier ersten christlichen Jahrh., quod ex ejus schedis edidit presbyter anonymus brixinensis, Innsbruck 1855.

508. Exinde variis per Germaniam theologis haec theoria disponendi theologiam dogmaticam arrisit, et secundum eam eodem fere tempore quo Liebermann elaboravit Fridericus de Brenner lingua patria cursum theologiae dogmaticae. Natus is est [2]) Bambergae 10. Jan. 1784. In studiis ita excelluit, ut semper primus, vel inter primos esset et jam a. 1803. philosophiae doctor renunciaretur. Dum seminarium incoleret, praemium promeruit de themate ab episcopo Georgio Carolo de Fechenbach proposito: *Was hat der Seelenhirt an Jesus* als dem vortrefflichsten und nachahmungswürdigsten

---

[1]) Cf. plura de Liebermann in praeclara biographia adornata a Jos. Guerber: Br. Fr. L. Liebermann, Friburgi 1880. de qua cf. hist. pol. Bl. 86, 735—57; idem in KL. VII, 2005—9; Lit. Handweiser 1880 pag. 464—7, deque ejus *institutionibus* ibid. 1870 pag. 273.

[2]) Cf. Tinkhauser Leben und Wirken des Fürstbischofs Galura, Oeniponti 1856; Mitterrutzner KL² V, 84; thes. p. 272 s.

[1]) Cf. Felder Litzt. 1810 I, 118—33. Quasi supplementum adjecit S. Bertsche *Beiträge* zur Philosophie des Christentums, Salzburg 1803.

[2]) Cf. Wittmann, KL² 2, 1231; Thiem in Zeitschrift für Philosophie und kath. Theologie 1849 IV, 213—18. — Alius ab eo est Jo. B. Brenner parochus, cujus est *Geschichte des Klosters Waldsaßen* nach Quellen bearbeitet, Nürnberg 1836.

Muster aller Seelenhirten vorzüglich *nachzuahmen?* Ad acquirendam doctoratus theologici lauream frequentavit universitatem landshutanam ibique elaboravit diss. *Was ist ein wahrer Gottesprophet* nach dem Sinne der Schrift, Landshut 1808. Redux in dioecesim aliquamdiu laudabili zelo curae animarum se impendit; a. 1813 in seminario magno alumnorum bono subregentis et ab a. 1820 regentis munere est functus cathedramque theologiae dogmaticae in lyceo acceptavit, quam tenuit ad a. 1845. Canonicis adlectus a. 1821 factus est a. 1844 capituli decanus († 20. Aug. 1848). Praecipuum ejus opus prodiit inscriptum *Freie Darstellung der Theologie* in der Idee des Himmelreichs oder Dogmatik nach den Bedürfnissen unserer Zeiten, Bambergae 1815—18 t. 3 in 8; illud bis in melius retractavit reformavitque ediditque inscriptum *katholische Dogmatik,* Francofurti 1826—29 t. 3 in 8. et demum sub titulo *System der katholisch-spekulativen Dogmatik* oder Theologie, Ratisbonae 1837. 1838 cum supplemento [1]), ib. 1847. Alia ejusdem opera sunt: *Beiträge zur Erhebung des Sinnes* für h. Wissenschaft und geistliches Leben, Bambergae 1820; Francofurti 1826, l. eleganti stilo conscriptus atque pietatem spirans editus in alumnorum suorum utilitatem. *Versuch einer historisch-philosophischen Darstellung der Offenbarung* als Einleitung in die Theologie [1]) pp. 3, Bambergae 1810; 1812; *geschichtliche Darstellung* der Verrichtung und Ausspendung der Sacramente von Christus bis auf unsere Zeiten [2]), ib. 1818—24 t. 3 in 8., in quibus agit de baptismo, confirmatione et eucharistia, opus laude quidem dignum ab eruditione historica, archaeologica et liturgica, sed methodo minus nitida et apta dispositum; *Ueber das Dogma* zugleich Beantwortung der Frage: Wer wird selig [3])? Landishuti 1832; 1834; 1835 cum *Nachträge* zur Schrift über das Dogma etc., 1833 (gegen S. Buchfellner: *Beweise der Offenbarung* dass es zur Erlangung der Seligkeit nicht gleichgültig sei, zu welchem Glauben man sich bekenne 1833), et *Offener Brief* an Dr. Troll mit Nachtrag gegen Buchfellner 1833, quae tria opuscula prohibita sunt 15. Jan. 1835. *War Jehovah den Hebräern blos ein Nationalgott?* Landshut 1821; *Das Gericht* oder Aufdeckung der Unwissenheit oder Unredlichkeit lutherischer Doctoren der Theologie und Pastoren im Darlegen des katholischen Lehrbegriffes [4]), Bambergae 1829; 1830; *Lichtblicke von Protestanten* oder neueste Bekenntnisse für die Wahrheit bei ihren Gegnern [5]), ib. 1830; *Kaiser Heinrich der Heilige* und König Max Joseph in Beziehung auf Bambergs kirchl. Verfassung; eine historische Parallele zu Walchner's Schrift: *Bischof Otto* etc., ib. 1818; Francofurti 1826. Redegit meliori jam spiritu aliquamdiu fasc. literarios a Batz conditos *theologische Zeitschrift* (1811—14) t. 4—10, quibus inseruit diss. suam primam supra laudatam 1—45; 95—129 (t.

[1]) Cf. Werner Geschichte der kathol. Theologie p. 371 s.; de priori tomo diligentem conspectum cum accurata crisi exhibet Drey Tüb. Qtlschr. 1838 p. 83—103. Cf. de ed. 2. ib. 1828. p. 511—32; 1829 p. 298—308; Brück I², 410: Wenn auch die tiefere, speculative Auffassung der kirchl. Lehre und hie und da auch die theol. Genauigkeit noch Manches zu wünschen lässt, so hat das Werk doch den Vorzug einer gefälligen Darstellung, einer gründlichen Beweisführung der Dogmen aus Schrift und Tradition und der Betonung des historisch-apologetischen Momentes. P. Wittmann KL. 2, 1231; Lauchert allg. d. Biogr. 47, 221—4.

[1]) Cf. Felder Litzt. 1811 pag. 316—32; 337—74.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1819 p. 628—635; 1821 pag. 655—668; Kerz Litzt. 1826 III, 198—213.

[3]) Cf. Kerz Literaturzt. 1833 I, 144—84; Reusch II, 1088.

[4]) Cf. Katholik 34 (1829), 119—24.

[5]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1830 p. 599—602; Katholik 37 (1830), 69—79.

III.); et diss.: *Etwas über Einführung der Muttersprache bei der Liturgie* (I, 275); *Dämonologie* (t. V. VI); *Auch noch eine Antw.* auf die Frage: Läßt die Ehe nach dem Ausspruche Chr. in irgend einem Falle eine Auflösung vom Bande zu III, 46—73; *über messianische Weisssagungen* nebst einer Erklärung der wichtigsten Stellen des A. B., die als solche in den Schriften des N. B. angeführt werden (t. VI. VII). Ejus *orationes funebres* in rom. pontifices (4), archiepiscopos (2) et principes (2) laudantur.

509. Greg. Thomas Aquinas Ziegler OSB. in monasterio wiblingensi huc referri potest, quod curaverit, emendaverit, in pluribus atque annotationibus auxerit ed. 4. *institutionum* theologiae dogmaticae E. Klüpfelii (pag. 565). Natus est G. Th. Ziegler in oppido Sueviae Kirchheim 7. Mart. 1770. Suppresso monasterio, cujus erat prior, et repudiato munere docendi sibi oblato cum pluribus sodalibus [1]) Tynecum in Polonia transmigravit (1806), ubi in antiquo benedictinorum monasterio sedem fixit. In universitate cracoviensi cathedram theologiae dogmaticae acceptavit. Sed et Tyneco expulsi fuere sodales et Cracovia desiit esse ditionis austriacae, unde translatus est Lincium historiae ecclesiasticae professor (1810—1815), inde Viennam, ut doceret theologiam dogmaticam. Anno 1822 designatus est episcopus tynecensis. Sedem episcopalem Tarnoviam transtulit, capitulum et clericorum seminarium instituit, ecclesiam cathedralem restauravit, aedem episcopalem propriis expensis aedificavit, dioecesim diligenter visitavit. Inde 13. Apr. 1827 Lincium fuit translatus. Fuit praesul vere apostolicus, plenus zelo, caritate, mansuetudine, omnibus pater et pastor carissimus. Obiit plenus dierum et meritorum [1]) 15. Apr. 1852. Praeter alia ejusdem scripta ascetica, catechetica, homiletica huc referri adhuc possunt: *Von dem theologischen Rationalismus,* Wien 1818. *Die Feier der h. Firmung* in der kath. Kirche, Wien 1817; *Principium theologiae christiano-catholicae,* etiam germanice *Das kath. Glaubensprincip* aus der Geschichte der christlichen Offenbarung nachgewiesen [2]), Viennae 1823; *Sechzehn Thesen,* welche der hochw. Erzbischof von Cöln Cl. August seinem Clerus zu unterzeichnen vorgelegt hat mit den Einwendungen gegen dieselben und mit der kath. Dogmatik verglichen, Lincii 1838 in 8; adversus quem l. scripsit K. H. Blumenbach Hermesianus, Coloniae 1838; praesulis nostri apologia prodiit in fasc. lit. Athanasia 1840 fasc. 1., cui respondere ille nititur stilo viro erudito minus digno in Zeitschrift für Phil. und kath. Theol., Coloniae 1840 fasc. IV. p. 203—13. *Ueber den göttlichen Ursprung des Busssacramentes* in der kath. Kirche in fasc. theologicis editore Frint a. 1. fasc. 1, 191—248; a. 2. fasc. 2, 376—82; a. 4. fasc. 1, 271—309. *Acta et scripta E. Klüpfel* 1820 etc.

510. Magnam nominis celebritatem per Germaniam adeptus est Fr. Antonius Staudenmaier. Donzdorf in

[1]) Ipse in sua autobiographia scribit: »Migrandum itaque de suis sedibus fuit fratribus wiblingensibus, quorum pars potior ita vitam religiosam adamavit, ut remotissima ora petere mallet, quam a suo instituto avelli.«

[1]) Cf. ipsius autobiographia in fasc. lit. Athanasia XXII, 32—43; Lindner Studien und Mittheil. etc. 1884 I, 418—23; Scriptores O. S. Ben. in imp. austriaco-hungarico p. 529—31; Hiptmair Gesch. des Bisthums Linz, Lincii 1885 p. 179—214, et KL. XII, 1958; Wurzbach LX. 50 ss., ubi ejus opera recensentur. — De alio Aug. Ziegler sodali supra egimus p. 28; de Diepoldo Z. p. 638; de Dominico Z. OSB. IV[3], 1175. — M. L. Ziegler scripsit Die lat. Bibelübersetzungen vor Hieronymus und die Itala des Augustinus, München 1879.

[2]) Cf. Jahrbücher der Literatur 1822 p. 75—91.

Würtemberg locus natalis ei fuit 11. Sept. a. 1800. Puer arti patris excolendae destinatur, sed ad altiora vocatus non quievit donec ei permitteretur studiis vacare, quibus etiam tota animi alacritate se impendit. Theologiae studuit sub professoribus tunc temporis claris Drey, Hirscher, Herbst, Feilmoser et Möhler, quem prae ceteris coluit. Disseruit de themate ab universitate proposito: „Quid auctoritatis quidque juris fuerit principibus christianis circa episcoporum electionem a Constantino M. ad hodierna usque tempora, retulitque praemium: quae diss. prodiit aucta et inscripta: *Geschichte der Bischofswahlen,* Tübingae 1830. Dum in seminario rottenburgensi ad suscipiendos ss. ordines se pararet, diss. elaboravit *Ueber den Pragmatismus der Geistesgaben*, quae prodiit in fasc. lit. tübingensibus a. 1828 p. 389—432 et 608—40; et seorsim aucta Tübingae 1835. Post annum in animarum cura exactum revocatur (1828) in convictum Guilelminum, ut repeteret cum alumnis philosophiam et historiam ecclesiasticam. Cum eruditionis fama interim inclaresceret, jam post biennium cathedra ei offertur facultatis recens conditae in universitate giessena (1830). Docuit ibidem encyclopaediam, apologeticam et theologiam dogmaticam. Cum collegis Kuhn, Locherer et Lüft condidit (a. 1834—38) *Jahrbücher für Theologie* und christliche Philosophie, quibus plures inseruit diss. Inde accitus est Friburgum (1837) ad easdem tradendas disciplinas. Ibidem quoque condidit cum collegis *Zeitschrift für Theologie* (1839—48). Ab archiepiscopo adlectus est capitulo cathedrali (1843), a Leopoldo magno duce comitiis notabilium (1851), postquam eum jam antea (1848) sibi voluit esse a secretis consiliis (1848). Ob nimiam studendi contentionem ab a. 1852 gravem contraxit morbum postque multos dolores et angores apoplexia correptus decessit 19. Jan. 1856. Haec pracipua ejusdem opera [1]): *Die christliche Dogmatik,* Friburgi 1844 t. 1 et 2; 1848 t. 3; 1852 t. 4 p. 1., opus inchoatum, sed, quod dolendum, non absolutum, magnae eruditionis [2]); *Johannes Scotus Erigena* und die Wissenschaft seiner Zeit, mit allgemeinen Entwickelungen der Hauptwahrheiten auf dem Gebiete der Philosophie und Religion und Grundzügen zu einer Geschichte der speculativen Theologie [3]), Francofurti 1834 p. 1; pars altera, qua systema Erigenae proponere cogitavit, non prodiit: illud enim exhibet in alio opere, scil. in philosophia religionis christianae et in nonnullis diss. Philosophum tamen hunc in hoc op. nimis admiratur et extollit. *Encyklopädie der theologischen Wissenschaften* als System der gesammten Theologie [4]), Moguntiae 1834; 1840 ed. 2. in duos t. divisa, cujus tantum t. 1. prodiit. *Geist des Christenthums,* dargestellt in den heiligen Zeiten, in den heiligen Handlungen und in der h. Kunst [5]), Moguntiae

[1]) Cf. König KL XI, 744—6; Werner pag. 487 ss., qui ita de ejus operibus censet: Idealer Tiefsinn und Hochsinn, ein nie versiegender Quell lebendiger Begeisterung für alles Edle und Grosse, eine geistreiche Wohlredenheit, die einmal in Fluss gerathen, unerschöflich floss, und welcher sich in fortgleitender Gedankenwendung eine Fülle von organisch verschlungenen Sachbeziehungen erschloss, eine grosssinnige Ruhe und Klarheit, welche sich im nie entgleitenden Gesammtblicke bei tiefsten Eingehen in den Gegenstand stets über denselben zu halten wusste — sind die charakteristischen Eigenschaften seiner schriftstellerischen Musse nach der formellen Seite derselben, die übrigens mit dem sachlichen Inhalte derselben aufs engste verwachsen war; Lauchert F. A. Staudenmaier, Freiburg 1901.

[2]) Cf. Drey Tüb. Qtlschr. 1846 p. 295—320: 1848 p. 470—90.

[3]) Cf. Möhler in Tüb. Qtlschr. 1834 p. 470—85: Zeitschr. für kath. Theologie und Philosophie 1834 IV, 210—42.

[4]) Cf. Drey in Tüb. Quartalschr. 1835 p. 384—403.

[5]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1837 p. 479—87; 1838 p. 703—12; Thalhofer Handb. der k. Liturgik t. 1 p. 120; Kerz 1836 I, 15—20.

1835; 1855 ed. 5; 1880 ed. 8., opus praeclarum et ingeniosum, quo plurimum fidelibus profuit et salutarem dedit impulsum, ut alii viri docti de s. liturgia erudite agerent; *Geist der göttlichen Offenbarung,* oder Wissenschaft der Geschichtsprincipien des Christenthums, Giessenae 1837; *Ueber das Wesen der Universität,* und den innern Zusammenhang der Universitätswissenschaften aus dem Standpunkt der Theologie [1]), Friburgi 1839; *Ueber die Philosophie der Offenbarung* von Schelling, Ztsch. f. Theol. VIII (1842), 247—446; *die Lehre vom Dasein Gottes* und den göttl. Namen, ib. X (1843), 3—156; *die Philosophie des Christenthums,* oder Metaphysik der h. Schrift als Lehre von den göttlichen Ideen und ihrer Entwickelung in der Natur, im Geiste und in der Geschichte [2]), Giessenae 1846, opus non absolutum (ex 4 pp. prodiit tantum prima), Antonio Günther dedicatum, unum e praecipuis auctoris nostri; *Darstellung und Kritik* des Hegel'schen Systems, aus dem Standpunkte der christlichen Philosophie [3]), Moguntiae 1844; *das Wesen der kath. Kirche* mit Rücksicht auf ihre Gegner [4]), Friburgi 1845; *die kirchliche Aufgabe der Gegenwart* 1849, pro episcopis Wirceburgi congregatis; *zum religiösen Frieden der Zukunft,* mit Rücksicht auf die religiös-politische Aufgabe der Gegenwart, ib. 1846 pp. 2: *der Protestantismus* in seinem Wesen und seiner Entwicklung prius in Ztschr. XIII (1845), 233—474; XIV, 1—126; dein seorsim Friburgi 1846; p. 3: *Grundfragen der Gegenwart* mit einer Entwicklungsgeschichte der antichristlichen Principien in intellectueller, religiöser, sittlicher und socialer Hinsicht von den Zeiten des Gnosticismus an bis auf uns herab [1]). 1851 in 8. Alias adhuc doctissimas diss. inseruit variis fasciculis eruditis. Dolendum est auctorem nostrum, qui si quis unquam speculandi sagacitate praeditus erat atque optima ferebatur intentione promovendi decus splendoremque theologiae, a prima juventute propter tristissimam philosophiae et theologiae eo tempore conditionem imbutum fuisse falsis philosophiae systematibus, quibus tamen proficiente aetate et studio gradatim magis semper se exuit, ut pronius se daret saniori speculandi methodo patrum et theologorum scholae: unde in ejus scriptis cernitur manifestus profectus solidae sanaeque doctrinae. Theologia dogmatica ipsi est disciplinarum regina et scientia nobilissima, ad quam reliquae omnes convergant necesse est. — Theologiae s. Thomae viam in scholas Germaniae sternere sategit Dr. H. E. Plassmann in seminario paderbornensi theologiae professor, demum Romae rector ecclesiae Campo santo dictae († 23. Jul. 1864), in op. prolixo *Die Schule des h. Thomas,* Soest 1858—61 t. 5, quod tamen neque absolutum, neque satis bene dispositum, neque stilo satis nitido est conscriptum [2]). Ejusdem quoque est *die Moral* nach dem h. Thomas, ib. 1861.

511. Methodo longe simpliciori ad olim usitatam magis expressa, magna tamen eruditione concinnavit Albertus Knoll Cap. a Bulsano dictus *Institutiones theologiae theoreticae* seu dogmatico-polemicas, Taurini 1853—59 t. 6 in 8., quam secuta est altera editio 1861—64, et 3. opera P. Gottfried recognita, correcta et meliore ordine

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1840 p. 412—22.
[2]) Cf. Zeitschrift für Phil. und kath. Theol. 1839 IV, 106—16; hist.-pol. Bl. 7, 186—216; Tüb. Qtlschr. 1841 p. 484—514.
[3]) »Eine der geistreichsten Beurtheilungen, die über Hegel verlauteten und in ihrer Ausführlichkeit u. Vollständigkeit geradezu erschöpfend«. Werner l. c. p. 475.
[4]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1845 p. 566—71.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1850 p. 580—590.
[2]) Cf. Lit. Handw. 1865 c. 27. Georgius Hannauer Bavarus (n. 1817; † 11. Jan. 1868) philosophiae prof. in lyceo ratisbonensi, dissseruit *Ueber den Ursprung der Ideen* nach Thomas von Aquin 1855.

disposita Oeniponte 1893 t. 1; 1894 t. 2; in compendium redactae prodierunt Taurini 1863 t. 2 in 8; 1892. Praemiserat *Institutiones theologiae generalis* seu fundamentalis [1]), Oeniponti 1846; Taurini 1863 ed. 3. aucta et emendata; 1865. *Compendium theologiae fundamentalis,* quod scil. ope scriptorum A. Knoll aliorumque probatorum auctorum concinnavit Norbertus a Tux ejus sodalis, prodiit Brixinae 1890 t. 2 in 8. Etiam Eug. Morandi professor theologiae in seminario taurinensi Alberti Knoll institutiones theol. gen. recognovit atque novo usui accommodavit, Taurini 1891. Singulare est Knoll sententiam modo antiquatam et certe non amplius ullo modo probabilem tueri, sacerdotem esse ministrum sacramenti matrimonii. Albertus (in baptismo Josephus dictus) Knoll natus est quidem Brunopoli in Tiroli, domicilium tamen parentes habuerunt Bulsani. A prima juventute vocatum se sensit ad ordinem Cap., quem devictis difficultatibus omnibus ingressus est post susceptos sacros ordines 21. Nov. 1818. Merani annos 24 theologiam dogmaticam sodales docuit (1823-47), non neglecta cura animarum, cui sollicite se impendit. A provinciae comitiis electus missusque est Romam definitor generalis, unde sexennio exacto Bulsanum rediit concionesque habuit in ecclesia principe ad finem usque vitae († 30. Mart. 1863). — Jo. Georgius Riegler Hochstadii in Bavaria n. 21. Apr. 1778 theologiae doctor et professor in lyceo bambergensi († 31. Aug. 1847) multa reliquit opera [2]) oblivioni merito data, inter quae *Christkatholische Dogmatik* historisch, biblisch, patristisch, symbolisch, polemisch-apologetisch, praktisch dargestellt, Bambergae 1846—1847 pp. 6 in 8; *die Eucharistie* nach Schrift und Tradition, historisch-kritisch-exegetisch dogmatisch, symbolisch, polemisch-apologetisch, praktisch bearbeitet, ib. 1845 in 8; *das h. Abendmahl* mit Controversen, zum Unterricht in der h. Communion, zur Beseitigung der Controversen und zur Verständigung in der Kniebeugungsfrage dargestellt, den kath. und protestantischen Laien gewidmet, ib. 1845 in 12; *Unauflöslichkeit des Ehebandes* mit der ganzen Lehre von der Ehe nach Schrift und Tradition, historisch etc. dargestellt, ib. 1845 in 8; *die christliche Moral* nach der Grundlage der Ethik des M. v. Schenkl [1]), ib. 1835 t. 3 in 4 pp. ed. 3., opus nimis diffusum; *Compendium* der christl. Moral nach Schenkl, ib. 1836 t. 2; 1846; *der Eid* in geschichtlich-exegetischer-moralischer-praktischer Beziehung [2]), Augustae 1837 in 8. ed. 3; *biblische Hermeneutik* [3], ib. 1835 : 1847; *kritische Geschichte der Vulgata,* Sulzbachii 1820 in 8; quam dedicavit societati biblicae londinensi, opus teste Kaulen plane indoctum [4]); *das Buch Ruth* . . . übersetzt mit Einleitung und philolog. u. exegetischen Erläuterungen, Würzburg 1812 in 8; *die Klagelieder Jeremias* metrisch übersetzt mit Anmerkungen 1814; *die Bergpredigt J. Chr.* kritisch-hist.-praktisch erklärt, Bamberg 1844; *das Leben Jesu Chr.* in Harmonie der 4 Evangelien oder Commentar über die vier Evang. hist.-kritisch-praktisch-polemisch-apologetisch bearbeitet, Bambergae 1845 t. 5 in 8; *Jesus der Messias und der Judais-*

[1]) Cf. Lit. Handweiser 1866 c. 107 ss. et in primis katholische Blätter aus Tirol 1865 pag. 809 ss.

[2]) Cf. thesaurus ll. rei cath. p. 708—10; Reusch allg. d. Biogr. 28, 553.

[1]) Cf. Kerz Litzt. 1826 pag. 83—90 Das Lehrbuch von Riegler stiess ab durch seine endlose Breite. Scheeben, literarischer Handweiser 1867 c. 243; in thes. ll. rei cath. p. 708 dicitur mit einiger mehr wissenschaftlichen als kirchlichen Gesinnung geschrieben.

[2]) Cf. Kerz ib. 1826 II, 151—56.

[3]) Cf. Katholik 59 (1836), 84—102; 185—93.

[4]) Cf. Gesch. der Vulgata p. 15; Tüb. Qtschr. 1821 p. 61—70.

mus, eine historisch-exegetisch-dogmatische Abhandlung hervorgerufen durch ein Beschwerdeschriftlein des Rabbiner Rosenfeld, ib. 1846; quo in op. ostendit Messiam in Christo venisse et modernum judaismum non esse amplius judaismum Moysis; historische, theologische, kirchen- und staatsrechtliche *Denkwürdigkeiten,* zur Verständigung zwischen Kirche und Staat, für Katholiken und Protestanten, ib. 1842 fasc. 6, ob quod opus cathedra videtur fuisse motus.

512. Aloysius Buchner[1]) Murnaviae in Bavaria n. 20. Apr. 1783, admodum juvenis ingressus est ordinem s. Benedicti in monasterio benedictoburano: quo suppresso ante emissam professionem solemnem, Landishuti theologiae studuit, ubi magni factus a Sailer per biennium ei fuit amanuensis loco. Postquam jam parochum egit vocatus est ad docendam theologiam dogmaticam Dillingam (1818—1824), Wirceburgum (1824—1827), demum Monachium (1827—38). Decessit canonicus passaviensis 29. Aug. 1869. Praeter alia edidit *Summam theologiae dogmaticae* in usum praelectionum; Monachii 1828; 1829 ed. 2. t. 4 in 8; *Encyklopädie und Methodologie* der theol. Wissenschaft, Sulzbacii 1837; *Grundsätze der Erziehung,* 1838. — De hoc argumento librum etiam composuit Adamus Gengler Bambergensis (n. 26. Sept. 1799; † 1. Apr. 1866), in lyceo bambergensi historiae ecclesiasticae et juris canonici professor (1828—49) et canonicus, quem rex ad sedem archiepiscopalem bambergensem promovere cogitaverat, honorem tamen ipse deprecatus est. Amore patriae cathedras sibi in aliis universitatibus oblatas recusavit. Ejus sunt[1]): *Die Ideale der Wissenschaft* oder die Encyklopädie der Theologie[2]), Bambergae 1834, opus minus accuratum; *über das Verhältnis der Theologie zur Philosophie*[3]), ib. 1826; *das Glaubensprincip der griechischen Kirche* im Vergleich mit dem der römisch-katholischen Kirche und anderen religiösen Denkweisen unserer Zeit[4]), ib. 1829; *über eine angeblich zu hoffende Indifferenzierung des Katholicismus und Protestantismus* in einem höheren Dritten, ib. 1827; *Von den Rechten* des Staates und der Kirche in Beziehung auf die Bildung des Klerus 1830; *über Einsegnung gemischter Ehen,* 1831; *Aphorismen* über das Verhältnis der Kirche zum Staate, in fasc. literariis tübingensibus 1832 p. 203—53; *über die Verdammung des Nestorius,* ib. 1835 p. 213—99 etc. — Jos. Burcardus Leu Schöngaviae in pago lucernensi 30. Martii 1808 natus, Tubingae theologiae operam dedit (1828—31) et ut in philosophia et philologia magis excoleretur, Berolinum se contulit, ubi etiam Neander et Schleiermacher audiit. Sacerdos ordinatus (1833) cathedram obtinuit apologeticae et theologiae dogmaticae, quoadusque Jesuitis, quorum erat adversarius, concrederetur lyceum: quibus expulsis cathedram rexit historiae ecclesiasticae. Decessit praepositus infulatus capituli lucernensis 22. Jan. 1865. Edidit *Allgemeine Theologie* enthaltend die theologische Encyklopädie und Apologetik[5]), St. Galli 1848;

[1]) Alius ab Andrea Buchner n. 23. Nov. 1776 socio academiae, a consiliis ecclesiasticis et professore historiae bavaricae in universitate monacensi († 13. Dec. 1854), cujus exstant opera philosophica, in quibus aliqua minus probanda tuetur, favet enim rationalismo. Inter ea est *Das Wesen und die Formen der Religion,* Dillingen 1805; Landshut 1809. Majoris pretii est *Geschichte von Baiern,* 1820 ss. t. 10. Cf. Specht Geschichte des k. Lyceums Dillingen p. 163; de Aloysio ib. 196, plura in l. *Dr. A. Buchner* ein Lebensbild von Dr. M. Jocham, Augustae 1870.

[1]) Cf. Körber KL. 5², 288.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1835 p. 192—210; Werner p. 565 s.

[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1827 p. 498—522.

[4]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1831 p. 652—60.

[5]) Cf. Zeitschrift für kathol. Theologie u. Philosophie 1848, I 101—18; III, 140—61; IV, 89—107.

Lehrbuch der speziellen katholischen Dogmatik 1864, opus non magni momenti; *Warnung* vor Neuerungen und Übertreibungen in der kath. Kirche Deutschlands, qui mox prohibitus fuit 14. Febr. 1854, cui judicio auctor se subjecit [1]). *Gieb Rechenschaft von deinem Glauben.* Religionsvorträge für Studierende an Lyceen etc., Luzern 1855.

513. A recto tramite multum deflexerunt malesanae philosophiae innixi duo in primis, quorum unus est Franciscus Baader Monacensis n. 27. Mart. 1765. Pie institutus insigne talentum mathematicum prodidit, seque primum medicinae consecravit, quam laurea adepta, cum juvenis 19 a. esset, aliquamdiu etiam exercuit. Sed cum eo studiorum genere non delectaretur, ut se rationalismo opponeret, speculationi philosophicae se dedit, non neglectis tamen scientia rei metallicae disciplinisque physicis. Per quinquennium commoratus est in Anglia atque redux variis obitis muneribus, vocatus est, etsi laicus, ad docendam theologiam, quam dicebant speculativam seu philosaphiam religionis [2]), in universitate monacensi. Anno tamen 1838 vi decreti ministerialis excludebantur laici a cathedris, quarum argumentum esset religiosum seu theologicum, unde redactus est ad docendam solum psychologiam et anthropologiam. Decessit 21. Maj. 1841 sacramentis munitus et postquam retractavit quae scripserat contra primatum. Socius erat academiae monacensis. Opera ejus prodierunt cura discipulorum et cultorum ejus Hoffmann [3]), Hamberger, Lutterbeck, van Osten, Schlüter, von Schaden 1851—1860 t. 16, inter quae sunt plura opera philosophica et theologica, a quibus recensendis, cum nulla sit eorum theologo utilitas, abstinemus. Neglectis enim traditione genuinisque scientiae theologicae fontibus totus suis sujectivis atque arbitrariis speculationibus theosophicis indulget, unde vel statuit, Deum trinum esse non credi, sed sciri [1]); et aliis omissis circa Ecclesiam et primatum ita disputat, ut aperte laedat doctrinam catholicam.

514. Alter Baadero plane oppositus est Antonius Günther natus Lindenavii oppido regni Bohemiae 17. Nov. 1783. Inter magnas angustias utpote filius parentum mediocris admodum fortunae operam dedit studiis, et sub infaustis auspiciis; scientiae enim conditio et status eo tempore sat tristis erat: hinc imbuebatur inanibus kantianis et schellingianis theoriis. Postquam variis in familiis institutoris

---

[1]) Cf. Reusch Allg. d. Biogr. 18, 466.

[2]) Theologische Quartalschr. Tüb. 1832 p. 119—35.

[3]) Hic in primis (cf. allg. d. Biogr. I, 718—25 et Erdmann nituntur membra disjecta hujus philosophi utcunque in systema nonnihil connexum colligere). Cf. etiam Stöckl in fasc. liter. Katholik 1859 I, 277—95; 513—32; II, 787—802; 1042—60; et hist. pol. Blätter Baaders Verhältniß zur Wissenschaft u. Kirche XL, 84—105; 165—79; Gla passim 1, II. et Werner pag. 443—52; 456—463. Cf. Literaturam apud Haffner KL² 1, 1781—1791; Hagemann Lit. Handweiser 1868 col. 149—52.

[1]) De qua assertione ita scribit Haffner l. c. p. 1786: »Seine Demonstrationen sind thatsächlich nur ein Phantasiespiel, welches weit entfernt, das Mysterium der Trinität der Vernunft näher zu bringen, in den Begriff Gottes eine Reihe von Widersprüchen hineinträgt und seine Ewigkeit wie seine Unendlichkeit und Einfachheit aufhebt. Wäre die dogmatische Beurtheilung der Baader'schen Trinitätslehre überhaupt fraglich, so müssten schon die Art und Weise, der Ton in dem B. seine trinitarische Speculation vorträgt, die ungemessenen Huldigungen, die er der theosophischen Erleuchtung Böhme's bringt, die Geringschätzung und Ueberhebung, mit der er die Arbeiten der kirchlichen Theologie ignorirt oder tadelt, die Zuversicht endlich, mit der er die altitudo divitiarum scientiae Dei zu erschöpfen sich anmasst, als Präjudiz dieses Urtheils dienen.«

munus obivit, familiari conversatione cum s. Hoffbauer ejusque consiliis inductus est, ut relictis studiis juridicis, quibus antea se dederat, theologiae incumberet. Anno 1820 sacerdos est ordinatus. Societatem Jesu, quam ingressus erat, mox reliquit privatamque degit vitam, munere tamen censoris librorum philosophicorum et juridicorum a guberio auctus ad a. usque 1848. Totum jam se dedit edendis libris, quibus suas opiniones erroneas proponit et tuetur. Cum Pabst (cf. p. 906) edidit aliquot opera; sed sui calami sunt: *Vorschule zur speculativen Theologie* des positiven Christentums, Viennae 1828. 1829 pp. 2, scil. de creatione et de incarnatione; 1846—1848 ed. aucta; *Peregrins Gastmahl* in elf Oktaven aus dem deutschen wissenschaftlichen Volksleben [1]), ib. 1830; *Süd- und Nordlichter* am Horizonte speculativer Theologie [2]) 1832; *Der letzte Symboliker* in Briefen über Möhlers klassisches Werk, ib. 1834; *Thomas a Scrupulis.* Zur Transfiguration des Persönlichkeitspantheismus neuester Zeit, ib. 1835, adversus Hegel [3]); *die Juste-Milieus* in der deutschen Philosophie gegenwärtiger Zeit, ib. 1838 contra Baur; *Eurystheus und Herakles,* metalogische Kritiken und Meditationen, ib. 1843; *Lentigo's und Peregrins Briefwechsel,* ib. 1857, qui liber tamen venalis non erat. Cum Veith aliisque edidit fasciculos literarios *Lydia,* philosophisches Taschenbuch, inscriptos 1849—54. Hisce operibus innotuit per Germaniam pluresque etiam probe catholici viri ei initio applauserunt, specie sane bona seducti, qua nitebatur se opponere incredulis atque scientiam theologicam, cujus conditio initio hujus seculi admodum dejecta erat, ad altiorum provehere gradum, vim principiorum et methodi minus adhuc perspicientes. Plures ei oblatae fuere cathedrae, Monachii, Bonnae (loco Hermesii defuncti), Wratislaviae, quas tamen ob timorem contradictionis adversariorum et pastorum Ecclesiae recusavit. Obiit fere octogenarius 24. Febr. 1863. Haud paucos formavit discipulos, ut Hock, Croy, Ehrlich, Zuckrigl, Trebisch, Knoodt, Baltzer, Merten, Gangauf, Elvenich, Leop. Schmid († 1869), qui ab Ecclesia [1]) defecit, Guil. Haulich philosophiae professor in universitate graecensi († 1880), Veith etc., per quos suas theorias et errores late diffudit. Facultas theologica monacensis eum honoris gratia doctorem creavit (1833); ita et universitas pragensis doctorem philosophiae et theologiae; academia monacensis eum sociis adlegit (1852). Nactus tamen est et adversarios, ut Hast, Volkmuth, Dieringer, Clemens, Mattes, Schwetz, Kleutgen, Möller, Katschthaler [2]) etc. Demum ejus opera post quinquennale accuratum examen decreto indicis prohibita fuere 17. Febr. 1857, cui ille laudabiliter se subjecit. Pius IX. vero literis datis ad card. Geissel 1857 rationes damnationis aperuit ita scribens: „Non sine dolore apprime noscimus in iisdem operibus erroneum ac perniciosissimum et ab hac apostolica sede saepe damnatum rationalismi systema ampliter dominari; itemque noscimus in iisdem libris ea inter alia non pauca legi, quae a catholica fide sinceraque explicatione

[1]) De hoc et praecedenti op. cf. Staudenmaier Tüb. Qtlschr. 1832 p. 88—119.

[2]) Cf. Kerz Litzt. 1833 I, 97—108.

[3]) Cf. W. v. Schütz *Hegel u. Günther.* Nicht Posaunenklang des jüngsten Gerichtes, nur fünf philosophische Betrachtungen, Leipzig 1842.

[1]) Hic saltem censetur auctor l. sub nomine Christiani Franke editi *Vade mecum* oder die römisch-katholische Lehre von der Anthropologie (i. e. güntheriana), contra quem Jo. Soffner parochus et archipresbyter scripsit Dogmatische Begründung der kirchlichen Lehre *von den Bestandtheilen des Menschen,* Regensburg 1861.

[2]) Cf. Literaturam apud Roskovány rom. pontif. IV, 804—11.

de unitate divinae substantiae in tribus distinctis sempiternisque personis non minimum aberrant. In compertis pariter habemus, neque meliora neque accuratiora esse, quae traduntur de sacramento Verbi incarnati deque unitate divinae Verbi personae in duabus naturis divina et humana. Noscimus iisdem libris laedi catholicam sententiam ac doctrinam de homine, qui corpore et anima ita absolvatur, ut anima eaque rationalis sit vera per se atque immediata corporis forma. Neque ignoramus, ea iisdem libris doceri et statui, quae catholicae doctrinae de suprema Dei libertate a quavis necessitate soluta in rebus procreandis plane adversantur. Atque illud etiam vel maxime improbandum ac damnandum, quod güntherianis libris humanae rationi et philosophiae, quae in religionis rebus non dominari, sed ancillari omnino debent, magisterii jus temere attribuatur ac propterea omnia perturbentur, quae firmissima manere debent tum de distinctione inter scientiam et fidem, tum de perenni fidei immutabilitate, quae una semper ac eadem est, dum philosophia humanaeque disciplinae neque semper sibi constant, neque sunt a multiplici errorum varietate immunes. Accedit nec ea sanctos patres reverentia haberi, quam conciliorum canones praescribunt quamque splendidissima Ecclesiae lumina omnino promerentur, nec ab iis in catholicas scholas dicteriis abstineri, quae recolendae m. Pius VI. Decessor N. solemniter damnavit. Neque silentio praeteribimus, in güntherianis ll. vel maxime violari sanam loquendi formam, ac si liceret verborum ap. Pauli oblivisci (2. Tim. 1, 13), aut horum, quae gravissime monuit Augustinus: ‚Nobis ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licentia etiam de rebus, quae his significantur, impiam gignat opinionem [1]).«

[1]) De civ. Dei X, 23. Cf. etiam literae Pii IX. ad ep. wratislaviensem d. 30. Mart. 1857, et de firmitate sententiae latae ep. card. a secretis status ad Baltzer datas 7. Jun. 1861 et 19. Aug. 1862 apud Roskovány XI, 239—43. Cf. Knoodt ejus assecla in op. A. Günther, eine Biographie, Viennae 1881 t. 2; allg. d. Biogr. 10, 146—67; Wurzbach 4, 10; 11, 423. De ejus systemate cf. Mattes Tüb. Qtlschrift 1844 p. 347—416; Werner p. 452—63; Küpper KL² 5, 1324—41.

515. Hisce duobus adde tertium, meliorem mathematicum quam theologum, qui rationalismi iniit vias, Bernardum Bolzano Pragensem n. 5. Oct. 1781, scientiae religionis in academia pragensi professorem (1805), cujus orthodoxia in suspicionem venit, quod secundum principia kantiana et schellingiana traderet fidei elementa [1]). Jam agebatur de ejus a cathedra amotione, sed eam archiepiscopus auctoritate sua praepedivit; anno tamen 1820 docendi munere privatus fuit. Duxit exinde vitam privatam literis incumbens scribendisque libris († 18. Dec. 1848). Praeter scripta mathematica (excelluit enim in mathesi) et philosophica [2]) huc referri possunt in primis: *Lehrbuch der Religionswissenschaft,* Sulzbachii 1834 t. 4; *Kurzgefaßtes Lehrbuch* der katholisch-christlichen Religion als der wahren göttlichen Offenbarung, Bautzen 1849; *die Perfektibilität* des Katholicismus, Lipsiae 1845; *Athanasia* oder die Gründe für die Unsterblichkeit der Seele, Sulzbachii, 1827; 1838 ed. 2. emendata, cum app., in qua ex-

[1]) Werner p. 377: »Ueber eine gewisse abstract rationalisirende Denkrichtung scheint er, obschon übrigens gläubiger Katholik, zeitlebens nicht hinaus gekommen zu sein.«

[2]) Cf. Wurzbach 2, 35—39; Werner allg. d. Biogr. 3, 116. Ejus amicus familiaris Franciscus Přihonsky Pragensis (n. 6. Oct. 1788; † 12. Jan. 1859), capituli bautzensis senior, edidit nonnulla ejusdem scripta et: *Bolzano's kurze Lebensbeschreibung,* Winmariae 1850; *Bolzano-Literatur;* Atomenlehre des s. Bolzano, Bautzen 1859; Mich. Fesl Lebensbeschreibung des Dr. B. Bolsano, Sulzbach 1836, quae est ipsius autobiographia. Cf. Wurzbach 23, 295 s.

hibetur critice literatura de immortalitate animae ab a. 1827. Haec opera prodierunt extra Austriam, quod impressionis veniam non obtinuerit. Ejus *Erbauungsreden* für Akademiker, Pragae 1813; Sulzbachii 1839, prohibiti fuere decreto congr. Indicis 4. Mart. 1828.

516. Quamplurimi iis argumentis operam dederunt, quae ad theologiam *fundamentalem* spectant [1]). Jo. Baptista Kastner n. 8. Oct. 1775 in Lindenhof in palatinatu superiori, parochus († 16. Apr. 1841), edidit inter alia [1]): *Würde und Hoffnung der kath. Kirche* mit Rücksicht auf die protestantische [2]), Sulzbachii 1822; 1826 ed. 2., insignis apologia Ecclesiae catholicae et primatus et crisis protestantismi; adjecit appendicis loco: *der Sieg des christl. Glaubens* über die Welt, ib. 1823; *Über das Urchristentum,* nebst Antwort für die Gegner (inter quos A. H. L. Ullmann, Neupert) der Schrift: *Würde* etc., ib. 1825, quem l. aggressi sunt Winer et Engelhardt; *Katholizismus und Nichtkatholizismus* in Beziehung auf Wahrheit und Vollständigkeit des Glaubens, oder daß man Katholik sein müsse, um wahrer und vollständiger Christ zu sein [3]), ib. 1827; *J. Christus der Messias und Weltheiland* oder die Wahrheit und Wichtigkeit des Glaubens an die Gottheit und höhere Würde Jesu [4]), ib. 1830; *des Papsttums segensvolle Wirksamkeit* erörtert und geschichtlich dargestellt [5]), ib. 1832, insignis primatus ex fructibus apologia; *die kathol. Kirche Deutschlands* in ihrer projektierten und möglichen Verbesserung [6]), ib, 1829, quo in op. consilia de reformanda ecclesia per Germaniam examinat et primatum repetitis vicibus ut supremam in Ecclesia auctoritatem tuetur; *Unsichtbare sich kundmachend* in den Erscheinungen unserer Zeit oder die leitende, warnende, strafende Hand

[1]) Cf. Praetermittimus Jo. Antonium Konrad parochum helvetum, cujus est *Wissenschaftliche Forschung* über das Dasein Gottes; ein Versuch aus dem Standpunkt des Christenthums, Baden 1849. — Petrum Meyers, theologiae moralis professorem in Seminario trevirensi († 1868) ed. 2; — Jos. Happack parochum et decanum jägerndorfiensem (fl. 1846) qui disseruit *de symboli apostolici titulo,* origine et antiquissimis Ecclesiae temporibus auctoritate, Treviris 1849. — Petrum Ernestum de Lasaulx Confluentinum (n. 16. Mart. 1805; † 9. Maj. 1861), qui post longa et diuturna itinera literaria in Orientem professor factus est extraordinarius Wirceburgi (1835), inde translatus Monachium ad docendam philologiam (1844) mox tamen cathedra motus ob rationes politicas (1847), quae tamen ei restituta fuit. Receptus est inter socios academiae regiae. Versatus erat praesertim in antiquitatibus graecis et latinis, de quibus multa edidit opera. Stetit strenue pro juribus Ecclesiae catholicae turbarum coloniensium tempore, et in suis studiis nisus semper est ostendere quasdam velut anticipationes religionis christianae reperiri in traditionibus et ritibus antiquorum populorum gentilium. Ita in opp. *die Sühnopfer der Griechen und Römer* und ihr Verhältniss zu dem Einen auf Golgatha, Wirceburgi 1841; *die Gebete der Griechen und Römer,* 1842; *das pelasgische Orakel* des Zeus zu Dodona, ein Beitrag zur Religionsphilosophie, ib. 1840 etc. In indicem ll. proh. relati fuere: *Ueber die theologische Grundlage* aller philosophischen Systeme, 1857; *Neuer Versuch* einer alten auf die Wahrheit der Tatsachen gegründeten Philosophie der Geschichte, 1857; *des Sokrates Leben,* Lehre und Tod nach den Zeugnissen der Alten 1857; *die prophetische Kraft* der Menschenseele in Dichtern und Denkern 1858. Auctor tamen ante mortem laudabiliter se subjecit judicio Ecclesiae. Cf. Stölzle' E. v. Lassaulx. Ein Lebensbild, Münster 1904.

[1]) Cf. Reusch allg. d. Biogr. 15, 438. Alius ab eo est A. Kastner, cujus exstat: *Concordance de la sainte Ecriture avec les traditions de l'Inde* Lovanii 1845 in 8; Dominicus K., de quo infra; et A. Kastner, cujus est *Archiv für die Geschichte des Bisthums Breslau,* Neisse 1858 ss. t. 4.

[2]) Cf. Kerz Litzt. 1826 II, 25—39.

[3]) Felder Litzt. 1828 I, 278—96.

[4]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1831 p. 358—70.

[5]) Cf. Kerz Litzt. 1833 III, 276—302.

[6]) Cf. Tübinger Quartalschrift 1830 pag. 525—47; Kerz Literaturzt. 1829 IV, 353—78.

Gottes, Augustae 1832; *der grosse Streit über gemischte Ehen,* Ratisbonae 1838. — F. J. Felsecker adversus Krug professorem lipsiensem (das Papsttum in s. tiefsten Erniedrigung) scripsit *Das Papsttum die unüberwindliche Grundfeste der Christuskirche,* Bamberg 1832; *Palästina* und eines Pilgers Wege dahin, ib. 1844—45 pp. 3. — Franc. Ser. Hasel theologiae doctor edidit: *Der Primat des röm. Papstes*, Wien 1860 in 8. — Alius ab eo est Jo. Aloysius Hassl parochus et scholarum inspector in dioecesi rottenburgensi († 1861), cujus est *Siona.* Religiöse Abendvorträge an fromme Gebildete über die Quellen und wichtigen Wahrheiten des kath. Glaubens, Passau 1840 t. 3 in 8; *Kern praktischer Pastoral* oder Vademekum für angehende Theologen und Geistliche, Gmunden 1823 t. 3 in 8. — Car. Richter Warendorfii n. 15. Oct. 1804, sagax paedagogus, post varia munera in inferioribus et superioribus scholis obiit canonicus et officialis 24. Aug. 1869. Scripsit libros pro scholis, l. apologeticum *de origine religionis christianae,* qui aliquoties prodiisse dicitur (?). — J. J. Trost laicus artifex aschenburgensis (n. 1789; † 8. Febr. 1867), cujus est *Konkordanz* Gott und Unsterblichkeit. Unser Glaube und unsere Hoffnung bezeugt durch die Stimmen aller Zeiten, Wien 1869. — Ignatius Alph. Stelzig diu missionarius per Americam, qui dein redegit ephemerides österreichischer Volksfreund († 1862), describit in epistolis ad amicum *Die Kirche und die Gegensätze zur selben* nach Lehre und Wirklichkeit, Regensburg 1853 in 8. *Die Kirche ist die allein wahre,* alleinseligmachende, verdammt aber niemand, ib. 1845. — Petrus Baldauf ostendit *Würde und Unfehlbarkeit* des röm. Papstes und der allgemeinen Konzilien in der röm. k. Kirche bewiesen aus der h. Schrift, den Aussprüchen der h. Väter, aus der Geschichte und Vernunft, Graz 1853. — Jo. Gottfr. Vinc. Menden[1]) parochus expendit *Das Walten der Fürsehung Gottes* in den Schicksalen der Menschen, Köln 1854 t. 2 in 12. — Antonius Eberhard parochus et decanus kelheimensis edidit inter alia: *Was ist die Bibel?* Symbolische Briefe (10) für die Gläubigen aller christlichen Konfessionen, München 1845; *Die Glaubensregel* oder genaue Zusammenstellung aller Glaubenslehren des Konzils von Trient, Regensburg 1845; *Göttliche Nachtlampe.* Büchlein vom Glauben, ib. 1856: *Monotheistische Philosophie.* Grundgedanke einer positiven Philosophie, München 1861; *Der Fels des Glaubens.* Entwickelung der Lehre von der Unfehlbarkeit des Papstes an der Hand der Tradition, Landshut 1872. *Die Ehe* in der kath. Kirche, München 1841; Schaffhausen 1845 ed. 2; 1846 ed. 3; qui l. complectitur ejus de hoc argumento conciones, quae notantur ab acrimonia. — Petri Scheuren sacerdotis est *Petrus der Apostelfürst* und Statthalter Christi nach der h. Schrift, den Vätern und anderen zuverlässigen Quellen zeitgemäß dargestellt, Aachen 1846.

517. Raphael Genhart OSB. Helvetus Sempacensis (n. 26. Nov. 1767; † 1841), exposuit *das Verhältnis der Philosophie* zur christl. Glaubenslehre, Oeniponti et Einsidlae 1805. 1806 t. 2, in quo op. proponit fundamenta philosophica fidei christianae ostenditque harmoniam inter philosophiam et dogmata fidei catholicae, quae in primis illi adversari videntur. — Jo. Bapt. Kotz theologiae professor exposuit bene *die Lehre der Kirchenväter* über das Wort Gottes und dessen Inter-

[1]) Alius a Theodoro Menden theologiae doctore et professore religionis in gymnasio Coloniae, qui illustrat *die Scheinwunder* der ägyptischen Zauberer gegenüber den mosaischen Wunder, Münstereifel 1867. Affine est cum op. supra cit. *Gottes Erziehung* des menschlichen Geschlechtes in der Weltgeschichte durch J. Chr., Mainz 1859, auctore J. Ph. Rottels.

pretation, Sulzbachii 1830 in 8; *die Armenpflege* bei der ersten Kirche, Regensburg 1839. — Maurus (Mathias) Hagel OSB. in abbatia benedictoburana, quam mox post ingresum ob ejusdem suppressionem (1803) relinquere coactus est, exegesis et theologiae dogmaticae Ambergae (1816—24), dein Dillingae professor (n. 27. Febr. 1780; † 2. Febr. 1842), edidit[1]): *Apologie des Moses,* Sulzbachii 1828 in 8., quae rationalismo inficitur[2]); *demonstratio religionis christiano-catholicae*[3]), Augustae V. 1831. 1832 t. 2 in 8., in qua infallibilitatem romani pontificis non admittit; *Handbuch der kathol. Glaubenslehre* für denkende Christen, ib. 1838; *Der Katholizismus und die Philosophie*[4]), Sulzbachi 1822; *Theorie des Supernaturalismus* mit besonderer Rücksicht auf das Christenthum[5]), ib. 1826 in 8., quo op. fuse et sagaciter impugnat rationalismum et solide probat supernaturalismum religionis christianae. *Rationalismus* im Gegensatz zum Christentum[6]), ib. 1835 in 8., quo op. prius continetur; *Dr. Strauss Leben Jesu* aus dem Standpunkte des Katholicismus betrachtet, Campidonae 1839 in 8. — Aloysius Lindenbauer parochus meringensis († 18. Apr. 1860) scripsit *Die göttliche Lehrautorität* in der kath. Kirche, im Gegensatz zur anarchischen Lehrfreiheit ausser der Kirche oder der historische und mythische Christus, nebst einem Anhang: Geschichtliche Würdigung einer Dr. Schubert'schen Ansicht über das sogenannte Reformationswerk, Augustae 1845 in 8; *das Schiff Petri* und seine Fahrt durch den Strom der Jahrhunderte, ib. 1845; 1846 ed. 2; *über die gegenwärtige Stellung der kath. Kirche* zu den von ihr getrennten Confessionen oder die Frage: Ist eine Vereinigung oder Gemeinschaft mit den von uns getrennten Confessionen möglich? ib. 1844; *Das kath. Christentum* im Gegensatz zum modernen Heidentum, Augsburg 1849; *Apologie des Christenthums* gegen Übergriffe der Philologie und Philosophie oder des Sokrates Leben, Lehre und Tod, ib. 1859. — Angelicus (Godefridus) Fischer OSA. Monacensis n. 5. Nov. 1768, theologiae lector, et coenobio suppresso gymnasii professor, dein variis in locis parochus († 1847 a. aetatis 79) typis evulgavit *fundamenta primaria* theologiae dogmaticae, Monachii 1799; *Lehre der kath. Kirche* von dem römischen Bischofe als dem sichtbaren höchsten Oberhaupte dieser Kirche, ib. 1819 in 8. Diarium criticum rotwilense libro huic vitio vertit, quod jura primatus ad nihilum fere redigat: quae accusatio refellitur in *Beilagen* zu der religiösen Zeitschrift: Der Katholik, Erster Supplementband, Strassburgi 1823 pag. 90 ss. In nonnullis tamen libellus ille minus probandus est[1]). — Gulielmus de Schütz Berolinensis (n. 13. Apr. 1768; † 9. Aug. 1847), qui rediit ad fidem catholicam, scriptor admodum ferax praeter alia[2]) apologetica et practica edidit *Anticelsus* Deutsche Vierteljahrschrift für zeitgemässe Apologie des Katholicismus und

[1]) Cf. de eo Laur. Stampfle ejus collega (n. 30. Jul. 1798; † 6 Jun. 1844) Erinnerung an Dr. M. Hayel, Dillingen 1842; Lindner I, 155; Specht p. 165—67.

[2]) Cf. Benkert Religionsfreund 1829 p. 529; Tüb. Qtlschr. 1829; p. 520—39; Kerz Litzt. 1829 II, 268—82.

[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1832 p. 332—45.

[4]) Cf. Felder Litzt. 1822 III, 337—51; Kerz Litzt. 1826 III. 328—333.

[5]) Cf. Kerz Litzt. 1827 II, 143—154; Tüb. Qtlschr. 1828 p. 680—96.

[6]) Cf. Kerz Litzt. 1835 IV, 156—64.

[1]) Alius est ab Angelico Aug. Fischer, qui pariter quondam fuit OSA. in coenobio erfordiensi, dein concionator aulicus aschaffenburgensis, theologus liberalis († 1816), et ab Antonio Fischer, cujus exstat: *Der Spender der sacramentalen Gnade* bei den unter Christen geschlossenen Ehebündnissen. Eine historische dogmatisch-kirchenrechtliche Untersuchung, Monachii 1845.

[2]) Cf. Roskovány 4, 524; Gla 1, II passim et thes. II. rei cath. p. 802.

Kritik des Protestantismus, fasc. 12 Spirae et Moguntiae 1842—46. Inseruit quoque foliis lit. ed. Benkert Athanasia: *Die Bekehrung zum Luthertum* XIII (1832), 193—301, adversus Henr. Steffens, qui iterum ad Lutheranos defecerat. *Lessing und Fichte* über protestantische Bibliolatrie, ib. XXII (1837), 401—56; *Erörteruug über den Gang der neuen Philosophie* und deren Einfluss auf die kath. Theologie XVI (1834) 40—125; in ea diss. agit de Carthesio, Fichte, Kant etc.; *Interessante Mittheilungen* aus dem Gebiete theologischer und philosophischer Wissenschaft XXI (1837), 209-76; 417—537 etc. Plures art. reperies in folio lit. Katholik. *Die aufgehellte Bartholomäusnacht,* Leipzig 1845 ed. 2. Opera ejus licet erudita minus lectitabantur, quod nonnihil sunt obscura, nec satis limata, et methodo minus apta conscripta. — Car. Jos. Antonius Guil. Smets n. 15. Sept. 1796 Revaliae, juvenis arma gessit, sed militia relicta Ecclesiae se dicavit. Ob affectam valetudinem parochiae suae renunciavit (1837) decessitque canonicus aquisgranensis (14. Oct. 1848). Praeter alia edidit[1]) *Kurze Geschichte der Päpste,* nebst einem Anhang über den Primat Petri und dem Mährchen von der Päpstin Johanna, Colonie 1835 ed. 3; *Fragen und Antworten* betreffend die Augsburger Confession und ihre 300jährige Jubelfeier, ib. 1830; curavitque novam editionem Veronii *regulae fidei* etc. cum interpretatione germanica, Crefeldae 1844; *Vernunft und Gefühl,* die Streitfrage der Gegenwart in Bezug auf wissenschaftliche Begründung der kath. Theologie, Coloniae 1830, cui opposuit Rave *Aphorismen* über Religion und Dogmatismus, ib. 1830. Magis tamen innotuit suis poematibus. Cum aliis viris eruditis inchoavit ab a. 1826 *Kath. Monatschrift,* cum scil. Coloniae religionem traderet in gymnasio[1]).

518. Celebre inter apologetas per Germaniam est nomen Joannis Sebastiani de Drey Killingensis prope Ellwangen 16. Oct. 1777 nati parentibus pastoribus. Parochus Martinus Ziegler, quondam sodalis Soc. Jesu, pueruli ingenium praesagiens speciale lem eius curam egit eumque in elementis linguae latinae instituit, adeo ut a. 1787 gymnasium adire potuerit: quo egregio successu absoluto Augustam transiit theologiae vacaturus. Postquam quinquennium curae animarum (1801—6) dederat, vocatus est Rotwilam, ut philosophiam religionis, mathematicam et physicam doceret. Erecta Elvaci universitate concreditae ei fuere (1812) cathedrae theologiae dogmaticae, historiae dogmatum, apologeticae et encyclopaediae theologicae, easque retinuit cum universitate illa suppressa facultas theologica Tubingam (1817) transferretur. Ibidem condidit cum collegis Gratz, Herbst et Hirscher celebres fasciculos literarios tübingenses (1819). A regimine praesentatus fuit pro sede rotenburgensi, sed Roma eum non acceptavit. Post gravem morbum (1837) cathedram theologiae dogmaticae dimisit reservatis sibi apologetica et encyclopaedia. Aetate jam gravis honorificam a docendi munere missionem accepit a. 1846. Reliquum vitae literis dedit decessitque apoplexia correptus 19. Febr. 1853. Praecipuum ejusdem opus est: *Die Apologetik* als wissenschaftliche Nachweisung der Göttlichkeit des Christenthums, Moguntiae 1838—47 t. 3, quorum primus (1843 ed. 2.) complectitur philosophiam relevationis; 2. (1847

[1]) Cf. in Zeitschrift für Philosophie u. kath. Theologie, Bonnae 1848 IV, 199 ejus elogium, et Haagen in allg. d. Biogr. 34, 482—87; Tüb. Qtlschr. 1827 p. 318—25.

[1]) Fr. Peschke curatus edidit fasc. literarios, quos inscripsit *der Apologet*, Breslau 1845—48.

ed. 2.) considerat historicam explicationem et profectum religionis usque ad ejus consummationem in Christo; in t. 3., quem inscripsit *Kirchliche Symbolik*, disputat de Ecclesiae fine institutione, proprietatibus et notis deque ejus constitutione [1]). Hoc op. quodammodo est disciplinae apologeticae parens. Alia ejusdem opera sunt: *Einleitung ins Studium der Theologie* mit Rücksicht auf den wissenschaftlichen Standpunkt und das kathol. System, Tubingae 1819 in 8., opus minus accuratum, mediam enim inire vult viam inter rationalismum et traditionalismum nimisque inhaeret quibusdam ideis Schleiermacher aliorumque, tamen proficiente studio feliciter perfecit sentiendi rationem in sua apologetica. *Observata quaedam* ad illustrandam Justini M. de regno millenario sententiam, Gamundiae 1814; *diss. historico-theologica* originem et vicissitudinem exomologeseos in Ecclesia catholica ex documentis ecclesiasticis illustrans, Elvaci 1815, opus quod non omnibus arrisit, videtur enim institutionem confessionis sacramentalis mediatam tantum, per Ecclesiam scil., concedere; *neue Untersuchungen* über die Constitutionen und Kanones der Apostel, historisch-kritisch. Tubingae 1832, opus merito ab eruditione, judicio critico et ingenii sagacitate plurimum commendatum. *Die rückläufige Bewegung* im Protestantismus und ihre Bedeutung in fasc. lit. tüb. 1844 p. 3—56.

519. Huic adjungimus Joannem Nep. Ehrlich Sch. piar. Viennensem n. 21. Febr. 1810, qui philosophia, sed dolendum, minus sana Jacobi et Güntheri nimis delectabatur. Graecium vocatus est ad docendam theologiam moralem (1850), deinde Pragam (1852), ubi eandem disciplinam, postea theologiam fundamentalem et pro philosophis scientiam religionis docuit († 23. Oct. 1864). Ab imperatore Francisco Josepho I. donatus fuit numismate aureo pro literis et artibus et in consilium pro instructione publica admissus, a literarum societate bohemica inter socios receptus, a facultate theologica tuebingensi laurea doctorali honoratus: vir enim erat certe sagacis ingenii vastaeque eruditionis, quam tuendae religioni consecravit. Praeter scripta philosophica edidit *Grundzüge der Religionswissenschaft*, Cremsae 1850; *das Christenthum und die Religionen des Morgenlandes*, Viennae 1842; *Lehre von der Bestimmung des Menschen* als rationelle Teleologie, Viennae 1842—45 t. 2, quae praelusiones quaedam sunt operis grandioris majori accuratione elaborati: *Leitfaden für Vorlesungen* über die allgemeine Einleitung in die theol. Wissenschaft und die Theorie der Offenbarung als I. Th. der Fundamentaltheol., Pragae 1859; als Tatsache der Geschichte II. Th. der Fundamentaltheologie, die Offenbarung Gottes in J. Christus und seiner Kirche, Pragae 1860; *apologetische Ergänzungen*, ib. 1862. 1864, quorum t. 1. disputat de theoria religionis et revelationis; in altero ejus historiam exhibet ante Christum [1]): ex quo op. seorsim prodiit *der Buddhismus* und das Christenthum, ibid. 1864 adversus Köppen: die Religion des Buddha und ihre Entartung, Berlin 1857. *Ueber das christl. Princip der Gesellschaft*, Prag 1856.

[1]) Cf. Werner 474—81; 497 ss.; Hefele KL² 3, 2066; Glossner Die Tüb. katholische Schule von speculativen Standpunkte kritisch beleuchtet I. Drey der Apol. in Jahrb. für Phil. und spec. Theol. XV (1900), 2, 166—194; Tüb. Qtlschr. 1853 p. 341—49.

[1]) Cf. Werner l. e. pag. 511—9; Allgemeine Litzt., Viennae 1864 pag. 419; Dworsky in fasc. trimestribus austriacis 1865 III, 359—82; Hoffinger Dr. J. N. Ehrlich, eine Skizze seines Lebens und Geistesganges in den Abh. der k. böhm. Ges. der Wiss. V. Folge t. XIV, 1866 et in allg. d. Biogr. V, 714.

520. Huc etiam referri potest Hermannus Jos. Schmitt Moenchbergensis n. 27. Oct. 1796, parochus aschaffenburgensis et scholarum inspector († 7. Maj. 1869), qui innotuit operibus apologeticis suisque studiis de ecclesia graeca: unus enim e primis fuit, qui iterum animum ad eam intenderet. Studiorum suorum plures prodierunt fructus: *Harmonie* der morgenländischen und abendländischen Kirche, ein Entwurf zur Vereinigung beider Kirchen, nebst einem Anhange über die anerkannten Rechte des Primats in den ersten acht Jahrhunderten, Viennae 1824 in 8, l. in neograecam linguam versus[1]); Wirceburgi 1863, ed. retractata et plurimum aucta; *die morgenländische griechisch-russische Kirche* oder Darstellung ihres Ursprunges, ihrer Lehre und Gebräuche, ihrer Verfassung und Trennung[2]), Moguntiae 1827; *kritische Geschichte* der neugriechischen und russischen Kirche mit besonderer Berücksichtigung ihrer Verfassung in der Form einer permanenten Synode, ib. 1841 in 8; 1854, in quo l. ostendit, graecos etiam post schisma primatum agnovisse romani pontificis; *Versuch einer philosophisch-historischen Darstellung der Reformation* in ihrem Ursprung, Sulzbachii 1828 in 8., compilatio ex Bossuet, Fr. Schlegel, Dresch, Kerz, Schmidt etc; *Grundideen des Mythus* oder Spuren der göttlichen geoffenbarten Lehre von der Welterlösung in Sagen und Urkunden der ältesten Völker, ein Versuch, den Mythus und die Mysterien der Heiden auf eine Uroffenbarung zurückzuführen mit einer Beilage von der tieferen Bedeutung der Opfer[3]), Francofurti 1826; *Uroffenbarung* oder die grossen Lehren des Christenthums nachgewiesen in den Sagen und Urkunden der ältesten Völker, vorzüglich in den kanonischen Büchern der Chinesen[1]), Landishuti 1834. Scripsit etiam adversus Hermesianos. — Franc. Tiburtius (in baptismo Joannes Nep. dictus) Geiger natus est Hartingae prope Ratisbonam 16. Maj. 1755. Juvenis ingressus est Lucernae 1772 ordinem s. Francisci, quo dispensatione pontificia iterum egressus est. Philosophiam docuit sodales Friburgi, Solodori theologiam, ubi etiam concionatorem egit: inde 1792 Lucernam vocatus theologiam dogmaticam et historiam ecclesiasticam in lyceo tradidit atque canonicatum obtinuit (1808). Magna fruebatur auctoritate apud omnes, praesertim apud nuncios apostolicos, qui Lucernae residebant ejusque consilio et opera libenter utebantur, imo etiam apud ipsos summos pontifices, adeo ut Leo XII. de eo ad purpuram elevando cogitasse feratur. Honores sibi oblatos modeste recusavit, causam Ecclesiae et fidei catholicae strenue et zelo sincero egit, semper paratus ad proelianda proelia Domini adversus protestantes, incredulos, liberales catholicos, Wessenbergianos. Hinc ob nimium in tuenda Ecclesiae causa zelum cathedra fuit motus 1817. Quamplurima edidit op. apologegetica vel polemica de argumentis dogmaticis, juris canonici et historiae ecclesiasticae et politicis, quae excellunt soliditate logica, concinnitate et sagacitate in responsionibus. Ea collecta prodierunt[2]) cura Jos. Widmer Lucernae 1823—1839 t. 8. Decessit[3]) pius senex 88 a. 8. Maji 1843. — N. Knöppel parochus scripsit *Das Prin-*

[1]) Jahrbücher der Literatur 1823 t. 24 p. 206—24; Tüb. Qtlschr. 1824 p. 622—56; 1866 p. 281—91.

[2]) Cf. Kerz Literaturzt. 1827, I, 65—88; II, 85—116.

[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1828 p. 159—72; Kerz Litzt. 1826 IV, 250—57; Gallice versum a R. A. Henrion, Paris 1827.

[1]) Cf. Katholik LVIII (1853), 74—83.

[2]) Cf. Kerz Litzt. 1835 III, 41—53; thes. p. 281 s.

[3]) Cf. Widmer Der s. Chorherr Geiger. Laute aus seinem Leben, Lucernae 1843; Scherer, KL² 5, 186; Fleischlin Monatrosen LIV (1909) 225—34 et fasc. ss.

cip der freien Schriftforschung beleuchtet, Confluentiae 1846; *Das Opfer des N. B.* nach der Geschichte und den Zeugnissen der heil. Schrift dargestellt, ib. 1846. — Josephus Franciscus Molitor n. 8. Jun. 1778 († 23. Mart. 1860) opus singulare sed eruditum composuit inscriptum: *Philosophie der Geschichte* (V. Testamenti) oder über die Tradition in dem A. B. und ihre Beziehung zur Kirche des N. B. mit vorzüglicher Rücksicht auf die Kabbala, Monasterii 1828. 1834—57 t. 4, quod tamen non absolvit [1]). In eo scriptis rabbinicis nimium tribuit et hinc in errores incidit.

521. Theologis *irenicis* accensendi sunt Laur. Hohenegger theologiae professor, dein parochus kroislacensis (1815), canonicus jaurinensis (1827) et praepositus († 1842), qui edidit *Zeichen der Zeit,* auch ein Beitrag zur Wiedervereinigung der getrennten christlichen Confessionen [2]), Posonii 1823. — Georgius Phil. Ludolphus de Beckedorff, qui n. est 14. Apr. 1778 Hannoverae parentibus protestantibus. Jam protestans consilia irenica animo fovit atque hunc in finem quaedam edidit scripta. Cum vir esset egregie excultus nobilisque indolis variis muneribus honorificis a gubernio borussico fuit auctus, multumque nisus est perficere scholas inferiores, quarum directio ei fuit concredita. Magis magisque interim illuxit ei veritas fidei catholicae, quam demum professus est 4. Juni. 1827, unde missionem accepit a gubernio. Vixit exinde familiae, donec Fridericus Guilelmus IV., dum regnum auspicaretur (1840), eum nobilium ordini adscripsit atque munere publico donavit. Scripsit An gottesfürchtige Protestanten: *Worte des Friedens und der Wiederversöhnung,* Weissenburg 1840; Ratisbonae 1844. 1846 pp. 4, editio altera inscripta: *Die kath. Wahrheit* etc.; 1852 ed. 3., opus egregium, stilo plane irenico, nobili et dilucido conscriptum; *Das Verhältnis* von Haus und Staat und Kirche zu einander und der Schule zu Haus, Staat und Kirche, Berolini 1849; *Offenbarung und Vernunft,* Ratisbonae 1853. Decessit optimus vir 27. Febr. 1858 de religione catholica in Pomerania insigniter meritus [1]). — Ferd. Ignatius Herbst n. 20. Dec. 1798 post varia fata et seriam deliberationem ad Ecclesiam catholicam rediit [2]) 2. Dec. 1832. Cum se Deo totum dicaret susceptione sacrorum ordinum iram suorum adeo incurrit, ut hereditate fuerit exclusus. Docuit aliquamdiu in lyceo frisingano philosophiam, deinde (1835) se dedit animarum curae decessitque Monachii parochus 11. Maj. 1863. Praeter plurima ascetica edidit *Die Kirche und ihre Gegner* in den letzten drei Jahrhunderten, eine katholisch-christliche Bekenntnisschrift, 1833; *Antwort* auf das Sendschreiben eines Protestanten über *die Kirche und ihre Gegner. Bibl. christl. Denker* 1830—32 t. 2; *Lebensbilder* aus der Seelsorge 1848. Redegit quoque Augustae ab a. 1834—1844 ephemerides inscriptas *Sion.* — Augustinus Barth. Hille [3]) Bohemus n. 2. Dec. 1786, theologiae pastoralis professor et seminarii regens (1820), canonicus et demum episcopus litomericensis (1832), protestantes ad unionem cum Ecclesia catholica invitare nititur opere (anonymo): *Soll die*

[1]) Cf. Werner p. 440—43; et Geschichte der apolog. Lit. I, 81 ss.; Prantl allg. d. Biogr. 22, 108—10.

[2]) Cf. Jahrb. der Literatur 24, 126—51.

[1]) Binder KL² 2, 165—168; Rosenthal 1³, 491 ss.: hist. pol. Blätter VII, 413—21; VIII, 741—5; 832 ss.

[2]) Cf. Rosenthal 2³, 67—84; necrologium in Sion 1843; Knoll Dr. F. J. Herbst ein Lebensbild 1863; Reusch allg. d. Bio. 12, 48; et ipsius opusculum: *Aus dem Leben eines Priesters,* Augsburg 1842 et prius in hist. pol. Bl. 1838 I, 463—91: thesaurus p. 361.

[3]) Cf. Reike B. Hille, ein Lebensbild, Wien 1910.

Scheidewand zwischen Protestanten und Katholiken noch länger fortbestehen? Oder über die Beweggründe der Reformation und der Rückkehr zur kath. Kirche, 1818; 1839 ed. 4. cura S. Buchfelner prorsus retractata; *die kath. Lehre vom Ablass,* Litomerici 1826; *Beiträge* zur Vertheidigung der Lehre der kath. Kirche, 1827. Decessit 26. Apr. 1865. — Guilelmus Gustavus Werner Volk, notissimus sub nomine assumpto Ludovici Clari, natus est Halberstadii 25. Jan. 1804 parentibus protestantibus. Egregie erat excultus diuque quaesivit veritatem licet honorificis fungeretur muneribus publicis. Demum post 26 a. deliberationis eam invenit in Ecclesia catholica, palamque professus est cum conjuge sua 18. Oct. 1855. Quam ob rem suis muneribus renunciare est coactus. Otium impendit sedulo in promovendis caritatis institutis et operibus et in conscribendis egregiis libris, quorum magnus omnino est numerus [1]), quos prius suppressos, dein sub ascititio nomine L. Clari edidit. Inter hos eminet et ad rem nostram est plane egregium illud opus eruditum, in quo narrat miras provid. divinae vias, quibus gradatim ad veritatem reperiendam perductus fuit: *Simeon,* Wanderungen und Heimkehr eines christlichen Forschers, Schafusiae 1862 t. 3. Praeiverat: *Glaubensjahre* eines im Protestantismus erzogenen Christen, Münster 1852. Ex schedis suae conjugis edidit *Aus dem Leben eines Konvertiten,* Schaffhausen 1859. Scripsit opera etiam historica, hagiologica et literaria, excellebat enim in literis adornavitque versiones operum admodum utilium. Plura eorum edidit adhuc protestans, sed ea spirant jam spiritum catholicum, ut ex. gr. *Der Cölibat,* Ratisbonae 1841, quod optimis de hoc argumento accensetur: *die Tiroler ecstatischen Jungfrauen.* Leitsterne in die dunkeln Gebiete der Mystik, ib. 1843 t. 2; *Geständnisse* eines im Protestantismus aufgewachsenen Christen über religiöse Erziehung und Bildung, Moguntiae 1846. *Die Lehre von der Verehrung der Heiligen,* l. posthumus ed. a Fried. Schulte, Trier 1870 etc. — Inter apologetas rei catholicae referri quoque potest Jos. Maria de Radowitz n. 6. Febr. 1797 vir alioquin militaris et politicus, qui praecipuis muneribus in regno Borussiae functus est. Cum esset vir cultissimus et spiritu animaretur irenico, sed plane catholico [1]), scriptis eleganti et nobili forma conscriptis haud parum rem promovit catholicam apud protestantes bonae voluntatis (25. Dec. 1853). — Joan. Jos. Süss parochus barmensis, qui in op. *Beiträge* zur Vereinigung der drei christlichen Konfessionen der kath. mit der evang. Kirche oder Versuch einer Vereinigung der 28 Art. der Augsburgischen Konfession mit dem kath. Lehrbegriffe, Barmen 1833 in 8., theologum irenicum egit, sed infeliciter [2]), impugnatus propterea a Binterim. Hinc opiniones suas retractavit, Olpe 1842. Ejus quoque sunt *Der Eid* in seiner Würde und Heiligkeit, wie auch der Meineid in seiner Abscheulichkeit, Cöln 1837; *Geschichte der Erzdiöcese Köln,* ib. 1827.

522. Hermesianos [3]) impugnarunt: H. Jos. Schmitt, de quo cf.

[1]) Cf. Rosenthal 1, 853—94, quem pag. 300—8 cf. de Carolo Henrico Burchard n. 1790, qui amplexus est fidem catholicam a. 1821 ejusque causam egit in diss. et variis ll., ut *Gibt es eine geistliche Ordnung* oder die göttliche Offenbarung und ihre nothwendige Vermittelung durch das Priesterthum etc.; Confluentiae 1839; *Leib der göttl. Offenbarung,* ein Beitrag zur Physiologie der Kirche, Moguntiae 1837 etc. Bone KL. 12, 1044 s.

[1]) Cf. Frensdorf Jos. v. Rad., Lipsiae 1850; Kaulen KL. X, 727.

[2]) Cf. Zeitschrift für Phil. und Theol., Bonn 1833 fasc. 6 p. 169—83; thes. ll. rei cath. p. 859.

[3]) Cf. Contra *pietistas* disputavit Mart. Riesterer Badensis parochus in Karlsruhe 1831 († 1862).

p. 1113; Alex. Ignatius Steph. Hubertus de Sieger Monasteriensis (n. 2. Sept. 1798; † 18. Mart. 1848) parochus mülheimensis, qui disseruit *de natura fidei* et methodo theologiae, Monasterii 1839 in 8; *Theorie des Glaubens,* zur Verständigung mit der hermesischen Schule, Coloniae 1836; *Urphilosophie* den Systemen der Dogmatisten Kant's, Jacobi's, vorzüglich dem Nothwendigkeitssysteme von G. Hermes gegenüber angedeutet, Düsseldorpii 1831, quam impugnarunt Droste-Hülshoff et Kreutzer, hinc *Vertheidigung* der in der Urphilosophie aufgestellten Theorie des Glaubens gegen J. J. Kreutzer, ib. 1832, in quibus opusculis Hermesium quidem impugnat, sed in aliud extremum pariter erroneum theoriae Bautainii affine incurrit [1]). *Ueber gemischte Ehen,* ein Wort der Liebe 1840; Nieten 1841; *Ueber kath. und evang. Christentum* und die Vereinigung der Christen [2]), Düsseldorf 1827; *Das Zeugniss der allgemeinen Kirche* von der Lehre J. Christi, ib. 1845. *Kein Sacrament der Ehe ohne den Priester,* in Zeitschr. für Kirchenrecht, Ratisbonae 1846 t. 3 fasc. 1. — Joannes Hast [3]) Guestphalus laicus (n. 15. Jun. 1808; † 19. Febr. 1852), de quo cf. p. 905; idem descripsit *Geschichte der Wiedertäufer* von ihrem Entstehen zu Zwittau bis auf ihren Sturz zu Münster, ib. 1836. Disputavit etiam contra Rongeanos, et per biennium redegit fasc. lit. *Petrus* oder der Fels, Lipsiae 1845. 1846. — Franc. Werner Sanhyppolitanus n. 26. Oct. 1810, historiae ecclesiasticae et juris canonici in seminario dioecesano professor (1838—52), ejusdem director et canonicus et capituli praepositus († 17. Febr. 1866), vir egregie doctus, bene discussit opiniones Hermesii in opere supra laudato pag. 905; inseruit fasciculis literariis doctas diss., praesertim de matrimonio: *Die Auflöslichkeit* einer ursprünglich ungemischt nicht christlichen, später aber durch die Bekehrung eines Gatten gemischt gewordenen Ehe, im Falle das eheliche Zusammenleben wegen des christlichen Bekenntnisses durch den ungläubig gebliebenen Ehetheil aufgehoben worden aus der Tradition nachgewiesen [1]). Dogmatisch speculative Darstellung des Begriffes *der Unauflöslichkeit der Ehe* nach kath. Lehrentscheidungen und kirchlicher Praxis; *ein exegetischer Versuch* über Matth. 19, 9 u. 5, 33—34. Ein Beitrag zum Beweise, dass die kirchliche Lehre von der Unauflöslichkeit der Ehe der Bibel nicht wiederstreite. Has diss. Schleyer impugnavit, graves errores auctori objecit, hinc prodiit *Ueber den neutestamentlichen Ehetrennungsgrund* bei Matth. 5, 32; 19, 9 und Paulus 1. Cor. 7, 12—16, eine exegetische Untersuchung in einem Sendschreiben an Professor Schleyer (de quo infra), Ratisbonae 1845, in qua censet Christum eundem attingere casum, quem Paulus l. c., adeoque πορνείαν esse perseverantiam in infidelitate; *de ecclesia abyssina,* de episcopatu s. Petri romano, de itinere s. Pauli hispano [2]). *Ueber den kirchlichen Ablass* und die Bedingungen seiner Wirksamkeit, St. Hyppoliti 1856. — Hisce adde eos, quorum jam supra p. 904 meminimus.

523. Adversus Rongeanos praeter alios scripserunt [3]) Laur. Sonst Ratisbonae 1845 — Jos. Schwindl parochus (1845) — Jo. Sporschill

[1]) Cf. Denzinger Vier Bücher von der relig. Erkenntniss 1, 151 ss. Cf. Reusch allg. d. Biogr. 34, 197.

[2]) Cf. Felder Litzt. 1827 III, 80—91.

[3]) Cf. Rassmann p. 140; passim Gla I, 2; thes. p. 351.

[1]) Pletz Zeitschrift für Theologie 1840; Seitz Zeitschrift für Kirchenrecht t. 2 p. 135—203. Cf. Wurzbach 55, 47.

[2]) Oesterreichisch-theolog. Vierteljahrschrift 1863 p. 320—46; 1864 p. 1—52; in qua cf. etiam Kerschbaumer Dr. Fr. Werner eine Lebensskizze 1866 p. 326—40.

[3]) Cf. uberem literaturam apud Gla I, 2, 718—728; thes. II. rei cath. p. 722 ss.

(† 1863), de quo infra — C. Braunstein parochus Sprottaviae (fl. 1845) — J. J. Ritter, ut infra dicemus — J. P. Lyser laicus (fl. 1844) — Jo. Hast, de quo p. 1119 egimus — Antonius Brinkmann praepositus ad s. Hedwigam Berolini et episcopus auxiliaris monasteriensis († 1856) — Georgius Jos. Götz theologiae doctor, canonicus et parochus wirceburgensis († 1853), praeclarus rei catholicae apologeta in Bavaria [1]), qui etiam edere coepit *Katholische Stimmen*. Ein Archiv des Interessantesten und Vorzüglichsten aus dem kirchlichen Leben und aus der Literatur, Regensburg 1839, quos alii dein continuarunt. In iis exstat diss. *Der Protestantismus* in seiner tiefsten Erniedrigung, seorsim ib. 1845. — Maur. Moritz sacerdos et redactor foliorum publicorum Aschenburgi [2]) 1845. — J. C. Jureck sacerdos (fl. 1845). — Contra Strauss praeter tot alios, qui huc referri possent et quorum jam alibi mentionem fecimus vel de quibus adhuc agemus, nominandus est Fr. Jos. Höfliger consiliarius et canonicus sangallensis, cujus scripta referuntur in thes. ll. rei cath. p. 378. Obiit mente captus per suicidium 1862. — Wenceslaus Frost director instituti pro surdo-mutis († 1865) in op. *Das Leben des Antichristus* nach E. Renan solide et ad populi captum aperit virus, quod in op. illius auctoris tristis de vita Christi latet. — De auctoribus gallis, qui contra eum scripserunt, alibi erit sermo (n. 545). — Adversus vexationes regiminis protestantis disseruit Car. Gustavus Nic. Rintel Regiomontii parentibus judaeis n. 1809. Transiit ad protestantium castra, sed jam tunc adeo strenue propugnavit causam Clementis Augusti archiepiscopi coloniensis duobus scriptis, ut postquam agnitus fuit eorum auctor, iram regiminis incurrerit atque per annum arce fuerit inclusus. Eo tempore amplexus est fidem catholicam (1839). Libertati restitutus a card. Diepenbrock episcopo principe wratislaviensi consiliarius adhibitus est in cancellaria episcopali. Aliis iterum scriptis solide invictaque logica elaboratis jura vindicavit Ecclesiae catholicae. Decessit [1]) apoplexia correptus inter 29. et 30. Jan. 1854.

524. Adversus Güntherianos scripsit Franc. Jac. Clemens, etsi laicus. Natus is est 4. Oct. 1815 Confluentiae. Pie et egregie excultus philosophiae studio se in primis dedit, quam post longum iter literarium per Germaniam et Italiam, privatim Bonnae docuit (1843—55), donec tandem ejusdem professor p. o. in academia monasteriensi constitutus est. Cum in suis praelectionibus, forma et materia, sanam enim philosophiam docebat, excelleret, septuaginta auditores Bonna abeuntem Monasterium secuti sunt frequentique semper fruebatur auditorio. Sed non diu potuit regere cathedram ob affectam valetudinem: ad quam restaurandam frustra Galliam meridionalem, demum Romam adiit, ubi pie in Domino benedictione apostolica confortatus decessit [2]) 24. Febr. 1862 anno aetatis 47. Haec potiora ejusdem scripta: *Die speculative Theologie A. Günthers* und die kathol. Kirchenlehre, Coloniae 1853, in qua dilucide exponit potiora güntherianae doctrinae capita eorumque dissensum ab Ecclesiae de-

[1]) Cf. thesaurus p. 315.
[2]) Cf. Gla 1, II, 718. 720.

[1]) Cf. Rosenthal Convertitenbilder I, 532 ss.; Schulte allg. d. Biogr. 28, 646 s.
[2]) Cf. Katholik 1862 I, 257—280; Stöckl allg. d. Biogr. 4, 315—18; Rassmann 1, 63—65; Handweiser 1862 c. 88, ubi de eo legimus: Er war ein Mann wie es nicht viele giebt: scharf im Denken, warm im Fühlen, ernst im Wollen, rastlos im Wirken, anregend im Lehren, liebenswürdig im Verkehre, gewandt in allen Lebensformen, bei höheren Interessen fast unduldsam streng, fast rücksichtslos entschieden, vor und über Allem aber eifrig in Andacht, Frömmigkeit und Tugendübung.

cretis ob oculos ponit. Plurimum offendit haec expositio objectiva et nitida, indignumque censebatur philosopho auctoritate niti in reprobando illo systemate: unde Baltzer, Knoodt, Hornek etc. in eum insurrexerunt, quibus ipse respondit duplici libello: *Die Abweichung der Günther'schen Speculation* von der kathol. Kirchenlehre bewiesen durch den h. Domkap. und Prof. Dr. Baltzer in seiner Schrift: *Neue theologische Briefe* an Dr. A. Günther etc. Eine Replik, ib. 1853; *Offene Darlegung* des Widerspruchs der Günther'schen Speculation mit der kath. Kirchenlehre durch H. Pr. Dr. Knoodt in seiner Schrift: *Günther und Clemens.* Eine Replik, ib. 1853. De scholasticorum sententia, *philosophiam esse theologiae ancillam*, commentatio, Monasterii 1856, in qua diss. sicut in aliis, quas inseruit fasc. literariis *Katholik*, praeclare exponit relationem inter philosophiam et theologiam Ecclesiaeque auctoritatem, hujusque rationem vel in philosophia probat esse habendam, cum normae et stellae rectricis instar illi praelucere debeat. Hinc enata est altera controversia literaria sat acris cum celebri Dr. Kuhn, adversus quem edidit: *Die Wahrheit* in dem vom H. Prof. Dr. J. von Kuhn angeregten Streite über Philosophie und Theologie, Monasterii 1860; *Ueber das Verhältniss* der Philosophie und Theologie. Ein Wort der Rechtfertigung gegen die Kritik des H. Pr. Dr. J. v. Kuhn. Moguntiae 1860. *Der h. Rock zu Trier* und die protestantische Kritik. Zur Würdigung der Schrift: *Der h. Rock zu Trier* und die 20 anderen h. ungenähten Röcke. Eine historische Untersuchung von J. Gildemeister und H. v. Sybel, Confluentiae 1845 ed. 2., optima et solida refutatio liberculi adversariorum levi manu conscripti [1]). *Giordano Bruno und Nikolaus von Cusa.* Eine philosophische Abhandlung [1]). Bonnae 1847. In primo catholicorum Germaniae congressu Moguntiae (1848) habito promotor fuit, ut per Germaniam diffunderentur conferentiae s. Vincentii de P.

525. Contra omnis generis adversarios Ecclesiae ejusque jurium et doctrinae intrepidus stetit Andreas Raess episcopus argentoratensis (de quo infra): sed in hoc certamine fidelem habuit socium et collegam Nicolaum Weis. Natus is est parentibus pastoribus 6. Mart. 1796 in parochia Rimlinga dioecesis metensis. Sub paterna cura cl. Liebermann insignes fecit in literis omnibusque disciplinis theologicis progressus. Occasione curae, quam impendit militibus gravi morbo decumbentibus, qua ipse infectus fuit, familiarem iniit amicitiam cum Raess, cujus fructus erant tot opera (ad a. 1833 t. circa 86), in primis tam insignes fasciculi literarii *Katholik* inscripti, qui prodire coeperunt a. 1821 immenso commodo rei catholicae usque ad nostros dies. Vix natus annos 26 adlectus est cum Geissel canonicus capitulo spirensi (22. Jun. 1822). Cum dignitate crevit et ejus ardor promovendi quaquaversus bonum religionis, hinc amicitiam iniit et consiliorum conspirationem cum viris praecipuis, qui per Germaniam praeliabant praelia Domini. Translato interim Joanne de Geissel episcopo spirensi Coloniam, ipse in ejus locum successit 23. Maj. 1842. Zelo indefesso promovit bonum suae dioecesis, quae tot damna passa erat subversione omnium rerum per Gallos inducta; reformavit institutionem religiosam populi, curam gessit impensam de scholis deque formando clero, condidit monasteria et pia instituta, restauravit ecclesias, excoluit oves sibi commissas frequentibus concionibus, literis pastoralibus, missionibus, visitationibus, propugnavit pro viribus jura Eccle-

[1]) Cf. Brück Gesch. der kath. Religion in Deutschland II², 530.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1847 p. 530—40.

siae[1]). Decessit laboribus fractus, sed meritis plenus 13. Dec. 1869. Libri, quos praeter *Katholik* cum A. Raess edidit, sunt in primis versiones operum valde utilium ut vitarum SS. auctore Butler (p. 165), operum apologeticorum ex lingua gallica, systematis theologiae auctore Leibnitio, operum historicorum etc. Collegit quoque cum illo *Bibliothek der katholischen Kanzelberedsamkeit*[2]). Francofurti 1829—1833 t. 12 in 8., quam secuta est *Neue Bibliothek*, ib. 1834—36 t. 6.

526. Hisce addi meret nominatissimus quondam per Germaniam Jo. Josephus de Goerres, laicus quidem, sed libertatis ecccesiasticae et politicae vindex eloquentissimus, n. 25. Jun. 1776 Confluentiae. Jam a pueritia exuberantis ingenii dedit specimina, sed per turbulenta illa tempora studio academico et methodico excoli non potuit, unde in omnibus fere disciplinis fuit αὐτοδίδακτος. Libertatis cupidine, quae ex Gallia Germanos invasit, juvenili ardore abreptus, aliquamdiu libertatis popularis egit vindicem aevum jam aureum sibi pollicens. Ad saniora tamen consilia rediit, literaturae germanicae studiisque physicis, historicis et mythologicis praesertim, impense se dedit et nonnullos fructus sagacis sollertisque suae diligentiae in lucem edidit, ex. gr. *Mythengeschichte der asiatischen Welt*, Heidelbergae 1810 t. 2 in 8., opus eruditum, plurimi factum, a viris doctis plausu exceptum, in quo conjicit unitatem omnium religionum et mythologiae originalem. Anno 1814—16 munere directoris studiorum in provincia rhenana fungebatur, sed occasione ultimi adversus Napoleonem belli iterum vehementi libertatis politicae amore excitus eloquentia sua efficaci Germaniae populos pro illa recuperanda adeo inflammavit, ut non solum imperatori illi terribilis, sed et principibus Germaniae esset timori. Nonnisi praecipiti fuga carcerem evasit et aliquot annis (1819—27) in exsilio degere est coactus. Argentorati dum moraretur, cum viris egregie catholicis edidit praeclaros fasciculos menstruos inscriptos *Katholik*, atque ab eo tempore ex illorum conversatione imbuebatur spiritu probe catholico, quo ante in tanta idearum et opinionum confusione erat destitutus. A rege Bavariae demum a. 1827 Monachium ad docendam historiam in universitate vocatus studiis edendisque operibus pacate vacavit, centrumque erat tot virorum illustrium, qui eo tempore academiam illustrabant monacensem. Machinationibus regiminis borussici adversus catholicos et comprehensione venerandi archiepiscopi coloniensis iterum excitatus, leonis instar stetit pro asserenda libertate ecclesiastica edito opere insigni *Athanasius*, Ratisbonae 1837, quod brevi quater prodiit et tonitrus instar catholicos e sopore excitavit. Illud secuti sunt alii duo libelli *Zum Jahresgedächtniss*, des 20. Nov. 1837, ib. 1838; *zum zweiten Jahresgedächtniss*, ib. 1840; et: *Kirche und Staat* nach Ablauf der Kölner Irrung, Weissenburg 1842. Adversarios, quos plures nactus est[1]), contrivit in op. valido *Die Triarier* H. Leo, Dr. P. Marheinecke, Dr. K. Bruno, Ratisbonae 1838. Eidem occasioni tribui debent fasciculi periodici *historisch-politische Blätter*[2]),

[1]) Theolog. Quartalschrift Tüb. 1830 pag. 350—73.

[2]) Cf. Fr. X. Rembing N. v. Weis etc. Speyer 1871 t. 2; Zimmern KL. XII, 1273—79.

[1]) Cf. Brück Geschichte der k. Kirche in Deutschland II², 321 ss.; Roskovány 4, 931.

[2]) Cf. Gla I, 1, 31. Eos redegit ejus filius Guido (n. 28. Maj. 1805; † 14. Jul. 1852), qui eis inseruit egregios articulos. Scripsit inter alia *die Jungfrau von Orleans* 1834; 1895 ed. 3; *Nikolaus von der Flüe* 1831; optime vertit l. *de imitatione Christi* 1839 etc. Insignis plane piusque erat poëta. Cf. Hdlex. p. 1735; Hyac. Holland allg. d. Biogr. IX, 378.

quos cum aliis a. 1838 condidit egregiisque dissertationibus locupletavit et qui a suis originibus correxerunt tot praejudicia in rebus historicis, strenue propugnarunt jura catholicorum plurimumque promoverunt per Germaniam sentiendi rationem catholicam. Decessit[1]) hic sollers et intrepidus libertatis vindex 27. Jan. 1848. Ex plurimis libris et libellis, quos edidit, ad rem nostram sunt: *Christliche Mystik*[2]), Ratisbonae et Landishuti 1836—42 t. 4 (4. in 2 pp.); 1879 t. 5 in 8., opus magnae eruditionis, sed non absolutum, neque ab omni errore immune, forte tamen adversus rationalismum propugnaculum, quo fides in ordinem supernaturalem plurimum promotus fuit. *Über die Grundlage, Gliederung und Zeitenfolge der Weltgeschichte,* Wratislaviae 1830; 1880 ed 2., in quo l. nobiles evolvit conceptus, evolutionemque historiae mundanae adumbratam cernit in opificio sex dierum; *Die Völkertafel des Pentateuch.* I die Japhetiden und ihr Auszug aus Armenien, Regensburg 1845; *Die Wallfahrt nach Trier,* ib. 1845 occasione sacrae peregrinationis ad colendas reliquias Treviris asservatas, quae magnam eo tempore commotionem inter catholicos excitavit, sed etiam acrem contradictionem ex parte protestantium et pseudocatholicorum incurrit. Prolixe praefatus est in aliorum opera, inseruit pluribus fasciculis literariis dissertationes doctas, ut *der h. Franciskus von Assisi* ein Troubadour, seorsim Argentorati 1826; collegit *Altdeutsche Volks- und Meisterlieder,* Frankfurt 1877 etc. opera politica prodierunt collecta Monachii 1854—1860 t. 6; epistolae ib. 1858—74 t. 3. Merito dictus est Catholicae veritatis in Germania defensor gloriosus.

527. De singularibus argumentis disputarunt[1]): J. Alanus Ammann, qui proposuit *das h. Abendmahl* .... dargestellt aus den Geheimnislehren der Synagoge, der Propheten, der Apostel und der ältesten christlichen Kirche, Regensburg 1842 in 8. — Carolus Bor. Egger Algojus n. 31. Oct. 1772, Dil-

[1]) Cf. Galland, J. v. Görres, Friburgi 1876, qui diligenter ejus scripta recenset et literaturam de eo indicat; Haffner KL² 5, 794—802; Sepp Görres und seine Zeitgenossen, Nördlingen 1877; Werner p. 433-36, qui de eo scribit: Es mochte vielleicht seit Leibniz kein deutscher Mann so viele Erkenntnissgebiete mit seinem Geiste umfasst haben als Görres; die Kräfte aber, mit welchen er sie umfasste, ragten an's Riesige hinan, mit einem tiefdringenden Ahnungsvermögen war der Wuchertrieb einer unerschöpflich spielenden Phantasie vergesellschaftet, beide aber durch die Zucht eines ihnen an Kraft gleichen Verstandes geregelt und geleitet. Cf. Thes. p. 312 ss.

[2]) Mentio hic fieri potest operis: *Geschichtliches über die Askesis* der alten heidnischen und der alten jüdischen Welt als Einleitung einer Geschichte der Askesis des christlichen Mönchsthums, quem praemisso prooemio edidit Döllinger ex scriptis Ferdinandi de Eckstein, Friburgi 1862 in 8. Fuit hic patria Hafniensis (Kopenhagen) n. 1790, ad fidem in Gallia conversus. Aliquamdiu militem egit, dein publicis muneribus in Gallia functus est († 25. Nov. 1861). Dignus erat Ecclesiae filius, pro qua egregie pluribus in occasionibus scripsit; multas quoque inseruit dissertationes et notitias foliis literariis. Cf. Rosenthal Convertitenbilder I, 96 ss.; Suppl. 1, 21 ss. — Ante hos Car. de Eckartshausen socius et archivarius academiae monacensis († 1803) collegerat *Sammlung der merkwürdigsten Visionen,* Erscheinungen, Geister- und Gespenstergeschichten nebst einer Anweisung dergleichen Vorfälle vernünftig zu beurteilen, München 1792 in 8. Reliquit et alia scripta adversus illuminatos et sectas secretas, quarum periculum aperit (Cf. Gla 1, II, 93; 276, 325) et alia sat singularia. Cf. Oppenheim d. Bio. V, 608; Thes. ll. rei cath. p. 202.

[1]) Cf. Coelestinus Keppler OSB. primum in monasterio wiblingensi, dein hoc suppresso in admontensi (n. 8. Sept. 1784), philosophiae, juris canonici et theologiae dogmaticae lector, et professor religionis in universitate viennnensi († 11. Mart. 1858), diss. prolixas inseruit fasciculis theologicis ed. Friut et Pletz. Cf. Lindner in Studien 1884 I, 424.

lingae philosophiae professor (1801-4), parochus et scholarum inspector, canonicus augustanus (1821) et capituli decanus († 31. Dec. 1849), vir strenuus, de re catholica per Bavariam optime meritus[1]), in op. *Der alte Fronleichnam unseres H. J. Christi* dem neuen Abendmahle des Dr. Stephani entgegengestellt, Augustae 1812, liber praeclarus; Bemerkungen über die Schrift des H. Pr. Gerhauser (cf. pag. 922) *J. Christus* der Erlöser der sündigen Menschheit, 1808; *Was glaubt von jeher die katholische,* namentlich die französische Kirche vom Bischofe zu Rom? Beantwortet aus kirchlichen Zeugnissen bis herab auf unsere Zeiten etc., ib. 1812. Curavit novas auctas et emendatas (6. etc.) editiones operis Fr. Stapf (cf. p. 820). *Vollständiger Pastoralunterricht über die Ehe,* Francofurti 1845; contulit quoque symbolas pro fasc. literariis, quos ediderunt Felder (cf. p. 765) et Mastiaux (cf. p. 991), quorum erat amicus. Reliquit et conciones, quae laudantur, Augustae 1829. — Andreas Gau natus Flerzheimii in Borussia rhenana 2. Maji 1800, aliquamdiu Hermesii opinionibus addictus, pontificiae damnationi se subjecit. Subregens erat in seminario coloniensi, dein canonicus aquisgranensis († 5. Nov. 1862). Scripsit *historisch-dogmatische Untersuchungen* über die Natur des Messopfers, oder inwiefern die Messe ein Opfer sei, Coloniae 1830; *de valore manuum impositionis atque unctionis* in sacramento confirmationis, ib. 1832. — Augustinus Rechberger Linciensis, filius Georgii (de quo cf. p. 786), n. 18. Nov. 1800, theologiae dogmaticae professor (1828—1852), seminarii regens et canonicus, clero et populo acceptus († 7./8. Dec. 1864) condidit 1848 cum Schiedermayr et Baumgarten fasc. literarios *Linzer theologisch-praktische Quartalschrift,* qui modo adhuc et merito florent. Collegit cum collega Jos. Reiter[1]) ex schedis Car. Mariae Mayrhofer medici († 18. Maji 1838) *Das dreieine Leben in Gott* und jedem Geschöpfe durch katholische Speculation als Interpretation nachgewiesen[2]) Ratisbonae 1851 t. 2 in 8. — Clemens Siemers Monasteriensis (n. 21. Apr. 1801; † 25. Maj. 1851) praeter alia edidit *die sakramentalische Beichte,* Münster 1844. — Adami Foerstl est der alte Glaube und der alte Gott, Salzburg 1851 in 8.

528. Fidem catholicam praeter alios, quos jam laudavimus, amplexi sunt[3]) suaeque conversionis rationem reddiderunt Henricus Bern. Xaver Cleve (Hirsch Jerachim) n. 6. Jul. 1799 in

[1]) Cf. Binder Allgemeine Realencyclopaedie Ratisbonae 1847, 3, 803.

[1]) Jos. Reiter s. Floriani pauperibus parentibus n. 8. Dec. 1805 absolutis splendide studiis ingressus est canoniam s. Floriani CRA. (1. Oct. 1826). Ultra a. 40 professor erat historiae ecclesiasticae et juris canonici Lincii († 12. Apr. 1876). Magna sunt ejus merita in promovenda vita et spiritu vere catholico per Austriam et in dilatanda unione pia sub invocatione nominis Jesu pro juvandis missionibus. Cf. Černík p. 114—117, qui et ejus scripta recenset.

[2]) Cf. Ringseis hist. pol. Bl. XXX (1852) 544—54; De Reiter viro admodum operoso cf. Czerny p. 114—17.

[3]) Cf. *Chronologisches Verzeichnis* der denkwürdigsten Bekehrungen vom Protestantismus zur kath. Kirche von der Reformation an bis auf die neueste Zeit collegit Jul. Vinc. de Paula Hoenighaus Aschaffenburg 1837, qui et ipse fidem amplexus est catholicam. Intentione irenica alia quaedam composuit opera, ut *Morgenröthe* des Friedens oder die Möglichkeit einer Wiedervereinigung der protestantischen Confessionen mit der kath. Kirche, Würzburg 1828; *das Resultat meiner Wanderungen* durch das Gebiet der protestantischen Litteratur, Aschaffenburg 1837 ed. 2; *Vertheidigung der röm. Kirche* wider protestantische Angriffe und Beschuldigungen, Oldenburg 1842, adversus Mallet pastorem bremensen. Operam suam collocavit in redigendis variis fasc. literariis. Verum de lapsu immorali accusatus fugere debuit et exinde nomen ejus non amplius

Roth prope Norimbergam, rabbinus et magister, in op. *Der Geist des Rabbinismus* oder mein Uebertritt vom Judenzum Christentume, Münster 1823, quod aggressus est Abraham Sutro; *Meine Tauffeier* am Feste Allerheiligen in der Maria-Himmelfahrtskirche, Köln 1822. Ejus quoque est: *Soria*, quo op. continentur testimonia messiana ex Talmude germanice reddita; *systema religionis judaicum*, versio praecipuarum precum judaeorum etc. Coloniae 1823. — Henricus Eisenbach n. 28. Mart. 1795 in Bietigheim ditionis würtembergensis, professor linguarum recentium tubingensis, qui tamen ob oculorum infirmitatem cathedrae debuit renunciare, rediit ad ecclesiam catholicam 1. Febr. 1833 suique reditus rationem reddidit in l.: *Uebertritt* des Prof. H. Ferd. Eisenbach in Tübingen zur r. k. Kirche (1833), von ihm selbst dargestellt [1]), Tübingen 1834 ed. 2. — Sigismundus Henrici, qui obiit dioecesis moguntinae parochus, suam tuetur conversionem in *Offenes Sendschreiben* an seine protestantischen Freunde, Mainz 1857. Accommodate ad nostra tempora exposuit *Die 7 Briefe* der geh. Offenbarung Joh., Mainz 1862. — De Frid. Ludovico de Bernhard insigni jurisconsulto et professore juris germanici monacensi, qui rediit post solida juris studia ad ecclesiam catholicam (1855), cf. Rosenthal I, 3, 159—67. — Lud. Paulus Wieland Lütkemüller n. 8. Mart. 1870 patre pastore lutherano factus est et ipse pastor et quidem fervidus, qui acriter impugnavit doctrinam catholicam. Gradatim vero agnovit Ecclesiam debere esse hierarchicam, imo ad monarchicam redactam formam, approbavitque communionem sanctorum sensu catholico. Sensa sua, quae favebant doctrinae catholicae, expressit in l. *Von dem Zustande* nach dem Tode bis zur Auferstehung, Leipzig 1852, qui magnum excitavit rumorem. Nulla instituta inquisitione a munere fuit primum suspensus, eo deinde privatus (1852), de quibus cf. eum in l. *Meine Erlebnisse* seit dem Erscheinen m. Schr. Unser Zustand etc., Regensburg 1853. Magis magisque gratia illustratus fidem catholicam [1]) est amplexus (1853) decessitque professor gymnasii in Teschen Silesiae austriacae civitate (12. Oct. 1857). — Huc referri potest Julianus Chownitz (Jos. Chowanetz), qui aliquandiu ad Rongeanos defecerat, sed postea ad meliorem rediit mentem feraxque fuit scriptor. Edidit inter alia *Kurze und deutliche Antworten* auf die am meisten verbreiteten Einwendungen gegen die sogenannten Ultramontanen, Osnabrück 1853 (juxta Segur); *Der Fels Petri* oder die Wahrheit der kath. Kirche bewiesen durch das Zeugnis ihrer Gegner ib. 1854 (juxta Jos. Nic. Weislinger). *Neue Antworten* auf alte und neue Einwendungen gegen die kath. Kirche, ihre Lehren und Gebräuche, Koblenz 1855 in 16; *das Landhaus* oder vertrauliche Gespräche über den päpstlichen Primat und Beantwortung der gegen denselben vor-

comparet. — J. F. A. Buynand des Echelles ex hispano dedit *Triumpf des Evangeliums*. Memoiren eines von den Verirrungen der heutigen Philosophie zurückgekommenen Weltmenschen, Regensburg 1845—48 t. 4 in 8. — Georgius Blackert parentibus protestantibus n. 1808 in Hassia, professor fuit in gymnasio marburgensi, dein pastor, cui muneri renunciavit, ut fidem amplecteretur catholicam (1857), Factus dein est professor in universitate leopolitana. Cum adhuc pastoris fungeretur munere jam diu ante suam conversionem in fidem propendebat catholicam ediditque suppresso nomine *Konvertiten und ihre Gegner*, Briefe und Bekenntnisse über protestantische, kathol. und deutschkatholische Zustände, Paderborn 1867, quae convergunt in apologiam Ecclesiae catholicae. Cf. Rosenthal I, 31, 191-200. — Ant. Laurent theologiae doctor et parochus edidit *Les premiers convertis* au christianisme, Paris 1879.

[1]) Cf. Rosenthal I, 2, 78—82; Katholik XLVIII (1833), 164—86.

[1]) Cf. Rosenthal I, 831—46.

gebrachten Einwürfe, Aachen 1869; *Geschichte der Schöpfung* nach der Bibel und Geologie, Neisse 1858; *die Missionen der kath. Kirche.* Ihr Begriff, ihr Wesen, ihre Geschichte und gegenwärtige Lage, ihre Behörden, Institute, Vereine und ihre heutige Statistik, ib. 1856, libellus suo tempore pretiosus. — Rudolphus Hasert[1]) n. 1813 quondam pastor lutheranus, qui lectione libri impii auctore Strauss, ex corde sectatus est fidem, quam apud orthodoxos lutheranos veram adhuc servari censebat magnoque zelo eam in suis ovibus colere et promovere studuit. Verum pacem et tranquillitatem ob illorum inter se dissidia non reperit: eam demum post diligentem et diuturnam inquisitionem invenit in Ecclesia catholica (27. Oct. 1852). Scripsit hac de re: *War ich vom Satan verblendet,* da ich katholisch wurde, Bunzlau 1854 l. plane egregius: quem excepit alter: Für jedermann *eine Erklärung des Unterschiedes* zwischen Katholischsein und Protestantischsein, Wien und Gratz 1856 ed. 2. plurimum aucta praesertim q. *War Luther ein Mann Gottes* vom h. Geist erleuchtet oder war er vom Satan verblendet[2]). — Wilhelm Geisler quondam praeco protestans de sua conversione rationem reddit in l. *Wo ist die Wahrheit,* wo wohnt der Friede, Mainz 1858. — Hic accenseatur Augustinus Schuwaloff natione Russus e nobilissima prosapia n. 1805 Petropoli, qui relicto schismate primum adhaesit incredulis philosophis, calamitatibus vero pressus per multas fluctuationes miro divinae gratiae ductu pacem demum reperit in Ecclesia catholica (1843), imo ingressus est ordinem Barnabitarum († 1859). Suae conversionis rationem reddit in op. pretioso et admodum utili (cujus segmenta exhibet Rosenthal III, 2, 209—249). *Ma conversion et ma vocation,* Paris 1859; germanice interprete Henr. Jos. Breyer, Paderborn 1862; et alio Innsbruck 1862.

529. Reliqui adsunt aliquot theologi sequioris notae: F. L. Mersy[1]) Weingartensis n. 29. Mov. 1785, decanus offenburgensis († 12. Aug. 1843) — Georgius Kaiser theologiae professor in universitate monacensi, sed cathedra motus propter opus: *Grundlegung der katholischen Theologie*[2]) (Ratisbo-

[1]) Alius a Constantino Hasert parocho in dioecesi secoviensi, qui dat in forma dialogi solidas et limpidas Antworten der Vernunft auf die Fragen: Wozu Religion, Gebet und Kirche, Graz 1897 in 8; Antwort der Natur auf die Frage: Woher die Welt, woher das Leben, Thier u. Mensch, Seele, ib. 1898; Was ist Christus, ib. 1900.

[2]) Cf. Rosenthal 1[1], 793—806.

[1]) De quo ita scribit Gregorius XVI. in Brevi ad episc. provinciae sup. Rheni 4. Oct. 1833: »Pravissimum temeritatis exemplum non ita pridem, ut nobis nunciatum est, palam exhibuerunt plures ex civitate offenburgensi clerici, F. L. Mersy ipsorum decano auctore et duce, qui eo usque pervenerunt, ut nedum varia reformationum capita in suis conventiculis excogitata friburgensi archiepiscopo probanda proposuerint et singulis ruralibus capitulis eorum in eandem improbitatem conspirationem excitantes patefecerint; sed insuper libellum multis additis adornare et semel atque iterum hac procaci inscriptione: *Suntne reformationes necessariae* in Ecclesia catholica? typis edere ausi fuerint« etc., qui est hujus famosi Mersi damnatus cum aliis speciali Brevi ejusdem Pontificis 17. Sept. 1833. Cf. Roskovány 4, 112—20; Reusch d. Biogr. 21, 464. Alius est a Guil. Mercy, de quo cf. supra p. 1042.

[2]) Cf. Zeitschr. für Philos. und kathol. Theol. Bonn 1842 III, 375—86, ubi inter alia legimus: Alles was die theologische Wissenschaft in Bezug auf ihre Fundamentalfragen festgesetzt, Alles dieses hat H. K. genommen und ohne Weiteres über Bord geworfen. Die Prinzipien, von denen H. K. ausgehet, sind bis dahin unerhört und treten in Form u. Inhalt allen bisherigen Anschauungs- und Denkweisen entgegen ... Ja H. K. hätte mit vollem Rechte hinzufügen können: nicht blos den Philosophen u. Theologen, sondern selbst dem gesunden Menschenverstande sei er in vielen Dingen schnurstraks entgegengetreten.« — Alius ab eo est Guil. Reinhardus baro de Kayser, cujus est *Versuch*

nae) Ulmae 1842 — Jo. Otto Ellendorf Westphalus (n. 1805; † 26. Oct. 1844) docens aliquamdiu privatim in universitate berolinensi, qui editis quamplurimis scriptis jura primatus et Ecclesiae impugnavit [1]). Contra ejus opus misellum *der Primat* der röm. Päpste; Darmstadt 1841, 1846 t. 2 disseruit E. Seitz. Hermesianis principiis erat addictus, matrimoniorum mixtorum patronum egit, manu levi res gravissimas tractat stiloque utitur insolenti in alios. — Jacobus Salat Abbatisgemundi (Abtsgemünd) in regno würtembergico 24. Aug. 1766 natus, Monachii in lyceo electorali theologiae moralis et pastoralis cathedram obtinuit (1802). Eo suppresso designatus est in universitate landishutana professor philosophiae (1807), eaque Monachium (1826) translata, mansit Landishuti ad extremum usque vitae (11. Febr. 1851). Plurima reliquit scripta [2]) et diss., philosophica in primis, in quibus sectatur vestigia Jacobi. Ea pretio carent, levia enim sunt et infecta tristi spiritu illius aevi liberali et rationalismo revelationis supernaturalis et Ecclesiae a Christo institutae subversivo: unde merito oblivioni jam tradita sunt: tuebatur quoque dissolubilitatem matrimonii. — Jo. Guil. Jos. Braun n. 37. Apr. 1801 in universitate bonensi (1829) historiae ecclesiasticae, exegesis et postea etiam juris canonici professor († 30. Sept. 1863), qui cum Achterfeld, Droste-Hülshoff, Scholz et Vogelsang condidit *Zeitschrift* für Philosophie und katholische Theologie (1832—52), in primis ad tuendas theorias hermesianas, pro quibus vindicandis cum Elvenich Romam quoque profectus est (1837). Gestorum rationem reddidit in *meletematis theologicis,* Hunnoverae 1837; et *actis romanis,* ib. 1838 (cf. p. 903). Praeter alia edidit quoque *s. Justini M. et philosophi apologias* cum commentario latino, Bonnae 1830; 1860 ed. emendata et aucta; *de Tiberii Christum in deorum numerum referendi consilio* commentationem, ib. 1834; *bibliothecam regularum fidei,* Bonnae 1844 t. 2, quam non continuavit. Continentur vero ea Veronii regula fidei et hujus compendium; Bossueti expositio fidei catholicae, Beringtoni (p. 834) et Kirkii fides cath., declarationes vicariorum apostolicorum Britanniae et episcoporum Hiberniae; professio fidei a Pio IV emissa; Holdeni divinae fidei analysis et ejusdem de schismate disputatio. — Aliorum Hermesianorum jam supra p. 903 fecimus mentionem.

530. De *philosophicis* argumentis scripserunt Jo. Ant. Brüning n. 25. Oct. 1775, alioquin medicus († 1843), qui praeter alia [1]) proposuit Ein Versuch, *das Dasein Gottes* und der menschlichen Willensfreiheit metaphysisch zu beweisen, Münster 1838. — Jos. Ant. Konrad parochus helvetus proposuit *Wissenschaftliche Forschung* über das Dasein Gottes. Ein Versuch aus dem Standpunkt des Christentums, Baden 1849. — Jos. Hier. Suter professor solodurensis († 1860) ostendit *Gott erkennbar* aus den Geschöpfen, aus der Vernunft, Geschichte und Offenbarung, Einsiedeln 1858 in 12. — Dietrich Becker director convictus spirensis, qui et contra Frohschammer

---

einer Feststellung der natürlichen u. christlichen Religion, Moguntiae 1834 t. 1. et forte unicus.

[1]) Cf. Rassmann 1, 96: et in primis Vogel, Zeitschrift für Theologie, Friburgi 1841 t 6 pag. 275—300; Thes. p. 204.

[2]) Cf. Waitzenegger 3, 213—244, qui eum nimis laudat; Permaneder passim in annal. univer. Ingolstadii p. V; thesaurus 748 s.; Werner p. 327—34; Felder Litzt. 1812 I, 181—92; Intelligenzbl. IV, 28—30; V. 33; VI, 41—44 etc.; Brück Gesch. der kath. Kirche in Deutschland, 1, 406 s. Knöpfler allg. d. Biogr. 30, 194—97; et Gla passim; Stamminger KL. VII, 1389; thes. p. 748.

[1]) Cf. Rassmann I, 49

scripsit, et de philosophia Deutingeri, sed praesertim de Platone: *Das philosophische System Platons* in seiner Beziehung zum christl. Dogma, Freiburg 1862, quo in op. ostendit, Platonem nullatenus praelusisse ideis seu veritatibus christ., ut haud pauci autumant, neque eum puram habuisse Dei notionem, sed pantheismi erroribus infectam[1]). — Max Furtmair Schyrensis (n. 2. Nov. 1779) sacerdos variis in Bavariae lyceis professus est philosophiam († 27. Aug. 1854) compilavitque *Lexikon* usque ad articulum Todesstrafe, quod continuavit Uschold prodiitque t. 4 Augustae. — Eusebius (Henricus) Wichart O. Conv. († 1868) respondit ad quaestionem a facultate philosophica monasteriensi proposita: *Examinetur sententia illorum,* qui Deum philosophica argumentatione demonstrari neque posse neque debere contendunt. Adjungatur censura argumenti ontologici pro exsistentia Dei, Oder *Geist, Natur und Mensch* mit Hinweisung auf Gott, Münster 1834; Metaphysische Anthropologie vom physiologischen Standpunkte und ihr Verhältnis zu den Geheimnissen des Glaubens, ib. 1842.

531. In *Hungaria* Georgius Fejér (n. 23. Apr. 1766, † 2. Jul. 1851) theologiae dogmaticae in universitate pestinensi professor et bibliothecae praefectus, scriptor feracissimus, qui ad 180 libros composuisse dicitur, praeter paedagogicos, philosophicos, historicos, edidit plures theologicos, et inter hos *institutiones theologiae dogmaticae,* Viennae 1819 t. 8 ed. 3; *Sacramentum ac sacrificium eucharistiae,* Budae 1835 t. 2. *Tabulas V. et N. foederis* rite interpretandi lex catholica, ib. 1816. Collegit *codicem diplomaticum Hungariae,* Budae 1829—44 t. 40 in 8., erat enim bene meritus de historia patria et apologeta fervidus gloriae suae nationis[1]). Indicem alphabeticum concinnavit et adjecit, 1866 M. Czinár. Collegit quoque jurium ac libertatum religionis et Ecclesiae catholicae in regno Hungariae partibusque adnexis *codicillum diplomaticum,* Budae 1847; *rationes Ecclesiae catholicae* adversus matrimonia mixta irrestricta, Pestini 1840. — Josephus Prunyi theologiae doctor, in lyceo archiepiscopali strigoniensi theologiae dogmaticae professor, consistorialis consiliarius, canonicus posoniensis (1853; † 3. Dec. 1867) elucubravit *systema theologiae dogmaticae*[2]), Vindobonae 1842—43 t. 4 in 8. — Titus Joannes Molnár OSB. de Monte Panonniae Tyrnaviensis (n. 29. Aug. 1798; † 17. Maj. 1857) professor studii biblici (1826—32), edidit *institutiones religionis christiano-catholicae* usibus praelectionum academicarum accommodatas, Budae 1836. 1837 t. 2 in 8. — Jo. Kopsz presbyter dioecesis sabariensis concinnavit *compendium theologiae dogmaticae,* moralis, pastoralis et juris canonici, Sabariae 1857; et *psalterium* in usum ven. cleri edidit, ib. 1857. — Franc. Szanisló n. 2. Aug. 1792, in Frintaneo diligentius excultus doctoratus lauream promeruit. In seminario dioecesano historiam ecclesiasticam docuit et concursu facto cathedram theologicam in universitate budensi adeptus est (1830) simulque concionatoris academici munus: insignis enim erat concionator. Anno 1850 dictus est episcopus magnowaradinus. Condidit ipse ephemerides ecclesiasticas *Religio* et etiam fasciculos ecclesiastico-literarios. Decessit postquam (1868) episcopatui resignaverat 30. Dec. 1869 ingenti relicta pecuniarum summa in pios usus distribuenda. Praeter conciones classicas elucubravit doctrinam religionis romano-catholicae in usum academicae juventutis, Pestini 1822 pp. 4. — Mat-

[1]) Cf. Gla 1, II, 341 s.; Tüb. Qtlschr. 1864, 153—68.

[1]) Cf. Wurzbach 4, 160.
[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1843 p. 526—38.

thias Kovács theologiae doctor [1]), historiae ecclesiasticae Agriae, dein (1820) in universitate budensi theologiae dogmaticae professor, canonicus agriensis († 4. Jun. 1861), disseruit *de nexu fundamentorum religionis christianae,* Budae 1830 in 8; condidit quoque ephemerides argumenti religiosi lingua patria exaratas. — Vinc. Buczynski SJ. in Russia alba natus 17. Mart. 1789, theologiae professor Oeniponte et Lovanii († 29. Mart. 1853), edidit *institutiones doctrinae religionis,* in quibus principia philosophica ad veritatem religionis applicantur, Viennae 1842 in 8; *institutiones philosophicae.* Viennae 1842-44 t. 3. — Ignatius Penka canonicus et professor in universitate cracoviensi exaravit *praelectiones ex theologia dogmatica,* Cracoviae 1845 t. 4 in 8; ejus quoque est *uberior coelilibatus sacerdotalis qua nunquam pereuntis expositio,* Cracoviae 1846 in 8. — Jo. Theophilus Max Zetter Posoniensis n. 1793, a. 27 pastor quondam lutheranus studio patrum et historiae ecclesiasticae errores et variationes sectae suae agnovit veritatemque Ecclesiae catholicae, hinc eam (1846) cum sua familia est ingressus. Cum bene versatus esset in disciplinis naturalibus factus est harum disciplinarum professor in seminario s. Borromaei Salisburgi († 1869). Edidit libellos apologeticos [2]), inter quos ex. gr.: *Warum wurde ich katholisch,* Salisburgi 1847; *Tabitha kumi* oder die heilbringende Rückkehr zur Mutterkirche, Innsbruck 1853; *das alte Lutherthum und der neue Protestantismus.* Ein Beitrag zur Geschichte der christlichen Kirche und der in ihr wohnenden Wahrheit, Ratisbonae 1844; 1850; *Wanderung durch das Gebiet des christlichen Glaubens* von einem deutschen Studenten ib. 1845. 1850. *Welche ist wahrhaft christlich:* die kath. Ohrenbeicht oder die protest. allgemeine Beicht, Burghausen 1850; *der Weg zum Kirchenfrieden* im deutschen Vaterland, Graz 1858 etc. Plures quoque diss. inseruit fasciculis literariis linciensibus. Forte ipsius etiam est *Beleuchtung* der neuesten Reformationspredigten und der antikath. Literatur überhaupt. Ein Beitrag zur Toleranzgesch. des 19. Jahrh., qui l. prodiit Regensburg 1845 sub nomine Const. Christ.

532. In *Anglia* fidem catholicam propugnarunt Petrus Aug. Baines n. 25. Jan. 1787, quondam OSB., episcopus auxiliaris episcopi Collingridge (1823) et hujus in vicariatu apostolico successor (1829), teste card. Wiseman, insignis concionator († 6. Jul. 1843), quem Leo XII. cardinalem creare cogitaverat, sed obstitit pontificis mors. Praeter plures sermones [1]) exstat ejus *Defence of the christian Religion,* during the last 13 Centuries, Londini 1825 in 8. — Richard Norris SJ. (n. 13. Apr. 1792, † 6. Maj. 1846), provinciae anglicae praepositus [2]), curavit novam editionem theologiae auctore Sardagna (p. 32) Eboraci 1817—19. — Jo. Talbot Shrewsbury (n. 18. Mart. 1791; † 9. Nov. 1852) laicus, vir beneficentissimus [3]) edidit *Reasons for not taking the Test,* for not conforming to the established Church, and for not deserting the ancient faith, Londini 1828. — J. Wahrworth edidit *The Faith of Catholics* on certain points of Controversy confirmed by Scripture and attested by the Fathers of the first V Centuries of the Church, Londini 1845. 1846 t. 3 in 8., ed. retractata et aucta; *Examination* of the distinctive Principle of Protestantism, ib.; *Historical Lectures* on the origin

[1]) Cf. Wurzbach 13, 74.

[2]) Cf. Wurzbach 59, 349; Rosenthal I², 2, 353—54; de ejus opp. passim Gla I, 2.

[1]) Cf. Gillow 1, 105—10.

[2]) Cf. Foley Records of the English Province of the Society of Jesus, Londini 1882 VII, 551.

[3]) Cf. Gillow V, 503.

and progress in this Country of the change of Religion called the Reformation. — Georgius Corless Lancastrensis († 1. Nov. 1865) scripsit *The Catholic Doctrine of Transubstantiation* proved from the Early Fathers; in Answer to a Recent Pamphlet by the R. J. S. Faber . . . *Author of The Difficulties of Romanism,* Londini 1827 in 8. — Jos. Curr Sheffieldensis († 29. Jun. 1847) plura scripta ad tuendam causam catholicam adversus ejusdem impugnatores edidit, ut *Catholicism* or the Old Rule of Faith vindicate from the Attack of W. Roby, Manchester 1821 in 8., quod prodit scriptorem doctum, sagacem, ad respondendum promptum [1]). — Jo. Fletcher Duaci et Parisiis institutus post reditum in patriam missionarium egit et in praemium suorum meritorum a Pio VII. donatus est doctoratus theologici laurea († c. 1849). Praeter sermones et alios libellos edidit [2]) *A Comparative View* of the Grounds of the Catholic and Protestant Churches, Londini 1826 in 8; *The Difficulties of Protestantism,* ib. 1829 in 8; 1832; *The Guide to the True Religion.* A Series of Sermons on the Marks and Character of the Church of Christ, ib. 1836 in 8. opus egregium, *Transubstantiation,* a Letter . . . in Reply to certain Inquiries, ib. 1836 p. 2; *A Short Historical View of the Rise,* Progress and Establishment of the Anglican Church, ib. 1843 in 8. — Jo. Bell missionarius († 31. Maj. 1854 a. aetatis 87) collegit *The Wanderings of the Human Intellect;* or a New Dictionary of the various Sects into which the Christian Religion, in Ancient and Modern Times, has been divided, with an Impartial Discussion on the Merits of their respective Claims to Orthodoxy. To the above prefixed an Introductory Essay on Universal History, as well Civil as Ecclesiastical, from the much admired Historical Discourse of the Learned Dr. Pluquet (p. 452) in Front of his valuable Dictionary of all Religions; from which and from other equally respectable sources, the present work is compiled, Londini 1814; 1839 ed. 2. in 8. — Henr. Guilelmus Coombes (n. 8. Maj. 1767; † 15. Nov. 1850), in duaceno collegio institutus ibidemque rhetorices professor erat. In Gallorum invasione captus est, fuga elabi potuit, seque in Angliam recepit, ibique professorem, dein missionarium egit. Praeter alia scripsit: *The Essence of Religious Controversy,* contained in a Series of Observations on A Protestant Catechism, Londini 1827; 1839.

533. Thomas Moore Dublinensis, advocatus et poeta celeberrimus n. 28. Maj. 1779 († 26. Febr. 1852), de historia et literatura Hiberniae bene meritus, maximam nominis claritatem suis poematis patrioticis et religiosis adeptus est. Inclaruit pariter operē erudito et sagaci: *Travels of an Irish Gentleman* in Search of a Religion, with Notes and Illustrations, Londini 1833 t. 2, quod saepe fuit editum et in varias linguas versum [1]). Instituit in eo auctor religionis catholicae speciatim primatus apologiam, nititurque ostendere, eum, qui deserit Ecclesiam catholicam, serius ocius barathrum incredulitatis incidere. Stilo eleganti et ad vulgi captum accommodato utitur: unde opus magnae utilitatis fuit ad confirmandos concivium animos in avita fide et ad aperiendam veritatem protestantibus in sua jam dubios: quare plures nactus est etiam adversarios: ita in Germania Augusti et Rheinwald. Celebratur quoque ut accurata et diligens *History of Ireland,* London 1839—46 t. 4; *Letters and Journals*

[1]) Cf. Gillow 1, 608—12.
[2]) Cf. Ib. 298—300.

[1]) De versione germanica (Aschaffenburg 1852 ed. 6) auctore Mauritio Lieber cf. Tüb. Qtlschr. 1834 p. 539—51; Kerz. Litzt. 1834 II, 186—207; de auctore Kerker KL. VIII, 1852—55.

ot Lord Byron with Notices of his life, ib. 1830 t. 2. Opera collecta prodierunt ib. 1852—53 t. 10; cur. J. Russell *Memoirs, Journal and Correspondence* of Th. Moore, t. 8. — Fridericus Lucas Londinensis n. 30. Mart. 1812 religione quaquerus, advocatus et orator insignis [1]), fidem amplexus est catholicam a. 1839 rationesque suae conversionis reddidit in libro praeclaro: *Reasons for becoming a Roman Catholic,* Londini 1839. Condidit celebres ephemerides *Tablet,* quae prodire coeperunt 16. Maj. 1840, magnaque animi contentione causam egit catholicorum, in primis Hibernorum: sed mature viribus exhaustus decessit jam 22. Oct. 1855. — Alius qui ad Ecclesiam catholicam rediit fuit Georgius Spencer, qui deinde de eadem optime in Anglia meruit. Natus is est 21. Dec. Londini 1799 parentibus nobilibus, sed anglicanis. Pinguissimae renunciavit parochiae, quam per quinquennium jam rexerat (1825—30), ut rediret ad Ecclesiam catholicam (1830), ad quam viam sibi paraverat liberalissima erga pauperes misericordia, in quos opulentos parochiae proventus vere effudit. Romam profectus sacros ordines suscepit (1832) et exinde zelo indefesso animarum bonum in patria curavit, pro cujus conversione piam precum confoederationem fundavit, quae latissime diffusa est. Ab anno 1839—1846 direxit magna prudentia et sollertia collegium oscottense. Ut vero se plenius Deo dicaret, ingressus est ordinem Passionistarum vix tum in Anglia notum Ignatius a s. Paulo dictus. Eum plurimum promovit strenueque per Angliam, Scotiam et Hiberniam missionarium egit calcans mundi vanitatem et gaudens, si pro nomine Jesu injurias et contumelias pati ei liceret. Decessit morte subitanea dum solus esset in via, prout optaverat, 1. Oct. 1864. Exstant [1]) ejus *Letters in defence of various points of catholic Faith,* Birmingham 1836 in 8. — Notissimus est suis scriptis asceticis Frid. Guilelmus Faber (n. 28. Jun. 1814) cum Palmer et Gladstone amicitia junctus. Insignis erat concionator et poeta, pastor anglicanus et rector ecclesiae eltonensis. Praejudiciis, quibus adversus Ecclesiam romanam imbutus erat, gratia divina illustratus victis, ei non solum se adjunxit (1845), sed penitus dicavit. Hinc prius congregationem fundavit, sed dein (1848) ingressus congr. Oratorii indefesso zelo verbis et scriptis dilatandae majoris Dei gloriae et curandae salutis animarum ad finem usque vitae (26. Sept. a. 1863) fuit studiosissimus magno Ecclesiae catholicae per Angliam bono, innumerosque ad veritatis agnitionem perduxit et in via virtutis atque perfectionis promovit. Plurima reliquit scripta, sed fere ascetica, quibus nitebatur pietatem virtutisque studium, ut ita loquamur, reddere populare [2]). A Pio IX. dictus est s. theologiae doctor. Opera ejus, inter quae poëmata vel a protestantibus magni facta, prodierunt Londini 1853—60 t. 3; germanice 1857 ss.

534. Splendidissimum vero ecclesiae Angliae sidus et columen fuit Nicolaus Patricius Steph. Wiseman Hispali natus 2. Aug. 1802 patre hiberno.

[1]) Cf. Riethmüller Frederik Lucas, Londini 1862; Rosenthal 2, 147—85; in primis The Life of Fr. Lucas 1886 auctore ejus fratre Eduardo Lucas. — Ad fidem catholicam pariter redierunt L. Silliman Ives, qui suae conversionis rationem reddidit in ep. ad amicum et collegam, germanice interprete G. Schündelen, Coeln 1855. — O. A. Brownson, cujus est Erinnerungsblätter eines Konvertiten ex anglica lingua germanice eodem Schündelem interprete, ib. 1858.

[1]) Ejus sermones et alia opuscula ascetica recenset Gillow V, 519 s.

[2]) Cf. Rosenthal 2, 348—74; Gillow 2, 207—18; Bellesheim KL², 4, 1170; Bowden The Life and Lettres of Fr. W. Faber, Derby 1869; Klein Fr. W. Faber, Friburgi 1879.

Studiis operam dedit Romae in collegio Anglorum a Pio VII. restituto suique ingenii atque eruditionis mox specimen praebuit cum juvenis adhuc ederet *Horas syriacas* seu commentationes et anecdota ad res vel literas syriacas spectantia [1]), Romae 1848 t. 2, opus egregium, in quo invicte refellit sacramentarios confugientes ad linguam syriacam, ut dubium redderent argumentum pro reali praesentia corporis Christi in eucharistia ex institutionis verbis petitum; disseritque quoque de variis thematibus ad literas syriacas spectantibus ut de versionibus syriacis s. Scripturae, quarum duodecim recenset. Obtenta post splendidam disputationem, cui interfuerunt card. Cappellari (post Gregorius XVI.) et La Mennais, laurea doctorali a. 1824 mox renunciatur professor linguarum orientalium in archigymnasio romano et collegii Anglorum rector. Anno 1835 celebres habuit praelectiones, quas edidit inscriptas *Twelve Lectures* on the Connection between Science and Revealed Religion, Londini 1836. 1861 ed 5, quibus interesse solebat Bunsen, versae in varias linguas, germanice cura Haneberg et Weinhart, Ratisbonae 1866 ed. 3., opus plane insigne suoque tempore classicum, in quo erudite, solide et sagaciter disserit de studio comparativo linguarum, ethnographia, de disciplinis naturalibus, archaeologia, de literatura orientali sacra et profana, ubique revelationis harmoniam cum variis disciplinis, ex quibus alioquin impugnari solebat, ostendens. Cum interim inviseret Angliam (1836), habuit Londini publicas lectiones, quas edidit *Lectures* on the Catholic Doctrine, 1836, germanice cura Haneberg, Ratisbonae 1869 ed. 3., in quibus agit de praecipuis doctrinae capitibus et ritibus Ecclesiae catholicae, quae pariter avide ubique exceptae sunt. Condidit ibidem (1839) fasciculos literarios triplicis generis, trimestres (cum O'Connell) *Dublin Review* [1]); mensiles *Catholic Magazine,* et hebdomadarios *London Tablet;* in prioribus (1838. 1839) prodierunt ejus celebres diss. de Puseitis: *Lectures on the High-Church movement in Oxford,* in quibus argumentis invictis ostendit, ecclesiam anglicanam essentialiter schismaticam esse nullumque ipsi jus ad apostolicam successionem competere. Comparat anglicanos donatistis et utrumque schisma tam sibi simile esse contendit, ut tuto affirmare liceat, ex iisdem rationibus, e quibus Ecclesia jamdudum in schisma donatistarum sententiam tulit, schisma quoque anglicanum non obstante ejus per Oxonienses facta lotione et expolitione, condemnandum esse [2]). Instituta ad promovendam rem catholicam fovit juvitque. Praefuit collegio s. Mariae oscottensi dictusque est provicarius (1848), dein vicarius apostolicus londinensis, et in meritorum praemium a Pio IX. creatus cardinalis (30. Sept. 1850), archiepiscopus westmonasteriensis et primas ecclesiae per Angliam. Plurimum commovit hierarchiae restauratio Anglicanorum animos: sed ea tempestas brevi conquievit, plurimum ad id conferente ipso cardinali sua prudentia, eruditione, solertia [3]): totusque jam vixit promovendae per Angliam causae catholicae et vitae;

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1829 p. 137—46; 270—79; Pletz neue theol. Zeitschr. 1828 I, 283—303.

[1]) Cf. de fasc. literariis Bellesheim Sechzigjähriges Jubiläum der Dublin Review in Katholik 1896 II, 533—542.

[2]) Roskovány IV, 625.

[3]) Cf. Moufang, der C. Wiseman nach seinen Verdiensten um Kirche u. Wissenschaft, Moguntiae 1865; Ward The Life and Times of Card. Wiseman, Londini 1897 t. 2; 1900 ed. 5.; coll. Bellesheim Katholik 1898 I, 97—115; 231—51; 327—48; KL. XII, 1710—17; E. S. Purcell Life etc., Londini 1895: T. E. Bridgett Characteristic from the Writings of C. W., ib. 1898 cum accurato elencho omnium ejusdem opp., quae etiam Gillow V, 585—90 sub n. 69 recenset.

induxit decem ordines religiosos aliaque pia opera, ter concilium provinciale celebravit, de scholis catholicis curam egit, plurimasque habuit in majoribus civitatibus conferentias de omnis generis argumentis. Decessit doctissimus praesul 15. Februar 1865.

535. Edidit quam plurimas dissertationes plane egregias, quas identidem coram eruditis habuit. Huc spectant praeter jam laudatas: *Lectures* (8) *on the real Presence of J. Christ in the Blessed Eucharist,* Londini 1836; 1842 etc.; germanice interprete Brühl, Ratisbonae 1844; 1871 ed. 2., quibus vix aliquid in hoc demonstrationis genere solidius reperitur. *Offices and Ceremonies of the Holy Week*[1]), diss. 4 habitae Romae a. 1837, germanice cura Jos. Maria Axinger, Augustae 1840; *Lectures on the principal Doctrines* and Practises of the Catholic Church 1844, quibus interfuit Gladstone, germanice Ratisbonae 1866 ed. 3. Adversus Lady Morgan feminam anglicanam negantem iter Petri romanum et veritatem cathedrae s. Petri in Vaticano conservatae specimen criticum scripsit, quod ex anglico Ant. de Luca Romae italice reddidit 1832; et germanice Pletz in suis fasciculis theologicis 1835 II, 3—28. *Recollections of the last four Popes,* Londini 1858, 1859 etc. germanice interpretibus C. A. Reiching, Ratisbonae 1858; Fink Schafusiae, et Reusch Coloniae 1864 ed. 3., insignis apologia Pii VII. et VIII., Leonis XII. et Gregorii XVI. lectuque jucundissima et utilis[2]); *Essays on various Subjects,* 1854 t. 3 in 8; germanice Ratisbonae 1854, collectio diss. utilium ut ex. gr. de authentia 1. Joan. 5, 7, cujus genuinitatem haud spernendis rationibus tueri nititur; de versionibus catholicis s. Scripturae; de parabolis et miraculis N. T., de ecclesia anglicana; de Bonifatio VIII. etc. *Appeal* to the Reason and Good Feeling of the People of England, germanice ib. 1851; *Fabiola* a Tale of the Catacombs 1855, saepissime edita et in plurimas linguas versa, germanice cura C. B. Reiching ib. 1873 ed. 6., narratio, quae licet delectationis gratia sit conscripta (quo in genere est classica), non solum delectat, pios affectus ciet, sed et erudit et lectorem instituit, nam eruditione archaeologica ornatur. *Sermons* on Moral Subjects and Sermons on our Lord and the B. V. Mary, Dublini 1864 t. 2, germanice Ratisbonae 1865; Coloniae 1865 cura Kayser et Schindelen; *On the Connection* between the Arts of Design and the Arts of Production, Londini 1854; *Four Advent Lectures on Concordats,* Londini 1854 etc. Disseruit quoque de sterilitate missionum protestantium inter populos infideles, quae diss. primum italice prodiit Romae 1831, etiam in varias linguas translata fuit, in gallicam Lovanii 1844, in germanicam[1]), Augustae 1835. Plures ex diss. hic laudatis gallice versas inseruit Migne suae collectioni *Démonstrations évangéliques* XVI, 9—727. Ejus *Mediations* on the sacred Passion of Our Lord, quas proposuerat alumnis collegii Anglorum, cum esset rector, primum integrae prodierunt 1898.

536. Alii ad fidem cath. conversi sunt: Jacobus Austin Mason n. 1785 parentibus methodistis horum erroribus imbutus praeconem egit, sed gradatim veritatem fidei catholicae agnovit eamque est amplexus 21. Mart. 1819. De-

[1]) De eodem hoc argumento disseruit Carolus Michael Baggs Dublinensis n. 21. Maj. 1806, qui amplexus est fidem catholicam (1820) et institutus fuit in collegio Anglorum Romae. Sub Wiseman erat vicerector atque in rectoris munere successit eidem a. 1840. Decessit vicarius apostolicus in Anglia 16. Oct. 1845. Cf. Rosenthal 2, 26 et Gillow 1, 98, qui varias ejusdem diss. utiles recenset.

[2]) Lit. Handw. 1864 c. 289.

[1]) Cf. Kerz Litzg. 1835 IV, 285—301.

functis uxore atque unico filio, theologiae operam dedit ordinatusque est sacerdos (1825) et exinde egregiis opusculis causam catholicam egit, praesertim adversus methodistas[1]), quorum plures, suo zelo, exemplo scriptisque solidis Ecclesiae lucratus est († 16. Oct. 1844). Ejus scripta excellunt robore stili, nitore et concinnitate expositionis. — De Joseph o Rathbone lincolniensi (n. 11. Maj. 1807; † 12. Aug. 1842) cf. Gillow V, 392. — Joannes Kirk n. 13. Apr. 1760 studiis peractis in Anglorum collegio Romae post diuturnam absentiam rediit in patriam (1785), ibique strenue operam dedit animarum curae. Ipse fundamenta quasi posuit collegii oscottensis, quod postea adeo floruit. In praemium tot meritorum Gregorius XVI agente in primis Wiseman creatus est theologiae doctor (1841). Decessit venerandus senex 91 a. 21. Dec. 1851. Linguam hebraeam adeo bene calluit, ut psalmos breviarii ex permissu pontificis hebraice recitaret. Edidit *The Faith of Catholics* confirmed by Scripture and attested by the Fathers of the first five centuries of the Church, Londini 1813 in 8. Operis saltem in 1. ed. auctor principalis est Jo. Berington (cf. 834); 1830 ed. plurimum aucta et retractata etc. New York 1885 t. 3. Cogitavit jam a studiorum tempore de continuanda historia ecclesiastica Angliae auctore Dodd (cf. IV[3], 1524). Paraverat materiam jam pro t. 6, verum opus tunc non prodiit. Prodiit demum cur. Hungerford Pollen SJ. et Edwin Burton Biographies of English Catholics in the 18. Century, Londini 1909, opus alphabethicae dispositum, admodum utile, egregie editum[2]). — Joannes Perry n. 1804 aliquot opuscula adversus anglicanos edidit, quae recenset Gillow V, 269. — Thomas Mich. Mc Donell n. 4. Febr. 1792, sacerdos ordinatus 19. Sept. 1817 curam animarum gessit multumque sollicitus fuit de promovenda catholicorum emancipatione per Angliam, quae causa tunc temporis agitabatur. Redegit aliquamdin *The Catholic Magazine* 1831-36, quod dein prosequi voluit sub inscriptione *The Catholicon,* sed infelici successu, quoniam prodire cessavit jam post n. 8. Decessit post sat agitatam vitam 25. Oct. 1869 a. aetatis 77. Pluribus sermonibus et libellis stetit pro causa catholicorum, potens enim et doctus erat orator[1]). Huc maxime spectant *Conversation on Religion;* being the first of a series of Tracts, intended to facilitate an Inquiry after Truth, Birmingham 1838; Londini 1845 ed. 3. — Richardus Waldo Sibthorp opulentis parentibus in insula Wight natus pastor erat anglicanus, Serio studio agnovit V. Testamentum typum fuisse novi eumque adimpletum in Ecclesia catholica, post colloquia habita cum celebri Georgio Spencer et Wiseman fidem amplexus est catholicam suaeque conversionis duplici scripto rationem reddidit, quo vehementer anglicanorum animos commovit: *Some answer* to the inquiry: why are you become a catholic, germanice juxta ed. 5. interprete E. Willmann, Regensburg 1843; *An further answer* seu epistola altera, cum prior ep. graviter impugnata fuerit a duobus professoribus scholae oxoniensis Palmer et Dodsworth (qui tamen uterque postea ejus secuti sunt exemplarum). Sed en Sibthorp molestis fidei dubiis correptus iterum a fide defecit eoque in statu quin Ecclesiam impugnaret catholicam, in silentio se continuit, sed Dei miserante gratia fidem iterum reperit et postquam a. 20 ab offerendo missae sacrificio abstinuisset, illud iterum in sacello card. Wiseman 25. Jan. 1865 obtulit. Librum Josue commentario illustra-

[1]) Cf. Gillow IV, 514.

[2]) Cf. Bellesheim hist. pol. Blätter 143, 625; Gillow IV, 37—50.

[1]) Cf. Gillow IV, 372—384, qui diligenter de ejus fatis et scriptis agit.

vit, qui germanice prodiit. Stuttgart 1843 in 8.

537. Neonatam ecclesiam in statibus unitis *Americae* illustrarunt tres praesules egregii natione Hiberni. Jo. England Corcagiensis, episc. carolosertim, erudita politanus (n. 23. Sept. 1786; † 11. Apr. 1842), cujus scripta, apologetica praeet stilo nitido exarata t. 5 continentur. — Jo. Hughes n. 24. Jun. 1797, in sua juventute hortulanus, sed ad majora vocatus omne tempus liberum studio impendit, tanto fructu, ut in seminarium reciperetur atque a. 1826 sacris ordinibus initiaretur. Mox parochus philadelphiensis factus disputavit verbis et scriptis cum Jo. Brekkenridge pastore presbyteriano inter suos celebri de Ecclesia vera Christi, et num Ecclesia catholica inimica sit libertati civili et religiosae, Philadelphiae 1833. Anno 1838 datus est coadjutor episcopo neoeboracensi, cui etiam 1842 in illa sede successit, quae 1850 in archiepiscopalem promota est. Magna auctoritate fruebatur vel apud rectores reipublicae, plures aedificavit ecclesias, duo fundavit seminaria, de scholis catholicis plurimum erat sollicitus, verum columen Ecclesiae nascentis illis in regionibus. Decessit omnium moerore 3. Jan. 1864; ejus funeri apparatissimo ad centum hominum millia interfuisse dicuntur[1]). Ejus epistolae et conciones collectae prodierunt Neoeboraci 1865 t. 2. — In primis vero nominandus est Franc. Patricus Kenrik[2]) Dublinensis n. 3. Dec. 1797, Romae in collegio de propaganda fide institutus, coadjutor episcopi philadelphiensis (1830), ejus successor (1842), demum (1851) archiepiscopus baltimorensis († 6. Jul. 1863). Praefuit ut delegatus apostolicus primo concilio plenario americano (1852). Lucidissimum fuit illius ecclesiae sidus, suaeque doctrinae specimina praeclara dedit in sua *theologia dogmatica*, Philadelphiae 1839 t. 4.; Mechliniae 1858 t. 3; *theologia moralis*, Mechliniae t. 2 in 8; Moguntiae 1860, valde practica[1]); in *Primacy of the Apostolic See vindicated*, Philadelphiae 1854, 1853, opus accuratum et solidum, cujus prima lineamenta dederat jam a. 1837 in forma epistolarum ad. Jo. Henr. Hopkins episcopum anglicanum velut responsum ad hujus opus eodem anno elucubratum adversus hierarchiam catholicam, germanice interprete Steinbacher cum emendationibus auctoris, Neoeboraci (Lipsiae) 1853. Disseruit quoque admodum sagaciter de baptismo et justificatione. *The Four Gospels* translated from the Latin Vulgate and diligently compared with the original Greek Text being a Revision of the Rhemish Translation, with Notes, Critical and Explanatory, Neo-Eboraci 1849 in 8., opus a card. Wiseman impense laudatum[2]). — Alius praesul non est praetermittendus etsi libris editis non ita claresceret, scil. Jac. van de Velde natione Belga n. 2. Apr. 1795, qui adolescens Soc. J. in America est ingressus. Rectorem egit universitatis s. Ludovici vicepraepositum provinciae missourianae: assumptus dein est episcopus ecclesiae chicagiensis, translatus (1855) ad sedem natchetensem, ubi tamen mox 13. Nov. ejusdem a. occubuit. De ejus scriptis sub alienis nominibus editis cf. Sommervogel VIII, 549. — His addantur duo alii praesules natione Galli: Jo. Bapt.

[1]) Cf. Katholik 1864 I, 224—36; Hdlex. I, 2034; Hasard Neoeboraci 1866.

[2]) Hujus frater Petrus n. 7. Aug. 1806, theologiae dogmaticae professor, Philadelphiae vicarius generalis et episcopus auxiliaris et primus archiepiscopus s. Ludovici (1847) edidit *The validity of Anglican Ordinations* examined, Philadelphiae 1840; 1849 ed aucta.

[1]) Cf. Scheeben, qui eam multum commendat Lit. Handw. 1867 c. 246.

[2]) Abhandlungen über verschiedene Gegenstände 1, 89 ss. Ratisbonae 1854. Cf. de his tribus ep. The Cath. Encycl. V, 470, VII, 516; VIII, 618.

Maria David e dioecesi nannetensi congr. s. Sulp. n. 4. Jun. 1761, qui lectorem egit philosophiae, theologiae et s. Scripturae. Congregatione terroris tempore suppressa transiit missionarius in Americam, ubi magno fructu animarum curam egit et diu seminarium Ludovico-Politanum (Bardstown) rexit. Ab episcopo hujus dioecesis Flaget postulatus est coadjutor et consecratus episcopus (1819), non tamen propterea deseruit seminarii regimen aliosque labores apostolicos missionarii plurimumque promovit illis in regionibus causam Ecclesiae catholicae decessitque venerandus senex 12. Jul. 1841 a. aetatis 81. Scripsit *Vindication of the catholic Doctrine* concerning the use and veneration of images etc., Louisville 1821 cum duplici apologia adversus Hall ministrum anglicanum, et alia quaedam opuscula utilia [1]). — Alius ejusdem sodalis est Petrus Fredet n. 16. Nov. 1801, qui ad altiora impulsus missionem in Americam animo generoso acceptavit (1831). In baltimorensi seminario theologiam dogmaticam, ss. literas et historiam ecclesiasticam docuit. Paralysi correptus (1854) sensim usu facultatum rationalium fuit privatus, quem nonnisi paucis diebus ante mortem († 1. Jan. 1856) recuperavit. Ab a. 1839—44 sollicitam operam contulit ad Catholic Tract Society suppeditatis doctis diss. quas-suppresso nomine editas voluit ut *On the original Texts* and translations of the Bible, Baltimore 1840; *The inspiration on the Canon* of Scripture, ib. 1840; *On the interpretation* of Scripture, ib. 1840 etc. Cum episcopus anglicanus Marylandiae Uhittingham Ratramni opusculum de corpore et sanguine Domini anglice vertisset et in sensum dogmati catholico contrarium esset interpretatus, edidit ipse Ratramni et dogmatis apologiam A Treatise *on the Eucharistie mystery* or Defence of the Catholic Dogma of the Eucharist against the recent attacks of adversaries, ib. 1844; *Modern history* a n. Christo ad 1854, ib. 1842—43 t. 2 in 12; 1854 ed. jam 10; *Ancient History* a dispersione filiorum Noe usque ad initium imperii romani sub Augusto, ib. 1849; 1851 ed. 2., saepissime ed. et in scholas ob suam utilitatem inducta [1]). Inseruit quoque diss. de Ecclesiae primatu et infallibilitate rom. pontificis foliis literariis Catholic Magazine (1842—48).

538. Inter *Belgas* [2]) Augustinus Kempenaers, presbyter dioecesis leodiensis, bibliothecae academicae vicepraefectus, bene disseruit *de romani pontificis primatu* ejusque attributis, Lovanii 1841 in 8. — Arnoldus Tits n. 1807, theologiae doctor et professor lovaniensis (1841) et canonicus honorarius leodiensis († 9. Jul. 1851), edidit *Un dernier mot à M. Ahrens* ou examen de la morale philosophique du panthéisme, Lovanii 1841 in 8; *de la révélation* considérée dans ses rapports avec la raison et la religion naturelle, ib. 1847 in 8., inseruitque dissertationes variis fasciculis literariis. — Jo. Henr. Morsomme Luxemburgensis (n. 22. Oct. 1794; † 23. Maj. 1845) scripsit *La raison triomphante* ou triomphe complète du catholicisme au tribunal de la raison et de la justice, Leodii 1833 in 12. ed. 2. — Arnoldus Frentrop SJ. Amstelodamus (n. 23. Oct. 1802; † 19. Jun. 1866) reliquit aliquot libellos lingua patria apologeticos, de Christo Mediatore, de Ecclesia etc. — J. G. Lesage Ten-Broech (n. 1777; † 1847) parentibus calvinianis ortus studiis accuratis inductus

[1]) Cf. Bertrand Bibl. Sulp. II, 130—35; Spalding Biographical Notice praemissa opusculo posthumo nostri episcopi *A spiritual Retreat*, Louisville 1864.

[1]) Cf. Bertrand op. cit. II, 226—29.

[2]) Ballanche n. 1776; † 1847) in *Essai* sur les institutions sociales dans leur rapport avec les idées nouvelles, Parisiis 1818 traditionalismum tuetur.

est ad agnoscendam veram Ecclesiam, cui se adjunxit a. 1806. Per 30 annos, etsi ab a. 1821 coecus, indefesso zelo stetit pro causa fidei catholicae editis variis foliis literariis, quibus satagebat non sine fructu concivium praejudicia et errores adversus catholicos diffusos refellere veritatemque edocere necnon Ecclesiae jura propugnare, unde merito illius apologetis accensetur [1]). — Ecclesiae jura propugnavit et Corn. Rich. Ant. Van Bommel n. 5. Apr. 1790 in Leiden Bataviae, episcopus leodiensis (1829; † 7. Apr. 1852). Hinc scripsit *Exposé des vrais principes* sur l'instruction publique, Leodii 1840, cum *Analyse de l'Exposé*, ib. 1841. Habuit Van Bommel diu controversias cum Guil. Moens sacerdote (n. 18. Jul. 1861), qui sibi jus usurpaverat docendi in scholis religionem non petita missione a suo ordinario. Demum morem gessit (1841) factusque est parochus. Ut animarum pastor amorem sibi conciliavit fidelium († 15. Aug. 1861). Bene scripsit *Revue du Saint-Simonisme* ou réfutation de la doctrine du Saint-Simon, Leodii 1832 t. 2 in 18. Tempore secessionis [2]) Belgii ab Hollandia acriter stetit pro juribus Guilelmi I. — M. de Fortemps de Warrimont praefectus bibliothecae in seminario coloniensi et aliquamdiu missionarius in Suecia, in *Mémoires historiques* sur la prétendue succession apostolique en Suède, Leodii 1854 ed. 2. evincit ex ipsis Sueciae monumentis, successionem episcoporum apostolicam illic circa finem sec. XVI. intercidisse rupto unitatis catholicae vinculo et proclamato vel in rituali principio omnem potestatem sacram a multitudine plebis derivari [3]).

539. In primis vero hic memorandus est Jo. Baptista Malou, insigne ecclesiae belgicae decus. Natus est Malou Hypris in Flandria 30. Junii 1809 e familia honorabili et de patria bene merita. Egregie peractis studiis humanioribus aliquamdiu dubius haesit de sua vocatione, sed Romam profectus a. 1831 de consilio piissimi cardinalis Odescalchi ingressus est academiam ecclesiasticam: inde a. sequenti transiit in collegium germanicum. Postquam doctoratus gradum examine splendido promeruit, rediit (1835) in patriam. Docuit ibidem primum juniores clericos O. Cap. theologiam dogmaticam, sed mox promotus est ad cathedram ejusdem disciplinae in universitate lovaniensi (1836). Duodecim annos eam rexit magna sanae solidaeque doctrinae commendatione summoque auditorum emolumento. Bibliothecae quoque academicae curam gessit. Eo tempore incepit innotescere editis operibus, quorum praecipua sunt: *La lecture de la s. bible en langue vulgaire* jugée d'après l'Ecriture, la Tradition et la saine raison, ouvrage dirigé contre les principes des sociétés bibliques; comprenant une histoire critique du canon des livres saints du V. T., des versions protestantes de la Bible et des missions protestantes parmi les païens. Suivi des documents relatifs à la lecture de la s. Bible en langue vulgaire émanés du St. Siége depuis Innocent III. jusqu'à Grégoire XVI., Lovanii 1846 t. 2 in 8; versum in linguam germanicam a Lud. Clarus (Volk, de quo cf. p. 1117), Ratisbonae 1848 t. 2 in 8; et a Stoeveken Schafusiae 1849 t. 2 in 8; propter quod opus [1]) receptus fuit inter sodales academiae romanae. *Chronique du monastère* d'Oudenbourg (aldenburgense) avec des notes et des éclairissements, Brugis 1840 in 4; *Recherches historiques et critiques* sur le veritable auteur du livre de l'imitation de J. Christ, Bruxellis 1848; Tornaci 1858 ed. 3.,

[1]) Cf. Rosenthal 1, 72.

[2]) Cf. Doyen in Biogr. nat. XV, 4—7, qui alia ejusdem scripta recenset.

[3]) Cf. Roskovány IV, 791, et in primis hist.-pol. Bl. 1855, 36, 350—63.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1847 p. 113—26.

opus eruditum, quo Thomae Kempensi aureum illum libellum vindicat; *Bibliotheca ascetica,* in qua praestantissima SS. PP. opuscula exhibentur ad usum cleri, Lovanii 1847—50 t. 19 in 24; D. *Algeri de sacramentis* corporis et sanguinis dominici ll. 3 ib. 1847 (cf. II^3, 14). *Du culte du saint Sang de J. Christ* etc., Brugis 1851; 1869 ed. 2. Defuncto episcopo brugensi designatus est ipse successor 10. Dec. 1848. Indefessa et prudentissima sollicitudine bonum sui gregis omni qua poterat ope promovit; egregiam propterea institutionem de recta puerorum et adolescentium christianorum per catechesim institutione elaboravit, seminaria et scholas catholicas pro instituenda juventute ad floridissimam conditionem provexit, de cleri formatione curam habuit impensam, pias sodalitates fovit restauravitque, et decretum condidit usque ad nostram aetatem vigens et normae instar servatum de regimine monialium et vita monastica, quo debitum ordinem imposuit tot monialium congregationibus, quae tunc praesertim temporis ubique per Belgium conditae fuere, vitamque monasticam cum magno fructu direxit. Etsi occupatissimus in regimine suae dioecesis, otium adhuc nactus est quod impenderet studiis, quorum fructus fuit opus eximium: *L' Immaculée Conception de la bienheureuse V. Marie* considérée comme dogme de foi, Bruxellis 1857 t. 2 in 8., quod rogatu multorum, episcoporum etiam, imo et hortante summo pontifice elaboravit; praecessit eruditissima diss. *Iconographie* de l' Immaculée Conception de la très-sainte V. Marie ou de la meilleure manière de représenter ce mystère, Bruxellis 1856 in 8. *La fausseté du protestantisme démontrée* . . . . suivie d' une réponse à la société évangélique ou église chrétienne missionnaire belge, établie à Bruxelles et d'un Appendice sur l'Apostolat d' argent et le trafic des consciences, ib. 1857. 1861 ed. 3., in varias linguas propter suam utilitatem versum, quod vehementer commovit protestantes. R. P. Fr. Suaresii granatensis e S. J. theologi *opuscula sex inedita,* nunc primum e codd. romanis, lugdunensibus ac propriis eruit et praefationibus instruxit, Bruxellis 1859 in f. et in 4., inter quas lectu digna est diss. de confessione facta absenti. *De la liberté* de la charité, ib. *Règles* pour le choix d' un état de vie proposées à la jeunesse chrétienne, ib. 1860 in 12., germanice Moguntiae 1863 in 12; *de traditionalismi* in Belgio propugnati *falsitate intrinseca* ad SS. D. N. Pium PP. IX. epistola, ib. 1860; *s. Anselmi meditationes* XXI., quibus accessit med. de XIV beatitudinibus, Leodii 1859; Rogeri ep. quondam londinensis (ut fertur) *de bono paupertatis* seu de contemptu et vanitate mundi aureus libellus . . . . novis curis emissus, ib. 1863. Intrepide propugnavit causam Ecclesiae catholicae adversus usurpationes et vexationes factionis hostilis illius juribus. Inter tot labores ad majorem Dei gloriam doloroso admodum et diuturno morbo correptus fuit, sed etsi diris doloribus lecto detentus non destitit a cura sui gregis et ab operibus literariis, donec a Domino ad praemium vocatus pie magno omnium bonorum luctu decessit fer. IV. hebdomadae sanctae 23. Mart. 1864. Splendidius elogium illi dare non possumus eo, quod ei tribuit ipse summus pontifex Pius IX. literis ad. Theod. Josephum episcopum leodiensem 8. Jun. 1864 scriptis, in quibus praeter alia legimus: „Ne quid enim de integritate totius ejus vitae dicamus et de laboribus ante susceptum brugensis ecclesiae regimen exantlatis, quibus magnum sui desiderium fecit catholico Lovanii lyceo; totus certe episcopatus ejus virtutibus sacri antistitis propriis adeo claruit, ut nihil ad optimi pastoris laudes reliquum fecerit. Doctrina et firmitas ejus in veritate tuenda refellendisque erroribus, animi robur

in propugnandis juribus hujus s. Sedis, paternus in clerum suum amor, sedulitas in deligendis Ecclesiae ministris excolendisque seminariorum alumnis, ac pura solidaque doctrina imbuendis, sollicitudo gregis sibi commissi, diligentia in lustranda dioecesi, frequentia in ministerio verbi, operositas in utilibus scriptis edendis, benignitas et misericordia in singulos, ejusmodi sunt quae omnibus fuerint perspecta [1]« etc. Literae ejusdem pastorales, statuta etc. collecta prodierunt Brugge 1849—64 t. 5.

540. In *Gallia* plurimi quoque inter apologetas religionis christianae et Ecclesiae catholicae comparent. Inter eos magnam nominis famam consecutus est Dionysius Ant. Lucas comes de Frayssinous. Natus is est in oppido Curières Guasconiae 9. Maj. 1765. Ingressus est congr. s. Sulpicii (1788) atque in ea theologiam dogmaticam docuit (1801), eoque tempore coepit habere suas collationes apologeticas adeo celebres de variis fidei catholicae doctrinis. Ingentem attrahebat auditorum numerum solida disserendi ratione et eloquentiae splendore. Eas habuit ad a. usque 1809, quo prohibitae fuere; sed a. 1814 illas continuavit ad a. 1822. Prodierunt inscriptae *Défense du Christianisme* ou conférences sur la religion [2]), Parisiis 1825 t. 3; 1846 ed. 17; 1863, Tulle 1884 etc. in varias linguas versae, germanice Pestini 1830 pp. 4., opus vere praestans atque utile iis, qui religionis christianae veritatem agnoscere, in fide confirmari ejusque rationem reddere cupiunt. Ejus velut appendix est: *Conférences et discours inédites*, Parisiis 1843; Tornaci 1844 in 8; 1851 Cum eo tempore de novo concordato ineundo ageretur, edidit *les vrais principes de l' Eglise gallicanae* sur le gouvernement ecclésiastique, la Papauté, les libertés gallicanes, la promotion des évêques, les trois concordats et les appels comme d'abus, suivis de Réflexions sur un écrit de M. Fiévée, Parisiis 1818. 1826 ed. 3., quem l. probarunt card. La Luzerne et de Bausset, alii vero impugnarunt, ut d'Aviau. Episcopatum nemausinum imo et purpuram modeste recusavit (1817), aliis tamen atque aliis honoribus a rege fuit auctus. Factus est enim Ludovico ab eleemosynis, episcopus hermipolitanus in p. i. (1822), rector (grand-maître) universitatis (1823), academiae socius, magnas (pair) Galliae, comes et minister regius cultus et instructionis (1824). Pro viribus nisus est promovere bonum religionis catholicae et scholas publicas, sed praevalente iterum liberalismo munere ministri regii se abdicavit reprobavitque molimina nova bono religionis adeo noxia (1828). Magna fruebatur adhuc auctoritate apud Carolum X., quo 1830 expulso noluit jurejurando novo rerum ordini se obstringere: quare muneribus et dignitatibus privatus Romam secessit. Rediit tamen in Galliam; inde Pragam se contulit ad Carolum X., qui nepotem suum ducem burdigalensem ei instituendum tradidit. Adstitit regi morienti (1836) et absoluta principis institutione in patriam remeavit, ubi plenus meritis 12. Dec. 1841 pie in Domino decessit [1]). Opera ejus aliqua collecta edidit Migne in t. 77. collectionis des orateurs chrétiens, Paris 1873.

---

[1]) Cf. Jungmann in Katholik 1866 I, 716—41; II, 74—90; 129—56; Université cathol. de Louvain Bibliographie académique p. 38—42; Th. J. Lamy in Biogr. Nat. XIII, 253—58.

[2]) Cf. Kerz Literaturzeitung 1826 I, 298—320; II, 46—75; 270—91; III, 26—51; Jahrbuch der Literatur 39, 71—110.

[1]) Cf. Henrion, Vie de Msgr. de Frayssinous, Parisiis 1844 t. 2; Collombet Etude sur Frayssinous, Lugduni 1853; Bertrand Bibl. Sulp. II, 135—39; III, 253—56.

541. Huic celebri oratori et apologetae rei christianae alios duos adjungimus, qui ut sacri oratores illustrius adhuc nomen sunt consecuti. Horum unus Joannes Bapt. Henricus Dominicus Lacordaire natus est in oppido Recey-sur-Ource 12. Maj. 1802. Rousseau primum addictus opinionibus, ad fidem rediit catholicam seque juris curriculo relicto sacrae militiae dicavit (1824). Societate junctus est cum Montalembert, Gerbet et de Lamenais, cujus laudibus universa tunc Gallia resonabat, viribusque unitis condiderunt ephemerides inscriptos *L'Avenir* ad propugnanda jura Ecclesiae. Verum limites excesserunt opinionesque in iis propugnarunt, quas Gregorius XVI. literis encyclicis 15. Aug. 1832 reprobavit. Judicio sedis apostolicae subjecit se Lacordaire; Montalembert eum est secutus: sed La Mennais ut infra dicemus, rebellis exstitit. Lacordaire exinde sacri oratoris munere est functus, ejusque fama adeo crevit, ut a. 1835 et 1836 quadragesimae tempore cultissimos quosque urbis parisiensis incolas ad suas attraxerit conciones. Nitebatur in iis conciliare progressum modernum ideis christianis, quas eloquenter et sagaciter ostendebat vero profectui humani generis non esse hostiles. Hinc plurimum contulit ad dissipanda tot praejudicia, quibus viri alioquin culti a prima jam juventute adversus fidem catholicam imbuuntur. Altiora meditatus ingressus est ordinem Praedicatorum (9. Apr. 1839), eumque ordinem in Gallias iterum induxit plurimumque promovit, eique bis praefuit. Exinde iterum resonuit eloquenti sua facundia sacrum pulpitum, Parisiis in primis ad a. 1853; inde secessit Tolosam, sed exhausta jam voce a concionando cessavit. Ab academia parisiensi receptus est inter socios a. 1860. Decessit 20. Nov. 1861. Praeter *Considérations philosophiques* sur le système de M. de La Mennais 1834, *Vie de St. Dominique* 1840, germanice 1841; 1892 ed. 3., reliquit [1]) celeberrimas *Conférences,* Parisiis 1844—51 et Bruxellis 1847 t. 2, 1861, saepius editas variasque in linguas versas germanice cur. Lutz 1846—52; anglice ab Henr. Dom. Longdon, qui earum lectione conversus est ad fidem catholicam († 1882); *Lettres . . . à de jeunes gens* collectae et editae ab Henrico Perreyve, Parisiis 1862; 1873 ed. 8; 1905 ed. 13. Opera collecta prodierunt ib. 1872—73 t. 9 in 8. — Minori eloquentiae flore et ingenii vivacitate, sed majori forte soliditate et argumentandi arte eminuit alter nostri aevi sacer rhetor Augustus (Gustave) Xaverius Lacroix de Ravignan SJ. Bajonae 1. Dec. 1795 natus. Juvenis juris viam iniit causisque defendendis se dicavit: quo in munere ita excelluit, ut brevi munera maxime honorifica esset adeptus, nisi maluisset gratiae ad altiora vocanti obsequi. Valedixit mundo ejusque honoribus seque omnium admiratione dicavit sacrae militiae moxque ingressus est Societatem Jesu (1822). Docuit aliquamdiu theologiam dogmaticam, sed ab a. 1835 coepit inclarescere non solum vi dicendi, sed eloquentia vere apostolica, aemulans celeberrimi Bourdaloue vestigia, primum in minoribus urbibus, demum Parisiis. Decessit [2]) plenus me-

[1]) Cf. Weinand KL² 7, 1289—1309; Nicolas Etude historique et critique sur le P. Lacordaire, sa prèmiere prédication dominicaine à Bordeaux, son oeuvre, son école, sou libéralisme, Tolosae 1886; Chocarne († 1895) Le R. P. Lacordaire . . . sa vie intime et religieuse, 1866; 1873 ed. 4; 1895 ed. 8; biographiam sui ipsius ed. a Montalambert Parisiis 1863 germanice a Jocham, 1872; Folghera L'apologetique de L. Parisiis 1905; Faure L'orateur ib. 1906; Reichert Hdlx. II, 534. M. Foisset Vie etc. Dijon 1870 t. 2 in 8; H. D. Noble O. P. Le P. L. apôtre et directeur des jeunes gens, Paris 1908; A. Ricard Lacordaire, Paris 1883; Ern. Hello († 1885), qui scripsit etiam adversus Renan, Le P. Lacordaire etc. 1862 in 8; Bezy H. D. Lac., Paris 1910.

[2]) Cf. Poujoulat Le P. de Ravignan sa vie, ses ouvres, Parisiis 1859; 1862: et

ritis in Ecclesiam et fidem catholicam, quam hominibus hujus mundi, qui culti dicuntur, rationabilem, honorabilem, pretiosam esse ostendit, 26. Febr. 1858. Prodierunt ejus *Conférences,* Parisiis 1860 t. 4 in 8., 1904 ed. 6., quibus continetur insignis, eloquens, solida apologia multorum argumentorum ad religionem spectantium. *Entretiens spirituels,* ib. 1859; 1881 ed. 7. germanice 1868; *Suite . . .* pour les Enfants de Marie, 1863. Scripsit etiam *Clément XIII. et Clément XIV.,* ib. 1854 in 8., cum supplemento, quo continentur documenta historica et critica, ib. in 8; 1856 t. 2 in 8. ed. 2; germanice interprete Brühl 1855; 1906 ed. 3.

542. Petrus Maria Cottret natus est 8. Maj. 1768 Argentolii. Vix sacerdos ordinatus in exsilium ire coactus est. In Germaniam se recepit, ubi institutorem filiorum principis Waldeck egit. Post reditum in Galliam (1800) ephemerides Galliae (Gazette de France) redegit, in quibus strenue causam religionis ejusque doctrinam tuebatur, simul vero impense curae animarum institit, et 1810 historiae ecclesiasticae rexit cathedram. In meritorum praemium canonicus factus est parisiensis et director seminarii s. Nicolai, et rogatu Ludovici XVIII. a Leone XII. episcopus Carysti in p. i., demum promotus (1838) ad sedem episcopalem bellovacensem. Licet septuagenarius magno zelo et alacritate omnia obivit munera episcopalia, sed laboribus attritus jam post triennium transiit ad meliorem vitam. Inseruit plurimas utiles dissertationes et instructiones tum fasc. literariis *Tablettes du clergé,* tum aliis inscriptis *Union ecclésiastique.* Decessit[1]) 13. Nov. 1841. — Joannes Franciscus Maria le Pappe de Trevern n. 22. Oct. 1754 e nobili familia Britanniae minoris, theologiae doctor et vicarius generalis celebris de la Luzerne episcopi lingonensis, ob recusatum jusjurandum in constitutionem cleri coactus est secedere in Angliam; inde transiit in Austriam pro instituendo principe Esterházy. Edidit interim opus celebre, quod jam coeperat, dum Londini degeret, ad corrigenda tot praejudicia, quibus anglicani alioquin bonae voluntatis retinentur ab agnoscenda veritate catholica, illudque inscripsit: *Discussion amicale* sur l'église anglicane et en général sur la réformation rédigée en forme de lettres écrites en 1812. 1813, Parisiis 1829 t. 3 ed. 3., germanice Viennae 1821. 1822 cura Al. Stupfel; in alias quoque linguas versa fuit. Plurimum hoc commovit anglicanos, ex quibus Stanley Faber nisus est illi respondere, quare de Trevern ei opposuit apologiam sui operis concisam quidem, sed peremptoriam. Anno 1822 Argentoratum se contulit, ubi magno plausu et fructu habuit *Discours sur l' incredulité* et sur la certitude de la révélation chrétienne, Argentorati 1831 in 8. In episcopum Aquae Sextiae designatus fuit a. 1823, inde translatus Argentoratum (1827): qua in sede successit Cl. M. Paulo Tharin[1]). Maxime sollicitus fuit de bene instituendis clericis; quam ob rem fidelium subsidiis propriisque impensis seminarium minus et majus condidit fundavitque. Inter primos fuit, qui in-

Ponlevoy, Vie du R. P. X. de Ravignan, ib. 1860, t. 2 in 8; 1900 ed. 15; Krose Katholik 1895 II, 398—411; 498—514.

[1]) Cf. L'Episcopat francais p. 117.

[1]) Natus est Tharin Bisontione 24. Oct. 1787 et aliquandiu fuit congr. s. Sulpicii, qua valetudinis causa egressus est a. 1819. Designatus est a. 1823 episcopus argentoratensis, cui sedi renunciavit (1826), ut ducis burdigalensis filii regis institutionem moderararetur. Adhaesit declarationi cleri gallicani a. 1682, insignis tamen erat praesul, qui pro bono religionis verbis et scriptis stetit, et egregius concionator († 14. Jan. 1843), cujus *l'Eloquence de la chaire* diu magni est facta. Cf. Feller VIII, 163; L'Episcopat français p. 605.

surgeret in errores de Lamennais vindexque erat strenuus sanae doctrinae. Hinc edidit Avertissement *sur l' enseignement* de M. Bautain, Strassbourg 1834 in 4. Zelo indefesso virtutumque splendore illustravit suam ecclesiam. Obiit 27. Aug. 1842 anno aetatis 88. — C. Pinard parochus versaliensis († 1865), collegit *Dictionnaire des objections populaires* contre le dogme, la morale, la discipline et l'histoire de l'Eglise catholique contenant pour chaque difficulté une réponse claire et précise offrant outre les propres idées de l'auteur, ce qu' ont dit de plus remarquable les plus célèbres apologistes tant anciens que modernes, Parisiis 1858 seu *Encycl.* ed. Migne III, 33. — Le Noir collegit *Dictionnaire* des droits de la raison dans la foi, 1860 ... *des harmonies* ib. 1856; in Migne Encycl. 47. 19. — Jo. Lud. de Leissegues de Rozaven SJ. n. Corisopiti (Quimper) 9. Mart. 1772 tam insignis fuit theologus, ut Dupanloup de eo dixerit, ecclesiam Galliae post Bossuetum eo excellentiorem forte non habuisse († 2. Apr. 1851). Inter alia scripsit *La vérité défendue et prouvée* par les faits contre les calomnies anciennes et modernes, Polociae 1817 in 8; Avenione 1825; *L' Eglise catholique justifiée* contre les attaques d' un écrivain qui se dit orthodoxe (Alexander Stourdza) ou réfutation d' un ouvrage intitulé: *Considérations* sur la doctrine et l' esprit de l' église orthodoxe, Lugduni et Parisiis 1822, opus in suo genere classicum, in quo comparationem instituit inter Ecclesiam catholicam et graecam schismaticam circa omnia dissensionis capita eaque clare solideque expendit; hinc princeps Aug. Galitzin illud recudendum curavit inscriptum: *De la réunion de l' église russe avec l' église catholique,* ib. 1863; *Examen* d' un ouvrage intitulé: *Des doctrines philosophiques* sur la certitude dans leurs rapports avec les fondements de la théologie de l'abbé Gerbet, Avenione 1831; 1833 ed. 2. aucta, in quo theoriam fidei illius theologi, qui traditionalismum propugnabat, solide refellit. — Barran theologiae professor et director seminarii missionum exterarum (n. 1797; † 1855) edidit *Exposition raisonnée* des dogmes et de la morale du christianisme dans les entretiens d' un professeur de théologie avec un docteur en droit 1843 t. 3 in 8; 1845 ed. aucta.

543. Inter apologetas referri praeterea possunt P. A. Regnault, canonicus metensis, cujus est *Arsenal du Catholique* ou preuves philosophiques du Catholicisme; suivies de réponses aux principales objections des Incrédules, Metis 1842 t. 2 in 8. — J. M. Dufour, cujus Cours de sermons *sur la divinité de J. Chr.* et sur les dogmes de sa religion défendue contre la incredubilité moderne prodiit Divione 1842 t. 2. — L. Forichon, sacerdos et medicinae doctor, qui dedit *La Chaîne des vérités.* Exposition philosophique et populaire des fondements de la religion, 1847 in 12; *Examen des questions scientifiques* de l' âge du monde, de la pluralité des espèces humaines, de l' organologie ou matérialisme et autres, considérées par rapport aux croyances chrétiennes; ouvrage contenant un exposé des principaux faits qui constituent la géologie, l' histoire naturelle zoologique, la physiologie avec un rapprochement comparatif des traditions historiques et techniques des peuples anciennement dispersés, Parisiis 1837 in 8; *de l' origine de l'homme* et de l' unité de l' espèce humaine, Louvain 1844. — Hyacinthus Dorgan missionarius apostolicus composuit *Encyclopédie catholique* ou Démonstrations dogmatiques, philosophiques et historiques de la doctrine chrétiene, 1845 in 8. — Nec praetermittendus videtur Franc. Renatus Aug. Vicecomes de Chateaubriand (n. 4. Sept. 1769; † 4. Jul. 1848), celeber poeta et scriptor gallus, praecipuis muneribus po-

liticis insignitus, qui post incredulam juventutem, miseriis, morte cruda fratris ejusque uxoris sub terroris regimine, monitis demum matris sororisque morientium ad meliora revocatus 1800 praeclarum suae conversionis specimen dedit in opere celeberrimo *Génie du Christianisme* Parisiis 1802, quod etsi minus solidum, stilo vivaci et floridissimo est conscriptum multisque luminibus conspersum, et quia prodiit tempore maxime opportuno, cum scil. restauraretur per Galliam cultus, plurimum juvit ad lucrandos reconciliandosque animos religioni: unde avidissime fuit lectum, saepissime editum, in quam plurimas linguas versum; germanice a Venturini Münster 1803—4; a Koenig Friburgi 1856—57 t. 2; a Kurz Ulm 1844 pp. 3; 1857. Alia ejusdem opera, quae huc forte referri possunt, sunt: *Les Martyrs* ou le triomphe de la religion chrétienne, ib. 1809; germanice Friburgi 1816 cura Fesenmaier; Monachii 1864; *Etudes* sur la chute de l'Empire romain, la naissance et le progrès du Christianisme, Parisiis 1845 t. 4 etc. Opera collecta prodierunt Parisiis 1856-60 t. 12. Cf. Binder KL² 3, 103—8. — Franciscus X. Droz Bisontinus (n. 31. Oct. 1773; † 9. Nov. 1850) in senectute sua germanice Freiburg opusculum eximium luci dedit *Pensées sur le Christianisme,* preuves de sa vérité. Parisiis 1842 in 8; germanice interprete W. Reithmeier, Straubing 1844. — Eduardus Alletz (n. 23. Apr. 1798; † 16. Febr. 1850) consul, cujus est *Essai sur l'homme* ou Accord de la Philosophie et de la religion [1]), Parisiis 1826 in 8; 1829—35 t. 2 in 8. — T. Delacroix instituti historici aliarumque societatum eruditarum membrum praeter alia exponit *Bienfaits de la Religion* ou Histoire des institutions et des établissements utiles, qu'elle a fondés, des abus qu'elle a corrigés etc., Parisiis 1838; 1862. — A. Delahaye canonicus honorarius atrebatensis disseruit *de la Certitude* dans l'ordre naturel et dans l'ordre surnaturel, Parisiis 1842 in 8. — Jo. Petr. Fr. Théard congr. s. Sulp. (1. Aug. 1781; † 5. Dec. 1868) exhibet *Tableau des trois Epoques* ou les philosophes avant, pendant et après la Révolution, Lyon et Paris 1829 in 8. — Céphas Rossignol archivarius reliquit *Lettres sur J. Christ,* Parisiis 1841—45 t. 2 in 8. — et E. L. Thibaud parochus rupellensis *Lettres sur le protestantisme* ou Réponse aux nouvelles lettres de M. Cambon sur les prétendues erreurs de l'Eglise romaine, Rupellis 1840 t. 2 in 8. ed. 2. — P. Blanc scripsit *Le Christianisme avant J. Christ* ou Histoire de la Religion chrétienne écrite par les prophètes depuis l'avénement du Messie jusq'à la ruine de la nation juive et à l'abolition de l'ancienne loi, 1848 t. 2 in 8; *Cours d'histoire eccles.,* Parisiis 1841 t. 3 in 8. *La logique du catholicisme* ou les Vérités catholiques démontrées par les faits, Avenione 1859 in 8.

544. Lud. Ant. de Salinis n. 11. Aug. 1798 in oppido Morlaas e familia, e qua prodierant jam quatuor episcopi, in academia burdigalensi erat s. Scripturae professor et vicarius generalis. Electus est episcopus ambianensis (1749) et (1856) archiepiscopus auxitanus († 30. Jan. 1861). Cum aliis viris magnanimis plurimum contulit ad restaurandum spiritum catholicum per Galliam [1]). Induxit in suam dioecesim liturgiam romanam, ostenditque la *Divinité de l'Eglise*, Parisiis 1865 t. 4 in 8. Cum aliis viris religionis catholicae studiosis instituit *Mémorial catholique, Oeuvre des bons livres, Société des bonnes études.* — Henricus Per-

[1]) Cf. Feller I, 124.

[1]) Cf. *Vie de Mgr. de Sabinis* etc., auctore Th. Cas. Fr. de Ladoue (1817—77) ejus vicario generali; L'Episcopat p. 44—79. Ricard op. infra cit.

reyve n. 11. Apr. 1831 Parisiis canonicus honorarius aurelianensis et historiae ecclesiasticae in Sorbonna professor (n. 1830; † 1865) praeter alia reliquit [1]) *Entretiens sur l' Eglise catholique,* Parisiis 1865 t. 2 in 8. *Lettres,* 1847—65; 1906 ed. 8; *Pensées choisies,* ib. 1906 ed. 4; *Méditations sur les saints ordres,* 1906 ed. 2. — Phil. Irenaeus Boistel d'Exauvillez ambianensis (n. 6. Dec. 1786; † 1862), laicus, dedit *Ma conversion* ou le Protestantisme apprécié dans sa doctrine et *Préservatif contre l' incrédulité* ou Lettres d'un père à son fils sur la Religion, Parisiis 1826 t. 2 in 8; Turone 1843 t. 1 in 12. (ed. 5.); *de la Religion catholique* comme condition indispensable au bonheur des peuples, Parisiis 1831 in 8; *le Comte de Varfeuil* ou les combats de la foi dans l'adversité, ib. 1839 in 8., germanice cura Geiger, Lucernae 1833, eloquens providentiae divinae apologia; *le bon curé* ou Réponse aux objections populaires contre la Religion, Parisiis 1827 in 18; 1841 ed. 8., germanice interprete Probst, Lucernae 1837, liber praemio donatus a societate pro propagandis bonis libris; hujus alia pars est *le bon paysan* ou Thomas converti, Parisiis 1828 in 18; 1836 ed. 6; et plura alia ejusdem generis [2]) in magnam utilitatem juventutis, ut eam ab incredulitate perversisque opinionibus praeservaret. *Soirées villageoises*: Conversations sur les principaux points de la Morale chrétienne, Paris 1836 ed. 5. *Le château de' Malpertuis,* conversations sur les commendemens de Dieu, Bruxelles 1830 ed. 3; *le Docteur de village* ou les infortunes d' un philosophe, Paris 1841 ed. 4. Cum quibusdam aliis composuit *Vie de Mons. de Quelen* archevêque de Paris rédigée sur des notes et des documents authentiques, ib. 1840 pp. 2 in 8; etiam vitam D'Affre. — Jo. Bapt. Petitnicolas edidit: *La certitude de la vérité catholique* établie par les connaissances naturelles et surnaturelles, Parisiis 1858 t. 3 in 12: *le Procès* ou Débats de l'incrédulité et de la foi au tribunal de la raison, Nancaei 1849 t. 2 in 8. — Polge canonicus ecclesiae Aquae Sextiae, theologiae dogmaticae professor († 1866), scripsit *Démonstration philosophique du catholicisme.* A tous ceux qui tiennent à la vérité, à leurs semblables, à leur patrie, Parisiis 1851 in 8; *de la Réforme du catholicisme,* aux hommes de bonne foi, 1842 in 8; *Les Destinées du christianisme,* Aquae Sextiae 1838 in 8. — Pregnon parochus et canonicus honorarius cenomanus scripsit *Evidence du christianisme* ou Traité de la religion chrétienne, 1841 in 8; *Discours* ou Conférences dogmatiques, 1849 t. 2 in 8. ed. 2. — Ant. Madrolle juris doctor Divione n. 1792 († 1861), plurima scripta reliquit de rebus politicis, in quibus multa se praevidisse et praedixisse gloriatur [1]), inter alia edidit etiam quaedam contra de Lamennais, et *Les Magnificences de la religion,* démonstration évangélique nouvelle, Parisiis 1841 in 8; *démonstration eucharistique,* où l'on fait sentir à tous les hommes la magnificence et l'infallibilité de l'Eglise romaine par le seul éclat du plus profond de ses mystères; où l'on fait voir toutes les vérités et par conséquent, toutes les sciences, toutes les vertus, toutes les supériorités dans une, et où le plus fidèle est mis à même de défier et de confondre le plus savant incrédule, Parisiis 1838 in 8. — Aug. Siguier n. 1807 ostendit *les Grandeurs du catho-*

[1]) Cf. Gratry de eo Parisiis 1909 ed. 9; Ch. Perraud; Perreyve et Gratry par quelques témoins de leur vie, ib. 1909 contra quosdam (Loyson et Houtins) qui illos calumniis aggressi sunt; Hdl. 11, 1408.

[2]) Cf. Louandre la Littérature Française 2, 159—62.

[1]) Cf. Quérard 5, 421—3; Bourquelot la Littérature française 5, 224—26; Lorenz Catalogue général de la Librairie française 3, 336.

licisme, Paris 1841 t. 2 in 8; germanice Ratisbonae 1843 t. 2 in 8; 1845.

545. Adversus Rénan insurrexerunt in primis tres insignes episcopi: Ph. O. Gerbet de quo mox p. 1179; Lud. Ant. Augustinus Pavy (n. 18. Mart. 1805; † 16. Nov. 1866) historiae ecclesiasticae in facultate theologica lugdunensi professor, dein episcopus algeriensis vere apostolicus, qui dioecesis faciem innovavit et ad prosperum provexit statum. Hujus praeter alia egregia scripta sunt: *A chacun selon ses oeuvres.* Observations sur le roman intitulé *Vie de Jésus* par M. E. Renan, Algerii 1863; *Esquisse d'un traité* sur la souveraineté temporelle du Pape, ib. 1861; *Histoire critique* du culte de la S. Vierge en Afrique depuis le commencement du christianisme jusqu'à nos jours, ib. 1858 in 8; *Lettres* sur le célibat ecclésiastique, ib. 1851 in 8., egregiaeque literae pastorales pro confirmandis fidelibus in fide, quae collectae prodierunt Parisiis t. 4[1]). — Tertius est Petrus Ludovicus Parisis Aurelianensis episcopus prius ligoniensis 1834, dein atrebatensis (n. 12. Sept. 1795; † 5. Mart. 1866), illustrissimum sidus cleri gallicani, pastor exemplaris, »petra Galliae« a Pio IX. dictus et ab eo pallio honoratus, qui primus episcoporum induxit liturgiam romanam in suam dioecesim, stetit fortiter cum Montalembert et Veuillot adversus liberale Lud. Philippi regimen pro libertate scholae et Ecclesiae viva voce in parlamento et scriptis. De formando clero erat sollicitissimus, bisque 1856 et 1863 synodum habuit dioecesanam. Praeter egregias literales pastorales praesertim pro Ecclesiae juribus, edidit Examen *sur la liberté de l'Eglise,* Leodii 1850: *J. Christ est Dieu,* démonstration, Parisiis 1863 germanice, Pragae 1864. *Les impossibilités* ou les libres penseurs désavoués par le simple bon sens[1]), ib. 1857 ed. 3., opus utile, germanice Treviris et Oeniponte 1859. Ejus scripta collecta prodierunt Parisiis 1858—63 t. 2; sermones recepit Migne inter Orateurs s. ser. 2. t. 17. — Frid. Eduardus Chassay ex dioecesi aniciensi canonicus honorarius bajocensis, s. Scripturae interpres in Sorbona († 1866), strenue insurrexit in rationalistas Germaniae pluribus operibus[2]): *Le Christ et l'Évangile,* histoire critique des systèmes rationalistes contemporains sur les origines de la révélation chrétienne, Parisiis 1847 p. 2; 1851 t. 3 ed. 2. aucta; *Conclusion des démonstrations évangéliques:* le Protestantisme, le Rationalisme, le Socialisme, ib. 1853; *le Docteur Strauss* et ses adversaires en Allemagne, histoire critique du système mythique; *Catalogue* raisonné des apologistes chrétiens depuis la Renaissance jusqu'à la Restauration, in Migne *Démonstr. évang.* t. 18., pro cujus collectionis introductione scripsit: *Histoire du XIX. siècle,* suivie de la Chute primitive prouvée par les traditions et du Dr. Strauss jugé par ses pairs; *Histoire de la Rédemption,* 1850 in 12; *Jésus, Lumière du monde,* histoire de la prédication de N. S., 1855 t. 2 in 8; *Jésus, Sauveur du monde,* histoire de la passion de N. S., ib. 1854; *Jésus vainqueur de la mort,* histoire de la résurrection de N. S., 1854 in 8; le *Mysticisme catholique,* Réponse aux objections de MM. Pauthier, P. Leroux, Guizot,

[1]) Cf. L. Claud. Pavy (frater ep. nostri et vicarius generalis Constantinae † 1878) Mons. Pavy sa vie et ses oeuvres ou la nouvelle Eglise d'Afrique, Parisiis 1870; l'Episcopat p. 33; Ribolet Un grand évêque ou 20 ans de l'Eglise d'Afrique sous l'administration de Mons. Pavy, Algier 1902; Pagès M. P. sa vie etc., Paris 1896.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1858 p. 332—34. Cf. de eo L. Follioley Montalembert et Mgr. P. d'après des documents inédits, Parisiis 1901; Hdl. II, 1338; l'Episcopat p. 282; 71; Robitaille Vie, Arras 1866. Lorenz IV, 15; Science cath. 1905 Febr. et Mart. 296—318.

[2]) Cf. Lorenz 1, 500.

Jouffroy, Michelet, Cousin et Barth. Saint Hilaire, 1850 in 8; *Epreuves du mariage,* 1853 in 12 etc. — Franciscus Bourgade (n. 7. Jul. 1806) ab a. 1838 missionarius in Africa († 21. Maj. 1866), edidit contra Mahommedanos *Soirées de Carthage* ou *Dialogues* entre un prêtre catholique, un muphti et un cadi, 1847; 1852 ed. 2; *la Clef du Coran* faisant suite aux *Soirées* de Carthage, 1852; *Passage du Coran à l' Evangile* faisant suite aux *Soirées* de Carthage et à *la Clef* du Coran, 1855 in 8; *Lettre à M. E. Rénan* à l'occasion de son ouvrage intitulé: Vie de Jésus, 1864 in 8. Innotuit auctor quoque editione inscriptionum punicarum, quae Carthagine et per ditionem Tunis repertae fuere, 1852; 1856 ed. 2. — Praeter hos quam plurimi alii in Rénan calamum acuerunt. Ita Jo. Greg. Anglade, cujus l. prodiit germanice: *Unmöglichkeit die Gottheit J. Chr. zu leugnen,* Augustae 1864. — T. J. Lamy theologiae professor in universitate lovaniensi, cujus est *l' Evangile et la critique,* Examen de la vie de Jésus de M. E. Rénan, Malines 1864 ed. 2. — O. Raeban, de quo infra redibit sermo.

546. Ecclesiae apologiam instituit J. M. Salvator Gorini canonicus honorarius bellicensis (n. 1803; † 1859) vir eruditus in utili op. *Défense de l' Église* contre les erreurs historiques (c. 1000) de MM. Guizot, Aug. et Am. Thierry, Michelet, Ampère, Quinet, Fauriel, Aimé Martin etc., Lugduni 1853 t. 2; 1864 t. 4 in 8; 1866 ed. 4. cum auctoris vita. — Cattet theologiae professor, vicarius generalis et canonicus lugdunensis († 1858) auctor est op.: *La Vérité de l' Église catholique démontrée,* 1854 t. 2 in 8; *la Fausseté du protestantisme,* suivie d'un appendice sur le méthodisme, Lugduni 1863 t. 2 in 8., ab ejus fratre Jo. Francisco Regis C. pariter canonico lugdunensi et vicario generali honorario († 1865) absolutum; *la Vérité* sur le card. Fesch ou Réflexions d'un ancien vicaire général de Lyon sur l' histoire de son Eminence par M. l'abbé Lyonnet, ib. 1842 in 8., cum apologia prolixiori, ib. 1843. — Robert canonicus honorarius, turonensis *Divinité du catholicisme* demonstravit doctori oxoniensi Paris 1842. — De primatu disputarunt: Ludovicus Octavius Gavairon, Helvetus († 1867) in variis libellis, ut in *Défense du s. siège,* Parisiis 1859 in 12. — N. Cacheux († 1869) edidit *Discussion théologique et philosophique* avec le protestantisme sur tous les points qui le séparent de la religion catholique suivie de la réfutation de la lettre du Pasteur Puaux à l'évêque du Puy: *Rome a-t-elle le charactère de l' Église de J. Chr.?* 1855; Essais sur la philosophie du christianisme considérée dans ses rapports avec la philosophie moderne, Parisiis 1839—41 t. 2 in 8; *Philosophie de l' histoire des conciles* tenus en France depuis l' établissement de la religion chrétienne dans les Gaules jusqu à nos jours et leur influence sur les lois, les moeurs et la civilisation moderne, ib. 1844; *Études philosophiques sur l' Église,* ib. 1854 in 12., insignis apologia jurium Ecclesiae; *la philosophie* de s. Thomas d' Aquin, ib. 1858. — Hadrianus Nampon SJ. Anicii (le Puy) n. 12. Dec. 1809 († 16. Febr. 1869) praeter alia in lucem dedit *Etude* de la doctrine catholique dans le Concile de Trente proposée comme moyen de réunion de toutes les communions chrétiennes. Conférences prêchées à Genève pendant le jubilé de 1851 sur le texte nouvellement traduit du Concile de Trente, Parisiis 1852 in 12; 1867 ed. 3. in t. 2, germanice Ratisbonae 1854 t. 2 in 8; 1873 ed. 2. inscripta: *Die Unterscheidungslehren* der Katholiken und Protestanten oder Beleuchtung der kath. Lehre des Konz. von Trient, opus bonum; *Manuel du Missionaire,* Parisiis 1847; Lugduni 1861; *Beautés de la liturgie,* Avenione

1874 in 12. — Contra sacerdotes sic dictos constitutionales scripsit Jos. Laur. Regis Vernet congr. s. Sulpicii, theologiae dogmaticae lector († 4 Maj. 1843) in op. *La vérité opposée à l' erreur* ou Paralèlle de la foi catholique, apostolique et romaine avec la doctrine des prêtres constitutionnels, Tolosae. Erat ipse vicarius generalis dioecesis vivariensis, regens seminarii, fundator et director congr. sororum Praesentationis b. M. V. Alia ejusdem opera, inter quae *Nepotien* ou l' Elève du sanctuaire, Lugduni 1837, cf. apud Bertrand Bibl. sulp. II, 151—56. Adversus traditionalistas scripsit Maria Angelus Chastel SJ. (n. 12. Febr. 1804; † 4. Febr. 1861): *De l' origine des connaissances humaines* d' après l' Ecriture s. ou les révélationistes contraires à la révélation interprétée par la tradition, Parisiis 1852 in 12; *de la valeur de la raison humaine* ou ce que peut la raison par elle seule, ib. 1854 in 8., cui opposuit Carolus Berton *Essai philosophique* sur les droits de la raison, ib. 1854; *les rationalistes et les traditionalistes* ou les écoles philosophiques depuis vingt ans, ib. 1850 in 12; *de l' autorité* et du respect qui lui est dû, ib. 1851; *l' Église* et les systèmes de philosophie modernes, ib. 1852 in 12.

547. Joannes Bapt. Bouvier [1]) n. 16. Jan. 1783, philosophiae et theologiae moralis professor, vicarius generalis (1820), demum (1834) episcopus cenomanensis († 29. Dec. 1854), praeter *institutiones philosophiae,* Cenomani 1824 t. 3 in 12; Parisiis 1858 ed. 12. et *Histoire* abrégée de la philosophie, Cenomani 1841 t. 2 in 8., elaboravit *institutiones theologicas,* Cenomani 1820 t. 4 in 12; 1861 t. 6 in 12. ed. 11; 1880 ed. 15 juxta animadversiones a nonnullis theologis romanis propositas emendatas (1854), et in 60 circiter seminariis adhibitas; *Traité dogmatique et pratique* des indulgences, des confrèreries et du jubilé, Cenomani 1826 in 12; 1856 ed. 10. aucta et emendata, germanice retractatus interprete Goldschmidt 1859. *Diss. in sextum praeceptum* et supplementum ad tr. de matrimonio, Cenomani 1834 ed. 6. in 12; 1864 ed. 17. juxta animadversiones a nonnullis theologis romanis propositas emendata. In re morali auctor est gravis et probabilista [1]). — Dionysius Lud. Arsenius Vincent n. 13. Nov. 1813 congr. S. Sulp., philosophiae et theologiae professor († 5. Jan. 1869), postquam edidit [2]) tr. *de vera religione,* Paris 1858; et *de vera Ecclesia,* ib. 1862, concinnavit *compendium* universae theologiae, Lugduni et Parisiis 1867—69 t. 6, quod plurium incurrit censuram, hinc juxta annotationes aliquot theologorum prodiit emendatum curis Aug. J. Bapt. Thibaut sodalis († 1895) 1874—75; 1882—83 ed. 3; 1899 ed. 8. — Alter Sulpicianus est Bened. Hippolytus Vieusse n. 20. Mart. 1874, in seminario tolosano docuit [3]) theologiam dogmaticam, dein moralem bonumque seminarii pro viribus promovit († 21. Aug. 1857). Compendiosas edidit *institutiones* theologicas, Tolosae 1826—27 t. 6 in 12; 1828 ed. 2. et saepius deinceps; 1856 ed. 7; 1867 ed. 9; 1891 ed. 17. *La Bible mutilée* par les Protestants ou Démonstration de la divinité des Ecritures rejetées par la Reforme, Tolosae 1847 ed. 1. et 2. emendata. *Censura* plurium Galliae episcoporum in prop. 56 excerptas ex variis scriptis D. De La Mennais et ejus discipulorum, necnon eorundem episcorum ep. ad ss. pontificem, ib. 1832; gallice 1835. — Ter-

[1]) Alius a Bouvier monialium capellano Chamberii († 1885) auctore *Catéchisme de persevaranze* aliorum opusculorum asceticomum.

[1]) Cf. Sebaux *Vie,* Paris 1889; L' Episcopat p. 329.

[2]) Cf. Bertrand II, 303—6.

[3]) Cf. Ib. II, 231—41.

tius ex eodem sodalitio est Petrus Franc. Ennemond Rony Montbrijonensis (n. 8. Apr. 1803; † 11. Sept. 1847) usui scholarum accomodavit [1]) tr. *de actibus humanis* et conscientia — de legibus — de peccatis — de fide, spe et caritate — de poenitentia — de purgatorio et indulgentiis, Lugdini 1843—45 t. 6 in 12. — De confessione sacr. scripsit Ambrosius Guillois Lavallensis (n. 1796; † 1856) *le Dogme de la confession* vengé des attaques de l'hérésie et de l'incrédulité, Paris 1837. 1840; Cenomani 1856 in 12. ed. 3; *Explication historique, dogmatique,* morale, liturgique et canonique du catéchisme avec la réponse aux objections tirées des sciences contre la religion, Cenomani 1839; 1864 ed. aucta t. 4 in 12; 1870 ed. 11; germanice, Aachen 1846—47. *Le catechiste en chaire,* opus posthumum ed. a. C. Alix 1856—59 t. 3 in 12; *L'Evangile en action* ou Histoire de la vie des saints, qui se sont santifiés dans le Maine et l'Anjou, Le Mans 1839; 1864. *Explication littérale* et morale des èpîtres et évangiles des dimanches et des principales fêtes de l'année, ib. 1845; 1859 ed. 4. t. 2 in 12; germanice Ratisbonae 1850 t. 2, praeter alia ad religiosam populi instructionem spectantia. — Jo. Petrus Martin [2]) SJ. theologiae professor (n. 10. Febr. 1792; † 5. Dec. 1859) disputavit *de matrimonio* et potestate ipsum dirimendi Ecclesiae soli exclusive propria, Parisiis et Lugduni 1844 t. 2 in 8. — Carle disseruit *du dogme catholique sur l'enfer* suivi de la diss. de M. Emery (cf. p. 583) *sur la mitigation* des peines des damnés, 1842 in 8. Scripsit etiam *Histoire* de Fra Hier. Savonarola, 1842 in 8., in qua eum tueri nititur adversus inquisitionem et rom. pontificem; *Histoire* de la vie et des écrits de s. Thomas d'Aquin, 1849 in 4.

[1]) Cf. Bertrand II, 179 s.

[2]) Alius ab Arcturo Martin S. J. de quo infra.

548. Praetermissis nonnullis, qui de singularibus argumentis disputarunt, huc refer Lud. Jos. comitem de Baudry [1]) Chamberiensi n. 13. Aug. 1778 congr. s. Sulpicii, in qua aliquamdiu docuit philosophiam et theologiam moralem. Occasione subversionis ordinis politici in Gallia a. 1830 congregatione egressus est secessitque Genevam, ubi vitam fer monasticam inter orationem et studia duxit († 2. Apr. 1854). Plura opera utilia aliorum edidit, s. Franciscum Sal. quam plurimis libellis celebravit, opuscula ipsius typis illustrata dedit, ac ita operum ed. supplevit et complevit (Lugduni 1836; 1843); ejus doctrinam in omnium utilitatem proposuit, gesta narrat, opera etiam de controversiis composuit ut *La Religion du coeur* considérée dans ses rapports avec les confessions de foi, l'institution du saint ministère et l'infallibilité de l'Eglise, Lyon 1840; cum supplemento, ib. 1840. — Marius Aubert missionarius et postea canonicus († 1858), qui plurima opuscula de praecipuis Ecclesiae catholicae dogmatibus populi captui accommodata (c. 40) reliquit [2]), inter quae libellum Tr. *de l'authenticité* des livres ss. avec. des traits historiques, Lugduni 1844 ed. 2 in 18. — A. Zeloni collegit *Concordance* des écritures, des pères et des conciles des cinq premiers siècles avec la doctrine de l'Église catholique romaine ou Réponse à l'ouvrage de Luscomb évêque anglican, 1842 in 12. — Aug. Greg. Jo. de Vesclos congr. s. Sulp. (n. 12 Mart. 1807; 27. Febr. 1852) theologiae lector erat. — Multum hac

[1]) Cf. Bertrand II, 221—25; III, 286—292.

[2]) Cf. Lorenz Catalogue général de la Libraire française 1, 87 s. Alius ab eo est Alexander Aubert parochus († 1871), cujus praeter alia sunt *Histoire* de s. Remi (436—532), 1849; Chalons-sur Marne, ed. emendata et plurimum aucta 1873. Deportatus fuerat Cayennam cum tot aliis sacerdotibus, quam deportationem descripsit Alex. Clemens Boitel.

aetate per Galliam inclaruit Phil. Olympius Gerbet. Natus is est Polinii in Burgundia 5. Febr. 1798. Tanto successu studia absolvit, ut inter 450 seminarii alumnos primus fuerit. Initio quidem adhaesit celebri de La Mennais, qui strenue incredulitati se primum opposuit, hujusque opiniones de auctoritate sensus communis propugnavit variis in operibus, ut *des doctrines philosophiques* sur la certitude dans leurs rapports avec les fondements de la théologie, 1826, germanice[1]) interprete J. G. E. (Esslinger), Moguntiae 1829, contra quod scripait Rovazen, quem supra laudavimus; *Coup d' oeil* sur la controverse chrétienne[2]), 1828, germanice cura J. de Weldige[3]), Monasterii 1834; quod tamen opus utpote minus sanas doctrinas complectens suppressum voluit ipse auctor; *Introduction* à la philosophie de l' histoire, 1832. 1833. Reprobatis vero a Gregorio XVI. magistri sui opinionibus ipse unus e primis fuit, qui judicio sedis apostolicae se subjecerit, opiniones illas reprobaverit eumque nisus est inducere ad subjectionem sub sedis apostolicae judicio. Cum ejus consilia fructu caruerunt, eum deseruit imo prohibuit bibliopolae, quominus exemplaria duorum illorum operum, quae primo nominavimus, divenderet, suppressa integra editione. Scripsit etiam *Précis de l'histoire de philosophie,* 1834, adversus *Esquisse d' une philosophie* ipsius de La Mennais; *Réflexions sur la chute de M. de La Mennais,* germanice Augustae 1839. Redegit cum Salinis (cf. p. 1168), quo familiarissime utebatur, fasciculos menstruos *Le Mémorial catholique,* aliosque fasciculos literarios dissertationibus, apologeticis, praesertim, plane insignibus aluit, quibus causam fidei pro viribus promovit, atque pro libertate Ecclesiae et institutionis juventutis intrepide stetit. Inter has diss. laude dignissimae sunt *La s. V. Marie* type de la femme régénérée (in *Univers* 31. Jan. 1835); *Catholicisme et décalogue* (ib. 15. Jun. 1835) etc. Sanitatis causa diu Romae degit (1839 — 1849) hujusque commorationis fructus exstitit *Esquisse* de Rome chrétienne[1]), 1844—1850 t. 2; t. 3. post ejus mortem 1876; germanice Viennae 1846. Factus est episcopus perpinianensis (1854) suamque ecclesiam prudentissime rexit atque restaurare in Christo sategit restituto seminario, inductis institutis religiosis, literis pastoralibus vere classicis, quae per universam diffundebantur Galliam. Dictus est, „sec. XIX. Fénélon" († 7. August 1864). Maximi eum fecerunt Gregorius XVI. et Pius IX. Edidit praeterea *Livre de s. Théodosie,* recueil complet des documents publiés sur cette sainte, 1854; *la Stratégie* de M. Renan, liber posthumus, 1865 in 12., sed in primis *Considérations* sur le dogme générateur de la piété catholique[2]), suivies de vues sur le dogme de la pénitence, 1829; 1853 ed. 5; opus plane egregium in varias linguas versum[3]), germanam Sulzbach 1830. 1833; de poenitentia curante Lentz Colo-

[1]) Cf. Kerz Litzt. 1831 II, 65—100.
[2]) De utroque cf. Gengler Tüb. Qtlschr. 1832 p. 765—806.
[3]) Cf. ib. 1835 p. 657—80.

[1]) Cf. Mast *Tübinger Quartalschr.* 1847 p. 320—32; Hefele *Beiträge* zur Kirchengeschichte, Archäologie und Liturgik 2, 128: Dieses Werk ist kein Erzeugniss archäologischer Forschungen eines gelehrten Archivars; Gerbet hat einen höheren Zweck: den Sinn und die Bedeutung der ewigen Stadt wollte er seinen Lesern verständlich machen. Es ist der Erguss begeisterter Frömmigkeit und eines tiefen Denkers. In sequentibus exhibet florilegium quoddam insignium doctrinae capitum, de eoque dicit: G. . . . . gehört als Theolog und Denker zu den ersten Schriftstellern Frankreichs. Cf. Ladoue Mgr. Gerbet sa vie, ses oeuvres et l'école Mennaisienne, Parisiis 1870 t. 3 in 8; Hefele Beiträge II (1864), 124 ss.; Ricard Gerbet et Salinis, Paris 1883 ed. 2. Weinand KL². V, 356—60; l'Episcopat 474.
[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1831 p. 329—57.
[3]) Cf. Kerz Literaturzeitung 1834. I, 107—17.

niae 1853. *Dialogue entre Platon et Fénélon,* opus classicum; Conférence *sur Rome,* Perpiniani 1863; in primis notanda: Instruction pastoral *sur diverses erreurs* du temps présent, 1860, in qua 85 propositiones notat censura dignas, adeo ut celebrem Pii IX syllabum praeformasse videatur. Ejus instructiones pastorales prodierunt collectae 1876 t. 2.

549. Tristissimae memoriae est praeter Jo. Jos. Laborde (n. 1804; † 1855), qui se opposuit dogmati de immaculata V. conceptione, Hugo Felicitas Robertus de La Mennais n. 19. Jun. 1782 Macloviae (Saint Malo) in Britannia minori, qui initio quidem stetit pro juribus Ecclesiae adversus de Pradt, Grégoire, Tabaraud etc. in op. *Tradition de l' Église* sur l' institution des évêques, Parisiis 1814; *Réflexions sur l' état de l' Eglise en France* pendant le dixhuitième siècle et sur sa situation actuelle, 1808, mox tamen a gubernio suppressum. Ejus opuscula ascetica pariter magni aestimabantur, praesertim versio l. de imitatione Christi additis Réflexions, cujus brevi tempore numerabantur ed. 56. Hefele Beiträge II[1] (1854), 124 ss.; Ricard Gerbet et Salinis, Paris 1873 ed. 2. Summum plausum retulit op. *Essai sur l' indifférence* en matière de religion, ib. 1817, t. 1. saepissime editum, eloquentissimo enim stilo est adornatum, quo summum religionis momentum pro homine et societate aperit, sed jam quaedam errorum suorum vestigia in eo observantur. Alter tomus prodiit 1820, in quo methodum perveniendi ad veritatis cognitionem aperire nititur, rationem singulorum pronuncians fallacem et proclamans rationem universalem generis humani criterium veri: cui errori confirmando inserviunt etiam t. 3. a. 1821 et t. 4. a. 1823: 1836—37 t. 5 in 8., etiam germanice, sed incomplete. Multis arriserunt ejus opiniones, sed a pluribus quoque impugnatus fuit[1]): quibus opposuit *Défense de l' Essai* etc. Paris 1827. Strenuum religionis apologetam se exhibuit in op. *De la religion* dans ses rapports avec l' ordre politique et civil, 1826, quo gallicanismum ad nihilum redegit, et *Progrès de la révolution* et de la guerre contre l' Eglise, 1829, quo impugnat rationalistas omnis generis et gallicanos, quos aliis etiam scriptis impugnaverat. Cum Montalambert et Lacordaire condidit a. 1830 ephemerides *L' Avenir* pro vindicandis etiam adversus gallicanismum et auctoritatem societatis politicae Ecclesiae juribus, quas tamen nimio aestu abreptus erroribus infecit: unde episcopi reclamarunt, et tredecim 56 propositiones ex ejus scriptis excerptas damnandas detulerunt ad sedem apostolicam: quare illas suspendit exeunte a. 1831, Romamque se contulit, ut se purgaret. Sed 15. Aug. 1832 prodierunt Gregorii XVI. encyclicae literae, quibus damnantur plures errores ex op. *Essai sur l' indifférence* et ex illis ephemeridibus excerptas, auctoris tamen nomine silentio suppresso. Initio quidem se subjecit judicio sedis apostolicae, mox tamen contradictionis spiritu abreptus rebellionis erexit vexillum in seditioso et famoso opere, quod vulgatissimum factum est, *Paroles d' un croyant,* le Livre du peuple; une Voix de prison: du Passé et de l' avenir du peuple; de l' Esclavage moderne, quod damnavit pontifex literis encyclicis 17. Jul. 1834. Exinde coepit Ecclesiam catholicam impugnare atque in pejores semper ruere errores. Post suam defectionem Evangelia gallice stilo splendido vertit (1846), prohibita tamen fuit ea versio (17. Aug. 1846) propter malignas annotationes. Decessit[2]) magna in paupertate nullo

[1]) Cf. Qltschr. Tüb. 1832 p. 765—805. Didio: La Mennais als Apologet Straßb. Diöcesanbl. XXIV (1905), 114—31.

[2]) Cf. Feller 6, 21; Mercier, Lamennais etc., Paris 1895; Stimmen aus Maria

signo retractationis edito mense Novembris 1854. Opera ejus collecta prodierunt 1844—47 t. 2 ed. 2; posthuma ed. a Forgues 1855—58 t. 5; inedita cur. Blaize 1866 t. 2; epistolae 1864 ed. 2; 1905.

550. Adversus eum scripserunt praeter Rozaven et Gerbet, Petrus Dionysius Boyer congr. s. Sulpicii n. 19. Oct. 1766 condiscipulus et amicus celebris Frayssinous, quocum terroris tempore in loca montana Averniae se receperat, ut clam animarum gereret curam. Ab Emery a. 1800 Parisios revocatus philosophiam primum docuit, dein theologiam dogmaticam, donec a gubernio imperiali iterum dispersa fuit congregatio s. Sulpicii a. 1811. Ad cathedram rediit a. 1814, quam tenuit ad a. 1818. Cum eo tempore coeperit reflorere pius usus recessus seu exercitiorum spiritualium pro restaurando clero, ipse huic missioni in primis se dicavit ingenti successu et fructu. Quaquaversus universam peragravit Galliam, nullaque forte fuit dioecesis, cujus clerum novo fervore non imbueret: quamobrem ab episcopis certatim invitabatur. Ad provectam usque aetatem zelo vere mirabili et indefesso hanc obivit missionem, donec ad laborum praemium vocatus piissime in Domino obivit 24. Apr. 1841. Edidit praeter alia stilo eloquenti et nobili, sed studio forte nimis festinato[1]): *Examen* de la doctrine de M. de La Mennais considérée sous le triple rapport de la philosophie, de la théologie et de la politique, Parisiis 1834 in 8; *Antidote* contre *les Aphorismes* (ejusdem auctoris), ib. 1826, in quo nititur declarationem gallicanam a. 1682 saltem purgare ab haeresis crimine (a Gerbet) ipsi impacto. Adversus Tabaraud (cf. p. 1051) scripsit *Examen* du pouvoir législatif de l'Eglise sur le mariage, cum diss. sur la réception du Conc. de Trente dans l'Eglise de France; ib. 1817; *Nouveaux éclaircissements* sur quelques objections qu'on oppose au Concordat, ib. 1818, tam contra eos qui Ecclesiam volebant imperio civili subjectam, quam contra eos, qui somniabant societatem civilem circa religionem plane indifferentem. *Défense de l'Eglise Catholique* contre l'hérésie constitutionelle, et Histoire de l'hérésie constitutionelle qui soumet la Religion au Magistrat depuis Luther jusqu'à l'a. 1830, 1840. ib. Post ejus mortem prodierunt *Discours* pour les retraites ecclésiastiques, ib. 1843 praemissa ejusdem vita auctore M. Dossance etc. — Paulus Theresia David d'Astros Provincialis n. 15. Oct. 1772, canonicus parisiensis, defuncto card. de Belloy archiepiscopo (1808) difficillimis illis temporibus electus est vicarius capituli. Strenue restitit cardinali Maury ab imperatore sine summi pontificis venia intruso: publicavit etiam Napoleonis excommunicationem: quam ob rem hujus sibi iram concivit et in carcerem fuit conjectus (1810), unde non exiit nisi a. 1814. Intrepide semper stetit pro Ecclesiae juribus. Designatus est episcopus bajonensis (1820) totusque incu-

---

Laach 1898 I, 45—58; 128—51; 282—99; 375—95; Etudes 83 (1900), 433 ss.; Boutard La M. sa vie et ses doctrines, Paris 1908 t. 2; Blaize Essai biographique Paris 1858; Guerard Notices biogr. des ouvr. de L., Paris 1849; Lorenz IV, 1852; Weinand KL. VII, 1349—69; Spuller L. Etude d'hist. pol. et relig., Paris 1892. — Ejus frater Joannes M. Robertus de L. vicarius generalis briocensis († 26. Dec. 1860) edidit *Tradition de l'Église* sur l'institution des évêques, Parisiis 1813 t. 3 in 8. Vir erat admodum pius, qui munere publico fungens valde solicitus erat de reformandis scholis inferioribus et ut boni eligerentur episcopi. Cf. Handl. II, 547 ss,; Ropartz La vie et les ouvrages de J. M. R. de L. d'après sa correspondance e d'autres documents, Paris 1874; Laveille ib. 1903 t. 2; Godet Revue de Clergé Fr. XL (1904) 500—520.

[1]) Cf. Feller 2, 162; Bertrand Bibl-Sulp. II, 140.

buit reparandis damnis suae dioecesi illatis promovendoque spiritui vere catholico inter oves sibi commissas. Bajona invitus et nonnisi urgente Carolo X. translatus est a. 1830 archiepiscopus Tolosam, quam suo zelo, exemplo et virtutibus illustravit. Fortiter stetit pro libertate et juribus Ecclesiae contra liberalismi usurpationes: tenax in fovenda antiqua ecclesiae gallicanae liturgia, adversarius erat studiis Guerangeri. Synodum habuit provincialem a. 1850. Vix ac Napoleon III, summa rerum potitus est, quasi in reparationem injuriae ab avunculo suo illi illatae eum purpura decorandum Pio IX. proposuit (30. Sept. 1850), qua tamen dignissimo praesuli non diu frui licuit, nam morte abreptus est 29. Sept. 1851. Unus e primis fuit, qui perspexerit errores de La Mennais, eique adscribitur *Censure* de cinquante six propositions extraites de divers écrits de M. de L. et de ses disciples, par plusieurs évêques de France et Lettres des mêmes évêques au souverain pontife Grégoire XVI. Le tout précédé d'une préface, où l'on donne une Notice historique de cette censure et des pièces justificatives, Tolosae 1835 in 8. Scripsit[1]) quoque *La Vérité catholique démontrée* ou Lettres aux protestants d'Orthez, ib. 1833 t. 2 in 8. — Jo. Bapt. Flottes Montepessulanus, philosophiae professor et vicarius generalis (n. 16. Jan. 1789: † 1864), pluribus libellis impugnavit de La Mennais, ut *Errata* du 3. vol. de *l'Essai* sur l'indifférence en matière de religion ou Observations critiques adressées à M. l'abbé F. de La M., Montepessulis 1823, cum tribus continuationibus; illius aphorismatibus alia opposuit, ib. 1826. Ejus quoque sunt *Étude* sur D. Huet évêque d'Avranche, ib. 1857 in 8; *Études* sur s. Augustin. son génie, son âme, sa philosophie, ib. 1861 etc.

[1]) Cf. Feller I, 294; Cansette, Vie, Paris 1853; l'Episcopat 111, 624.

551. A regia via aberravit etiam Lud. Eugenius Maria Bautain[1]) Parisiensis n. 17. Febr. 1796. Studio philosophiae plurimum delectabatur, quam juvenis in academia argentoratensi profitebatur (1819); sed mox cathedra fuit motus a ministro Corbière (1822). Hinc medicinae studuit, in qua et lauream est adeptus. Cum vero in eo studiorum genere animi quietem non reperiret, magna animi alacritate theologiae incubuit sacraeque militiae se dicavit (1828). Multos post se traxit, quos argumentorum pondere et naturali quadam eloquentia ab incredulitate ad fidem in Christum perduxit, imo ad suscipiendos sacros ordines permovit, sed ab uno extremo incidit in aliud. Prius enim opinionibus imbutus sui magistri Cousin et Fichte, rationis vim jam adeo depressit, ut omnem cognitionem et certitudinem intellectualem derivaverit ex revelatione. Hinc negavit solo rationis lumine nos posse cognoscere Dei exsistentiam, revelationis factum etc. atque ita traditionalismi principia defendit. Bis monitus a suo episcopo Pappe de Trevern, qui instructionem pastoralem hac de re edidit (30. Apr. 1834), a Gregorio XVI. commendatam 20. Dec. 1834., et a viris doctis, qui adversus ipsius opiniones scripserunt, inter quos et Möhler, induci tamen non potuit ut sincere et absolute reprobaret suos errores; imo Romam profectus nisus est eosdem tueri. Demum laudabiliter se subjecit oblatis 8. Sept. 1840. RR. Raess coadjutori tunc argentoratensi sex propositionibus, quas ipse suique asseclae subscripserunt et quibus doctrinae capita profitetur suis opinionibus opposita. In facultate theologica parisiensi habuit deinde praelectiones morales (1853) decessitque vir magni ce-

[1]) Cf. Guerber B. F. L. Liebermann, Friburgi 1880 p. 365 ss.; Wieser KL². 2, 84; de Regny, l'abbé Bautain, sa vie et ses oeuvres, Parisiis 1884; Vacant in Dicd. de Théol. II, 481 ss.; Gla I, 2, 242.

teroquin meriti[1]) 15. Ort. 1867. Reliquit plura opera ascetica et philosophica, quibus atheismum et materialismum impugnat: *Philosophie du Christianisme*, Parisiis 1835 t. 2 ed. ab Henricus M. Gaston de Bonnechose; *La morale de l' Evangile* comparée aux divers systèmes de morale[2]), ib. 1855; germanice cura Gaisser, opus praeclarum, fructus praelectionum, quas magno plausu auditorumque frequentia Parisiis habuit. *Philosophie des lois* au point de vue chrétien, ib. 1860; *La conscience,* ou la règle des actions humaines, ib. 1860; 1861 ed. 2; *Philosophie morale,* 1842 t. 2 in 8; *La religion et la liberté* considérées dans leurs rapports, Parisiis 1848; 1865; germanice interprete Reithmeier, Schaffhausen 1851 etc. Ut La Mennais ad meliorem revocaret viam, scripsit *Réponse d' un Chrétien* aux Paroles d' un Croyant, Parisiis in 8.

552. In *Italia*[3]) Franciscus Javarone episcopus asculanus, dein usque ad a. 1855 s. Agathae Gothorum, composuit *theologiae dogmaticae constitutiones,* Neapoli 1824; 1840 t. 4 in 8. ed. 2. — Aug. Ant. Scotti edidit *Teoremi di Politica cristiana* ne' quali in generale la religione cristiana ed in particolare alcuni punti dommatici, morali e disciplinari della Chiesa cattolica sono difesi dalla calunnia d' esser nocevoli alla società, Roma 1831 t. 2; Carmagnola 1855; *Catechismo medico* ossia sviluppo delle dottrine, che conciliano la religione con la medicina, Prato 1854. — Aloisius Parchetti congr. Som. n. Zagarolii 1769, vir in literis humanioribus et linguis orientalibus versatus, summis pontificibus a Pio VII. usque ad Pium IX. carus, disputavit in *novis disquisitionibus* de Deo ll. 3, Lucani 1843, quorum 1. agit de voluntate Dei, 2. de intellectu Dei, 3. de omnipotentia Dei, ubi de gratia, de praedestinatione sanctorum et reprobatione improborum; ejus quoque sunt *fragmenta cosmologiae* seu quarundam quaestionum potiorum solutio, ib. 1844. — Marcus Mastrofini[1]) n. in oppido Montis Compatrum (Monte Compatri) n. 25. Apr. 1768 in sua *metaphysica sublimiori* nisus est solo rationis lumine mysterium ss. Trinitatis comprobare triplicemque proponit ll. 3—5 demonstrationem, sed prorsus infeliciter, ut fuse ostendit card. Franzelin in tr. de Deo trino th. XVIII. Aliud ejusdem opus est *le usure* ll. 3, Mediolani 1833. ed. 2. Obiit 3. Mart. 1845. — Angelus Bigoni Conv. patria quidem Lodiensis, sed natus Corcyrae 17. Febr. 1779, piissime fuit ab avunculo institutus. Insignis erat concionator, aliquamdiu supplevit in universitate patavina cathedram theologiae dogmaticae. Anno 1835 electus est in praepositum suae provinciae, et (1839—45) in ordinis sui praepositum generalem. De ejusdem restauratione et dilatatione admodum fuit sollicitus et benemeritus, atque visitatione per Austriam, Bavariam et Helvetiam instituta plura monasteria vel restituit vel in melius reformavit. Dimisso munere ablegatus est in Bavariam, ut monasteria ibidem restituta commissarius generalis mo-

[1]) Wieser l. c. de eo scribit: Dieser (Bautain) war nicht zu einem unbedingten Widerrufe (suarum falsarum opinionum) zu bewegen; er nahm zwar Manches zurück, das Princip aber gab er nicht auf. Haec tamen videntur referri ex dictis ad tempus ante a. 1840.

[2]) Cf. Besson Vie du Card. de Bonnechose, Paris 1886) t. 2 in 12.

[3]) Praetermittimus Sanctantonium Cimarosto Min. Venetum (n. 22. Sept. 1777; † 1. Nov. 1847), insignem concionatorem, theologiae lectorem et provinciae suae praepositum, cui tribuitur *Catechismo universale* t. 100 (?). Composuit etiam *Bibliografia universale*, Venetiis 1842; *Biografia serafica* ib. 1846 t. 2 in 8. Cf. Wurzbach 2, 347.

[1]) Cf. S. Ciuffa M. Mastrofini, Memorie storiche, apologetiche etc.; Gazola Memomorie di M. M., Romae 1845.

deraretur (1846—47). Decessit 3. Mart. 1860. Concinnavit magnum opus theologicum ex Scripturis et patribus *de Christo reparatore,* Wirceburgi 1847 t. 4 in 8., in quo novo ordine universam fere theologiam dogmaticam pertractat. Coeperat italice vertere opus de La Mennais *Essai sur l' Indifférence* etc., versionemque annotationibus auxit, Firmii 1819; *Vero rapporto* del fisico col morale dell' uomo, opera analitica in risposta all' Opera del S. Cabanis, Aesii (Jesi) 1820 ed. 2. retractata et emendata; *il regno mistico di G. Cristo* ossia l' avveramento delle profezie e delle figure dell' A. T. e del N. in G. Cristo e nella sua Chiesa, Patavii 1822 t. 11; deest 12. qui agere debuisset de vaticiniis Apocalypsis; *Diss. panegirica* in lode di Maria SS. senza macchia concetta, Venetiis 1849 ed. 2. aucta, quae merito laudatur; *Cronologia generale* delle nazioni per servire allo studio della Storia s. con note importanti, ib. 1850; *Analisi* degli errori circa la Religione contenuti nella traduzione italiana del corso di Diritto naturale o di Filosofia del Diritto del Prof. E. Ahrens[1]), Patavii 1853 etc. — Aloisius Lambruschini Barn. Genuensis (n. 6. Maj. 1776, † 12. Maj, 1854) archiepiscopus genuensis (1819) et nuntius apud Galliae regem (1827), a Gregorio XVI. cardinalis creatus et in secretarium status electus, vir egregius masculae virtutis et fortis, et de sede apostolica bene meritus, praeter *operette spirituali,* Romae 1836 t. 3 in 18; Venetiis 1838 t. 3, germanice Ratisbonae 1839 t. 3, edidit *sull' immacolato concepimento* di Maria SS. diss. polemica, Romae 1843, germanice Schafusiae 1843 in 12. Ejus acta diplomatica juxta Goerres classica sunt[2]). Ea quae spectant Borussiam collecta prodierunt Romae 1839, germanice redita Augustae 1839. — Addimus Franc. de Paola quondam praepositum generalem congr. missionariorum ss. Red., cujus est potius concionatorium quam dogmaticum *Grandezza di Maria ss.* esposta in 26 discorsi sopra la salutazione angelica, in 24 sulla Salve Regina et in altri sopra tutte le festività della SS. V. con Spicilegio Mariano sopra tutte le glorie e virtù della div. madre tratte dai SS. padri e dottori della Chiesa, Foligno 1839—41 t. 7.

553. De apologia meruit: Maurus (in baptismo Bartholomaeus dictus) Cappellari Cam. Belunensis n. 28. Sept. 1765, juris canonici professor, qui fructum studiorum suorum exhibuit in egregio opere *Il trionfo della s. Sede e della Chiesa* contro gli assalti dai novatori combattuti e respinti colle medesime loro armi, Romae 1799; Venetiis 1832 ed. 3. retractata; germanice[1]), Augustae 1833; 1848, quo egregio solidoque opere eruditorum oculos, Pii VII. in primis, in se convertit, qui eum inter primos sodales academiae religionis a se institutae a. 1800 recepit. Anno 1807 electus est in abbatem monasterii s. Gregorii Romae, mox in viceprocuratorem generalem sui ordinis. Pius VII. post suum e captivitate reditum eum pluribus congregationibus adscripsit. Electus est in procuratorem generalem a sodalibus a. 1818 et a. 1823 in praepositum generalem; in praemium meritorum inter cardjnales receptus et a Leone XII. cum insigni ejus doctrinae, laborum pro s. sede et virtutis encomio 13. Mart. 1826 et praefectus congregationi de propaganda fide. Post Pii VIII. obitum electus est 2. Febr. 1831 in summum pontificem sub nomine Gregorii XVI. Non est nostrum praeclara hujus pontificis acta et merita pro conservanda fidei puritate, damnatione errorum Hermesii, de La Mennais, Bautain,

[1]) Cf. Marangoni Cenni 'storici sulla vita del RR. P. M. A. Bigoni, Patavii 1860.

[2]) Cf. Hdl. II, 547. Piantoni Eulogio funebre di L. L. Romae 1854.

[1]) Cf. Kerz 1834 I, 73—93.

pro vindicandis Ecclesiae juribus contra potentissimos monarchas Russiae, Borussiae etc., pro dilatanda et promovenda religione catholica fusius evolvere, cum id spectet ad historiam ecclesiasticam. Decessit hic pontifex vere magnus [1]) 1. Jun. 1846. Prodierunt ejus *Acta* Romae 1901 in 4 t. 4. — Jac. Mazio SJ. Romanus in jure canonico egregie versatus (n. 25. Jan. 1800; † 30. Apr. 1851) in linguam patriam vertit Lingardi historiam Angliae, Romae 1828—1836 t. 14 cum annotationibus, literas Cobbeti, collationes card. Wiseman de nexu inter religionem et disciplinas naturales etc., pluresque doctas diss. inseruit annalibus scientiae religiosae [2]). — Dominicus Gualco professor supergensis, socius acadamiae romanae religionis, membrum commissionis regiae pro studiis, dein vicarius generalis genuensis, disputavit *de romano pontifice,* Taurini 1837 t. 2, qui liber est egregius; *de personali clericorum immunitate* seu exemtione a foro seculari, Genuae 1843; *de judicaria Ecclesiae potestate* et causis ecclesiasticis, ib. 1843; *de matrimonio,* Taurini 1837 t. 2; *Giansenio d' Ipri,* Genuae 1844, opus eruditum laudeque dignum; *la dommatica definizione dell' immacolato Concepimento della B. V. M.* Apologetico, ib. 1856. — Cajetanus Baluffi cardinalis († 11. Nov. 1866) edidit *La Chiesa Romana* riconosciuta alla sua carità verso il prossimo per la vera Chiesa di G. C., Imolae 1854; Venetiis 1859. *L' America un tempo spagnuola* riguardata sotto l' aspetto religioso dall' epoca dal suo discoprimento sino al 1843, Anconae 1844. — Vir solide doctus erat Angelus Vincentius Modena OP. congr. Indicis a secretis et bibliothecae casanatensis praefectus († 19. Jul. 1866). — Jo. Regoli Brictinorii in Aemilia n. 28. Sept. 1764 abdicato canonicatu ingressus est Soc. Jesu († 10. Aug. 1844) pluraque opuscula elegantia et utilia reliquit pro tuenda confirmandaque vera fide in juvenum animis [1]).

554. Supersunt duo viri sane eruditi suaque aetate nominatissimi, quorum unus est Joachimus Ventura O. Theat. Panormitanus n. 8. Dec. 1792. Juvenis egregiis dotibus praeditus ingressus est Soc. Jesu, qua per regnum neapolitanum in Gallorum invasione suppressa, theatinis se adjunxit. Propter concionandi talentum praedicationis munus obire est jussus, simulque ordini fuit a secretis. A rege constitutus est librorum censor et receptus in consilium regium pro instructione publica. Habuit etiam partem haud minimam in edenda encyclopaedia ecclesiastica. Viros per Galliam eo tempore claros admiratus italice vertit opus *du Pape* celebris de Maistre, *la Législation primitive* Bonaldi, in primis vero opiniones de La Mennais per Italiam vulgavit. Defuncto Pio VII. selectus est qui mortui pontificis encomium texeret: quod praestitit tanta arte, ut ejus laudatio funebris vicies et forte ultra typis esset edenda. Leo XII. ei cathedram juris canonici in archigymnasio romano contulit citra concursum ob ejus insignem doctrinam. Ea tamen brevi dimissa adhibitus est a summo pontifice in negotiis ecclesiasticis et 25. Febr. 1830 electus in praepositum generalem sui ordinis. Cum de La Mennais aperte deficere coepisset a regia via, ipse quidem edita epistola palam reprobavit rebellionis spiritum (1831), tamen ob nimiam admirationem et propensionem erga virum illum infelicem, pontificis nonnihil incurrit offensionem, ideoque vitam duxit a publicis negotiis magis remotam stu-

[1]) Cf. Brischar KL². 5, 1148—56; Car. Sylvain Gregoire XVI. et son pontificat, Insulis 1890; Wiseman op. cit. supra.

[2]) Cf. Backer 2, 1187—9; Sommervogel V, 831—35. Angelini SJ. Della vita e degli scritti del P. G. M. Roma.

[1]) Cf. Sommervogel VI, 1603—8.

diisque deditam, quorum fructum exhibet in op: *La bellezza della fede* ovvero la felicità di credere in G. Cristo e di appartenere alla vera chiesa, opera nella quale secondo il metodo e coll'ajuto de SS. Padri si spiegano i misteri dell'Epifania del Signore, Romae 1839 t. 3 in 12; germanice interprete Dorn, Aachen 1850; coepitque edere *Bibliothecam parvam* seu graviora et elegantiora opera veterum ss. latinae Ecclesiae patrum sapientia et facundia clarissimorum, quorum t. 1. complectitur *s. Hieronymi vitas* et exempla excellentium christianorum, ib. 1839 in 16. Sermones ejus prodierunt t. 9 Romae 1844 ss., ex quibus plurimi germanice Regensburg 1848 t. 3 in 8. Turbis politicis, quae initio pontificatus Pii IX. universam Italiam commovebant abreptus, imprudenter secutus est rebellium castra, qua agendi ratione gloriam ante sibi partam maculavit bonorumque etiam sodalium incurrit reprehensionem. Quare capta a Gallis urbe et reddita pontifici in Galliam secessit atque exinde ad meliora rediit sensa. Cum enim ejusdem sermo Romae turbarum tempore habitus damnatus fuisset a congr. Indicis 30. Maj. 1849 (quo prohibitum fuit et opus Gioberti), plenissimam scripsit submissionis epistolam. Plures annos transegit Parisiis libris scribendis occupatus, ubi saepe etiam concionatus est. Obiit [1]) Versaliis 2. Aug. 1861. Alia ejusdem opera sunt: *De jure ecclesiastico,* Romae 1826; *Lettre* à un ministre protestant, Parisiis 1859, pro itinere et episcopatu romano S. Petri, quem jam antea asseruerat, germanice interprete Brühl Aachen 1852; *La Raison philosophique* et la Raison catholique, ib. 1852—59 t. 3; *Ecole des miracles* ou les Oeuvres de la puissance et de la *Grandeur de J. C.,* Lugduni 1848, germanice Regensburg 1848, 1892; *La philosophie chrétienne,* Paris 1866 t. 3; *de la valeur de la raison humaine,* ib. 1854; *la tradition et les semipélagiens de la philosophie* ou le Semirationalisme dévoilé; *Traité sur le culte de la S. Vierge* [1]), la mère de Dieu, mère des hommes, Lugduni 1852, in 12. etc. In scriptis philosophicis traditionalismo favet [2]).

555. Alter est Antonius comes de Rosmini-Serbati Roboretanus n. 25. (secundum alios 15.) Martii 1797, qui spretis omnibus hujus seculi blanditiis victisque impedimentis obsequio Domini se mancipavit. Patavii lauream doctoralem est consecutus, diuque degit Roboreti archipresbyteri munere demum fungens. Exinde consilium iniit fundandae congregationis institutioni juventutis et habendis concionibus deditae (Istituto della Carità). Quare resignata parochia (1835) Domum d'Ossola se recepit meditationi conscribendisque regulis vacans, quae comprobatae fuere 10. Sept. 1839. Opere *delle cinque piaghe della Chiesa,* cui postea adjecit appendice di due lettere sulla elezione de'Vescovi da clero e popolo, Mediolani 1849 sibi plurimum nocuit. In eo enim principia spargit subversiva jurium Ecclesiae et primatus tum in constituendis praesulibus, tum in aliis rebus ecclesiasticis et quibus jus plebis et gubernii civilis praeter fas amplificatur [3]). Eo a congregatione Indicis mox damnato (29. Maj. 1849) laudabiliter se subjecit [4]); purpuram tamen sibi destinatam non est consecutus. Ultimos vitae annos Stresae ad lacum majorem studiis praesertim philosophicis deditus transegit decessitque 30. Jun. 1855. Plurima reliquit opera, quorum pleraque col-

[1]) Cf. Biogr. univ. 85, 249—72.

[1]) A. Eyron typographus edidit *Le Culte de la S. Vierge* dans toute la Catholicité . . . depuis l'établissement du Christianisme jusq'à nos jours, Paris 1842.

[2]) Nürnberger KL. XII, 668—72.

[3]) Cf. Roskovány rom. pont. IV, 491.

[4]) Cf. Hilgers der Index p. 412 s. 574.

lecta prodierunt Mediolani 1837 ss. t. 30 cura Boniardi Pogliani; alia prodierunt posthuma; Neapoli 1842; Intra 1865 ss. quae maxima ex parte spectant ad philosophiam[1]) vel ethicam, paedagogiam, ascesim etc. Inter ea sunt *Tr. della Coscienza morale,* Mediolani 1847. 1889, in qua non satis bene disserit de peccato originali; *sul principio* la legge dubbia non obbliga, Casale 1850; *sulle leggi civili* che riguardono il Matrimonio, Taurini 1851; *nuovi scritti* sul Matrimonio, Casale 1852; *Dottrina del peccato originale; nozioni di peccato e colpa illustrate.* Ejus manuscripta replent circa 60 vol. in f. et circa 15000 ejusdem epistolae supersunt. Epistolario prodiit Casale Monferrate 1881—93 t. 13. Plurimi ejus opiniones philosophicas quae inficiuntur kantianis opinionibus, haud immerito impugnarunt, unde etiam ejus opera delata sunt ad congr. Indicis, quae examine instituto pronunciavit: „Dimittantur opera": quibus verbis nullo modo declarata sunt ab errore immunia sanamque continentia doctrinam, ut nonnulli praepostere jactant: sed noluit interim congregatio in ea ferre censuram vel ea damnare. Sed cum ea in Italia diffunderentur et semina continerent errorum, ut damnum inde derivans coëerceretur, voluit Leo XIII., ut accurato subjicerentur examini. Quo diligenter per quinquennium instituto 40 prop. exerptae sunt, quae fucere reprobatae. Quod judicium Leo XIII. solemniter 7. Mart. 1888 promulgavit. Ceterum Rosmini vir erat pius bonaeque voluntatis[2]).

556. Alii philosophi *itali* sunt: Josephus Maria Maniscalco ab Alexandria Min. Siculus, minister generalis a Gregorio XVI institutus (1838—44), episcopus avillensis, inde Caltagironem translatus († 13. Apr. 1855), reliquit *philosophiae universae institutiones,* quas seraphicae familiae scholis edocendas proponit, Romae 1843—44 t. 4 in 4. — Pasqualis Galuppi Calaber (1770—1846) in neapolitana universitate clarus philosophiae professor, laicus, sed vir eruditus, pius, simplex, plura reliquit opera philosophica haud spernenda. *Elementi di Filosofia* Torino 1856 t. 3 in 16. *Saggio filosofico* sulla critica della conoscenza nuova Milano 1848 t. 6 etc. Cf. Less. eccl. II, 459. — Salvator Tongiorgi S. J. Romanus (n. 25. Dec. 1820; † 12. Nov. 1865) in collegio romano philosophiae professor reliquit *institutiones philosophicas,* Romae 1861—62 t. 3; *in compendium redactas,* ib. 1864 t. 2 in 12, de quibus cf. lit. Handweiser 1863 c. 97. — Alius est a de Giorgio cujus egregiae exstant *institutiones philosophicae* ad mentem d. Thomae Utini 1861—63 t. 2. — Cajetanus Sanseverino n. 1811 cano-

---

[1]) Paulus Perez congr. sodalis Veronensis (n. 3. Maj. 1822; † 2. Sept. 1879) cum Jos. Calza dedit *Esposizione ragionata* della filosofia di A. Rosmini, Intra 1878—79 t. 2.

[2]) Cf. Giul. Lockhart Life, Londini 1886 t. 2; Paoli della vita di A. Rosmini Serbati, Roboreti 1880—4 t. 2 in 8; Katholik 1888 I, 603—18; A. Dyroff Rosmini, München 1906; Schütz KL. X, 1293—6; Werner die ital. Phil. Rosmini und s. Schule, Wien 1884; Bonacina in Less. eccl. IV, 563 s.; Schwaiger Kirchl. Hdl. II, 1826 ss. Contra ipsum disseruit etiam Vincentius Gioberti alius famosus illius temporis vir politicus et philosophus. Natus est Taurini 5. Aprilis 1801, sacerdos et professor in patria universitate erat, sed opinionibus politicis ita deditus, ut jam 1833 fuerit in carcerem conjectus et in exsilium pulsus. Scripsit in exsilio *Introduzione* allo studio della filosofia, Bruxellis 1839; Neapoli 1870 t. 4, in qua favet ontologismo, scholasticae est adversarius. Redux in Italiam minister erat aliquamdiu Car. Alberti regis. Patriae gloriam et primatum pro. movere sategit prius sub romani pontificis praesidio, dein dominationis pontificae abolitioni favit. Decessit exsul Parisiis et pauper 25/26 Oct. 1852. Jesuitarum erat adversarius. Opera ejus omnia prohibita fuere 29. Maj. 1849 et 14. Jan. 1853; collecta prodiere Neapoli 1877 t. 35. Cf. Schindele Hdlx. I. 1695.

nicus et professor Neapolitanus magnum inter philosophos[1]) scholasticos et Thomistas nomen est adeptus († 16. Nov. 1865). Ejus sunt: *I principali sistemi della filosofia sul critico,* discussi con le dottrine de' SS. Padri e de' dottori del medio evo, Napoli 1850—53; 1858; quo in opere systemata recentiora (Hume, Reid, Kantii, Schelling, La Mennais, Gioberti) refellit et thomisticum tuetur. La dottrina del S. Tomaso *sull' origine del potere* e sul preteso diritto di resistenza, ib. 1853. Neapoli 1850; 1858 ed. 2. *Philosophia christiana* cum antiqua et nova comparata, ib. 1863—67 t. 5, opus grande, coeptum et morte interveniente a Signoriello absolutum t. 7 in 8. qui in studiosorum utilitatem typis dedit illius *Elementa philosophiae christianae,* ib. 1864—79 t. 4., 1876 ed. 2. et ea iterum in *compendium* redegit saepius editum t. 2. Condidit et ditavit fasciculos literarios *La scienza e la fede,* ib. ab a. 1840. Cf. G. Proverta Del can. G. Sanseverino ib. 1866; Stöckl Gesch. der neueren Phil. II Mainz 1863, 636; Kneller KL. 10, 1694; Morgott, Katholik 1868 1, 534. — Nic. Daneri congr. miss. Genuensis (n. 7. Oct. 1775; † 7. Jun. 1857) philosophiae et theologiae lector proponit *Institutionum* logicae, metaphysicae et ethicae themata et theoremata, Spediae 1846 ed. aucta in 8. — Salvator Mancini Siculus (1802—66) secutus est philosophiam Cousin Galli, propterea ab hoc collaudatus in parlamento gallico[2]).

[1]) Trotz seiner kurzen Lebenszeit, scribit Schneid lit. Handw. 1881 c. 229, hat Sanseverino es verstanden, eine tüchtige philosophische Schule heranzuziehen, die mit Eifer und Geschick die von ihm angebahnte Richtung cultivirt. Man denke nur an die Namen Signorello, Talamo... Prisco, Cacace, Calvanese, Giustiniani, die sich theils durch Abfassung von Lehrbüchern, theils durch andere philophische Werke rühmlich hervorgethan haben.

[2]) Cf. Vinc. di Giovanni S. Mancini e l'eclettismo in Sicilia, Palermo 1867.

Professor erat in seminario archiepiscopali panormitano et in universitate, ejusque philosophia in omnes Siciliae scholas est inducta. Receptus quoque fuit in capitulum panormitanum (1842). Praeter alia concinnavit *Elementi di filosofia* t. 2 Panormi 1835; 1836; 1857 ed. 3. — Franc. Bruni Laz. Biscegliae in regno neapolitano 12. Jul. 1802 n. episcopus uscentinus (Ugento 1837; † 1863) edidit[1]) *elementa philosophiae eclecticae,* Neapoli 1839 t. 4 in 8, epitome philosophiae auctore Storchenau. *Annalisi ragionata* e critica dei ll. 3 sulle usure dell' abb. M. Mastrofini, ib. 1835 cum duplici apologia (1836. 1854); *Omelie* simplices quidem et sobriae, sed solidae et methodicae, ib. 1857; *sull' uso ed abuso de magnetismo animale,* Lecce 1856 etc. — Benedictus d'Acquisto Montisregalensis n. 1790, O. Min. Ref., in universitate panormitana prof. juris naturalis et ethicae, archiepiscopus montisregalensis caritatis victima cecidit in obsequio cholera infectorum c. 7. Aug. 1867. Philosophus erat plane subtilis et metaphysicus, cuius plura exstant opera italice conscripta. Cf. Lessico eccl. 1, 79. — Vincenzio di Grazia dedit *Prospetto della filosofia ortodossa,* Neapoli 1851, in quo rejectis veteribus et modernis systematibus ideologicis Aquinatis theoriam eximie tuetur.

557. Optimam de se spem dedit Jacobus Lucianus Balmes Vici (Vich) in Catalaunia natus 28. Aug. 1810 parentibus pauperibus. Mater piissima infantulum saepe ad aram s. Thomae sacram adduxit supplicans doctorem angelicum, ut filiolo impetraret donum sanctitatis et scientiae, neque frustra. Egregie absolutis studiis, quorum cursu uni inhaerebat s. Thomae, quod in eo omnia reperire gloriabatur, et sacerdos ordinatus (1833) libris conscribendis se dedit primumque (1839) scripsit *de coelibato ecclesiastico,* qua diss. praemi-

[1]) Not. bibliogr. p. 23 ss.

um propositum promeruit. Edidit dein stilo eloquenti *Observaciones* sociales, politicas y economicas sobre los bienes del clero, 1840 adversus raptores bonorum ecclesiasticorum, opus plane egregium et solidum; *El Criterio,* germanice illustratum et auctum a Theod. Nissl Regensburg 1852: Weg zur Erkenntniß des Wahren, ib. 1892 ed. 2. *La religion demonstrada* al alcanze de los niños, Barcinone 1841; *El Protestantismo comparado con el Catolicismo* en sus relaciones con la civilisacion europea, ib. 1842—1848 t. 4, opus classicum, quo occurrens operi noxio Guizot *Leçons* sur l'histoire de la civilisation en Europe, peremptorie et solide ostendit, quantum debeat genus humanum in omni ordine Ecclesiae, quae fideliter sectatur vestigia sui auctoris, de quo legimus: ‚Pertransiit bene faciendo' (Act. 10, 38). Varias in linguas versum fuit, in germanicam interprete Hahn Ratisbonae 1861, interprete Haas 1888, ingenti plausu ab eruditis et merito quidem exceptum [1]). *Cartas á un esceptico* (in 25 epistolis), germanice interprete [1]) Lorinser Ratisbonae 1852. 1856. 1864, egregia et utilis religionis catholicae apologia. Insignis quoque erat philosophus, ut patet ex ejus *Filosofia fundamental* [2]) Barcinone, 1846; germanice cura Lorinser Ratisbonae 1855; *curso* de filosofia elemental, Matriti 1847; germanice 1852. Varios quoque fasciculos periodicos politicos condidit. Omnium dolore in aetatis flore exstinctum est hoc splendidum inclitae nationis hispanae sidus 9. Jul. 1849 a. 38. Primis Hispaniae theologis et philosophis et scriptoribus politicis est accensendus, qui amore vere patrio pro suae patriae bonis tuendis conservandisque calamum indefesse in manibus gessit. Nil mirum centenarium nativitatis 1910 magno eruditorum concursu fuisse celebratum. Prodierunt diss. varii argumenti germanice 1855—56 cura Borscht [3]). — J. Antonius Diaz Merino O. Praed. episcopus minoricensis (1831) collegit *Biblioteca de Religion* Matriti 1826—29 t. 25, quae complectitur scripta fere gallica hispanice versa. Edidit quoque *Colleccion Ecclesiastica Española,* Matriti 1823. 1824 t. 14, quibus exhibet omnia brevia pontificia et documenta ecclesiastica nunciorum, episcoporum etc. adversus usurpationes regiminis in negotiis ecclesiasticis [4]). Praesul erat inexhaustae misericordiae in pauperes, constantiae intrepidae pro

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1847 p. 307—20. De simili argumento jam antea ediderat A. Sénac *le Christianisme* considéré dans ses rapports avec la civilisation moderne, Parisis 1837 t. 2 in 8; et postea A. Laviron canonicus honorarius burdigalensis in op. *Le Christianisme jugé par ses oeuvres* ou de l'Influence de la religion chrétienne sur le droit public européen, sur la constitution de l'autorité, sur le droit de guerre dans les temps anciens et modernes, sur les institutions sociales et sur les institutions judiciaires, Parisiis 1857 t. 2 in 8. — Paucos post a. (3. Maj. 1853) secutus est Balmes alius Hispanus, quo natio illa nobilis merito gloriatur, Jo. Fr. M. Donoso Cortés marchio de Valdegamas (n. 6. Maj. 1809) vir politicus, eloquentissimus orator. Initio quidem erat rationalista et liberalis, sed gradatim profecit factusque est advocatus ex corde causae catholicae. Maxime celebratur ejus *Essai sur le catholicisme,* le libéralisme et le socialisme, Matriti et Parisiis 1851, germanice 1854. Opera ejus prodierunt collecta Matriti 1855 t. 5; cur. Veuillot Parisiis 1862 t. 3 ed. 2. Cf. de Buss KL. III, 1982—85.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1852 p. 463—80.

[2]) *Rudimenta philosophiae* Matriti 1856-59 t. 3 et *historiam philosophiae* ad usum academiae ib. 1858 reliquit Jos. Fernandez Cuevas SJ. Ovetanus (n. 25. Apr. 1816; † 30. Apr. 1864), philosophiae et theologiae professor.

[3]) Cf. Blanche Raffin J. Balmes sa vie et ses ouvrages, Parisiis 1849; germanice auctore Karker Ratisbonae 1852; Bach KL². I, 1898; Hdl. 1, 464; Höver Kath. 1910 II, 491 M: Casanovas Apologetica de Balmes, Barcinonae 1910; Reliquias literarias, ib. 1910.

[4]) Inter ea reperiuntur plura documenta Damasi de Iglesias y Lago strenui episcopi orensis († 14. Nov. 1840). Huic col-

juribus Ecclesiae. Hinc in exsilium pulsus (1842) imo 1842 deportatus multa est passus atque exsul obiit 16. Apr. 1844. — Raphael de Velez Cap. n. 17. (secundum alios 15) Oct. 1775 (1777), episcopus septensis (vulgo Ceuta a. 1816), dein burgensis (1824), mox compostellanus († 3. Aug. 1850) composuit *Preservativo contra la irreligion,* Matriti 1813; *Apologia del Altar y del Trono* o historia de las reformas hechas en España en tiempo de las llamadas Cortes é impugnacion de algunas doctrinas publicadas en la Constitucion, diarios y otros escritos contra la religion y el estado, ib. 1818 t. 2 cum duplici appendice, ib. 1825, opus a gubernio prohibitum. — Mexici 1852—64 prodierunt t. 17 *Obras diversas* Clementis de Jesus Munguia episcopi mechoanensis (1850), dein 1863 archiepiscopi († 15. Dec. 1868). — Henr. St. de Liaño hispanae originis scripta reliquit confusa jansenismi et gallicanismi erroribus infecta contra sedem apostolicam et concilium vaticanum indictum[1]). — Pro juribus Ecclesiae strenue stetit Judas Joseph Romo-Gamboa episcopus canariensis (1834), in exsilium pulsus in l. *Independencia constante* de la iglesia hispana y necesidad de un nuevo concordato, Madrid 1842; 1843. Hinc iterum per biennium exsilii poenam luere debuit. Promotus tamen fuit postea (1848) ad sedem primatialem hispalensem et a Pio IX creatus est (1850) cardinalis († 13. Febr. 1865).

II. Disciplinae ad ss. literas spectantes.

558. Ex disciplinis ad ss. literas spectantibus nulla forte adeo exculta fuit quam *introductio,* cui viri ingenii sagacitate et copiosa eruditione clari iique fere omnes *germani* studia sua in primis consecrarunt. Horum agmen ducit Jo. Leon. Hug n. Constantiae 1. Jun. 1765. Friburgi studiis theologicis operam dedit, quibus nondum absolutis concursui se subjecit pro cathedra N. T. complectente linguam graecam et hermeneuticam; quam tamen quia nondum sacerdos non est consecutus, sed factus est in seminario praefectus studiorum praelectionesque habuit de hermeneutica, linguis graeca et hebraica. Post brevem curam animarum vocatus est ad regendam cathedram tam V. quam N. foederis in universitate friburgensi (1791). Omnem operam contulit ad promovenda studia isagogica circa libros sacros, quem in finem itinera literaria vacationum tempore instituit ad lustrandas celeberrimas per Europam bibliothecas et scrutandos codices biblicos msc. Ob eruditionis famam oblatae ei fuere cathedrae splendidis conditionibus in variis universitatibus, ut wratislaviensi (1811. 1812), bonnensi (1816. 1818. 1834), tübingensi (1817), sed frustra, etsi ejus stipendium Friburgi longe inferius oblatis erat. Expleto quadraginta annorum magisterio (1827) de quiete cogitavit, sed instantibus omnibus collegis, qui eum in corpore, ut ajunt, adierunt, consensit, ut prosequeretur praelectiones de introductione. Adlectus fuit capitulo cathedrali (1827) et in ejusdem electus decanum (1843) aliisque etiam honoribus a magno duce badensi auctus. Senex demum 80 annorum munus docendi abdicare est co-

lectioni addi debet collection de documentos que manifestan la conducta del opisbo de Urgel, Madrid 1823. Hic episcopus erat Bern. Franc. Caballero (1817—24) dein archiepiscopus caesaraugustanus (Saragozza). Obiit 15. Dec. 1844.

[1]) Cf. Literarischer Handweiser 1869 p. 373 s.

actus invalescentibus morbis, quibus occubuit 11. Martii 1846. Excelluit stupenda eruditione philologica, critica, archaeologica, tenaci memoria, ingenii sagacitate [1]). Haec potiora ejusdem opera: *Einleitung in die Schriften des N. T.* pp. 2, Friburgi 1808. 1821. 1826. 1847 ed. 4; opus ejus praecipuum [2]) modo adhuc pretiosum, in linguas gallicam et anglicam versum, in quo via historica et critica librorum N. T. auctoritatem adversus rationalistarum ausus arbitrarios vindicat. Eo certe plurimum promovit penes catholicos solidum introductionis studium. Dolendum tamen, eum de vulgata minus bene disserere. *Die Erfindung der Buchstabenschrift*, ihr Zustand und frühester Gebrauch im Alterthum, mit Hinsicht auf die Untersuchungen über Homer, Ulmae 1801; *De antiquitate codicis vaticani* commentatio, Friburgi 1810; *de Pentateuchi versione alexandrina* commentatio [3]), ib. 1818; *Beitrag* zur Gesch. des samaritanischen Pentateuch, in Ztschr. für die Geistlichkeit 1834, t. 1—36; *über die Gesch. des Leidens* und Todes Jesu, ib. 1831 f. 5, 1—109; *Beitr. zur Gesch.* des Verfahrens bei der Todesstrafe der Kreuzigung, 1834. 7, 141—75; *de opere sex dierum* commentatio 1823 in 4; *de conjugii christiani vinculo indissolubili* comment. exegetica, ib. 1816; *Das hohe Lied* in einer noch unversuchten Deutung, ib. 1814. Haec nova expositio juxta Danko hist. rev. 1862 p. 305 n. 1. est: »somnium politicum et religiosum, quo allegorice repraesententur vota et desideria populi degentis in terra olim israelitici regni optantis adjungi regno judaico.« Hujus expositionis apologia, ib. 1815 in 8; *Mosaische Geschichte des Menschen*, Francofurti et Lipsiae 1793; *Untersuchungen* über den Mythos der berühmtesten Völker der alten Welt vorzüglich der Griechen, dessen Entstehung, Veränderungen, Inhalt, Friburgi 1814; *Gutachten über das Leben Jesu*, kritisch bearbeitet von Dr. D. Fr. Strauss, ib. 1841. 1842. pp. 2, Freiburg 1840; 1854; *Gutachten* über das Werk: *Das Leben Jesu* als Grundlage einer reinen Geschichte des Urchristenthums . . . . . von Dr. H. Eberh. Paulus, Heidelbergae 1828 t. 2, quo solide hujus rationalistae somnia arbitraria discutit et exsufflat. Inseruit illud in *Zeitschrift* für die Geistlichkeit des Erz. Freiburg, quam ipse condiderat doctisque diss. locupletaverat (1828—34); inter quas est etiam *Gesch. der hebr. Sprache* 1831 fasc. VI, 1—34; alias inseruit fasc. literariis *Zeitschrift für Theologie*, quos cum collegis Staudenmaier, Hirscher etc. condidit (1839—50).

559. Magnae pariter eruditionis fuit Jo. Mart. Augustinus Scholz [1]) natus 8. Febr. 1794 Kapsdorfii haud procul a Wratislavia, ubi et studiis operam dedit solvitque thema a facultate theologica praepositum *Ueber die Parabel von den Arbeitern im Weinberge.* Post longum iter literarium Viennam, ubi cum Jahn conversatus est, Parisios, Londinum, per Helvetiam et Italiam, usque in Aegyptum, Palaestinam et Syriam ad excolenda studia biblica, in patriam rediit (1821), sacerdotio initiatus eodem anno Bonnam abiit cathe-

[1]) Dem es leider an lebendigem Glauben fehlte, inquit Brück Gesch. der k. Kirche in Deutschland 2², 438. Cf. elogium in Zeitschrift für Theologie, Friburgi 1847 p. 1—49 auctore Ad. Maier et hujus epitome KL² 6, 338.

[2]) Cf. Kerz Litzt. 1810 II, 118—40; 145—57; 161—70; Tüb. Qtlschr. 1822 pag. 276—300; 461—505; Kaulen KL² 4, 319, ubi illam dicit classisch, welche durch Gelehrsamkeit und ganz selbstständige Studien hervorragte, aber mitunter fast paradox auftritt, und überaus anziehend, aber nicht immer überzeugend geschrieben ist.

[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1820 p. 55—64.

[1]) Alius a Paulo († 1900) et Ant. Scholz, de quibus infra.

dram recturus studii biblici, quam et tenuit ad mortem usque 20. Oct. 1852. Inter canonicos colonienses receptus fuit a. 1837. Praecipuum ejus opus est [1]) *N. Testamentum graece.* Textum ad fidem testium criticorum recensuit, lectionum familias subjecit, e graecis codd. msc., qui in Europae et Asiae bibliothecis reperiuntur, fere omnibus, e versionibus antiquis, conciliis ss. patribus et scriptoribus ecclesiasticis quibuscunque vel primo vel iterum collectis copias criticas (non satis accuratas) addidit atque conditionem horum testium criticorum historiamque textus N. T. in prolegomenis fusius exposuit, praeterea synaxaria codicum K. M. 262. 274 typis exscribenda curavit, Lipsiae 1830. 1836 t. 2 in 4; in qua ed. textum receptum exhibet innixus in primis recentioribus codd. familiae asiaticae, versionis vulgatae auctoritatem deprimit, hinc ejus opus praesertim post inventum a Tischendorf codicem sinaiticum minoris est pretii. Hujus velut supplementum est: *De virtutibus et vitiis* utriusque codd. N. T. familiae, Lipsiae 1845 in 4. *Einleitung in die Schriften des A. u. N. T.*[1]) Coloniae et Lipsiae 1845—48 t. 3, quorum 1. complectitur introductionem generalem, 2. et 3. specialem in ll. V. T.; 4. (qui non prodiit) destinatus erat introductioni speciali in N. T., opus eruditione plenum; *Handbuch der bibl. Archäologie,* Bonnae 1834; *Die h. Schriften des A. u. N. T.,* herausgegeben von F. A. Dereser (cf. p. 350.) continuavit, Francofurti 1820—1836 t. 17, e quibus 12 t. ipse vel elaboravit vel saltem retractavit [2]). Suorum itinerum literariorum rationem reddit in op. *Reisen* in die Gegend zwischen Alexandrien und Parätonium, Palästina und Syrien [3]) in den J. 1820. 1821, Lipsiae 1822; opus eruditum et utile; *Biblisch-kritische Reise* in Frankreich, Italien, Palästina nebst einer Geschichte des Textes des N. T., ib. 1823; commentatio *de Golgothae et ss. D. N. J. Chr. sepulcri situ* cum tabulis, Bonnae 1825; *de Hierosolymae singularumque illius partium situ et ambitu,* 1835; *Curae criticae* in historiam textus Evangeliorum commentationibus duabus bibliothecae regiae parisiensis codd. N. T. complures, speciatim vero Cyprium describentibus

[1]) Cf. Reusch KL[1] 12, 1099 s., qui de eo scribit: »Eine grosse Gelehrsamkeit in den biblischen Wissenschaften zeigt Scholz in fast allen seinen Schriften; dabei vermisst man aber in den meisten Klarheit, Uebersichtlichkeit, Beherrschung des Stoffes, Sicherheit und Präcision, an manchen Stellen auch theologische Präcision und Genauigkeit; und überhaupt scheint die Exegese bei ihm zu wenig als theologische Disciplin.« »Bei vielem Fleisse im Einzelnen und unläugbarer grosser Belesenheit und Sachkenntniss im Fache der Bibelkunde fehlte es bei Scholz doch an einem grossartigen und durchgreifenden Ueberblicke über das Ganze und an jenem Vermögen genialer Conception, durch welche das Hug'sche Einleitungswerk, wiewohl für die heutigen Bedürfnisse nicht mehr ausreichend, doch jedenfalls bleibend den Rang einer wahrhaft wissenschaftlichen Arbeit sich errungen hat.« Werner Gesch. p. 533. Guberlet Lit. Handw. 1871 col. 49; Jahrbuch der Lit. 61, 108—133; 82, 135—168; in primis Secchi in annalibus disciplinarum religiosarum romanis 1837 VI, 43—62; 1837 VII, 232—77; 1839 IX, 162—202; et Romae 1838—9 pp. 2. Cum quidam vir ecclesiasticus quaedam in hac prolixa recensione notasset, respondit, ib. p. 240—66; Hundhausen KL[2] 2, 619. — Ceterum parum antea Ant. Jaumann gymnasii et seminarii regens Neoburgi ediderat N. T. graece ad optimorum ll. fidem (sine versione) cum selecta lectionum varietate, Monachii 1836 ed. bona manualis. — Ab hoc alius est Ign. Jaumann (n. 26. Jan. 1778; † 12. Jan. 1862) parochus et decanus rottenburgensis (1841), dein decanus capituli (1822) et sede vacante vicarius (1845—48) Josephinismi spiritu infectus, cujus duo sunt catechismi, minor et major (hic proh. 29. Nov. 1847). Famam archeologi est adeptus sed misere deceptus fuit in suis investigationibus. Cf. Winterlin allg. d. Biogr. 13, 730.

[1]) Cf. Zeitschr. für Theologie, Friburgi 13, 475—93; Gutberlet Hdw. 1871 p. 49.

[2]) Cf. Jahrb. 53, 114—23; Tüb. Qtlschr. 1828 p. 641—68.

[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1823 p. 634—54.

exhibitae [1]), Heidelbergae 1820 in 4; *de fontibus historiae V. T.* antiquissimis integre servatis, Bonnae 1830; *de menologiis* duorum codd. graecorum bibliothecae r. paris. commentatio, ib. 1823 in 8; quae occasionem praebuit cl. Binterim edendi: *Kalendarium ecclesiae germanicae coloniensis sec. IX.* parallelon ad cl. Scholzii nuper edita *menologia,* e cod. msc. . . . . (cum) praefatione critica et commentatione de historia passionis ss. Ursulae et sociarum [2]), Coloniae 1824 in 4; pluresque diss. inseruit fasciculis literariis bonnensibus.

560. Franc. Car. Movers Coesfeldensis (n. 17. Jul. 1806) singularem diligentiam adhibuit in addiscendis linguis orientalibus, in quibus vere excelluit. Postquam aliquamdiu parochum magna suarum ovium satisfactione egerat, cathedram exegesis in universitate wratislaviensi (1839) acceptavit († 28. Sept. 1856). Praeter alia edidit [3]): *Kritische Untersuchungen* über die biblische Chronik, ein Beitrag zur Einleitung in das A. T. Bonnae 1834; *de utriusque recensionis* vaticiniorum Jeremiae graecae-alexandrinae et hebraicae-masorethicae indole et origine commentatio critica, Hamburgi 1837; *loci quidam historiae canonis V. T. illustrati* [4]), Vratislaviae 1842. Praecipuum ejus opus et propter eruditionem pretiosum (non tamen ad finem perductum) fuit: *Die Phönizier,* Bonnae 1841—56 t. 4, quorum 1. agit de eorum religione deque hujus ad religionem populorum confinium relatione; 2. de eorum historia et statu; 3. de coloniarum historia; 4. de eorum negotiatione et navigationibus, ex quo certe non parum luminis ad illustranda studia biblica redundat [1]). Hujus op. epitomen exhibet in Encyclopaedie von Ersch u. Gruber sect. III. 24, 319—443, eidem supplementi instar adjecit: *Phönizische Texte erklärt:* die punischen Texte im *Poenulus* des Plautus kritisch gewürdigt und erklärt, Wratislaviae 1845. Contra gravem t. 1. censuram auctore Seyffarth adeo acriter se defendit (ib. 1842), ut ad tribunal delatus poenam pecuniariam incurrerit. *Das Opferwesen* der Karthager, Kommentar zur Opfertafel von Marseille [2]), ib. 1847. Plures diss. eruditas inseruit fasciculis literariis bonnensibus et tübingensibus, inter quas *Ueber die Weissagung gegen Tyrus Jesaiah* [3]) cap. 23, quam adscribit Jeremiae; eam impugnavit Schleyer (cf. infra); *zur ältesten Geschichte* Palestinas [4]). Opiniones quasdem singulares sequebatur, quae viris eruditis non probantur. Memoriam quoque reliquit *über den Zustand* der kath.-theol. Fakultät der Univ. Breslau seit der Vereinigung der Breslauer und Frankfurter Universität bis auf die Gegenwart, Leipzig 1845.

561. Aloysius Messmer Tirolensis n. 11. Nov. 1822 optime de se sperare fecit, vir enim erat egregiis plane naturae et gratiae donis ornatus, insatiabili legendi et discendi ardore animatus, sed in flore aetatis morte omnium luctu suis fuit praereptus (23. Aug. 1857). Juveni cathedra studii biblici

[1]) Cf. Jahrb. 27, 120—68.

[2]) Cf. de utroque op. Kerz Litzg. 1824 II, 307—11; Tüb. Quartalschrift 1824 p. 671—87; de ipso Necrologium in Zeitschrift für Philosophie u. kath. Theologie, Bonn 1852 fasc. 83, 213 ss.; Kaulen KL. X, 1899—1901.

[3]) Cf. Rassmann I, 223; Werner p. 544 s.

[4]) In qua tamen quaedam corrigenda notantur in Münchener theol. Archiv 1843 p. 142 ss.

[1]) Cf. Dankó Tüb. Quartalschrift 1857 p. 422—51.

[2]) Welte Tüb. Qtlschr. 1848 p. 678 ss.

[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1837, 506—35.

[4]) Zeitschrift Bonn V (1844), 2, 1—33; 3, 21—43; VI, 1, 55—88. Ib. disserit etiam *über das letzte Passamahl* und den Todestag des H., 1833 f. 7, 58—77; f. 8, 62—87; *über die Auffindung des Gesetzbuches* unter Josia, ib. 1834 f. 12, 79—114; f. 14, 87—115.

in seminario brixinensi (1848) collata fuit. Haec potiora ejus opera: *Introductio in ll. N. T.,* Oeniponti 1858 in 8; *Erklärung des Joannes-Evangeliums,* ib. 1860; *Erkl. des Briefes an die Galater,* Brixinae 1862; *des Colosser-Briefes,* b. 1863; *des 1. Korinther-Briefes,* Oeniponti 1862; *des Jacobus-Briefes,* Brixen 1863; *Geschichte der Offenbarung,* Friburgi 1857 t. 2 in 8., Innsbruck 1869, quae interpretem produnt pium, eruditum, sagacem [1]). Ea ultimum si excipias, prodierunt post auctoris mortem. Erat quoque insignis plane poeta, ut apparet ex paucis poematibus, quae lucem viderunt, atque ex ejus aureo diario. — Gabriel Jo. B. Güntner Praem. in canonia teplensi (n. 8. Mart. 1804; † 17. Mart. 1867), professor exegesis N. T. in universitate pragensi, edidit *introductionem* in ss. N. T. libros historico-criticam et apologeticam, Pragae 1863; *hermeneuticam biblicam generalem* juxta principia catholica [2]), ib. 1848; 1851; 1863 ed. 3. — Jo. Babor Bohemus n. 8. Mart. parentibus pauperibus, inter magnas angustias studiis Passaviae operam dedit, nam et discipulus de sublevanda familia erat sollicitus. Ordinem s. Benedicti a. 1779 ingressus coactus est cum reliquis clericis religiosis seminarium generale viennense tristis memoriae frequentare. Linguas praesertim orientales excoluit, moxque designatus est praefectus et repetitor in seminario, ut ad docendum se pararet. Dimissa veste religiosa cathedram studii biblici obtinuit in academia olomucensi et a. 1794 factus est rector lycei et consilii scholastici pro Moravia et Silesia praeses. Studiorum contentione attritus animarum curae se dedit parochus et decanus, sed a. 1806 ad cathedram fuit revocatus, qua post quadriennium se abdicavit ad animarum curam rediens: attamen 1818 ab imperatore institutus est studiorum theologicorum per Moraviam et Silesiam director († 1847). Praeter alia edidit: *Allgemeine Einleitung* in die Schriften des A. T. zu den Vorlesungen entworfen, Viennae 1797, quae tamen complectitur specialem etiam introductionem ad libros singulos. Sequitur in ea Jahn et Eichhorn. *Alterthümer der Hebräer,* ib. 1794; *Uebersetzung des N. T.* mit erklärenden Anmerkungen für Religionslehrer und Prediger, ib. 1805 t. 3; *kritische Untersuchung* ob die sogenannte Weissagung Jacobs 1. Mos. 49, 10 vom Messias handle suppresso nomine 1789; *Ursprung, Fortgang und Schicksale* der Excommunication und des Interdictes unter den Christen, 1787; *über die philosophische Historiographie* der neuesten Zeit oder über den Priesterorden des alten Aegypten, Olomucii 1818. — Car. Antonius Huberich (Hubrich) director seminarii ludimagistrorum Gmundae in horum commodum concinnavit *Einleitung in die christliche Religionslehre* etiam inscripta Die Schriften der göttl. Offenbarungen, deren Ursprung, wesentlicher Inhalt und Einfluß auf den Bildungsgang der Menschheit, Stuttgart 1844 in 8.

562. His addantur Frid. Franc. Theodorus Henricus (ita in ordine appellatus) Gossler Min. n. 1. Nov. 1800, prius protestans (conv. 1826) et assessor tribunalium, qui plurimos libros asceticos, sed stilo et spiritu affectato et vulgo minus accommodato, conscripsit, et etiam opus *die h. Schrift in ihrer*

---

[1]) Cf. A. Messmer Prof. der Theologie zu Brixen . . Ein Lebensbild gezeichnet nach dessen Tagebuch, Briefen u. s. w. von J. G. Vonbank, herausgegeben von Dr. Mitterrutzner, Brixinae 1860 t. 2 in 8; Stanonik allg. d. Biogr. 21, 500. — Alius ab eo est Jos. Ant. Messner (n. 17. Oct. 1829; † 23. Dec. 1879), archaeologiae christianae prof. in universitate monacensi, in architectura ecclesiastica bene versatus. Döllinger se opponenti definitioni vaticanae adhaesit et ab unitate Ecclesiae defecit. Cf. v. Reber allg. deutsche Biogr. 21, 501.

[2]) Cf. Welte theol. Qtlschr. (Tüb.) 1850 p. 609—23.

Ursprache t. 1. seu Einleitung in die Schriften des A. u. N. T. mit besonderer Rücksicht auf die Herstellung der Bekenntnisseinheit in Deutschland. Die Ursprache und die uralten Ueberlieferungen. Die Hypostase und der Geist der reinen Kabbalah (Urtradition) oder die Philosophie der h. Schriften, Lippstadii 1850 fasc. 1. 2. *Pilgerreise* nach Jerusalem in den J. 1843. 44., Paderborn 1848—52. *Christus der Schlüssel Davids* oder die Weisheit der Psalmen, ib. 1835; *Das Geheimniss des Glaubens* d. i. die Weisheit aller Weisheit oder das hohe Lied erklärt durch das Sacr. des allerheiligsten Fronleichnams Münster 1835. Decessit 2. Dec. 1856. Cf. Rassmann 1, 128; thes. libr. rei cath. p. 319; Rosenthal Convertitenbilder 1, 310. — Jo. Scheiner Bohemus n. 13. Martii 1798, professor studii biblici V. T. in seminario litomiricensi, successor Ackermann in universitate viennensi (1833—55) ll. censor et canonicus ad s. Stephanum († 12. Aug. 1867), vir admodum versatus in studiis biblicis, ut testantur libri 47, quos mscr. reliquit. Nullum quidem opus majoris momenti edidit, sed quamplurimas diss. inseruit fasc. literariis Pletzii, et Zeitschrift für die gesammte kath. Theologie, quas a. 1850 cum J. Mich. Häusle [1]) condidit et per octo annos redegit, necnon illis, quos redegit postmodum Wiedemann [2]): Oest. Vierteljahrschrift für kath. Theol., Viennae 1862. Ita priori inseruit: Der h. Augustin *über das göttliche Ansehen* der Bücher der Makkabäer 1 (1828), 133 ss.; 227 ss.; t. 2 p. 121; 247 ss. — Joannes Samuel Márkfi (ante Markója) OSB. de s. monte Panoniae Hungarus n. 29. Mart. 1811, in sua abbatia studii biblici (1837—46), dein in universitate pestinensi professor, academiae socius correspondens, aurea cruce pro meritis decoratus († 2. Jun. 1861), praeter alia [1]) edidit: *Introductionem* in ss. libros N. T., Pestini 1857 (1856) t. 2; 1871; in variis seminariis, etiam Romae in collegio de propaganda fide adhibitam; *codicem graecum* quatuor Evangeliorum e bibliotheca universitatis pestinensis cum interpretatione hungarica, ib. 1860; *scriptores facultatis theologicae,* qui ad c. r. universitatem pestinensem ab ejus origine a. 1635—1858 operabantur, ib. 1859 in 8; plures etiam diss. inseruit fasciculis literariis *Religio.*

563. In *Belgio* Jo. Herardus Janssens (n. 7. Dec. 1783; † 23. Maj. 1853) scripsit *hermeneuticam sacram* seu introductionem in omnes ac singulos V. et N. T. libros, Leodii 1818 t. 2 in 8., Parisiis 1851, 1853, quae diu usui fuit theologis Belgii et Galliae; Taurini 1858 a mendis innumeris expurgata; 1897 ed. 19; 1908 cur. E. Morandi; etiam gallice versa interprete J. J. Pacaud, aucta a Sionnet, ib. 1855 ed. 5; sed acri crisi subjecta a Jacobo Andrea Waltrain (n. 1770; † 18. Jan. 1856), sub nomine Amandi a s. Cruce in suis animadversionibus criticis, Ultrajecti 1820 in 8., qui ei opiniones novas, imo malesanas et haereticas exprobat [2]). Romae studuerat, in collegio friburgensi professorem egerat (1809—16), dein theologiae dogmaticae in seminario leodiensi. Pro-

[1]) Jo. Michael Häusle Antearulanus n. 1809 professor historiae ecclesiasticae et juris canonici, director instituti pro formandis doctoribus Viennae, capellanus et caeremonarius aulicus († 16. Jun. 1867) strenue stetit etiam editis scriptis pro charactere catholico universitatis viennensis, multum contulit pro ed. 1. Kirchenlexikon, cui inseruit plures articulos, praesertim *Erzbisthum et Universität Wien* XI, 963—1078; XII, 1257—1307. Conciones ejusdem praemissa vita edidit Wiedemann 1869.

[2]) Cf. Wurzbach 29, 171; Gla passim t. 1 pag. 2; Otto Schmid allg. d. Biogr. 30, 720.

[1]) Cf. Scriptores p. 284.

[2]) Cf. Biogr. nat. de Belg. VIII, 145—48; Vigouroux in suo Dict. III, 1124.

pter opiniones, quae contradictionem provocabant, cathedra fuit motus factusque parochus. Mox tamen contra superiorum ecclesiasticorum voluntatem munus regii professoris philosophiae in academia lovaniensi acceptavit. — Josephus Dixon archiepiscopus armachanus († 24. Apr. 1866) edidit *General Introduction* to the Sacred Scriptures, Dublinii 1852 t. 2.

564. In *Italia*[1]) duo excelluerunt in hac disciplina: Aloysius Ungarelli O. Barn. bononiensis n. 15. Febr. 1797, in archaeologia aegyptiaca versatissimus († 21. Aug. 1845), cui praeter alia debemus *Praelectiones de N. T., historiam vulgatae Bibliorum editionis* a conc. trid. approbatae, Romae 1847, et *Bibliothecam scriptorum* e congregatione cler. reg. s. Pauli, Romae 1836 in f. t. primus et, ut videtur, unicus, in quo accurate exhibet scriptores ab a. 1523—1632. — Alter est Carolus Vercellone[2]) pariter O. Barn. Pedemontanus, Biella 10. Jan. 1814 n. prioris dignus discipulus, philosophiae et theologiae lector, ordinis sui procurator dein et praepositus generalis, qui Romae pluribus in congregationibus diu fuit occupatus († 19. Jan. 1869). A Pio IX. selectus fuit qui absolveret ederetque opus, quo exhibetur codex vaticanus, a card. Mai incredibili diligentia et cura per 26 a. elaboratum. Prodiit demum 1857 t. 5 in 4. (ed. quae viris eruditis minus arrisit), ex qua seorsim N. T. Londini et Lipsiae 1859; magis emendatum cum praefatione cura Vercellone Romae 1859. Verum cum doctissimus card. non tam ipsum codicem qualis est cogitaverit exhibere, sed integram s. Scripturam ad illum quidem expressam: unde illius lacunas aliis ex codd. veteribus suppleverat: ideo ad novam accuratissimam fidelissimamque ipsius codicis editionem se accinxit collatis studiis cum Josephus Cozza sodali pariter doctissimo (et cum Sergio et Formatio). Ex tomis sex, in quos editionem inscriptam: *Bibliorum ss. graecus cod. vaticanus*, distribuerat, prodiit 5. complectens N. T. Romae 1868; t. 1. complectens Pentateuchum et l. Josue ib. 1869. Reliqui tomi (2—4) prodierunt annis ss., 6. demum 1881 (m. 280). *Ulteriori studii sul N. T. greco* dell'antichissimo Cod. Vaticano, Romae 1866; *Variae lectiones* Vulgatae, Bibliorum ed. cum pretiosis prolegomenis[2]), ib. 1860. 1864 t. 2, qui pertingunt tantum ad l. 4. Reg.; *La storia dell' adultera* nel Vangelo di s. Giovanni, Romae 1867, in qua diss. critica hujus narrationis genuinitatem tuetur. Edidit praeterea *opuscula IX* H. S. Gerdilii card. (609 ss.) ad hierarchicam Ecclesiae constitutionem spectantia Romae 1867, ex quibus quatuor nondum edita; *Discours* sur *l' Histoire* des Langues Semitiques de Renan in fasc. lit. *L'Echo de Rome* 1, 347, Parisiis 1869, in qua disquisitione illius auctoris impia refellit asserta.

565. Plures quoque in *Germania hermeneuticae* operam dederunt. Prae-

[1]) Cf. Petrus Bandini O. Praed. disseruit *della necessità* che hanno oggi coloro, cui lo stato, la professione ed il genio chiamano ai biblici studi di coltivare lingue orientali per arrestare il progresso del razionalismo, Florentiae 1841; *Saggio di esegesi biblica*, ib. 1835; *Lettere apologetiche*, Mutinae 1840 ed. 2.

[2]) Cf. Notizie intorno alla vita et agli scritti del P. D. C. Vercellone ... per G. M. Sergio, Romae 1869.

[1]) Cf. Lit. Handw. 1868 c. 473—76; 1882 c. 389: Giovanini Della illustrazione della edizione Romana del Cod. Vat. della Bibbia greca fatta dal prof. C. Tischendorf, Florentiae 1869 in 8; de ss. Bibliorum vetustissimi graeci cod. vat. romana nuperrima edit. commentariolus, Romae 1869; theol. Bibl. Bonnae 1869 p. 292. — Augustinus de Berlepsch *Quatuor evangelia N. T. graeca* ad Vulgatam quam apposuit accurate recognita, orthodoxe explanata, in latinum sermonem conversa edidit. Evangelium *secundum Matthaeum* t. 1., Ratisbonae 1849, sed ed. ultra non videtur prodiisse.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1861 p. 149—56.

ter eos quos jam laudavimus [1]), huc pertinent: Flor. Azenberger OSB. in monasterio oberaltacensi, Straubinganus natus 2. Dec. 1766, professor exegesis Salisburgi (1801—3) et (1814) theologiae dogmaticae Ambergae († 16. Apr. 1841), cujus est *brevis conspectus* institutionum hermeneuticae, Straubingae 1798 in 8; *über den Begriff der Theologie,* Straubing 1801. — Vincentius Reichel professor pragensis, qui edidit *introductionem* in hermeneuticam biblicam [2]), Viennae 1839 in 8; *Quatuor ss. Evangelia* in pericopas simplices harmonico-chronologice ordinatas dispertita pericopis parallelis e regione collocatis, Pragae 1840. — Altmannus Arigler OSB. in abbatia gottvicensi n. 6. Nov. 1768 Kirchdorfii in Austria, exegesis professor Lincii (1794), Gottvici (1800—6) et Viennae (1806—12), demum abbas († 5. Jun. 1846), in *hermeneutica biblica generali,* Viennae 1813 in 8., nimis urget methodum interpretandi, quam ajunt, historicam neglecta mystica seu quae sensum sectatur Scripturae spiritualem et typicum. Jahn presse sequitur, hinc et cum eo prohibitus 26. Aug. 1822. Quam ob rem eam reformatione seu emendatione indigam judicarunt Unterkirchner et Hoffmann, novamque editionem curarunt, ille 1831, hic 1846. Suas opiniones jam expresserat Arigler in diss. *de certitudine studii biblici,* Viennae 1809, in qua quasdam Klüpfelii animadversiones ex praefatione ad editionem commonitorii V. Lirinensi aggreditur [3]). — De qua controversia disseruit Michael Arneth CRA. in canonia Floriani n. 9. Jan. 1771, diligens Jahni discipulus, studii biblici Lincii professor, gymnasii linciensis (1815), imo omnium gymnasiorum Austriae superioris director (1823). Electus est 1823 suae canoniae praepositus († 24. Mart. 1854). Agit autem de quaestione proposita in ep. (15) amico (Freindaller) inscriptis [1]): *die Unterschiede* zwischen rationeller und katholischer Schriftauslegung, Lincii 1816. Ejus quoque est: *Ueber die Bekanntschaft* Marcions mit unserem Kanon des N. T. und insbesondere über das Evangelium desselben [2]), ib. 1807 in 4. Alia reliquit msc. Praelatus erat plane insignis, qui plurimum promovit studiorum fervorem, bibliothecam ditavit atque alia musea [3]). Pro reformatione studiorum in gymnasiis sententiam rogatus consilia sua proposuit. — Christianus Gottlob Wilke n. 13. Maj. 1786, philosophiae doctor, quondam parochus lutheranus, relicta parochia totum se dedit studiis biblicis, quorum fructus erat *Der Urevangelist* oder das Verwandtschaftsverhältnis der drei ersten Evangelien, Dresdae 1838, quo adversus Straussi opinionem tuetur, s. Marcum primo scripsisse suum Evangelium, quo dein s. Lucas et s. Matthaeus usi sint, opus laboriosum magnaque eruditione refertum, sed solidis fundamentis destitutum. *Die neutestamentliche Rethorik,* ib. 1842. 1843, continuatio op. *Grammatik* des neutestamentlichen Idioms auctore Winer; *Hermeneutik des N. T.* ib. 1843, cujus epitomen exhibuit in l. *Anweisung* für Schullehrer die h. Schrift auszulegen, ib. 1844. Interim illuxit [4]) ei veritas fidei catholicae et adhuc protestans scripsit plures libellos adver-

[1]) Cf. Georgius Riegler (p. 1093) et Güntner (p. 1209), quibus adde J. Kohlgruber, cujus *hermeneutica biblica generalis* prodiit Viennae 1850. — Antonius Schmitter parochum et gymnasii professorem, cujus sunt praeter alia *Grundlinien der Hermeneutik,* Regensburg 1844 in 8.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1840 p. 605—8.

[3]) Cf. Werner Geschichte p. 537 s. et allg. d. Biogr. 1, 527.

[1]) Cf. Neue (Linzer) Qtlschr. für kath. Geistliche 6 (14), 128—37.

[2]) Cf. Kerz Litzg. 1811 I, 300—5.

[3]) Cf. Černík p. 52—56. Mühlbacher die lit. Leistungen des Stiftes St. Florian p. 139—53.

[4]) Cf. Rosenthal I[3], 2, 338—345.

sus Rongeanos eorumque patronum Bretschneider, imo insignem librum (suppresso nomine): *Kann ein protestantischer Christ* mit gutem Gewissen zur römisch-katholischen Kirche übertreten, Ratisbonae 1845, quo anno fidem catholicam palam est amplexus († 10. Nov. 1854). Ut opera sua biblica catholicis magis essent accommodata, ea retractavit ediditque: *Biblische Hermeneutik* nach kath. Grundsätzen in streng systematischem Zusammenhange und unter Berücksichtigung der neuesten approbirten hermeneutischen Lehrbücher insbesondere der ll. 1. et 2. *de interpretatione ss. Scripturarum* des R. P. Fr. X. Patritius SJ., Wirceburgi 1853; *Lexicon* graecolatinum in ll. N. T. usibus scholarum et juvenum s. theol. cath. studiosorum accommodatum; et perfecit Dr. V. Loch, Ratisbonae 1858, opus certe eruditum et utile, quod est nova ed. clavis N. T. philologicae (quae prodierat Dresdae et Lipsiae 1840. 1841; 1850), cujus aliam reformatam ed. curavit Wilib. Grimm professor jenensis (protestans) Lipsiae 1888. — Jonathan Mich. Athanasius Loehnis Erfurtensis n. 12. Mart. 1788, exegesis et linguarum orientalium professor in lyceo aschaffenburgensi (1817), dein (1837) in universitate gissena († 7. Maj. 1855), scripsit *Grundzüge der biblischen Hermeneutik u. Kritik* [1]), Giessenae 1839; *das Land und das Volk der alten Hebräer* nach den in der Bibel angegebenen Zuständen; ein Beitrag zum besseren Verständniss und Genuss der h. Schriften, Ratisbonae 1844; *de praenunciato N. T. seu missae sacrificio* in priscis vatibus, Francofurti 1837 in 8. — Conradus Lomb Fuldensis, in seminario patrio exegesis (1832) et theologiae moralis professor et (a. 1853) canonicus († 26. Jun. 1862), reliquit *biblische Hermeneutik* nach den Grundsätzen der kath. Kirche, Fuldae 1847; *de ll. N. T. deuterocanonicorum authentia,* ib. 1837; *commentarium* in d. Pauli ap. ep. ad Hebraeos. Ratisbonae 1843; *christkatholische Moral,* ib. 1844. — Jos. Ant. Vinc. Hoffmann Oenipontanus n. 22. Jan. 1800, in seminario brixinensi hermeneuticae professor (1832), dein theologiae moralis (1846) et (1854) canonicus († 26. April 1863), curavit novam ed. *Hermeneuticae biblicae* auctore Arigler cf. p. 1215), quam in melius reformavit, ita etiam op. *christliche Sittenlehre* auctore Jos. Ambr. Stapf, 1748—50 et (3.) *epitomes* theologiae moralis 1863 (quam absolvit S. Aichner) et (5.) op. *Erziehungslehre* 1854, inseruitque aliquot diss. bonas de hermeneutica op. *Kirchenlexikon.* — Jac. Arnoldus Hagen laicus Dürensis († 1861) typis dedit *Sprachliche Erörterungen* zur Vulgata, opus diligens, eruditum pro interpretatione multorum locorum utile, Friburgi 1863.

566. De *archaeologia* biblica quaedam ediderunt Benno Kreil OSB. in monasterio admontensi n. 1. Nov. 1779, theologiae in universitate graecensi professor et suae abbatiae dignissimus praesul (21. Aug. 1839), imo ut a suis salutatur, neofundator, qui eam ‚opulentam ex egena, securam e dubia, viribus potentem ex infirma reddidit' († 7. Mart. 1763), in *Hauptlehrsätze* aus der biblischen Altertumskunde, der Einleitung in die Bücher des Alten und Neuen Bundes und der biblischen Auslegungskunde 1803 in 8. — Laurentius Val. de Biasi Tridentinus n. 1813, in seminario tridentino, dein in facultate theologica olomucensi professor studii biblici V. T. († 1867), cujus *archaeologia biblica.* Ratisbonae 1865 judice Reusch [1]) melius mansisset inedita. Hujus segmentum esse

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1840 p. 614—21; Zeitschrift für Philosophie u. kath. Theologie, Bonnae 1840 III, 195.

[1]) Cf. Theol. Literaturbl. 1865 Nr. 1.

videtur *Familia humana* juxta jus mosaicum, ib. 1863. In ea originem, evolutionem et vitam humani generis domesticam, juridico-politicam et religioso-moralem exhibet. — Alex. Bourquenoud SJ. Friburgensis, n. 18. Febr. 1824, aliquamdiu literas sacras interpretatus est sodalibus Paderbornae, dein profectus in Orientem ibidem decessit 25. Oct. 1868. Plures diss. archaeologicas de monumentis in Oriente repertis inseruit fasc. literariis, in primis illis, qui inscribuntur *Etudes*. — Coelestinus Cavedoni vir illustris edidit *Numismatica* osia Dichiarazione delle monete antiche memorate nelle s. Scritture[1]), Mutinae 1850, germanice versa ab A. de Werlhof, Hannoverae 1855. 1856 pp. 2. *Cenni istorici* intorno allo vita ... del s. Geminiano vescovo e protettore principale della chiesa modenese, Modena 1856. — Giordano Vespasiano collegit *dizionario* universale della s. Bibbia Vulgata, Venetiis 1852 t. 4 in 8.

567. Ignatius Schuster n. 5. Dec. 1813, parochus ailengensis († 24. Apr. 1869) edidit *catechismum* 1845; *katechetisches Handbuch* 1846—54 t. 5 valde utile et eruditum opus: *Handbuch zur biblischen Geschichte*[2]) des A. und N. T., quod prodiit Friburgi 1897 cura cl. Holzammer t. 2. *Biblische Geschichte* des A. u. N. T. für kathol. Volksschulen, opus a summo pontifice collaudatum, a plurimis episcopis approbatum, in innumeris scholis adhibitum, saepe jam ab a. 1847 editum et in alias quoque linguas versum est cur. Jos. Selbst et Schaefer Moguntiae 1905 ed. 6; 1910 ed. 7. et ex integro retractata, l. utilissimus pro introductione in s. Scripturam. In compendium contraxit G. Mey († 22. Jun. 1877). — Jam antea David (in baptismo Michael dictus) Landsmann OSB. in monasterio cremifanensi, Viennensis n. 21. Jun. 1872; † 1. Jul. 1853 breve ejusmodi manuale edidit: *Handbuch der Religionsgeschichte des A. und N. B.*, Viennae 1813 t. 3 in 8; ita et Jo. Bapt. David lingua flamminga Mechliniae 1830. Erat is professor in academia lovaniensi (n. 25. Jan. 1801) canonicus honorarius mechliensis, socius academiae regiae et praeses commissionis academiae pro edendis monumentis antiquis literaturae flammingae († 24. Mart. 1867). Editiones novas operum utilium curavit, ut C. Jansenii *commentarius* in J. Chr. Evangelia, ib. 1825 in 8; *theologia* auctore Dens, ib. 1828 ss. t. 7 in 8; *theologia moralis* Alph. de Ligorio, ib. 1828 t. 9 in 8; multa utilia in linguam patriam vertit, multisque editis libris de historia patria meruit atque plurimas diss. ad historiam et literaturam patriam spectantes fasc. literariis inseruit[1]). — Jo. Kuczkowski proponit *chronologiam* biblicam ab Adamo ad Christum ... cum omnibus sacri textus demonstrationibus et annotationibus theologicis, Wien 1844. — Petrus Jos. Röckerath elaboravit *Biblische Chronologie* bis auf das Jahr der Geburt Jesu nach den biblischen und außerbiblischen Quellen, Münster 1865 in 8. — Christophorus de Schmid Bavarus, n. 15. Aug. 1768, Saileri et Weber Dillingae discipulus fidelis et gratus, sacerdos erat piissimus, moribus et comitate candidus, animi pacifici et mansueti, qui pro juventute pie et honeste instituenda totus vixit. Hinc multa (ultra 20) scripsit opuscula, quae religiosas, utiles, amoenas narratiunculas continent et quae avidissime legebantur. Hinc sae-

[1]) Hermannus Müller (alius ab H. Müller juris professore in universitate wirceburgensi † 1876, de quo cf. allg. d. Biogr. XXII pag. 559 disseruit über die hl. Maße des Alterthums, insbesondere der Hebräer und Hellenen, Freiburg 1859.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1863 p. 298—315; Münz Lit. Hdw. 1886 c. 579.

[1]) Cf. *Bibliographie académique* universitatis lovaniensis, Lovanii 1880 p. 139—49, ubi 74, in l. Memoriali, ib. 1887, 86 ejusdem opera et diss. recensentur.

pissime fuere edita, in plurimas versa linguas et per Europam et ultra vulgata. Prodierunt seorsim et collecta ut Augustae 1844—46 t. 26; 1856-61 t. 18; Ratisbonae 1885 t. 25; et gallice jam Parisiis 1833 t. 22. Inter haec sunt *Biblische Geschichte* für Kinder 1801 t. 6; et post alias ed. (saltem bis centies) Augustae 1845; *Erinnerungen aus meinem Leben,* quas ipse in fine vitae literis consignavit. Multa refert t. 2. de Sailer. Eas continuavit adadjectis aliis 2 t. Werfer (1855—57) ac ita prodierunt Augustae 1853—57 t. 4. Decessit canonicus et scholarchus augustanus 3. Sept. 1854 maximi factus non solum a populo, sed et a nobilibus et vel ab ipsis regibus [1]). — Jo. Hermann Jos. Shmitmann praeeunte auctore italo narrat *Leben der Heiligen* und der sonst einflußreichen Personen des A. B. oder Geschichte des A. B. in Lebensbeschreibung der Heiligen (usque ad reges) . . . mit steter Rücksicht auf J. Christus und seine h. Kirche, Schaffhausen 1858—60 t. 3 in 8. — Caroli Beiling exstat *Der christliche Führer* in das h. Land oder historisch-geographische Beschreibung von Palästina: zugleich auch erklärender Text zu seiner Karte von Palästina, mit einem Anhange der häuslichen, religiösen und politischen Altertümer der Hebräer vermehrt von Anton Schmitter, Landshut 1854 in 8.

568. Jam ad eos veniamus, qui s. Scripturam commentariis, annotationibus, dissertationibus [2]) etc. illustrarunt. David Paulus Drach n. est 6. Mart. 1791 Argentorati patre rabbino et celebri talmudista. Ab eodem institutus in literis hebraicis decennis jam dedit specimina mirae plane eruditionis. Ut se magis in aliis quoque disciplinis excoleret, Parisios se contulit, ubi pueros judaeos, imo et christianos instituit. A prima juventute animi inclinationem in religionem christianam experiebatur: hinc infatigabili ardore linguas graecam et latinam addidicit, ut eam ex ipsis fontibus hauriret, simulque accuratam iniit collationem inter versionem alexandrinam textumque hebraicum. Qno ex studio legitimum vaticiniorum messianorum est assecutus sensum agnovitque Jesum esse Messiam promissum. Fidem catholicam amplexus est baptismumque suscepit cum filiolo et duabus filiis a. 1823. Romam deinde profectus bibliothecae collegii de propaganda fide praefectum egit (1827). Sua conversione alios Judaeos ad veritatis agnitionem adduxit, et in popularium suorum utilitatem scripsit egregias *Lettres* d'un Rabbin converti aux Israëlites ses frères Romae 1825. 1827. 1833, quas Luitpoldus Baumblatt (et ipse a judaismo conversus † 1877) germanice vertit ediditque inscriptas: *Katholicismus und Judaismus,* Frankenthal 1841, in quibus aperit impedimenta, quae Judaeos ab agnoscenda veritate retinent, vaticinia messiana interpretatur et Messiam ostendit. Novam (5.) curavit editionem *Bible de Vence,* Parisiis 1827—33 t. 27 in 8 notis eruditis illustratam (cf. IV^3, 1424). Catholicum *Lexicon* hebraicum et chaldaicum in V. T. libros, Migne 1848, in quo exhibet Gesenii *lexicon* manuale

[1]) Cf. praeter ipsius autobiographia Werfer Briefe und Tagebuch von Chr. v. Schmid, München 1871; Binder allg. d. Biogr. 31, 657—59; thes. 777 ss.

[2]) Fr. Wieser professor studii biblici N. T. in academia olomucensi inseruit plures diss. fasc. theologicis viennensibus ed. Pletz: *Vertheidigung* des gebührenden Ansehens und wahren Sinnes der Stelle im Trientner Decrete de editione et usu ss. librorum gegen irrthümliche Meinungen; *Ueber die Zeit* der Einsetzung des h. Abendmahles; *Beiträge* zur biblischen Auslegungswissenschaft (1840). — Ejus collega Fr. Sondermann disseruit *de societatum vulgo biblicarum consiliis,* Olomucii 1818; *Die göttliche Sendung* Christi aus seinen Weissagungen bewiesen in fasc. theologicis ed. Frint IX (1829) I 3, 3—77. Cf. Zschokke die theologischen Studien und Anstalten, Viennae 1894 p. 344.

hebraeo-latinum, sed viri rationalistici, expurgatum; *La Cabale des Hébreux* vengée de la fausse imputation de panthéisme par le simple exposé de sa doctrine d'après les livres cabalistiques qui font autorité, Romae 1864 in 18; *du Divorce* dans la sinagogue, Romae 1840; *De l'Harmonie* entre l'Église et la synagogue ou perpétuité et catholicité de la religion chrétienne, Parisiis 1844. 1845 t. 2 in 8. cum autobiographia. In eo op. ostendit fidem christianorum praesertim circa mysterium ss. Trinitatis firmari traditione veterum rabbinorum. Illius veluti medullam exhibet Rohling in l. *Salomonisches Spruchbuch,* Moguntiae 1879 p. 78 ss. Decessit vir sane doctus[1]) mense Januario 1865. — Sionnet membrum societatis asiaticae edidit pariter *la s. Bible expliquée et commentée,* Parisiis 1840 ss., cujus operis sectio prior (t. l.) exhibet *Introduction* à l'étude de l'Écriture s., altera textum vulgatae cum versione gallica P. Carrière ejusdemque paraphrasi, necnon commentario literali, critico et dogmatico, praemissa singulis libris introductione speciali (t. 2—17); sectio tertia complectitur varia editoris additamenta. — Franc. Finetti SJ. Iriae (Voghera) n. 1. Apr. 1761 canonicatum dimisit, ut posset societatem Jesu restitutam ingredi (12. Nov. 1814). Insignis erat suo tempore concionator ejusque conciones laudantur a robore, copia et elegantia († 13. Apr. 1842). S. Scripturam concionibus illustravit. Exstant ejus *Storia del T. A.* esposta in sacre lezioni, Romae 1839 t. 6 in 8; *La Storia evangelica* esposta etc. ib. 1847 t. 4 in 8. — Michael Ang. Lanci (Lanzi) dedit *Paralipomeni* alla illustrazione della s. Scrittura per monimenti fenicoassirii ed egiziani, Parisiis 1845 t. 2 in 4. (fr. 100), gallice cura J. F. André, 1844; *Lettres* sur l'interprétation des hiéroglyphes égyptiens, ib. 1847 in 8., utrumque proh. (4. Oct. 1845; 5. Jun. 1850), cui prohibitioni auctor laudabiliter se subjecit.

569. De initio Geneseos[1]) seu de opificio sex dierum disseruerunt: Henr. Barth. Waterkeyn Antwerpiensis n. 23. Maji 1809, in academia lovaniensi (1838) professor geologiae († 16. Aug. 1854) in op.: *De la géologie* et de ses rapports avec les vérités révélées, Lovanii 1841 in 8; *La science et la foi* sur l'oeuvre de la crëation, ou théories géologiques et cosmogoniques comparées avec la doctrine des Pères de l'Eglise sur l'oeuvre des six jours, Leodii 1845 in 8., germanice 1846. Scripsit quoque *de la résurrection de la chair* dans ses rapports avec les sciences naturelles, Tirlemonte 1825 in 8., doctasque diss. ad disciplinas naturales spectantes inseruit fasciculis literariis. — Car. Ammer OSB. in monasterio mettensi (n. 10. Jan. 1819; † 21. Jul. 1856) in programmate *Ueber die mosaischen Schöpfungstage* und ihr Verhältnis zur Geologie, Ratisbonae 1851; über die Streitfrage *von der Lage des Paradieses,* Straubingae 1855; dedit quoque *die Chronologie* des Lebens Jesu, ib. 1855. — Sebastianus Mutzl Lycei professor et Eichstadii rector edidit *Die Urgeschichte der Erde* und des Menschengeschlechtes nach der mosaischen Urkunde und den Ergebnissen der Wis-

[1]) Cf. Grube KL.[2] 3, 2011; Rosenthal III, 48. — Ejus filius Paul. Aug. D. Parisiis n. 12. Aug. 1821, canonicus parisiensis, curavit ed. magni commentarii La s. Bible, Parisiis 1869 ss., pro quo ipse elaboravit commentaria in ep. paulinas (1871), catholicas (1879) et in Apocalypsin (1879). Cf. Hdl. p. 1173. Obiit 29. Oct. 1895.

[1]) In Genesim commentatus etiam est (1835) Leopoldus Schmid quondam theologiae dogmaticae in facultate theologica Giessena professor, qua suppressa professor philosophiae in seminario moguntino, imo 1849 in episcopum moguntinum electus, sed a sede apostolica minime confirmatus, qui demum misero fato a fide defecit († 20. Dec. 1869).

senschaften, Landshut 1843. — Ant. Riccardi praepositus mediolanensis de litteris benemeritus (n. 1788; † 1844) scripsit *la Genesi e la Geologia,* pluraque alia ascetica, vel paedagogica in utilitatem juventutis studiosae. Praprimis innotuit opere magno *Storia dei Santuarii* piu celebri di Maria ss. sparsi nel mondo t. 5, continuatum a Jos. del Corno. — Petrus Marcellus Toussaint de Serres Montepessulanus, in academia patria geologiae et mineralogiae professor (n. 1783; † 1862), in l. *de la Cosmogonie de Moïse* comparée aux faits géologiques, Parisiis 1838; 1841; 1860 t. 2 in 8. ed. 3; quod opus, quia spiritu vere catholico est conscriptum, merito a Gregorio XVI. collaudatum fuit[1]); germanice prodiit cura F. X. Steck († 1871), Tubingae 1841 in 8; *de la Création* de la terre et des corps célestes, 1842 in 8. — Jo. Bapt. Pianciani SJ. Spoletanus, professor physices, in qua excelluit (n. 27. Oct. 1874; † 23. Mart. 1862), reliquit *Cosmogonia naturale* comparata col Genesi, Romae 1862 in 8.

570. Libros Exodi et Numerorum illustravit Leo Em. Simon Jos. comes de Laborde Parisiis n. 12. Jun. 1812 membrum academiae inscriptionum, archivorum imperii praefectus et senator († 25. Mart. 1869), archaeologus, in *Commentaire géographique* sur l'Exode et les Nombres, Parisiis 1842 in f. Instituerat longa in Orientem itinera quae fuse descripsit. — Moglia († 1861) reliquit *Essai* sur le livre de Job et sur les prophéties relatives aux derniers temps, 1865 t. 2 in 8. — Arcturus Maria Le Hir Sulp. Morlacensis Scripturae interpres in seminario S. Sulpicii (n. 5. Dec. 1811; † 13. Jan. 1868), vir pius et in studiis biblicis insignitor doctus[1]), auctor est op. *le Livre de Job,* traduction zur l'hébreu et commentaire, précédé d'un Essai sur le rhythme chez les Juifs et suivi du cantique de Débora et psaume CX., Parisiis 1873, quae posthumae prodierunt; *Les Psaumes* traduits ... analysés et annotés en français, ib. 1876; *les trois grands prophètes* Isaïas, Jeremias, Ezechiel, ib. 1876; *Le Cantique* des cantiques, 1883 cura Grandvaux sicut et *Études bibliques* (cum notitia auct.), ib. 1869 t. 2 in 8., sylloge scil. diss. eruditarum, quas ediderat in variis fasc. literariis. Ejus *Résumé chronologique* de la vie du Sauveur publicae luci dedit Vigouroux in L'Université cath. 1889 I, 6—27; 189—202. — Rosarius Parisi SJ. Siculus (n. 2. Jul. 1798; † 16. Febr. 1859), theologiae dogmaticae professor edidit *Il divino libro di Giobbe* esposto in lezioni theologo-critico-morali, Panormi 1843 in 8; *il libro di Rut* etc., 1847 in 8; *l'Apocalisse di S. Giovanni* esposta etc., 1847 in 8. — Jos. Handschuh consiliarius consistorialis edidit *Die Psalmen* (1—120) *erläutert,* ein Beitrag zur Apologie des Breviers, Viennae 1839—1844 t. 5 in 8., opus utile ad fovendam pietatem piamque breviarii recitationem. Inseruit quoque diss. apologeticas fasciculis lit. Petzii seque opposuit fabulae confictae Dr. Bretschneiders Heinrich und Antonio oder die Proselyten der römischen Kirche[2]), Wien 1828. — Ad piam Breviarii recitationem juvat etiam opus Padé canonici honorarii ambianensis († c. 1858): *Les Psaumes* mis à la portée des fidèles et appliqués à N. SJ. C. d'après les principaux commentateurs et les Pères de l'Église, Parisiis 1858 t. 2. in 8. — Jos. Aigner *Die Psalmen* germanice breviter illustravit, Augsburg 1850. — A. sequenti (1851) prodiit Ratisbonae *Neuer Beitrag* zur

[1]) Cf. Zeitschrift für Philosophie und katholische Theologie, Bonnae 1842 II, 370; theologische Quartalschr. Tübingen 1841 p. 80—109.

[1]) Cf. Bertrand II, 292—300; Vigouroux Dict. 4, 162.

[2]) Cf. Gla I, 2 p. 663.

Betrachtung der Psalmen auctore Leon. Hoermann. — Georgius Car. Mayer Aschbachii in Franconia superiori n. 1811, in lyceo bambergensi professor theologiae (1842) et (1862) canonicus († 22. Jul. 1868), edidit *die patriarchalischen Verheissungen* und die messianischen Psalmen, Nordlingae 1859; *die messianischen Prophezien,* Viennae 1860 t. 1. complectens vaticinia Isaiae; 1863 t. 2. p. 1. vaticinia Jeremiae; 1865 p. 2. vaticinia Ezechielis, opus minus accuratum, opinionibus singularibus et phantasticis infectum, in quo tuetur vaticinia de futura gloria populi Israel nondum satis esse adimpleta in Ecclesia Christi, sed ad literam esse mox adimplenda in populo judaico: hujus enim ad Christum conversionem esse futuram, eumque primatum inter nationes christianas adepturum et rediturum in Palaestinam, ibique restitutum iri templum cum omni suo cultu et sacrificiis cruentis[1]). *Die Prophetie Daniels* von den vier Weltreichen in öst. Vierteljahrsschr. 1866 p. 1—40. *Die Echtheit des Evangeliums nach Johannes*[2]), Schafusiae 1854; *Commentar über die Briefe des Ap. Johannes,* Viennae 1851. In re dogmatica fuit Güntheri fidelis assecla, cujus opinionibus imbutus scripsit: *Ueber das Wesen und die Fortpflanzung der Erbsünde,* 1838; *Geist und Natur* im speculativen Systeme Günthers, 1842, quem l. impugnavit Thumann († 1874) in op. *Die Bestandtheile des Menschen* und ihr Verhältniss zu einander nach der Lehre der kath. Kirche, Bambergae 1846. *Der Mensch* nach der Glaubenslehre der alten Kirche und im speculativen Systeme Günthers, Bambergae 1854-56 fasc. 5; *Zwei Thesen* für das allgemeine Concil, ib. 1867; etiam latine, ib. 1868, proh. 18. Febr. 1868, in quibus tuetur trinitatem substantiae divinae et duplicitatem principii vitae in homine[1]), quem bene refutavit em. card. Katschthaler in suo op. ejusdem tituli, Ratisbonae 1868. 1870 pp. 2.

571. Petrus Schleyer exegesis primum et linguarum orientalium, dein historiae ecclesiasticae professor (1836—53) in academia friburgensi, cathedra motus a gubernio ob vindicatam institutionem universitatis catholicam adversus injustas illius usurpationes (28. Febr. 1862), contra Movers (p. 1016) edidit *Würdigung der Einwürfe* gegen die alttestamentlichen Weissagungen an dem Orakel des Isaias über den Untergang Babels 23—24, 23; zugleich ein Beitrag zur Geschichte der Chaldäer[2]), Rottenburgi 1835; Freiburg 1839, opus solidum et accuratum; pluresque diss. inseruit fasciculis literariis friburgensibus et tubingensibus, ut Neue Forschungen *über den Brief des Jacobus,* und insbesondere über die Brüder Jesu, Ztschr. f. Theol., Freiburg IV, 1—116; *die Leser des Briefes Jacobus,* sein Lehrgehalt und dessen Verhältniss zu der Paulinischen Lehre von der Rechtfertigung; ib. IX, fasc. 1; *über die Genealogien Christi*

[1]) Cf. Handweiser 1865 p. 302; Reusch d. Biogr. 21, 94.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1855 p. 485—513.

[1]) Similem doctrinam secundum opiniones Güntheri defendit alius professor bambergensis Jo. Spörlein in l. *Theologische Einwendung* gegen die schol.-phil. Lehre vom Menschen, Bamberg 1867, eodem decreto 18. Febr. 1868 proh. — Fridericus Herd theologiae doctor et professor, parochus bayreutensis dedit *Erklärung der messianischen Weissagungen* im A. B. seu Erkl. . . . im Pentateuch fasc. 1 et 2, Regensburg 1837—45. — Fr. Schiml selegit in usum praelectionum *Die merkwürdigsten messianischen Weissagungen,* Regensburg 1855 in 8. — Ludovici van Essen est *Der Prediger Salomons.* Ein Beitrag zur Erklärung des A. T. Schaffhausen 1856. — Ferdinandus Sterneder Can. r. s. Aug. in Canonia s. Floriani Furthi n. 4. Jan. 1797, magister novitiorum et parochus, paralysi a. 12 solutus († 26. Julii 1869) forma metrica exhibet *die Psalmen* mit erklärenden Anmerkungen für das Christenvolk, Linz 1859.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1837 p. 818—45. Cf. Reusch allg. d. Biogr. 31, 477.

bei Matthaeus und Lucas. in theol. Qtlschr., Tübingen 1836, 403—34; 539—66; über die neutestamentliche Lehre *von der Unauflösbarkeit der Ehe,* mit Rücksicht auf die neuesten Bearbeitungen dieses Gegenstandes von H, Fr. Werner in St. Pölten (cf. p. 1119) u. H. Geh. Kirchenrath Paulus in Heidelberg, Francofurti 1844 in 3., qua in diss. negat privilegium paulinum; *der Puseysmus* nach seinem Ursprunge und als Lehrsystem dargestellt[1]), Friburgi 1845. — Christologiae specimen dederunt Petrus Rudoni, cujus *G. Cristo* nei due Testamenti prodiit Lodi 1827—28 t. 3 in 8. et Leonardus Clemens Schmitt Hochstadiensis n. 1810, in lyceo bambergensi (1840) exegesis et linguarum orientalium, dein theologiae moralis et pastoralis (1842) professor, seminarii regens (1845), canonicus (1849) et (1860) vicarius generalis († 14. Dec. 1868), in programmate *Grundriss einer Christologie des A. T.*, 1841. Edidit Brendelii *der Seelsorger* in den Verrichtungen s. Amtes, 1844. — Guil. Forti scripsit *le Profezie di Daniele* nei cap. VII. VIII. IX. XI. XII. interpretate mercè il rigore della Cronologia e l'autorità della storia, Capolago 1845. — Jo. Anselmus Nickes OSB. in monasterio s. Pauli Romae n. 5. Sept. 1825 in Forst prope Aquisgramum († 1866) disputavit de V. T. codd. graecorum familiis ... Part. 1. Judith, Esdras I., Münster 1853 in 8; *de libro Judithae*[2]), Wratislaviae 1854; quo op. continetur specialis introductio in eum l.; *de libro Estherae* et de vaticiniis, quae ad eum pertinent ll. 3; pars prior de l. Estherae cum excursu de Chananaeorum Scytharumque deis, Romae 1856—58 t. 2, in qua agit de auctoritate historica hujus libri[1]). Aliae pp. non videntur prodiisse. Edidit quoque *S. concilium florentinum* universae Ecclesiae graece et latine Romae 1865 — C. Cavriani descripsit *Vittorie della Chiesa christiana* ossia 18 lezioni theologiche sopra i due ll. dei Macabei, Mantuae 1861 t. 2.

572. Jam ad N. T. accedamus[2]). A. F. Jammes vicarius generalis parisiensis († 17. Jan. 1857) composuit *Histoire du N. T.* et des Juifs confirmée par l'histoire et les sciences profanes depuis l'incarnation de N. S. J. Christ jusqu'à l'accomplissement de ses prophéties relatives à Jérusalem ou la destruction de cette ville et de la nation juive, Parisiis 1835, opus praeclarum et eruditum, quo solida Ecclesiae Christi apologia continetur et vera pietas christiana fovetur[3]); *S. Pierre Successeur (?) de J. Christ* dans le gouvernement de l'Eglise militante ou Explication de ces paroles: ‚Sequere me' adressée par le Sauveur à s. Pierre en présence des autres Apôtres et Controverses à ce sujet, Parisiis 1846. — O. Raeban disseruit *De la Concordance* entre les differentes parties de l'Ecriture considérées sous les rapportes de l'histoire, de la chronologie et de la généalogie de N. S., Viennae 1864; *Sur la Vie*

[1]) Eodem fere tempore prodiit Oeniponte 1844 *Die katholische Bewegung in England* und anglokatholische Theologie oder Puseysmus in 8. auctore Sperr, et l. fere ejusdem tituli auctore F. Eller, Schaffhausen 1844.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1854 p. 471—79.

[1]) Reusch qui in Qtlschr. Tübingen 1858 p. 504—25 minus bene de hoc op. censet.

[2]) Jo. Andreas Schmeller († 27. Jul. 1852) Bavarus bibliothecae regiae monacensis praefectus, de ordinandis describendisque illius codicibus meritissimus, primum edidit: *Heliand* oder die altsächsische Evangelienharmonie, genau nach der Münchner Handschrift ... mit hinzugefügten Erläuterungen, Stuttgardae 1830—40 pp. 2 in 4., quae tamen improprie dicitur harmonia evang., cum textus evangelici non habetur ratio. Idem auctor curam gessit de Ammonii alex., quae et Tatiani dicitur, harmonia evangelica in linguam latinam et inde ante a. mille in franciam translata, Wien 1841.

[3]) Cf. insigne elogium in Feller Biogr. Univ. 5, 272 sub nomine Ligny (Fr. de).

de Jésus par E. Rénan, ib. 1864. — Phil. Jac. Spindler composuit *Uebersichtliche Evangelienharmonie* nebst mehreren übersichtlichen biblischen Beigaben, Augsburg 1852. — J. Buroni edidit *Della concordia Evangelica,* Florentiae 1868; *i quattro Evangeli* della ultima cena, Taurini 1869; *del voto di Gefte* e degli *Istituti monastici* del V. T., Florentiae 1866. — A. L. J. B. de Jesse narrat *Histoire* de N. S. J. Christ et de ses apôtres . . . composée avec les quatre Evangiles fondus ensemble, disposés d'une manière méthodique expliqués, développés et prouvés par les prophètes, les apôtres, les Pères de l'Eglise, les conciles, les papes, les monuments religieux des anciens peuples, les auteurs juifs et païens, les apologistes de la religion et les savants modernes; présentant un corps complet des doctrines et des preuves de la religion tirées des seuls auteurs qui ont autorité, Parisiis 1844 t. 2 in 8; *Traité élémentaire* de la religion chrétienne comprenant ses preuves, son histoire, ses dogmes, ses mystères, son culte, sa morale, ses sacrements, ses prières, et ses cérémonies, ib. 1845 t. 2 in 12. — Agricola Jos. Fr. X. Petrus Spiritus Simon Paulus Ant. marchio de Fortia d'Urban Avenionensis multarum academiarum socius (n. 10. Feb. 1756; † 4. Aug. 1843), in juventute armis, dein literis impense deditus, sed opinionum singularium sectator praeter plura alia opera[1]) exhibuit *Chronologie de J. Christ,* Parisiis 1830 in 12; *Essai sur l' immortalité de l'âme* et sur la résurrection, Parisiis 1835 in 12. Socius fuit in continuando opere *l' Art de vérifier les dates,* et in vertendis gallice operibus patrum. — Jo. B. (in ordine dictus Frobenius) Weigl n. 26. Mart. 1783 OSB. est ingressus in monasterio priflingensi, quo suppresso animarum curae se dedit. Ambergae docuit theologiam moralem et historiam ecclesiasticam, dein Ratisbonae. Factus est canonicus, officialis et scholasticus († 6. Juni 1852). Membrum erat extraordinarium academiae scientiarum. Multa reliquit[1]) opera ascetica, scholis destinata, conciones (Ratisbonae t. 3 a Mehler editae 1853) et Theologisch-chronologische Abhandl. *über das wahre Geburts- und Sterbejahr J. Christi,* Sulzbach 1849 pp. 2. — Brispot conscripsit *La Vie de N. S. J. Christ* ou les saints Evangiles coordonnés, expliqués et développés d'aprés les ss. Pères, les Docteurs les plus célèbres et les hommes les plus éminents qui aient paru dans l'Eglise, Parisiis 1850—53; 1869 t. 3 in 8. ed. 6 aucta. — Jac. Ant. Lienard Duacenus n. 1792 in academia patria theologiae professsor reliquit elucidationes in N. T., Duaci 1859 t. 4 in 8., quae prodierunt cura Ledent.

573. Franc. X. Massl Straubingae n. 8. Dec. 1800 parochus passaviensis († 3. Mart. 1852) elaboravit secundum de Sacy (IV[3], 459) *Erklärung der h. Schriften des N. T.* nach den Vätern und nach den berühmtesten und bewährtesten ältern und neueren Schriftauslegern C. a Lapide, A. Calmet, C. Schwarzel, B. M. Schnappinger u. a. m. für Prediger, Katecheten, Lehrer und Freunde d. Schriftbetrachtung[2]), Straubingae et Ratisbonae 1841—1848 t. 13 in 8., quae ob utilitatem suam multis arrisit. Reliquit quam plurimas conciones; posthumae prodierunt *Unterweisungen* in der christkath. Religion 1853—54 t. 5. — Matthias Kirchsteiger n. 25. Febr. 1780 Eberschwangae in Austria superiori, director seminarii linciensis et canonicus, demum parochus urbis primarius († 31. Oct. 1859), praeter alia[3]) edidit

[1]) Cf. Feller 3, 634; Louandre et Bourquel *La Littérature franç. cont.* 3, 533 s.

[1]) Cf. Lindner I, 260; allg. d. Biogr. 4[1], 477.
[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1831 p. 681—93.
[3]) Cf. Wurzbach 11, 308.

die h. Schrift oder die Handbibel des N. T. zur Erbauung eines jeden Christen, Lincii 1815 t. 2 in 8; *die vier Evangelisten* zusammengestellt mit der Apostelgeschichte und den apostolischen Briefen, ib. 1814 in 8; *Gemeinfassliche Darstellung* der im Briefe an die Römer enthaltenen Wahrheiten 1833 in 8; *die Eine, einzige wahre* daher unveränderliche und für alle Vernunftwesen notwendige *Religion* der Vernunft und Offenbarung, Lincii 1835 in 8; 1836 ed. 2. *Prophezeiungen* über die Zukunft des Antichrists und der nachfolgenden Zeit, Linz 1849; 1850 ed 2. — Valerianus Serwatowski professor theologiae tarnoviensis dein in universitate cracoviensi et poenitentiarius coepit interpretationem N. T. lingua polonica, quae pluribus t. prodiit Viennae 1844—56; 1860 t. 4; Varsoviae 1870 ed. 3 aliaque opera philosophica et theologica eadem reliquit lingua, hinc primariis theologis polonis accensetur. — Josephus Aloysius Rotermund Ratisbonensis n. 27. Jan. 1798 canonicus passaviensis (1829), rector lycei (1833) et professor theologiae pastoralis († 29. Apr. 1852), concinnavit *synopsin et harmoniam IV evangeliorum*, Passavii 1834, etiam *synopsin 4 Evang.* graeco-latinam, 1835; exhibet textum complutensem cum variis lectionibus ex collatione Rob. Stephani, Matthiae Griesbach, Scholz ac C. Lachmann; vulgatam versionem latinam subjunctamque harmoniam latinam; ib. 1835 in 8; *Das Opfer des N. B.* beurkundet durch Schrift und Tradition, Landishuti 1826. in 8. — Franciscus Sušil Moravus n. 14. Jun. 1840, interpres N. T. in seminario brunensi (1837) insignis poeta († 31. Maj. 1868), reliquit[1]) stilo patrio eoque classico *commentarium in N. T.*, 1864—72 t. 4. Bohemice vertit opera patrum apostolicorum, Brünn 1837, et Josephi Fl. ib. 1858; collegit carmina populi (c. 1800). — Franc. Bertholdus Winter Sch. piar. Moravus studii biblici lector et diu gymnasii professor (n. 13. Febr. 1795[1]): † 9. Nov. 1866) praeter alia scripsit diss. *der biblische Christus* adversus Strauss, quam inseruit fasciculis theologicis ed. Pletz (1835). *Die Prämonstratenser des 13. Jahrh.* 1865; *Die Cistercienser* d. nordwestlichen Deutschlands bis zum Auftreten der Bettelorden, Gotha 1868. — Josephus Rauchenbichler Bavarus n. 5. Maji 1790 primum secutus est militiam, qua relicta se dicavit Landshuti theologiae. Post susceptos ordines sacros cooperatoris munera obiit, per reliquos vitae monialium gessit curam († 23. Jan. 1858). Vir erat admodum pius et beneficus. Quam plurima edidit opuscula ascetica[2]). Concinnavit *vitam D. N. J. Chr.* Salvaloris mundi secundum IV evangelistas[3]) juxta Vulgatae fidem, Landshut 1841 in 12; Betrachtungen über den Prediger Salomon von der Eitelkeit der Dinge ib. 1847 in 8; das A. Testament in einem Auszuge, ib. 1843 in 8. — Etiam Franc. Schneider composuit *Geschichte J. Christi,* Wien 1859 ed. 2. — Isaac Schwaiger n. 12. Dec. 1805, curatus († 2. Febr. 1890) Leben Jesu . . . mit den nöthigen Erklärungen, Innsbruck 1860 in 8. — Petrus Ant. Feldbausch, *Das Leben Jesu* mit den Worten der 4 Ev. nach ihrer Uebereinstimmung und nach der Zeitfolge der Ereignisse und Tatsachen, Speyer 1866 in 8 ed. 2., opus utile. — J. N. Ginal reliquit *Der Opfertod Jesu* nach den Be-

[1]) Cf. Vychodil OSB. KL. XI, 1003.

[1]) Cf. Wurzbach 57, 77. — J. Wick in concionibus egit de hoc argumento *Christus der Sohn Gottes* praemissa introductione de genuinitate Evangeliorum, Breslau 1850.

[2]) Cf. O. Schmid allg. d. Biogr. 27, 391, thes. p. 685 s.

[3]) P. J. Pelzer exhibet *historische und dogmenhistorische* Elemente in den apokryphen Kindheitsevangelien, diss. inauguralis, Würzburg 1864.

richten der 4 Evangelisten erklärt und betrachtet, Regensburg 1868. — Pausseert seminarii minoris montmorillonensis superior, canonicus honorarius pictaviensis, scripsit *La Vie de N. S. J. Christ*, Poitiers 1867 t. 2; *Harmonie de la religion* et de l'intelligence humaine; Exposition et enchaînement du Dogme catholique, Paris 1842 t. 2.

574. Petrus Aloysius Gratz[1]) Bavarus n. 17. Aug. 1769 Mittelbergae, professor exegesis N. T. in facultate theologica (ellwangensi primum, dein) tübingensi (1812), inde vocatus (1819-39) Bonnam. Factus est postmodum scholarum inspector, quo munere auctus plurimum nitebatur populi institutionem magna promovere sedulitate († 1. Nov. 1849). Scripsit *historisch-kritischer Commentar* über das Evangelium des Matthäus, Tübingae 1821. 1823 t. 2, qui propter malesanas opiniones nimiumque usum exegetarum protestantium merito catholicis displicuit: hinc auctori et praelectiones interdictae fuere ipseque cathedra (1826) motus. Illi opposuit Binterim *Kritische Bemerkungen* (sat acres) zu dem historischen Kommentar[2]) etc. 1823; *Neuer Versuch* die Entstehung der drei ersten Evangelisten zu erklären, ib. 1812; 1816; quo in l. tuetur opinionem de quodam protoevangelio, cui innitantur tria evang. synoptica. *Ueber die Interpolationen* in dem Briefe des Ap. Paulus an die Römer, Ellwangae 1814; diss. *in Pastorem Hermae* im Konstanzer Archiv 1817 II, 224 ss. *Kritische Untersuchung* über Marcions Evangelium, tb. 1816; *N. T. graece* (ad ed. complutensem expressum) et *latine* cum lectionibus variantibus [1]), Tübingae 1821: Moguntiae 1827; *Ueber die Gränzen der Freiheit*, die einem Katholiken in Erklärung der h. Schrift zustehen, Ellwangae 1817; *Ueber die Möglichkeit* einer wissenschaftlich begründeten Hermeneutik für Katholiken adversus Marheinecke in Apologet. 1820 fasc. 1; *Kritische Untersuchungen* über Justins apostolische Denkwürdigkeiten, Stuttgardae 1814. Edidit etiam continuationem *thesauri* juris ecclesiastici ab A. Schmidt adornati (cf. p. 771), 1829 t. 1. complectentem 5 diss. turgentes, inquit Roskovány, principiis febronianis, et in additionibus ipse quoque suas adjicit reflexiones cum primis adversus regimen Ecclesiae monarchicum et contra superioritatem Papae tendentes[2]). *Der Apologet des Katholicismus*, Zeitschrift für Freunde der Wahrheit und der Bruderliebe, Moguntiae 1821—24 fasc. 9. — *Praelectiones in Evang. s. Matthaei*, Oeniponti 1847 in 8., reliquit Jos. Scheth de Bohuslaw professor studii biblici in academia oenipontana, dein olomucena, praepositus ecclesiae cathedralis brixinensis († 3. vel 4. Jul. 1854), cujus etiam est: *Einführung in das Heiligthum der Evangelien* oder nothwendige Vorkenntniss aus dem A. B. zum Verständnis des neuen[3]), ib. 1842. Specimen est historiae revelationis divinae.

575. Geminianus Mislei SJ. Mutinensis, insignis asceta (n. 31. Dec. 1803; † 28. Jun. 1867) *Esposizione dei quatro ss. Evangeli* insieme confrontati, Romae 1854; 1859; *Grandezze di G. Cristo* tratte dalle lettere di s. Paolo Ap., ib. 1856 praecedentis op. appendix; *G. Cristo e il Cristiano:*

[1]) Cf. Leistle KL.[2] 5, 1042—45. Alius a Laurentio Clemente Gratz n. 26. Jan. 1806; † 1884).

[2]) De utroque op. cf. Tüb. Qtlschr. 1824 p. 293—316 et 465—505., ubi gravi censurae subjicitur recensio Binterim (de qua cf. etiam Kerz Litzg. 1824 I. 27—37), contra quam prodiit quoque lib. *Drei öffentliche Stimmen* gegen die Angriffe des Pastors Binterim auf den Kommentar des Prof. Gratz, gesammelt nebst drei Beilagen Bonnae 1825, de quo cf. Kerz Litzt. 1825 II, 257—63; Gla I, 2, 310.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1822 p. 505—15.

[2]) Rom. Pontifex 4, 552; cf. Kerz Litzt. 1830 III, 79—100.

[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1842 p. 497—89.

Commenti sopra le lettere di s. Paolo, ib. 1859; *Le lettere di s. Paolo* Ap. spiegate ad istruzione e conforto dei Cristiani, ib. 1866 t. 2 in 8; *La Madre di Dio* descritta dai ss. Padri e Dottori della Chiesa, ib. 1862; Taurini 1876 ed. 6; germanice Viennae 1866; 1875. — Gisbert Lieber disseruit *Ueber das Wachstum Jesu* in der Weisheit ad Luc. 2, 52, Mainz 1850 in 8. — Matth. Thork in l. *Die h. Maria Magdalena,* Troppau 1860 negat identitatem Magdalenae peccatricis cum Magd. sorore Lazari, contra quem scripsit Laur. Hopfenmüller in österr. Vierteljahrsschr. 1867 p. 103—12. — Amadeus Gabourd († 1866 vel 1867) narrat *Histoire de s. Pierre,* Parisiis 1867. — Guil. Ant. Hutchison congr. Orat, n. 27. Sept. 1822 parentibus opulentis, sed anglicanis, fidem amplexus est catholicam spretis omnibus mundi deliciis et commodis (1845) ingressusque Oratorii congregationem; in qua familiarissime versatus est cum piissimo P. Faber. In Palaestinam profectus hortante Pio IX. accuratissima studia instituit de sacra domo nazarethana eaque literis consignavit: sed dum illis edendis insisteret, decessit 12. Junii 1863. Prodiit opus inscriptum *Loretto and Nazareth,* two Lectures containing the result of personal investigation of the two sanctuaries, Londini 1863, germanice Ratisbonae 1864, quo comprobare nititur identitatem s. domus lauretanae cum domo nazarethana. — Wolfgang Reithmeier sacerdos bavarus dedit praeter alia *Erklärung und Betrachtung der Epistel und Evangelien* für die Sonn- und Festtage des kath. Kirchenjahres, nach den h. Kirchenvätern und andern guten kath. Schriftauslegern, Regensburg 1847—48; . . . *Die Epistel und Evangelien der h. Fastenzeit etc.,* 1851 in 8. — Lud. Philibertus Gimarey (n. 6. Jun. 1808; † 24. Mart. 1861) aliquamdiu sodalis congr. s. Sulp., dein parochus et canonicus honorarius augustodunensis, edidit *Explication des Epîtres et Evangiles* des Dimanches etc. Paris 1857 t. 2 in 12; gallice quoque vertit Allioli versionem s. Scripturae germanicam multis annotationibus auctam, ib. 1854 t. 10 in 8; 1855; 1860. et opus L. C. Gratz Schauplatz der h. Schrift etc., Parisiis 1869; 1884 ed. a Crampon retractatum et emendatum. — Franc. Vandoni Barn. Mediolanensis (n. 23. Sept. 1800; † 30. Aug. 1860), parochus et clarus concionator, reliquit *Spiegazione dei Vangeli* di tutte le domeniche dell' anno etc., quam edidit Jos. Pozzi praemissa ejusdem biografia, Mediolani 1862 t. 3; *Il l. 1. dei Re,* Lezioni Scritturali etc. — O. Vidal[1]) parochus († 1868) reliquit *S. Paul,* sa vie et ses oeuvres, Parisiis 1863 t. 2 in 8., opus ut videtur non adeo solidum et doctum. — Jo. B. Ant. Englmann disseruit *Von den Charismen* im allgemeinen und von dem Sprachencharisma im besondern [2]), oder histor. exegetische Abh. über 1. Cor. 12—14, Regensburg 1848, diss. praemio donata. — Frid. Henr. Hugo Windischmann n. 13. Dec. 1811 professor juris canonici et exegesis in universitate monacensi, canonicus et vicarius generalis (1846—56), intrepidus jurium ecclesiasticorum erat vindex, hinc invisus Ecclesiae adversariis († 23. Aug. 1861). Excelluit inter orientalistas: callebat enim linguas orientales, in primis armenam, veterem persicam, sanscriticam cum suis dialectis, versatusque erat si quis unquam in literis populorum, qui Arii dicuntur, unde fama ejus eruditionis divulgata fuit vel per Indias ipseque adscitus inter plu-

---

[1]) Alius ab Ant. Hippol. Vidal parocho (1805—23. Febr. 1888), cujus exstant, *conseils d' un curé à ses paroissiens.*

[2]) Eodem tempore J. Zingler de hoc disseruit argumento, quae diss. pariter praemio fuit donata a facultate theologica monacensi, Augustae 1847. Idem aliquamdiu (1850—52) cum J. H. Ginal folium eccles. Sion edidit.

rium academiarum socios[1]). Praetermissis ejus operibus ad literaturam Orientis spectantibus, inter quae ex. gr. excellit *Sancara* sive de theologumenis (Sanscriti) vedanticorum, Bonnae 1839, auctor fuit operum, quae magis ad nos pertinent: *Erklärung des Briefes an die Galater,* Moguntiae 1843 in 8., commentarius accuratus et classicus[2]); *vindiciae petrinae,* Ratisbonae 1836, quibus epistolas s. Petri ejusque adventum Romam adversus exceptiones rationalistarum, Baur et Mayrhoff inprimis, tuetur. Fasciculis literariis plures inseruit diss. doctas et fortes. — Franc. G. Ginello disseruit *de authentia epistolarum s. Pauli ap. pastoralium,* Breslau 1865. — Jos. Benno Müller OSB. philosophiae et theologiae doctor (n. 7. Maj. 1803; † Apr. 1860) reliquit: *Die Offenbarung des h. Johannes,* Monachii 1860; *de angelorum aliarumque formarum apparitionibus* commentatio, Wratislaviae 1832; disp. *de Pentateuchi auctore,* Monachii 1842. — Jos. Maria Heuclin Trapp. abbas monasterii dedit suppresso nomine: *Nouvelle explication de l' Apocalypse* ou Histoire générale de la guerre entre le bien et le mal, typis monasterii 1844 t. 1. in 8. Alter t., quem auctor promiserat, non videtur prodiisse. — Laurentius Bianchieri[1]) congr. s. Laz. missionarius in Abyssinia et vicarius apostolicus ibidem (n. 31. Dec. 1804; † 11. Sept, 1864) edidit *Apocalisse spiegata* per mezzo dei profeti e molte delle antiche profezie rischiarate per mezzo dell' Apocalisse, Romae 1863. — Fr. X. Paulhuber exposuit *die geh. Offenbarung Joh.* und zwar die ersten drei Kap. derselben in 10 Vorträgen, Regensburg 1851. — Specialia studia de s. Joanne ap. instituit Car. Stern convictus catholici Wratislaviae praefectus. Ejus sunt: *Die kirchlichen Ueberlieferungen* über den h. Johannes und seine Schriften in Ztschr. für Philosophie und kathol. Theologie IV (1843) fasc. 3 p. 57-82; fasc. 4 p. 27—54; V (1844) fasc. 1 p. 24—70; *de quaestionibus quibusdam* ad s. Jo. Apocalypsin pertinentibus diss., Wratislaviae 1847; *Einleitung* in die Offenbarung des Ap. Johannes, ib. 1851; *Kommentar* über die Offenbarung des Ap. Johannes, Regensburg

---

[1]) Cf. Strodl Fr. H. H. Windischmann, ein Bild seines kirchlichen Wirkens und seiner wissenschaftlichen Thätigkeit, Monachii 1862 in 8. J. Sighart Dr. F. W., Augsburg 1861; Kuhn allg. d. Biogr. 43, 418. Ejus pater Car. Jos. Hieronymus philosophiae et medicinae professor in universitate bonnensi († 23. Apr. 1839), philosophum christianum egit in variis operibus, praesertim in op. eruditissimo *die Philosophie im Fortgange der Weltgeschichte,* p. 1. fasc. 4 Bonnae 1827—34, opus cujus minor tantum pars prodiit (cf. Werner pag. 436—40). Partem quoque habuit in causa adversus Hermes: misit enim Romam ad hoc invitatus censuram de illius doctrina. Cf. hist.-pol. Bl. V (1840) 251 ss.; 343 ss.; Lauchert allg. d. Biogr. 43, 420; de utroque Pfülf KL. XII, 1694 ss.; thes. p. 937.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1844 p. 623—635, ubi Aberle ita inter alia censet: „Seine Arbeit dürfte auch für jede andere in gleichem Gebiete als Muster gelten. Mag man sich bei Betrachtung derselben entweder auf den kirchlichen oder auf den wissenschaftlichen Standpunkt stellen, so wird man finden, dass sie nicht Gewöhnliches leistet. Allein diese Betrachtungsweise wäre eine einseitige: denn gerade darin, dass die wissenschaftlichen Errungenschaften der neuern Zeit vom Standpunkt der Kirche aus auf seltene Weise bewältigt sind, liegt das Hauptverdienst der Arbeit.«

---

[1]) Cf. Hujus frater Petrus a. 40 sodalis ejusdem congregationis qui eam reliquit, ut fratri egeno succurreret (n. 17. Nov. 1793; † 1863), dedit *Esposizione theologico-critica* dei misteri e sensi mistici del s. Sacrificio della Messa solenne, Romae 1849 suppresso nomine. *Esame critico* di un opusculo del P. F. G. D. B. B. C. domenicano editore di due Pareri teologici sulla Concezione immacolata di Maria attribuiti al Pallavicino ed a Gotti, 1851 in 16., qua diss. sagaciter refellit exceptiones contra definibilitatem hujus dogmatis et illa scripta spuria ostendit.

1854. — Jos. de Orsbach proponit *Deutung der Apokalypse* durch sich selbst, Aachen 1855 in 12, quae dicitur sagax et ingeniosa. *Zum Verständniss* der Weissagung des Herren von den letzten Zeiten, Aachen 1856. — P. F. Verschraege edidit Clarae simplicesque *explicationes l. Apokalypseos* b. Jo. Ap. praecipuis Ecclesiae universae historiaeque imperiorum eventibus applicatae usque ad nostra tempora, adjunctis quibusdam plausibilibus circa futura conjecturis ex Scriptura s., ss. patribus aliisque catholicis interpretibus, Münster 1855 t. 1., alter non prodiit. — Benno Müller scripsit *die Offenbarung des h. Johannes* übersichtlich und geschichtlich erklärt, München 1860 in 8.

576. S. Scripturam verterunt in linguas vernaculas[1]): Franciscus Bezděka[1]) (n. 1798; † 1. Nov. 1864) cechice, Pragae 1860. — Simon Klancnik Carniolus (n. 1819; † 1844) libros Moysis slovenice reddidit 1840 — Matthaeus Santić Dalmata (n. 1781; † 14. Jan. 1858) praepositus capituli jaderensis (Zara) dedit versionem N. T. illyricam, quae a sede apostolica approbari meruit. — Georgius Leo Haydock (n. 11. Apr. 1774; † 29. Nov. 1849) in collegio duaceno studiis impense incubuit, unde tamen cum fratre aufugere coactus est in patriam ob Gallorum invasionem. Ipsi cum fratre suo Thoma laico (n. 21. Febr. 1772; † 25. Aug. 1859) debemus *the holy Catholic Bible,* translated from the Latin Vulgate diligently compared with the Hebrew, Greek and other Editions in divers languages ... with useful notes; critical, historical, controversial and explanatory selected from the most eminent commentators and the most able and judicious Critics, Manchester 1812—14 t. 2 in f.; Londini 1845-46 t. 25 in 4. — Antonius Eugenius de Genoude postquam singulares vertisset libros, publicis expensis edidit *la s. Bible traduite* d'après les textes sacrés avec la Vulgate, Parisiis 1820-24 t. 20 in v. 23 in 8; 1834-37 t. 3 in 4; 1840 t. 5 in 4. ed. 4; 1858 etc.,quae pluribus admodum arrisit, sed ea judice Vigouroux est inexacta et minus fidelis. Natus is est 13. Febr. 1792, bisque voluit se addicere militiae sacrae, sed infirma valetudine cursum prosequi non potuit. Versione Scripturae s. promeruit nobilitatis diploma et annuum stipendium. Redegit ad mortem usque ephemerides, in quibus religionis quidem causam defendit, sed secundum theorias gallicanas. Uxore defuncta

[1]) Huc forte referri potest Bartholomaeus Kopitar Repniensis in Carniola superiori n. 23. Aug. 1780, custos bibliothecae viennensis et in genere de literis suae nationis optime meritus, nam primus grammaticam linguae patriae composuit aliaque quam plurima opera doctissima et eruditissima ad literaturam spectantia edidit († 11. Aug. 1844), ut ex. gr. *Glagolita Clozianus* i. e. cod. glagolitici inter suos facile antiquissimi olim, dum integer erat, Vegliae in thesauro frangepaniano, habiti pro s. Hieronymi bibliis croaticis supparisque ad minimum exarati a. MLVII Cyrilliano Ostromiri novogradensis, Δεψανον foliorum XII membraneorum, Viennae 1836 in f. Aliquot annis post mortem prodiit *Evangelia slavice,* quibus olim in regum francorum oleo sacro inungendorum solemnibus uti solebat ecclesia remensis vulgo *Texte du sacre* ad exemplaris similitudinem descripsit et edidit J. B. Silvestre. Evangelia latine vertit eandemque interpretationem latinam e regione adjecit B. Kopitar, Parisiis 1848 in 4. Cf. Wurzbach 12, 437—42. — Arsenius Pacraduni Mechitarista n. Constantinopoli 1790, celeber polyglotta († 24. Dec. 1866) l. Ecclesiastici lingua armena reperit ediditque Venetiis 1833; 1818: s. Scripturam edidit Venetiis 1860, qua ed. multa emendavit, quae in versionem armenam irreperant. Cf. Miskgian in Dict. ed. Vigouroux IV, 949.

[1]) Alius ab eo est Vict. Jos. Bezděka O. Praem. in canonia Siloë Brežnicensis n. 16. Mart. 1823, archivarius et bibliothecarius vitas narrat bohemice SS. et BB. Austriae, Pragae 1871—80 t. 2. Das Prämonstratenser Chorherrenstift Selau, Würzburg 1883 in 8.

(1834) tertio se obtulit s. ordinibus, quibus a. 1835 initiatus est. Cum regiminis principia in suis ephemeridibus acriter impugnaret, ad frangendam ejus oppositionem oblatus ei fuit episcopatus, quem tamen recusavit († 21. Apr. 1849). Plura alia scripsit opera stilo eloquenti, nitido, puro in defensionem fidei. *La Vie de J. C.* et de ses Apôtres, Parisiis 1836. 1851 t. 2 in 8; *la raison du Christianisme* ou Preuves de la vérité de la religion tirées des écrits des plus grands hommes, ib. 1836 t. 3 in 4., ed. 2; 1841 t. 5 in 8; *Biographie sacrée* ou Histoire des personnages cités dans l'A. et N. T., 1844; *la Divinité de J. C.* annoncée par les prophètes, démontrée par les évangélistes, prouvée par l'accomplissement des prédictions de J. C. et reconnue par les plus grands philosophes de l'univers. Ouvrage suivi de l'Histoire d'une âme (scil. sui ipsius) et de celles des conversions des plus célèbres, ib. 1842 t. 2 in 12; *Les Pères del' Eglise* des trois premiers siècles, Paris 1839; Défense du Christianisme par les Pères, 1742, est prioris op. ed. altera; *Exposition du dogme catholique* ib. 1840; *nouvelle exposition,* ib. 1842 in 12; germanice 1842. Opera quaedam patrum et diss. card. Wiseman de relatione inter scientiam et revelationem gallice vertit, necnon et Bossueti defensionem declarationis gallicanae iterum edidit[1]). — Jo. Alexis Gaume professor theologiae in seminario bisuntino, canonicus parisiensis gallice vertit N. T. atque introductione et annotationibus illustravit, 1863 t. 2 in 12. — Felix Torres Amat n. 6. Aug. 1772 episcopus asturicensis, qui solus inter episcopos serviliter in omnibus obsecutus est regimini († 29. Dec. 1847), quod aequiparavit, imo praetulit auctoritati ecclesiasticae, hispanam dedit versionem s. Scripturae ratione habita textus hebraici et graeci cum pluribus annotationibus, Matriti 1823—25 t. 9; 1832—35 t. 6; Parisiis 1835 t. 17; cum textu latino, annotationibus Philippi Scio da s. Miguel aliisque additamentis, Barcinone (sine a.) t. 12. Collegit quoque *Diccionario critico* de los escritores catalanes, Barcinone 1836, cui Jo. Corminas canonicus burgensis 1849 supplementum adjecit. Versio ipsius plurimum laudatur a fidelitate et stili elegantia. Ea a pluribus episcopis fuit approbata et commendata; hinc facta est popularis[1]).

577. In Germania innotuit sua versione haud probanda Leander (in baptismo Jo. Henricus. dictus) van Ess OSB. Warburgi in dioecesi paderbornensi 1772 natus. Suppresso suo monasterio Marienmünster (1802) parochum egit et Marburgum accitus theologiae professor extraordinarius parochiam illic etiam rexit (1812—22). Utroque tamen munere se abdicavit privatamque duxit vitam († 13. Oct. 1847). Jam monachus liberiorem minusque sanam sentiendi rationem est professus, quam suis scriptis etiam prodidit[2]). Versionem s. Scripturae coepit cum cognato Carlo van Ess[3]), solus-

[1]) Cf. Feller 4, 134; Lorenz 2, 421; et praeter autobiographiam, Fayet Biographie de M. G., 1846 ed. 2; H. Bretonneau Biographie de M. de G. ib. 1847—48.

[1]) Cf. Vigouroux Dict. I, 446.

[2]) Cujusmodi sunt: *Rechtfertigung* der gemischten Ehen zwischen Katholiken und Protestanten in statistisch-kirchlich. und moralischer Hinsicht, Coloniae 1821, proh. 17. Dec. 1821; quae ab ipso quidem fuit edita; est tamen Joan. Christiani Multer (n. 20. Aug. 1768; † 24. Dec. 1838) ipsius socii et successoris in cathedra (cf. Tüb. Qtlschr. 1821 p. 700 ss); *Wesenlehren des christlichen Glaubens u. Lebens* für Geist u. Herz in 9 Predigten des Oberhofpredigers Reinhard, Tubingae 1823. Cf. Reusch allg. d. Biogr. 22, 711.

[3]) Carolus van Ess OSB. in monasterio Huysburg theol. lector, n. 25. Sept. 1770, suppresso monasterio (1804) parochus et episcopi hildesheimensis commissarius episcopalis pro ecclesiis in ditionibus magde-

que, cum hic ab ea cessaret, est prosecutus. A societate quam dicunt biblica, stipendium accepit ejusque nomine magna sedulitate diffudit non solum suam versionem, sed et magnam copiam exemplarium s. Scripturae, quae protestantibus essent usui: quem in finem plures (6) quoque libellos de legenda Scriptura s. in lingua vulgari diffudit[1]). Ab a. 1804 jam consortem se exhibuit illius societatis, consortium tamen abrupit a. 1830 orta controversia de libris deuterocanonicis, quos societas illa exclusos voluit a suis editionibus. Prodiit ejus versio N. T. primum a. 1807; a. 1842 ed. jam 28. mit Parallelstellen und grundtextlichen Abweichungen, et, ut dicitur in titulo, cum approbatione vicariatus generalis hildesheimensis, quam tamen non legitime obtinuit, imo cum approbatione pastorum Protestantium pro exemplaribus in protestantium usum destinatis. Postmodum 1822—36 adjecit V. T.; utrumque T. simul 1839 etc.; demum duplicem simul dedit versionem, unam secundum vulgatam, alteram secundum textum originalem. Minime arrisit haec versio catholicis, neque enim est fidelis et accurata, contemptumque vulgatae prae se fert[2]). Hinc plures libellos (auctoribus Kistermakker, Molkenbuhr etc.) adversus eam provocavit; ita *Die van Essisch-deutsche Bibelübersetzung,* Argentorati 1819, quibus van Essen acriter variis liberculis respondit; inter quos est: *Die Bibel* ist nicht, wie viele wollen, ein Buch für Priester nur, sondern auch für Fürst und Volk, von einem christ-

---

burgensi, halberstadiensi et helmstadiensi, melioris erat spiritus quam Leander, hinc Ecclesiae addictus. Ejus libellus *Entwurf* einer kurzen Geschichte der Religion, Halberstadii 1817, publice ibidem a protestantibus concrematus variisque opusculis impugnatus fuit (cf. Roskovány 3, 539). Spiritu tamen illius aevi nonnihil affectus propensus erat in nonnullas innovationes liturgicas, ejusque *Darstellung* des katholischen christlichen Religionsunterrichts merito multorum incurrit reprehensionem († 22 Oct. 1824). Scripsit *Geschichte der Abtei Huysburg,* Halberstadt 1810. Cf. Studien und Mittheilungen aus dem Ben. Orden 1904 p. 569; Brück *Kirchenlexikon* IV, 908.

[1]) Cf. Gla I, 2, 141 s.

[2]) Cf. Kaulen Geschichte der Vulgata p. 12 ss. ita de nostro auctore scribit: L. van Ess hat mit leidenschaftlicher Heftigkeit einen grossen Theil seines Lebens dazu verwendet, das Ansehen der Vulgata herabzusetzen und die darauf bezügliche Erklärung — wir können kaum anders sagen — verächtlich zu machen. In diesem Bestreben stellte er 1814 als Professor der Theologie eine »Preisaufgabe an die kath. Geistlichkeit«, wodurch für die beste Bearbeitung »einer kritischen Geschichte der Vulgata im Allgemeinen und zunächst in Beziehung auf das Trientinische Dekret« ein Preis von 16 Louisd'or .... bestimmt waren. Quinque de hoc themate scripserunt; dissertatio quam facultas theologica friburgensis praemio dignam judicavit addito voto: »der Verfasser möchte vor der Herausgabe noch einmal seine Schrift durchgehen, um ihr die möglichste Präcision und Vollendung zu geben«, erat ipsius L. van Ess, qui tamen praemium inter competitores distribuit. Prodiit ea inscripta: *Pragmatisch-kritische Geschichte der Vulgata* im allgemeinen und zunächst in Beziehung auf das Tridentinische Dekret; oder: Ist der Katholik gesetzlich an die Vulgata gebunden? Tübingen, 1824. Nichts verdient, subjicit Kaulen, weniger den Titel pragmatisch und kritisch als dieses Buch. Die 526 Octavseiten desselben bestehen zum grössten Theil aus blossen Stellen alter und neuer Theologen, die wörtlich abgedruckt sind. Et haec testimonia derivata sunt ex Hodii op. de bibliorum textibus originalibus etc. Oxonii 1705. Illam Reusch etiam ratione habita spiritus quo inficitur censet ein Schandfleck der deutschen theologischen Literatur. Quare minuenda est laus, quae illi operi tribuitur in Tübinger Qtlschr. 1824 pag. 66—88. Ejus praeludium veluti fuit aliud ejusdem auctoris opus: *Pragmatica doctorum catholicorum trid. circa Vulgatam decreti sensum* necnon licitum usum textus originalis testantium historia, Viennae 1816 in 8. — Ad Vulgatae versionem refer diss. eruditam et accuratum Fr. Xaverii Allayer *Die altchristliche Latinität* und die profane Philologie der Gegenwart in theol. Qtlschr. (Tübingen) 1868 p. 65—85; 1869 p. 434—53; 1870 p. 252—79; 1871 p. 183—220; 1872 p. 50—96.

nicht römisch-katholischen Geistlichen, Darmstadtii 1818. Nisus est quidem van Ess nonnulla in sua versione corrigere, et hinc aliquot episcoporum approbationem obtinuit: ei tamen meliorem accuratioremque versionem opponendam censuit Kistemaker (cf. p. 932) et Wittmann (p. 939); versio vero N. T. etiam 17. Dec. 1821 fuit prohibita: qua prohibitione non obstante opera societatis biblicae iterum atque iterum edita et quam maxime diffusa fuit[1]). *Testamentum V. graecum* juxta LXX interpretes ex auctoritate Sixti V. editum, juxta exemplar originale vaticanum Romae ed. 1587 quoad textum accuratissime et ad amussim recusum, Lipsiae 1835 in 8; 1855; 1887; *Testamentum N. graece et latine* expressum ad binas ed. a Leone X. P. M. adprobatas complutensem scil. et Erasmi Roterod.; additae sunt aliarum novissimarum recensionum variantes lectiones graecae, una cum Vulgata ed. Clementinae ad exemplar Romae 1592 correctis corrigendis ex indicibus correctoriis ib. editis, necnon cum additis lectionibus ex vaticanis ed. latinis de a. 1590. 1592. 1593. 1598 variantibus appositisque locis parallelis[2]), Tubingae 1827; *Biblia s. vulgatae editionis* juxta exemplar ex typographia apostolica vaticana Romae 1592 correctis corrigendis ex indicibus correctoriis Romae editis in usum bibliorum vaticanorum latinorum a. 1590. 1592. 1593. 1598 inter sese variantibus additisque locis parallelis, ib. 1822—24 pp. 3 in 8; jam prius ediderat[3]) ib. 1822 T. N. — Etiam Henricus Joachim Jäck[4]) versionem s. Scripturae cum brevibus adnotationibus edidit Lipsiae 1836; 1844 adjecto *allgemeines Volksbibel-Lexikon* für Katholiken oder allgemein fassliche Erläuterung der h. Schrift durch Wort und Bild, ib. 1843-1848; ed. 2. continuata, Leipzig 1857 t. 2 in 8. Ingressus erat Jäck (Bambergae n. 23. Oct. 1777; † 26. Jan. 1847) ordinem Cisterciensium, sed monasterio suppresso (1803) addictus est curae bibliothecae universitatis. Vir erat laboriosissimus et scriptorum (c. 240) ferax, quae versantur in primis circa historiam bambergensem, geographiam, literaturam, s. Scripturam, jus canonicum, historiam ecclesiasticam etc., sed plura illorum malo inficiuntur spiritu et hostili in ordines religiosos. *Verhältnisse des K. Baiern* zum päpstl. Stuhle von den ältesten bis auf die neuesten Zeiten, Erlangen 1819—20; *Beiträge zur Literaturgesch.* (cum J. Heller), Bamberg 1825 etc. — Matthias Rumpler n. 3. Febr. 1771 in Schönram ditionis salisburgensis, parochus et decanus altenmarktensis († 17. Mart. 1846) vertit germanice N. T., Salisburgi 1808. edidit qne praeterea: De iis quae circa interpretationem ep. s. Pauli ad. Romanos observanda sunt, *exercitatio academica,* ib. 1794: *Ueber die Laiencommunion* in der älteren Kirche und über die Reduction der Kleriker in derselben, eine kanonistisch-historische Skizze ib. 1708 in 8. etc. — Severinus Lueg collegit *Biblische Realconcordanz* . . . Repertorium für kath. Prediger, Passau 1841-41 t. 2; Ratisbonae 1889—90 cur Fr. Jos. Heim ed. 3., quae laudatur ab utilitate. — Heinr. Roux de Raze SJ. (n. 26. Jul. 1790; † 1. Oct. 1863) composuit cum sodalibus concordantiarum

[1]) Cf. Brück KL. IV, 909; Scriba biographisch-literar. Lexikon der Schriftsteller des Grossherzogthums Hessen 1, 94—97.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1827 p. 714.

[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1823 p. 79—85.

[4]) Alius ab eo est Marcus Fidelis J. Constantiensis (n. 24. Apr. 1768; † 7. Apr. 1845) seminarii merseburgensis regens, canonicus moguntinus, Wessenbergo addictus et familiaris. Praeter alia edidit *Salomon und Sulamith,* allegorische Deutung des hohen Liedes, Constantiae 1825. Cf. de utroque d. Biogr. 13, 530 ss. De H. Joachimo cf. Autographia in Serapeum 1845; Leitschuh Lebensbild 1877.

ss. Scripturae *manuale* commodum et exactum, Lugduni 1852, Paderbornae 1853 ; Paris 1868 ed. 9. — Maria Jos. (antea dictus Ferdinandus Baro de) Geramb origine Hungarus n. est 17. Apr. 1772. Vitam duxit vitiis deditam, ardenter pugnavit contra Gallos, sed ab iis captus libertate restitutus est nonnisi post devictum Napoleonem. In captivitate constitutus industria episcopi trecensis concaptivi sui ad meliorem rediit mentem et libertate donatus ordinem ingressus est Trappistarum (1816). Anno 1830 cum sodalibus expulsus est Gallia. Peregrinationem instituit in Palaestinam et Aegyptum, quam descripsit *Le Pèlegrinage* à Jérusalem et au Mont Sinaï, Parisiis 1836 t. 3, opus propter stili elegantiam et accurationem geographicam avide lectitatum saepeque editum 1874 ed. jam 12., germanice interprete Brug Augustae 1837; in compendium redactum, Augsburg 1847. Post suum in Galliam reditum (1833) electus est in procuratorem ordinis generalem, quo munere auctus bis Romam invisit: quod iter descripsit in *Le Voyage* de la Trappe à Rome, Parisiis 1838, pariter saepe editum etiam germanice Augustae 1839; 1840 ed. 2; item et Aquisgrani et Ratisbonae, quod et ipsum magni fit propter accuratam descriptionem Romae ecclesiasticae. Romae obiit 15. Martii 1848. Reliquit et alia opera, ascetica praesertim, sed minoris famae[1]). — Theod. Dalfi descripsit *Viaggio biblico* in Oriente (Egitto, Arabia, Petrea, Palestina, Siria, Asia Minore, Costantinopoli ed isole) fatto negli anni 1857. 1865. 1868, Torino 1869—75 t. 4 in 8.

III. Patrologia.

578. Patrologiam[1]) elaborarunt: M. Kaufmann praepositus capituli lucernensis († 1841): *Die göttliche Erblehre* in den Schriften der hh. Väter oder Grundriss der Patrologie, Lucernae 1832, in quo de auctoritate et usu ss. Patrum paulo fusius agit, de singulis vero patribus nil fere, eorum enim nomina tantum exhibet paucis pagellis[2]); exposuit quoque *die Rangordnung* der himmlischen Geister nach den vermeintlichen Schriften des Areopagiten Dionysius, ib. 1821 in 12; *über die gegenseitige Stellung* der Kirche und des Staates, mit besonderer Rücksicht auf die Fragen der gegenwärtigen Zeit, ib. 1839, in quo concivium principia Ecclesiae et primatui infesta aggreditur. — Jos. Annegarn n. in oppido Ostbevern 12. Oct. 1794, professor (1836) historiae ecclesiasticae in lyceo hosiano Braunsbergae († 8. Jul. 1843), qui praeter multa[2]) in utilitatem juventutis catholicae edita concinnavit *Handbuch der Patrologie*[3]), Monasterii 1839, opus minoris momenti; *Geschichte der christl. Kirche,* ib. 1842—43 pp. 3. Notior tamen est propter *Weltgeschichte* für die kath. Jugend, Münster 1827-29 t. 8., saepius ed., 1899 ed. 8. cur.

[1]) Jo. Ev. Auer theologiae professor Viennae scripsit *Die Kirchenväter* als nothwendige und zeitgemäße Lektüre in den Gymnasien vom wissenschaftlichen und ästhetischen Standpunkte aus dargestellt, Wien 1853.

[2]) Cf. Zeitschrift für Theol., Friburgi 1843 IX, 538-43. — Jo. Mich. Kaufmann professor dilinganus retulit a facultate theologica monacensi praemium diss. *Die Einheit,* Katholicität u. Apostolicität der Kirche dogmatisch und historisch nachgewiesen, Sulzbach 1858 in 8.

[1]) Cf. Haegele KL. V, 348; thes. pag. 290 s.

[2]) Cf. Rassmann I, 5; II, 3.

[3]) Cf. Zeitschrift für Theol., Friburgi 1843 IX, 511; Zeitschrift für Philosophie und kath. Theologie 1840 I, 91.

Enk et Huyskens. — Marcel composuit *Cours élémentaire de patrologie* . . . comprenant l'étude des Pères de l'Eglise et des principaux écrivains ecclésiastiques des quinze premiers siècles. Pères grecs du grand siècle littéraire de l'Eglise depuis la conversion de Constantin en 312 jusq'à la fin de l'empire d'Occident en 476, Parisiis 1848. — A. Sevestre collegit *Dictionnaire de patrologie* ou Répertoire historique, bibliographique, analytique des ss. Pères, des docteurs et de tous les autres écrivains des douze premiers siècles de l'Eglise. Parisiis 1855 t. 5 scil. t. 20—23 (bis) op. *Nouvelle encyclopédie théologique* ed. Migne. — Majoris momenti, utilitatis et pretii est Fr. Michaelis Permaneder *bibliotheca patristica,* Landishuti 1841—42 t. 2, quorum primus continet patrologiam generalem, alter tribus pp. specialem, quae tamen complectitur tantum tria priora secula[1]). Auctor aliis curis distentus ab opere coepto destitit. Natus est Franc. Michael Permaneder Traunsteinii 12. Aug. 1794. Studiis theologicis absolutis juri operam dedit Landishuti. In lyceo frisingano docuit jus canonicum et historiam ecclesiasticam (1834), unde translatus est (1847) ad easdem disciplinas profitendas in universitate monacensi († 10. Oct. 1862). Edidit praeterea: *Handbuch des gemeingiltigen kath. Kirchenrechts* in steter Rücksicht auf das kath.-kirchliche Territorialrecht in Oesterreich, Preussen, Bayern, Sachsen, Hannover und den übrigen deutschen Staaten bearbeitet, Landishuti 1846. 1847 t. 2; 1865 ed. 4. aucta et emendata ex ejus schedis cura Jos. Silbernagl, opus diligens, practicum[2]); *die kirchliche Baulast* oder die Verbindlichkeit der baulichen Erhaltung und Wiederherstellung der Cultusgebäude, aus den Quellen des gemeinen und bayerischen Particular-Rechts dargestellt, Monachii 1853; 1856; 1890 ed. 3. curante Riedle, opus de hoc argumento singulari optimum. Continuavit *annales* almae literarum universitatis Ingolstadii . . . Monachium translocatae post Mederer (cf. p. 1765) et appendicem diplomaticam adjecit, Monachii 1859 p. V. ab a. 1772—1826 in 4.

579. Patrum opera ediderunt[1]): Maria Nic. Silvester Guillon Parisiensis n. 1760. Terroris tempore latuit medicumque egit ad mortis evadendum periculum. Studuit interim theologiae composuitque *Entretiens sur le suicide* ou Courage philosophique opposé au courage religieux, Parisiis 1802; 1836 ed. aucta, quibus solide refellit errores Montesquieu et Rousseau; germanice interprete Humröder, Weimar 1837. Dum Bonaparte ageret de ineundo cum rom. pontifice concordato in lucem dedit *de la nomination aux évêchés* dans les circostances actuelles ou Recherches historiques et critiques sur les élections populaires, la pragmatique, le concordat, ib. 1801, propter quod opus eruditum quidem, sed consulis opinionibus contrarium

[1]) Cf. Zeitschrift für Theol., Friburgi 1843 IX, 486—511; Tüb. Qtlschr. 1842 p. 431—44; 1844 p. 501—3.

[2]) Cf. Schulte 3, 356; Tüb. Qtlschrift 1846 p. 603—41.

[1]) Antonius Ern. Rehak Bohemus (n. 20. Aug. 1809; † 13. Jan. 1851) excerpta quaedam ex patribus seu encyclopaediam patristicam Pragae 1851—1858 pp. 8 bohemice edidit. — Armenice quaedam vertit opera patrum t. 12 in 4. Venetiis Jo. Bapt. Aucher congr. Mechitaristarum Ancyrae n. 24. Nov. 1762, aliquamdiu missionarius Constantinopoli et suae congregationis vicarius generalis. Plura alia edidit, vertit in linguam patriam reliquitque manuscripta. Decessit 3. Mart. 1854 a. aetatis 92. Ejus frater secundum carnem et spiritum (n. 1774; † 24. Nov. 1855) celeber erat polyglotta. Cf. Wurzbach 14, 382—85. — Ant. Pohlmann edidit duas diss. *S. Ephraem Syri* commentariorum in s. Scripturam textus Braunsberg (in Indice lect., 1862. 1864. Ib. (1862—63) exstat ejus diss. *de matrimonii vinculo indissolubili* ex s. Scriptura probato.

quatuor menses custodia detentus fuit. Inde liberatus factus est ab archiepiscopo du Bellay canonicus honorarius parisiensis (1802) et bibliothecae ditissimae archiepiscopalis praefectus atque a cardinali Fesch legato Napoleonis Romam proficiscente in theologum adscitus. Restituta universitate cathedram sacrae eloquentiae obtinuit: erat enim in literis humanioribus insigniter versatus atque orator illustrissimus. A gubernio designatus fuit in episcopum bellovacensem, sed quia Grégoire episcopo constitutionali moribundo, non exacta sincera retractatione, sacramenta administraverat, reprehensus serio fuit ab archiepiscopo parisiensi Quélen, ejusque agendi ratio reprobata a clero bellovacensi, ideoque confirmationem sedis apostolicae non impetravit, dictusque est tantum rogante Ludovico Philippo episcopus marocensis in p. i. (1833), postquam suam agendi rationem solemniter retractavit. Fuit quoque ducissae aurelianensi, postmodum reginae, ab eleemosynis, ejusque filiorum in religione institutor († 16. Oct. 1847). Cum Armandus Benjamin Caillau[1]) canonico cenomannensi edidit *collectionem selectam SS. Patrum*, Parisiis 1820-1842, t. 148 in 8, in qua patrum, si excipias Augustinum et Chrysostomum, opera selecta, et operum patrum graecorum versiones latinae reperiuntur. *Bibliothèque choisie des Pères* de l'Eglise grecque et latine ou Cours d'éloquence sacrée, ib. 1824—28 t. 26 in 8. *Modelles de l' Eloquence chrétienne* en France après Louis XIV., Parisiis 1837 t. 2. Plurima alia composuit ediditque opera[1]) ad negotia et facta illius temporis spectantia (cf. pag. 590). Magna sagacitate et judicio critico redegit *Journal général* de la littérature, de la science et des beaux-arts; *Collection générale* des brefs et instructions du pape Pie VI. relatifs à la révolution française, Parisiis 1799 t. 2 in 8., cum diss. critica et adnotationibus; *Dissertation* sur les Psaumes traduite du latin (auctore Bossuet), ib. 1822; *Histoire générale* de la philosophie ancienne et moderne ou Supplément à la Bibliothèque choisie des pères grecs et latins, ib. 1835 t. 2 in 8; 1848 t. 4 in 12; *Histoire* de la nouvelle hérésie du XIX^e^ siécle ou réfutation complète des ouvrages de M. de La Mennais, ib. 1835 t. 3 in 8.; *Examen critique* des doctrines de Gibbon, du docteur Strauss et de M. Salvador sur J. Christ, son Évangile et son Église, ib. 1841 t. 2 in 8; *sur le respect* dû aux tombeaux, ib. 1799; *Comparaison* de la méthode des pères avec celle des prédicateurs du XVII^e^ siècle, 1837 in 8; *Parallèle* des révolutions sous le rapport des hérésies qui ont désolé l'Eglise, ib. 1791 in 8, saepius editum. Hortante Émery, cujus intima familiaritate fruebatur et consiliis regebatur, paraverat novam editionem historiae ecclesiasticae Fleurii annotationibus copiosis auctam, sed manuscriptum cum pluribus aliis periit incendio occasionr invasionis confoederatorum a. 1815. — Accuratas plane criticasque selectorum opusculorum patrum editiones curavit Jo. Georgius Krabinger, insignis philologus et egregius biblio-

[1]) Hic praemisit introductionem ad ss. patrum lectionem, qua eorum tempora, vita, opera operumque praecipuae editiones et concionandi modus describuntur. Edidit quoque *operum* S. Gregorii nazianzeni t. II. in f. (pag. 127): et cum Juste vicario generali rotomagensi aliisque: *Histoire* de la vie des saints, des ss. Pères et des martyrs d'après les Bollandistes, Godescard, Croiset etc., Parisiis 1835—40 t. 4 in 8; 1863 t. 5 in 8. ed. 5. imaginibus ornata. Natus est Caillau Parisiis 22. Oct. 1794. Auctor fuit admodum diligens et de animarum cura sollicitus. Collegit etiam thesaurum Patrum floresque doctorum, Parisiis 1823—25 t. 8; Rhetoricam ss. Patrum, ib. 1838 t. 3; Bibliothecam ss. Patrum Mariana 1834—38 t. 4. Decessit 4. Jul. 1850.

[1]) Cf. Michaud Biographie univ. 18 191—204.

thecae monacensis praefectus (n. 16. Jul. 1784; † 16. Maj. 1860), cujusmodi sunt: Synesii ep. cyr. *opera omnia*[1]), Landishuti 1850, quorum tantum prodiit t. 1; Gregorii Nysseni *oratio catechetica* et or. funebris in Meletium ep. antiochenum[2]) Monachii 1835; ejusdem *de anima et resurrectione* dialogus, Lipsiae 1837; *de precatione* orationes V, Landishuti 1840; Cypriani libri *de catholicae Ecclesiae unitate, de lapsis et habitu virginum*[3]), Tubingae 1853; Ambrosii *de officiis ministrorum ll. 3,* 1857; Augustini *enchiridion* de fide, spe et caritate, 1861; Bernardi claravallensis libelli *de diligendo Deo* et *de gratia et libero arbitrio,* Landishuti 1842; ejusdem *de consideratione ll. V,* ib. 1845. Cum Gaume improbasset usum auctorum classicorum in scholis iisque substituere proposuisset opera ss. patrum, pro illis peroravit in diss. *die classischen Studien* und ihre Gegner[4]), ib. 1853.

580. Omnes tamen praetervolat aquilae instar Angelus Mai Schilparii in dictione bergomensi 7. Mart. 1782 in lucem editus. Magistrum in seminario habuit doctum Al. Mozzi suppressae Soc. Jesu sodalem (p. 626), quem cum quatuor condiscipulis secutus est (1799), cum Pius VI. jesuitis rogante duce parmensi permisisset, ut domum secundum ordinis regulas constituerent. Ibi sub celebri Jos. Pignatelli novitiatum egit, cum quo deinceps a. 1804 Neapolim ire jussus literas humaniores docuit. Inde tamen cum sodalibus a Gallis expulsus, Romam est profectus studiis theologicis vacaturus. Urbe vetere a Jo. B. Lambruschini sacerdos est ordinatus ibique ducibus Monero et Menchaca jesuitis hispanis exsulibus literis graecis et hebraicis necnon arti legendi palimpsesta operam dedit. Mediolanum redire coactus regio edicto omnes illius regni subditos revocante, praefectus est ditissimae bibliothecae ambrosianae (1813). Exinde coepit innotescere inventione operum, quae ex antiquissimis codicibus feliciter sagaciterque in lucem eruit, quare »Angeli interea nomen ita per Europam dicebatur, ut L. Litta et H. Consalvius card. agitare (coeperint) inter se, ad divinam gloriam magis necne conduceret, si Angelus in vaticanam bibliothecam adduceretur vel vitam in societatis (Jesu) instituto transigere permitteretur. Cum A. Fortis, qui paulo post toti societati praefuit quique philosophiam Angelo tradiderat, et extrema ad eundem Pignatelli verba (quibus ei Mediolanum discedenti promotionem ad altas dignitates praedixerat) praeclare noverat, rem totam communicant; cum Pio VII. demum consilia conferunt, atque hic utiliorem vaticanae bibliothecae quam societati Angelum futurum interposito decreto declarat[1]).« Factus est ergo a. 1819 hujus bibliothecae custos. Infatigabili diligentia excussit illius bibliothecae codices atque innumera veterum scriptorum ethnicorum et christianorum opera tenebris eripuit; codices in ordinem redegit, eorum catalogos confecit. Interim adlectus est canonicis basilicae vaticanae, praelatis protonotariis et congregationi de propaganda fide secretarius, pluribus quoque academiis socius; imo eruditi angli ei decreverunt numisma aureum cum inscriptione: »Angelo Maio palimpsestorum inventori atque restauratori.« Demum Gregorius XVI. ad honorandam tantam eruditionem eum purpura una cum celebri polyglotta Mezzofanti decoravit (12. Febr. 1838) atque praefectum dixit bibliothecae vaticanae, congr. Indicis et conc. tridentini. Non obstantibus tot honoribus »adversus

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1852 p. 141—53.
[2]) Cf. Kerz Litzt. 1835 III, 192—205.
[3]) Cf. Tüb. Qtlschrift 1854 p. 142—7; 1856 p. 105—18.
[4]) Cf. Halm allg. d. Biogr. 17, 3.

[1]) Ita legimus in ejus epitaphio a Jos. Marchi composito.

plaudentis aeque ac invidentis vulgi lasciviam immobilis perstitit semper[1]), nec quidquam unquam animi quietem illi imminuit, inlibatus Deo et divinae gloriae vixit († 9. Sept. 1854).« Absque controversia, inquit Hergenroether, judex authenticus[2]), est card. Mai unus e praecipuis nostri seculi viris eruditis, polyhistor in sensu proprio veterum, sane princeps in palaeographia et diplomatica, sagax et versatus in arte critica et hermeneutica, merito Montfauconio et Mabillonio comparandus. Theologia, philosophia, historia et philologia rarissimos ei debent thesauros, in primis vero multa Ecclesiae dogmata monumentis patristicis ab ipso in lucem erutis splendide confirmantur. Protulit enim in lucem opera hactenus inedita Augustini, Cyrilli Alex., Eusebii Caes., Chrysostomi, Theodori Mopsuesteni, Polychronii, Basilii, Gregorii Nyss. et Gregorii Naz., Athanasii, Marii Victorini, Paulini nol., Ferrandi diaconi, Martini, Flori Lugd., Photii aliquorumque Byzantinorum et multorum aliorum . . . Paucis eruditis datum est vel solum legere, quae Mai e mss. vetustis eruit, vertit, explicavit et commentariis criticis illustravit.« Praecipua ejusmodi opera continentur quadruplici magna sylloge: *Classicorum auctorum* e vaticanis codd. editorum t. 10 in 8., Romae 1828—38, qua collectione continentur inedita quoque Ciceronis aliorumque scriptorum veterum profanorum; *Scriptorum veterum* nova collectio e vaticanis codd. edita, Romae 1825—38 t. 10 in 4; *Spicilegium romanum,* ib. 1839—44 t. 10 in 8; *Nova patrum bibliotheca,* Romae 1852—53 t. 6 in 4. Alium t. (1871) et 8. adjecit occasione jubilaei pontifici 1888 Cozza Luzi, qui complectitur Theodori Studitae sermones catecheseos parvae et magnae pp. 2; in p. 3. habes s. Petri Argivorum episcopi historiam et sermones; t. 10 prodiit[1]) Romae 1905. Plures quoque diss, inseruit collectioni: *Dissertazioni* della pontificia academia romana di archeologia, vel *Annali* delle scienza religiose[2]). Post ejus mortem prodiit cura C. Vercellone, ut supra (p. 1213) diximus *V. et N. T.* ex antiquissimo cod. vaticano, Romae 1857 t. 5 in 4. (m. 120). *Epistolario* edidit Cozza-Luzi, Bergami 1883.

581. K. Thoenissen elaboravit duas diss. historico-theologicas, in quibus disserit in primis *de Clemente Romano,* Treviris 1841; et diss. praemio donatam: *Kritik* der Ansicht gegen die Möglichkeit und Nothwendigkeit eines philosophischen Beweises für das Dasein Gottes, Coloniae 1836 in 8; *über die in unsern Tagen behauptete Unmöglichkeit* eines Beweises des Dasein Gottes in Ztschr. für Phil. u. k. Theol. Bonn 1847 fasc. 2 p. 50—85. — Maxim. Jos. Wocher n. 17. Nov. 1803, docuit aliquamdiu Tubingae apologeticam, encyclopaediam theologicam et methodicam, obiit rector convictus ehingani 21. Aug. 1852. Germanice vertit opuscula patrum apostolicorum Clementis et Polycarpi, quae et commentariis illustravit Tubingae 1830; describit *die letzten Reisen* u. Schicksale der Apost. Petrus und Paulus nach Clemens von Rom und Dionys von Corinth, in theol. Qtlschr. 1830 p. 621—48. Adversarius

---

[1]) Ita Marchi l. c.

[2]) KL.[2] 8, 483—86. — Adjutorem habiut Octavium Fraja Frangipani OSB. monasterii Montis Cassini, Putealanum (n. 10. Sept. 1763; † 10. Jun. 1843) virum doctum, bibliothecarium, qui reperit ediditque *sermones X* s. Augustini, Romae 1819; Parisiis 1836.

[1]) Mercati theologische Revue V (1906) p. 265—70.

[2]) Cf. accuratum catalogum omnium operum et fragmentorum, quae quadruplici illa collectione continentur, et diss. etc. apud Backer 2, 962—993, et in fasc. lit. Bessarione IX (1904) fasc. 80 p. 103 ss.; 1905 fasc. 82 p. 59 ss.; II, 9 (1905), 308 ss.; II, 10 (1906) 169 ss. etc.

erat coelibatus [1]). — Jo. Nep. Stigler systematice exponit *die Psychologie* des h. Gregor von Nyssa, Regensburg 1857 in 8. — J. M. Prot composuit *Histoire de s. Irénée* second évêque de Lyon, docteur de l'Eglise et martyr, Lugduni 1843 in 8. — *Della patria di s. Girolamo* ... e della lingua slava relativa allo stesso, Venetiis 1824, disputavit Petrus Stancovich Barbanae in Istria n. 24. Febr. 1771, qui Patavii sub Valsecchi et Albertini theologiae, simul tamen disciplinis physicis et mathematicis operam dedit. Canonicus et parochus suae patriae factus, parochiae renunciavit aliisque muneribus ipsi oblatis, ut liberius studiis vacaret. Ante mortem lumen oculorum amisit. Decessit senex 81 annorum 12. Sept. 1852 de historia suae patriae insigniter meritus, cui etiam s. Hieronymum asseruit in diss. cit. Ejus tamen opinionem acriter impugnavit Joan. Capor in diss. *della patria di s. Girolamo* Romae 1828, cui respondit auctor noster in *Apologia* in sostegno della istrianità di s. Girolamo, Tergesti 1828, et in alia Apologia: *S. Girolamo* dimostrato evidentemente di patria istriano, ib. 1829. *Degli altari* e della loro consecrazione e violazione, Venetiis 1837. Sed praecipuum ejusdem opus est: *Biografia* degli uomini distinti dell'Istria, Tergesti 1828. 1829 t. 3 in 8., chronologice disposita, opus doctum et diligens. Reliquit plura msc. et bibliothecam collectionesque ditissimas monumentis et documentis patriis refertas; propter suam eruditionem plurium academiarum italicarum erat socius [2]). — Jos. Planche rhetoricae professor in collegio bourbonico († 1853) dedit *L'Esprit de s. Basile,* de s. Grégoire de Nazianze et de s. Chrysostome ou Choix des plus beaux passages de ces trois orateurs sacrés, Parisiis 1860 in 12. — Jo. B. Bergier scripsit *Histoire de s. J. Chrysostome* ... sa vie, ses oeuvres, son siècle, influence de son génie, 1856 in 8. — Jos. Franc. Rabanis Cameracensis (n. 1801; † 1860) decanus facultatis literarum burdigalensis, et in ministerio pro instructione publica sectionis caput, edidit *S. Paulin de Nole;* études historiques et littéraires Burdigalae 1841 in 8., specimen ut videtur majoris operis, quod demum auctore (vel curante) Francisco de Sales Soulry (n. 1793; † 1857) t. 2 in 8. ibid. a. 1853 prodiit. *Clément V et Philippe le Bel, Lettre* à M. Charles Daremberg sur l'entrevue de Philippe le Bel et de Bertrand de Got a St. Jean d'Angeli. Suivie du journal de la visite pastorale de Bertrand de Got dans la province ecclésiastique de Bordeaux en 1304 et 1305, Parisiis 1858; in quo l. utriusque historiam proponit, suisque animadversionibus suspiciones adversus s. Sedem sparsas dissipat [1]). — Lud. Firminus Hervaeus Bouchitte Parisiensis, professor historiae in collegio versaliensi (n. 15. Febr. 1795, † 1861), in lucem dedit; *Le rationalisme chrétien* à la fin du XI^e^ siècle ou Monologium et Proslogium de s. Anselme ... traduit et précédé d'une Introduction, Parisiis 1842; opus non probandum; praecesserat jam: *Histoire* des preuves de l'existence de Dieu considérées dans leurs principes généraux depuis les temps les plus reculés jusqu'au Monologium d'Anselme de Canterbery [2]), ib. 1841 in 8. — Patricius Franc. Maria Cruice in Hibernia parentibus gallis natus 27. Jul. 1815 episcopus massiliensis (1861), qui resignato a. 1864 episcopatu decessit 12. Oct. 1865, edidit *Philosophumena* sive haeresium omnium confutationem, opus Origeni adscriptum e cod. parisino productum, latine vertit notis variorum suisque instruxit,

[1]) Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 43, 703.
[2]) Cf. Wurzbach 37, 126—30.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1861 p. 492—506.
[2]) Lud. Abroell auctor est diss. (inauguralis) *S. Anselmus Cant.* de mutuo fidei ac rationis consortio, Würzburg 1864.

prolegomenis et indicibus auxit[1]), Parisiis 1860: cui proluserat duplici jam opere: *Études* sur de nouveaux documents historiques empruntés à l'ouvrage récemment découvert des Philosophumena et relatifs au commencement du christianisme et en particulier de l'Église de Rome, ib. 1852 in 8. et *Histoire de l'Église de Rome* sous les pontificats de s. Victor, de s. Zephyrin et de s. Calliste de l'an 192 à l'an 224, ib. 1856. *De quelques discussions récentes* sur les origines du christianisme; le dr. Baur, le dr. Neander et M. E. Renan, ib. 1858 in 8; *de l'accord* de la religion et de la liberté, ib. 1862.

IV. Historia ecclesiastica.

582. Historiam Ecclesiae *universalis* aggressi sunt multi, quorum aliqui sat breviter et obiter, alii laudabili plane diligentia. In *Italia Praelectiones* (sane doctas et utiles) historiae ecclesiasticae, quas in collegio Urbano de propaganda fide habuit, Jo. Bapt. Palma historiae ecclesiasticae professor[2]) in palatio pontificio seditionis occasione interfectus († 1848), edidit Romae 1838-46 t. 4 in 8., in quibus praeclare et docte vindicat primatum adversus protestantes. — Clarus Vascotti Min. Insulae in Istria n. 26. Dec. 1799, juris canonici lector et iteratis vicibus suae provinciae praepositus († 30. Apr. 1860), vir egregie religiosus et doctus, reliquit *institutiones* historiae ecclesiasticae N. F. 1851, in quibus fere expilavit Ruttenstock (de quo mox) neque id satis feliciter. Altera ed. prodiit Goritiae 1867 cura Joannis Hrast iu seminario goricensi professoris († 1874); Lincii 1881 t. 2 in 8; cura M. Hiptmair; 1887 ed. 5; Viennae 1895 ed. 6. opus tironibus utile[3]); *Enchiridion juris canonici*, Romae 1851; *dell' immacolato concepimento di M. V.*, pluresque diss. inseruit foliis literariis *l'Istria* inscriptis[1]). — Ignatius Mozzoni ord. s. Joan. de Deo, vir in antiquitate ecclesiastica admodum versatus et vere modestus († 21. Mart. 1861), sagaci ingenio et artificio composuit *Tableaux chronologiques-critiques* de l'histoire de l'église universelle, éclaircis par des explications tirées de l'archéologie et de la géographie, quae 13 fasc. prodierunt Venetiis 1852—67 in f. egregiis delineationibus et doctis notis refertae[2]). — Plura ad historiam ecclesiasticam sec. XVIII. et XIX. spectantia praeclare narrat Barth. Pacca. Patria erat Beneventanus patricia stirpe natus 25. Dec. 1756. Ob impensum literarum historiaeque studium juvenis adscriptus est academiae Arcadum. Absoluto studiorum curriculo a Pio VI. cubiculariis secretis et dein praelatis domesticis adlectus est, mox vero designatus nuncius apostolicus ad tractum Rheni dictusque archiepiscopus damiatensis (26. Sept. 1785). Magna prudentia, sagacitate et fortitudine difficillimis illis temporibus functus est munere suo stetitque pro juribus Ecclesiae, praesertim adversus famosam punctationem emsanam. Inde translatus est (1795) ad aulam olisiponensem. In meritorum praemium a Pio VII. creatus est 23. Febr. 1801 cardinalis

[1]) Cf. Nolte qui in Tübinger Qtlschr. 1862 p. 624—670 plurimas emendationes textus suggerit. Cf. de ipso (sat jejune) L'Episcopat p. 337.

[2]) Cf. Zeitschrift für Phil. und kath. Theol., Coloniae 1847 IV, 152—59; Roskovány 4, 621. 624.

[3]) Cf. Lit. Handweiser 1883 c. 138 s. Rigidius censet Erhard in österr. Literaturbl. 1898 VII, 705 ss.

[1]) Cf. Wurzbach 49, 302.

[2]) Cf. Laemmer Misericordias Domini, Friburgi 1861 p. 117—24.

et a. 1808 electus in prosecretarium status. Pontificem permovit, ut excommunicationem in Napoleonem ferret, concordatum illius violentiis extortum rescinderet, societatem Jesu restitueret (1814), eumque vi Roma abstractum 6. Jul. 1809 secutus est fidelissimus comes, sed mox ab illius latere abreptus arci Fenestrellae inclusus et ultra triennium arctissima durissimaque custodia fuit ibidem detentus. Inde liberatus fuit nonnisi post initum concordatum inter pontificem et Napoleonem. Romam rediit cum Pio VII. a. 1814, variisque muneribus honorificis functus est sub Leone XII., Pio VIII. et Gregorio XVI., qui eum magni fecerunt. Decessit[1]) collegii cardinalium decanus optime de sede apostolica meritus 19. Apr. 1844 anno aetatis 88, cardinalatus 44. Ecclesiae praesul erat undequaque venerandus, collegii cardinalium decus et ornamentum, consilio et prudentia gravis, comitate et moribus spectatissimus, eruditorum maecenas, quos libenter apud se visebat, cum et ipse insigniter esset eruditus. Reliquit plura opera, stilo et narrandi nitore amoenissima, quae spectant ad historiam sui temporis, quorum eo magis est momentum, quod ipse est testis eorum quae narrat, imo et pars magna. Potiora sunt; *Memorie storiche*[2]) per servire alla storia ecclesiastica del secolo XIX., Romae 1830 ed. 2. t. 3 in 8., *Memorie storiche* del ministero, de' due viaggi in Francia e della prigionia in Fenestrelle, Pesaro 1830; *Memorie storiche* sul soggiorno in Germania[3]), Romae 1832, cum appendice egregia de *nunciis; de' grandi meriti* verso la chiesa cattolica del clero, della università e de' magistrati di Colonia nel secolo XVI.; *Relazione* del viaggio di Pio VII. a Genova nella primavera dell'anno 1815, e del suo ritorno a Roma, Urbe Vetere 1833 in 8., qua continentur pretiosa documenta antea inedita; *Notizie* sul Portogallo con una breve relazione della nunziatura di Lisbona 1795—1802. Romae 1835; quae omnia prodierunt germanice Augustae 1830—36 t. 6 in 8; cum supplemento 1840, plura etiam gallice; Notizie istoriche intorno *la vita e gli scritti* di Mons. Francesco Pacca arcivescovo di Benevento († 1832), Mutinae 1838 in 4. Rinieri *Correspondenza inedita*[1]) dei Card. Consalvi e Pacca nel tempo del congresso di Vienna (1814-15) Torino 1903.

583. In *Germania* praetermissis H. Berthes parocho, cujus exstat *Die Geschichte der christl. Kirche,* Moguntiae 1840. 1843 t. 2 in 8., ad populi captum accommodata et pro eo utilis — Hermanno Jos. Elshoff Gronaviensi[2]), religionis praeceptore in gymnasio bonnensi, pastore primario werdensi (n. 17. Sept. 1795; † 1. Dec. 1843), qui collegit *Denkwürdigkeiten* aus der christlichen Religions- und Kirchengeschichte p. 1. das apostolische Zeitalter und die drei ersten Perioden, Bonnae 1839; *Biblische Geschichte* für Schule und Haus, ib. 1829—36 pp. 3. — Hermanno Henr. Fortmann[3]) Vechtensi, ludimagistro (n. 1. Mart. 1805; † 16. Mart. 1844), cujus sunt: *Geschichte der christl. Kirche,* Oldenburgi 1835; *kurze Geschichte* der deutschen Kirchentrennung oder sogenannten Reformation, nebst einer Uebersicht der gleichzeitigen Religions-Veränderungen ausserhalb Deutschlands, Monasterii 1836; *Denkwürdigkeiten* aus der Religions- und Kirchengeschichte, ib. 1841. 1842 t. 2. — Burchardo Hen. Freuden-

[1]) Cf. Artaud Biogr. univ. 76, 171—189; Moroni 50, 85—89; Sleumer Hdl. II, 1279; in primis Angelini de vita et moribus R. Pacca card., Romae 1859.

[2]) Cf. Kerz Litzt. 1831 IV, 1—36.

[3]) Cf. Kerz 1833 I, 36—46; Tübinger Qtlschr. 1833 p. 548—62.

[1]) Cf. Bellesheim hist.-polit. Blätter 1336—45.

[2]) Cf. Rassmann I, 97.

[3]) Ib. p. 113.

feld SJ. Schwerini in Mecklenburg parentibus protestantibus 1. Jan. 1784 n., professore historiae in universitate bonnensi, sed ad fidem catholicam converso et in Soc. J. ingresso, qui professor fuit philosophiae et historiae in collegio friburgensi mortuusque est expulsus cum sodalibus et profugus in Angliam 10. Jul. 1850. Ejus est *Tableau analytique* de l'histoire universelle, Paris 1848, cujus analysim exhibet Jo. Perrone in Annali delle scienze relig. Ser. II (1850) n. XXI p. 389—416. — Joanne Sporschil Brunensi, laico (n. 1800: † 1863), auctore feraci librorum pro populo, inter quos sunt *populäre Geschichte* der kath. Kirche, Lipsiae 1846. 1847 t. 3 in 8; *Geschichte der Kreuzzüge* 1843 et plures libelli adversus Rongeanos — mentione digni sunt viri eruditi, qui in historia ecclesiastica excelluerunt: Jacobus Ruttenstock can. reg. s. Aug. in canonia neocastrensi Viennensis n. 10. Febr. 1776, juris canonici et historiae ecclesiasticae lector (1804), hujus disciplinae in universitate viennensi clarus professor (1813), et librorum censor, demum (1830) suae canoniae praepositus plane egregius et a. 1839 rector magnificus universitatis († 22. Jun. 1844), qui scripsit stilo nitido bonas *institutiones* historiae ecclesiasticae, Viennae 1832—34, t. 3, quae pertingunt tantum ad a. 1815. Vir erat ab omni fastu alienus, urbanus et affabilis, confratribus suis frater sincerus[1]). — Jo. Nep. (in baptismo Carolus Ant. appellatus) Hortig n. 3. Mart. 1774 Bleystenii in Palatinatu superiori, qui juvenis (1793) ingressus est O. S. Ben. Andecii. Post monasterii suppressionem vocatus fuit Salisburgum philosophiae professor (1803), inde Ambergam translatus (1806) ad docendam historiam ecclesiasticam, cujus cathedram cum eximia laude per septennium est moderatus. Eam tamen a. 1813 cum parochia windisch-eschenbacensi commutavit. Hinc post annos novem, quos in pastorali cura zelose peregit, die 10. Maj. 1821 ad cathedram religionis in genere et theologiae moralis promotione cl. Sailer vacantem evocatus est. Translata universitate Monachium et ipse translatus est et designatus theologiae moralis, patristicae et historiae ecclesiasticae professor, et 1824-25 electus rector magnificus, sed jam a. sequenti adlectus est capitulo cathedrali, hinc propter auctos labores cathedrae valedixit. Receptus est inter academiae socios, decoratus insignibus s. Michaelis, imo et episcopalis dignitas ei fuit oblata, quam tamen modeste recusavit († 27. Febr. 1847). Vir erat admodum eruditus, comes et beneficus[1]). Coepit *Handbuch der christlichen Kirchengeschichte*[2]), Landishuti 1826 t. 1; 1827 t. 2. p. 1; p. alteram adjecit Döllinger qua illud continuat[3]) usque ad 1789. Hujus velut nova editio retractata, imo fere novum opus est ejusdem Döllinger: *Dr. J. N. Hortigs Handbuch* der christl. Kirchengeschichte[4]), ib. 1833. 1835 t. 1. pp. 1. et 2., quod pertingit ad a. 680, neque absolutum fuit. Variis fasciculis literariis inseruit articulos, reliquit et conciones aliaque plura. — Aliud compendium utile elaboravit Jos. Ignatius Ritter n. 12. Apr. 1787 in Schweinitz, in bonnensi (1823), ubi pro Hermes stetit, deinde in wratislaviensi universitate professor (1830), capituli decanus et vicarius sede vacante (1840) et sub episcopo Knauer vicarius generalis, qui strenue impugnavit Rongeanos († 5. Jan. 1857). Illud saepius edidit gradatim in melius emendatum: *Handbuch der Kirchen-*

[1]) Cf. Černík p. 234—37.

[1]) Cf. Lindner 1, 301—303; Permaneder annales Ingolst. V, 388; Lauchert allg. d. Biogr. 50, 577 s.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1827 p. 91—104; Kerz Litzt. 1826 III, 290—300.

[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1829 p. 96—118.

[4]) Ib. 1835 p. 96—118.

geschichte[1]), Bonnae 1826—30 t. 3; 1851 ed. 4; 1862 t. 2 ed. 6. cura archivarii Ennen[2]). Edidit praeterea: *Populäre Vorlesungen* über Kirchengeschichte der ersten vier Jahrh., gehalten im Winter 1847/48, Paderbornae 1849 in 8., utiles lectu pro laicis[3]): diss. Eusebii caes. *de divinitate Christi* placita, Bonnae 1823; *Geschichte der Diöcese Breslau,* Wratislaviae 1845 p. 1. in 8., cujus historiam prosequitur a primis religionis christianae initiis in Silesia usque ad a. 1290; *Irenikon* oder Briefe zur Förderung des Friedens und Eintracht zwischen Kirche und Staat, Lipsiae 1840; *der Kapitular-Vikar,* eine kanonistische Abhandlung, Monasterii 1842; plures libelli de controversiis illius temporis; *die deutschen Dioskuren* d. protest. Kirche in Deutschland. Dr. Bunsen und Dr. Stahl, Breslau 1856; curavit quoque cum Braun novam ed. op. *de christianae Ecclesiae politia* etc. auctore Pellicia (cf. pag. 1007), Coloniae 1829—38. Cum Herber edidit *Breslauer Zeitschrift* f. kath. Theologie, Breslau 1832. 1833 t. 2; fasc. literariis bonnensibus inseruit diss. *Die Irrthümer,* worin der Exeget bei der Ausübung der hermeneutischen Kunst verfallen kann. Quelle und Arten derselben 1837 fasc. 21 p. 1—34. — Jo. B. Salfinger sacerdos (n. 1818; † 4. Jun. 1858) concinnavit *Rundschau* in kirchl. Lebensgebieten Deutschlands, Helvetiens, Frankreichs und Belgiens, Regensburg 1846, quo in op. conspectum exhibet ecclesiastici status harum regionum, prout eum reperit in suo per eas instituto itinere. Omnia tamen haec historiae ecclesiasticae compendia suo tempore sane utilia jam melioribus, quae modo prodierunt, antiquata sunt.

584. Historiam majoris molis et rigidiori critica elaboravit Jos. Ferdinandus Damberger S. J. Passaviensis n. 1. Mart. 1795, qui prius munere concionatoris ad s. Cajetani Monachii, dein parochi functus erat, antequam Soc. Jesu ingrederetur (1837). Lucernae historiam docuit (1845—47), dein cum sodalibus expulsus et profugus in Italiam secessit; demum Schaeftlarn se recepit, ubi incredibili diligentia prosequendo suo operi incubuit: *Synchronistische Geschichte der Kirche und Welt* im Mittelalter, Ratisbonae 1850—63 t. 15 in 8., quibus perpetuus adjectus est appararatus criticus; ultimum curavit D. Rattinger post auctoris obitum († 1. Maj. 1859). Pertingit ea ad a. 1378, desunt tres tomi, quibus auctor reliquum comprehendere cogitaverat. Ea thesaurus est immensae et stupendae eruditionis, opus rigidae criticae, qua se emancipat libertate ingenua et intrepida a tot praejudiciis, mendaciis, erroribus, calumniis, corruptelis, quibus tot Ecclesiae adversarii infecerant et obscuraverant historiam ecclesiasticam. Fatendum tamen est et methodum esse nonnihil impeditam, et in judicio critico eum subinde aequi limites excedere[1]). — Praeclarum historiam eccclesiasticam a Stolberg coeptam (cf. p. 1717) conti-

[1]) Alzog ist reichhaltiger, censet Hefele KL.[1] 6, 154, in Angabe der Literatur sowohl als in Betreff des Materials, aber Ritters Darstellung ist klarer und zum Selbstunterricht passender. Werner Geschichte etc. pag. 609 addit: Die innere geistige Seite der kirchlichen Lebensentwicklung zu schildern war Ritters Sache nicht; in dieser Hinsicht ist sein kirchengeschichtliches Handbuch auch noch in den letzten Auflagen dürftig und ungenügend geblieben. Cf. Tüb. Qtlschr. 1831 p. 77—90; 1836 p. 339—63; 664—84; 1847 p. 507—21. Cf. de ipso et de ejus scriptis Otto Schmid allg. d. Biogr. 28, 678; Zeck KL. X, 1213—15.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1863 p. 337—48.

[3]) Cf. Hefele Tüb. Qtlschr. 1849 pag. 696—710.

[1]) Cf. lit. Handweiser 1864 c. 380—3; Werner l. c. pag. 522: Die neuere katholische Literatur Deutschlands besitzt kein anderes Werk ähnlicher Art, und es dürften wohl Decennien vergehen, ehe das durch

nuavit Fridericus de Kerz, n. 1763 origine Hollandus, quondam militiae aliisque muneribus publicis addictus, quibus relictis vitam duxit pietati et studio deditam († 3. Dec. 1849). Tomis 15 jam editis adjecit alios 30 scil. 16—45 ab a. 1825—48. Tomum 46. jam edi coeptum ad finem perduxit J. N. Brischar, qui alios t. (ab 47—53) addidit. Prosequitur Kerz historiam illam ad finem usque sec. XII, sed rationem magis habet historiae universalis, quam ecclesiasticae, neque antecessoris sui dotes insignes assequitur. Optimam tamen intentionem sincerumque affectum erga Ecclesiam catholicam prae se fert[1]). Alii studii ipsius fructus fuere: *Ueber den Geist und die Folgen der Reformation* besonders in Hinsicht der Entwickelung des europäischen Staatensystems, ein Seitenstück zu Villiers Darstellung der Reformation Luthers, Moguntiae 1810. 1822. 1830, opus sagax et consideratione dignum, quo intrepide Ecclesiae tuetur auctoritatem salutarem. Germanice vertit opus celebre Dallas anglicani: *Ueber den Orden der Jesuiten,* Düsseldorpii 1820 in 8., quod simul auxit supplementisque locupletavit; Monachii 1821. Redegit ab. a. 1828-35 *Katholische Literaturzeitung* a Felder et Mastiaux prius editam (cf. p. 991), in qua strenue et utiliter rem catholicam egit; ab a. 1835 socium habuit de Besnard. — Caspar Riffel[2]) Büdesheimensis n. 19. Jan. 1807, Gissenae parochus et professor, cathedra motus est magna catholicorum indignatione (1841) ob opus mox citandum, Moguntiam secessit erectoque ibidem illustri seminario ab episcopo Ketteler designatus est professor historiae ecclesiasticae († 15. Dec. 1856). Multum contulit ad restaurandum ecclesiasticum in clero spiritum. Edidit *Kirchengeschichte* der neueren und neuesten Zeit vom Anfang der grossen Glaubens- und Kirchenspaltung des 16. Jahrh. bis auf unsere Tage, Moguntiae 1841—46 t. 3 in 8., opus egregium et accuratum[1]), propter quod cathedra fuit motus; *geschichtliche Darstellung* des Verhältnisses zwischen Kirche und Staat, von der Gründung des Christenthums bis auf Justinian I., Moguntiae 1836, opus eruditum, non absolutum; *die Aufhebung des Jesuitenordens,* eine Beleuchtung der alten und neuen Anklagen wider denselben, ib. 1845 in 8; 1855 ed. 3. *Predigten* auf alle Sonn- und Festtage des J., Mainz 1839—40 t. 2; 1854 ed. 3. — Joannes Weingartner Gmundensis (n. 1784) aliquamdiu professor theologiae pastoralis et juris canonici in seminario linciensi († 9. Juni 1842), scripsit *Ueberblick der Bekehrung Europas* oder kurze Geschichte der Einführung des Christenthums bei den europäischen Völkern vom 1. bis ins 14. Jahrh., Lincii 1824.

585. In *Belgio* Joannes Moeller Monasterii n. 1806, in universitate lovaniensi ab a. 1834 ad mortem usque (11. Dec. 1862) professor descripsit[2]) *Manuel d' histoire du moyen-âge* depuis la chute de l' empire d' Occident jusq' a

---

Damberger zusammengetragene Material in anderen Geschichtsdarstellungen von leichterer Haltung gehörig ausgebeutet und verwerthet sein wird.

[1]) Cf. hist.-pol. Blätter 1849 p. 377—82; allg. d. Biogr. 15, 653; Uedink KL. VII, 393.

[2]) Weiss allg. d. Biogr. 28, 606.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1847 p. 483—507.

[2]) Cf. Biographie acad. Lovanii 1880 1, 161—4; Lamy Biogr. nat. XIV, 938—42. — Ejus pater Jac. Nicolaus M. origine Norwegus, n. 6. Febr. 1777, religione protestans, fidem catholicam est amplexus 27. Jan. 1804; factus est professor honorarius lovaniensis († 30. Nov. 1862). Praeter plures diss. theologicas et philosophicas, quas inseruit variis foliis literariis, scripsit *Scotus Erigena* und seine Irrthümer, Moguntiae 1844; *Die Grundsätze des Hermianismus* und deren Verhältniß zur kath. Kirche, Speier 1832. Cf. ib. 159—61; Tüb. Qtlschrift 1845 pag. 157—166; 302—10;

la mort de Charlemagne, Lovanii 1837, etiam ipso auctore germanice, Moguntiae 1844, et *Précis* de l'histoire du moyen-âge, Lovanii 1841; 1846; *Cours complet d' histoire universelle* (usque ad a. 1830) à l'usage des collèges, ib. 1849—57, t. 6 in 12. Tornaci 1861; 1875 t. 5 in 12. ed. 12., quem auctum et dilatatum edere cogitavit, sed prodiit tantum t. 1: *Weltgeschichte* vom christlichen Standpunkt aufgefasst, Friburgi 1862 in 8. Ejus filius Carolos edidit *Traité des études historiques*, Parisiis 1888, quem pater tradiderat ante 40 a. a., illum tamen additionibus perfecit, ut recentiori jam aetati esset accommodatus. — Praetermittimus Al. comitem de Robiano (n. 5. Jul. 1793; † 14. Jun. 1856), quem historiam eccl. auctore Berault Bercastel continuasse diximus p. 398, defecit enim ab ordine (SJ.) et omni functione sacerdotali. — In *Gallia*[1]) Matthias Richard Augustus baro de Henrion Metensis, advocatus, curiae acquensi a consiliis (n. 19. Jun. 1805; † 1862) aliquot societatibus literariis adscriptus, composuit *Histoire générale* de l'Eglise depuis la prédication des apôtres jusq'au pontificat de Grégoire XVI., Parisiis 1844 t. 13 in 8. ed. 5, quorum priores 9 continent textum emendatum Berault-Bercastel, 4 reliqui continuationem ad a. usque 1843; 1866—75 t. 25 (continuata usque ad Pium IX.) curante Migne; *Histoire de la Papauté*, ib. 1832 t. 3 in 12: *Histoire générale* des missions catholiques depuis le XIII^e siècle jusqu'à nos jours, Parisiis 1844—1847 t. 2 in 8; *Histoire des ordres religieux*, ib. 1831. 1835 t. 2 in 12. ed. 2. germanice interprete Fehr 1845—50 t. 4 in 8., Schaffhausen ed. aucta; *Tableau* des congrégations relig. en France, Paris 1831. Redegerat aliquamdiu folium religiosum L'Ami de religion. A pontifice honoratus fuit in signibus Gregorii. — Guillon de Montléon Lugdunensis[1]) n. 25. Mart. 1758 intrepida libertate impugnavit patronos constitutionis cleri, quam dixerunt, civilis. Hinc in se concivit factiosorum hominum odium, qui eum morti destinarunt, quam nonnisi fuga evasit. Post reditum cum monarchiae causam scriptis tueretur, in carcerem fuit conjectus ac per septem menses eodem detentus. Inde ereptus regimen consulare impugnavit, ideoque iterum in carcerem conjectus et Mediolanum relegatus est. Plura composuit scripta argumenti politici vel literarii, vitas seu biographias eruditorum, praesertim italorum, pro *Biographie universelle* auctore Michaud. Ad rem nostram sunt: *Histoire générale* de Eglise pendant le 18^e siècle, cujus t. 1. tantum Parisiis 1823 prodiit. Merito enim non arrisit, nam inficitur principiis gallicanis, quae etiam supra omnem modum urget et vindicat[2]); vellicat quoque in ea Fénelon. Majoris utilitatis et momenti est: *Les Martyrs de la foi* pendant la révolution française ou martyrologe des Pontifes, Prêtres, Religieux, Religieuses, Laïques qui périrent alors pour la foi, ib. 1821 t. 4 in 8., quibus 1822 t. 5. adjecit,

---

Lamy Biogr. nat. de Belg. XVI, 935—38. Hujus nepos Carolus C. A. Moeller n. 14. Apr. 1838, ab a. 1863 pariter est professor in universitate lovaniensi, de quo cf. Bibliogr. ac. p. 154—66.

[1]) Joannes Nicolaus Loriquet SJ. Asprenciaci (Espernay) n. 5. Aug. 1767, innumera opera in utilitatem studiosae juventutis edidit vel suppresso nomine vel sub literis A. M. D. G., inter quae et *Abrégé de l' Histoire ecclésiastique* ... depuis J. C. jusqu'à l'an 1814, Parisiis 1815, saepissime deinde editum († 9. Apr. 1845). Illud retractavit et continuavit Franciscus Gazeau SJ. (n. 27. Maj. 1827; † 30. Maj. 1877) iterumque saepe edidit, ib. 1868; 1888 ed. 17. Idem plures inseruit diss. de Bossueti mente circa infallibilitatem Ecclesiae in fasc. literarios Etudes.

[1]) Alius ab eo cujus mox p. 1252 meminimus.

[2]) Ad eadem urgenda et vindicanda condidit 1825 folium periodicum *La France catholique*, a cujus tamen editione cessare debuit. Cf. Feller 4, 314.

in quo opere pretiosas notitias ultra quatuor miliarum personum omnis conditionis, quae terroris tempore subierant mortem. exhibet. Decessit 13. Febr. 1841 senex 83 annorum, postquam tristi exemplo jam diu omnia sui status munera neglexerat.

586. Longe melius de eodem sec. 18. scripsit Mich. Jos. Petrus Picot n. 24. Mart. 1770 in oppido Neuville aux Bois prope Aurelianum. Vicennis jam absolverat theologiae cursum; cum vero propter aetatem nondum potuisset ordines sacros recipere, magistrum agere jussus est in puerorum seminario: sed in illa omnium rerum publicarum subversione invitus militiae (marinae) adscriptus est (1793), a qua demissus (1797), studio historiae ecclesiasticae in primis se dedit, cujus fructus exstitit opus: *Mémoires* pour servir à l'histoire ecclésiastique pendant le 18e siècle, Parisiis 1806, a viris doctis ut Barruel, Emery, Boulogne magni factum multumque laudatum, quo auctor etiam illustre nomen sibi comparavit. Illud limavit, auxit, continuavit ad a. usque 1815, ediditque iterum 1815. 1816 t. 4, 1853 ed. 3, quorum ultimus complectitur *Liste chronologique* des écrivains du 18e siècle considérés sous le rapport religieux, qui catalogus tamen minoris est accurationis et pretii. A Boulogne adhibitus est socius in edendis foliis menstruis, quae a. 1811 suppressa fuere cf. (p. 849). Restaurata monarchia diu (ad a. 1840) redegit *l'Ami de la religion et du roi,* quo strenue et magna utilitate Ecclesiae clerique causam egit[1]). Alia ejusdem opera sunt: *Mélanges de philosophie,* d'histoire, de morale et de littérature t. $9^1/_2$ in 8., quae collectio coepta quidem fuit a Boulogne, sed a Picot fere composita; hujus quoque opera collegit ediditque a. 1827 et ss. praemisso tomo, quo complectitur auctoris vitam, *Tableau politique et religieux* de la France sous le directoire; et *Précis historique* sur l'Eglise constitutionelle depuis son origine jusq'à nos jours, quae duae diss. laudantur. *Essai historique* sur l'influence de la religion en France pendant le 17e siècle, ib. 1824 t. 2 in 8., quod prae primis laudatur estque supplementi instar operis *Mémoires* chronologiques et dogmatiques auctore Avrigny (cf. IV[3], 890). *Notice* sur la vie et les écrits de M. Emery, 1811 in 8., quam scripsit gratitudinis ergo, quod Emery plurimum ejus studia foverat. Inseruit quoque plurimos articulos aliis foliis literariis, supplemento Dictionarii historici Feller (1809) et *Biographie universelle* (ab. a. 1814—35). Decessit morte subita 15. Nov. 1841, et quamvis nunquam susceperit sacros ordines, clerico dignam duxit vitam et morte sua universo clero luctum indixit. Pro suo sincero in religionem studio a summis pontificibus iteratis vicibus est collaudatus et a Gregorio XVI. insignibus equitum s. Gregorii M. decoratus. — Tossanus Cabuchet narravit *Histoire des premiers temps* de l'Eglise et de l'Empire jusq'au premier concile de Nicée, suivie d'une notice historique sur les premiers pères de l'Église jusqu'au XIVe siècle. Lugduni 1843 in 8. Ejus quoque est *Trilogie* sur le christianisme. Héliogabale, Julien, Charlemagne, Lugduni 1837 in 8. — P. S. Blanc historiae ecclesiasticae professor, vicarius generalis rotomagensis et montalbanus († 1851), composuit *Cours d'histoire ecclésiastique* à l'usage des séminaires[1]), 1845—51; 1860 t. 2 in 8,

[1]) Bi. univ. 33, 203, ubi historia texitur harum ephemeridum, et dicitur: En résumé *l'Ami de la religion* est le répertoire le plus précieux des materiaux utiles à l'histoire ecclésiastique de ce siècle; il contient en outre des articles littéraires d'une critique saine etc.

[1]) Illam dicit Fèvre in vita Rohrbacher praemissa ejus historiae ecclesiasticae § 6: Remarquable par la grandeur du plan, par la justesse des vues et par l'érudition qu'elle suppose.

ed. 3 emendata. — Ita et vicecomes Claudius de Verancourt *Histoire abrégée de l' Eglise catholique* depuis la création jusqu'à nos jours, Versaliis 1867 t. 3 in 8.

587. Copiosiorem narrationem aggressi sunt: Franc. X. Josephus Receveur, theologiae professor in facultate parisiensi (n. 1808; † 1854): *Histoire de l' Église* depuis son établissement jusqu'au Pontificat de Grégoire XVI. contenant l'exposition suivie et détaillée de tous les faits importants avec les réflexions et les éclaircissements nécessaires pour en faciliter l'intelligence, Parisiis 1840—47 t. 8. in 8; *Discours sur l' histoire ecclésiastique* où l'on expose la suite de la discipline, l'etat des moeurs et des opinions dans les différents siècles avec des réflexions sur les hérésies et les événements les plus importants, ib. 1851 in 8; *Introduction* à la théologie, Bisontione 1839 in 8. — Renatus Franciscus Rohrbacher n. in oppido Langatte prope Nancaeum 27. Sept. 1789, initio (1821—26) strenuum missionarium per dioecesim egit, sed captus plausu, quem de La Mennais suis scriptis pro causa catholica ubique emeruit, se illi adjunxit (1826), atque ab a. 1827—35 moderatus est studia theologica illorum juvenum, qui se addixerunt congregationi a de La Mennais institutae. Eo tempore impugnavit declarationem gallicanam duplici libello: *Lettre d' un Anglican* à un Gallican, et *Lettre* d'un membre du jeune clergé à l'évêque de Chartres[1]). Partem sed fere minimam habuit in ephemeridibus *l' Avenir*, quas redegit de La Mennais. Postquam vero ille a recto aberravit tramite censuramque incurrit romanam, Rohrbacher huic mox et palam se subjecit eumque reliquit (1835) atque in seminario nancejensi munus docendi historiam ecclesiasticam acceptavit (1835); dein Parisios se recepit, ubi pietati vacans et studiis decessit 17. Jan. 1856. Elaboravit *Histoire universelle de l' Eglise catholique*, Parisiis 1842—49 t. 29; 1849—53 t. 29 in 8; 1860 t. 29 (30 cum atlante); 1865-67 ed. 4. t. 16, edita iterum et continuata a Chantrel, ed. revue, annotée, augmentée d'une vie de Rohrbacher (auctore le Fèvre), de considérations générales et de Diss. continuée jusqu'à nos jours cura Fèvre, optima editio; 1880—84 t. 15 cur. Guillaume 1903 ed. 10 t. 20; opus laude dignum forma synchronistica concinnatum, spiritu vere catholico informatum[1]), dogmaticum, Ecclesiae et primatus sincera apologia. Plurimum certe illud contulit ad reformandas, imo et eliminandas ideas gallicanas, quae diu nimis per Fleurii historiam praeoccupaverant animum cleri illius nationis alioquin adeo inclitae; unde Fleurii antagonista haud immerito dicitur. Non tamen caret defectibus, hinc non defuerunt, qui illud crisi justae subinde acri subjicerent, ut Caillau, La Couture etc. Stilo etiam minus nitido, potius gravi et subinde inculto, est conscriptum. A variis auctoribus fuit germanice redditum, sed re-

[1]) Hic episcopus est Claudius Hippolytus Clausel de Montals (n. 5. Apr. 1769; † 4. Jan. 1857) terroris tempore non semel in carcerem conjectus. Diu dein degit Parisiis familiari consuetudine utens cum viris illustribus omnis conditionis. Dictus est 29. Apr. 1829 episcopus carnotensis. Gallicanismo erat ex corde addictus, intrepidusque stetit pro libertate instructionis publicae, pro qua asserenda ad octoginta libellos composuit, et in propugnanda religione christiana adversus incredulos. Cf. L'Episcopat franç. p. 191 s.; Danvin, Vie, Chartres 1857 s.

[1]) Unde Editor bene in praefatione recentissimae editionis scribit: *L' Histoire ecclésiastique* de Rohrbacher nous a en particulier rendu le Pape. Par la force de conviction et la puissance d'amour qu'il a fait naître, ce livre nous a fait connaître, aimer, servir, comme il convient la Chaire apostolique. Cf. Michael Zeitschr. für kath. Theol. 1894 pag. 345; de Smedt Principes de la crit. hist. 1883 p. 286.

tractatum, additionibus auctum et limatum[1]). *Vies des saints* pour tous les jours de l'année, 1853. 1854 t. 6 in 8., fere desumpta ex sua historia ecclesiastica; *Motifs* qui ont ramené à l'Eglise catholique un grand nombre de protestants, 1850 in 18. ed. 3; *Tableau* des principales conversions qui ont lieu parmi les protestants depuis le commencement du XIX^{e} siècle, 1827 t. 2; 1841 ed. 2; germanice retractatum et auctum Schaffhausen 1844; *Catéchisme* du sens commun, quem in melius reformatum edidit 1822 ed. 3; 1855; *Réflexions* sur la graçe et la nature, Besançon 1838; *Religion méditée*, 1837. 1852, in qua facta historica religionis et Ecclesiae a creatione mundi usque ad judicium universale meditanda proponit; *le Monopole universitaire dévoilé* à la France libérale et à la France catholique; les doctrines, les institutions de l'Eglise et le sacerdoce enfin justifiés devant l'opinion du pays. Par une société d'écclésiastiques sous la présidence de M. l'abbé Rohrbacher, Nancaei 1840 in 8; *des rapports naturels* entre les deux puissances d'après la tradition universelle, Bisontione 1838 t. 2 in 8.

588. Ant. Frid. Ozanam origine Gallus Mediolani natus 23. Apr. 1813 merito hic est laudandus; sagaciter enim et erudite historia duce inquirit in influxum socialem Ecclesiae medio aevo in literas omnemque cultum populorum. Restaurata monarchia in Galliam rediit, Parisiis juri operam dedit familiariter conversans cum doctissimo viro Ampère, ibique saepe cum condiscipulis virtuti alacrique studio vere deditis frequentes habebat collationes de literis, quo ingenia acuerentur seque ad caritatis christianae officia mutuo excitarent: unde enatae sunt (1833) illae merito celebratissimae et per orbem catholicum diffusae conferentiae s. Vicentii a Paulo, quae innumeris miseris subsidia omnis generis et solatium suppeditant. Absolutis studiis designatus est professor juris commercialis Lugduni (1839). Concursu facto cum splendido successu aggregatus est facultati literarum parisiensi et mox de historia literaria medii aevi praelegere coepit (1841). Praelectionum scopus erat ostendere, quomodo religio christiana ex ruinis imperii romani novum condiderit ordinem socialem capacem possidendae veritatis, colendae virtutis, exprimendae pulchritudinis. Magnos promeruit plausus, multos sincerosque discipulos collegit nobilibusque suis ideis imbuit: sed quod dolendum viribus exhaustis jam defecit 8. Sept. 1853, postquam maximam de se fecerat spem promovendi vere solideque christianas literas[1]). Vir erat piis-

[1]) Scil. ab Hülskamp t. 1—3. Monasterii 1860 (cf. Tüb. Quartalschr. 1861 p. 451—66); t. 4. a. Timermann; 5. 16. 17. a Neteler; 6. 7. a Tappehorn; 8—10. a. Rump; 11. a Kellner; 12. a Koemstedt; 13. et 14. a Tensi; 15. ab Ad. Franz; 18. a Car. Werner; 20. a Beckmann; 23. a Knöepfler; 24. a Fr. X. Schulte. Quo in labore partem quoque habuit Conrad Schmeisser († 13. Nov. 1868), cujus egregiae exstant conciones. Desiderantur adhuc t. 19. p. 2. et 21. 22. et reliqui post t. 24. Cf. hist. pol. Bl. 49 (1862) p. 475—89.

[1]) Cf. Karker F. A. Ozanam, sein Leben u. seine Schriften, Paderbornae 1867, cujus occasione scribit Hülskamp lit. Handweiser 1867 c. 199: F. Ozanam gehört unfraglich zu den grössten Talenten, den besten Charakteren und den eifrigsten Christen des neuern Frankreichs ... Mit Recht sagt der Verfasser: ‚Ozanam war für Frankreich eine rechte Gottesgabe. In seinen 40 Lebensjahren ist Vorbereitung und Thätigkeit wohl vertheilt und das anvertraute Talent zu reichstem Ertrage verwaltet; auf dem Lehrstuhl, in der Literatur, auf dem socialem Gebiet. Veritas und Caritas sind seine Leitsterne.« Cf. Buss in KL. IX, 1221; Feller 6, 363; Curnier La jeneusse de Fr. Ozanam, Parisiis 1889 ed. 3; O'Meara Fr. Ozanam .... His life and works, Londini 1879; Parisiis 1892; Hardy (1878), Legeay (Parisiis 1858; Zanami frater 1879 ib. 1882; de Lambel (ib. 1887), et Huit (ib. 1888) ejus descripserunt vitam.

simus, ingentis eruditionis, nobilium idearum, professor plane eximius. Opera ejus prodierunt Parisiis 1862—65 t. 11 in 8. ed. 2., quorum 1. et 2. complectuntur: *La civilisation au V^e siècle*, introduction à une histoire de la civilisation aux temps barbares suivie d'un Essai sur les écoles en Italie du V^e au XIII^e siècle; 3. 4. *Études germaniques* pour servir à l'histoire des Francs. *Les Germains* avant le Christianisme (ib. 1847). *La Civilisation chrétienne* chez les Francs. germanice Monachii 1845. in 8; 5. *Les Poètes franciscains* en Italie au XIII^e siècle (1852); 6. *Dante et la philosophie catholique* au XIII^e siècle (1845 ed. 2; 1852) germanice Monasterii 1843 in 8. Reliqui t. continent miscellanea, purgatorium Dante versum et commentariis illustratum, necnon epistolas. *Deux chanceliers d'Angleterre:* Bacon de Vérulam et s. Thomas de Canterbery, Parisiis 1836 in 8. et in 12. *Oeuvres choisies* prodierunt Parisiis 1877 in 12. *Pages choisies* cur. Chatelain, Paris 1909.

489. In *Hungaria* composuit *institutiones historiae ecclesiasticae* Pestini 1840 t. 4, Viennne 1854 Nic. Cherrier[1]) (Cherier) orgine Gallus n. 8. Jan. 1790, juris canonici et historiae ecclesiasticae Tyrnaviae professor, canonicus posoniensis († 1862); illasque in compendium lingua hungarica redegit. *Enchiridion juris ecclesiastici* cum singulari ad alienas confessiones attentione[2]), Pestini 1837 t. 2; 1855 ed. 4., in qua editione auctor retractat sententias erroneas josephinismo infectas, quas in prioribus editionibus secutus erat, juraque primatus secundum genuinam Ecclesiae doctrinam proponit. Missus fuit a primate Hungariae, Josepho Kopácsy occasione controversiarum matrimoniorum mixtorum, quae in Hungaria excitabantur, in regiones exteras, Bavariam, Borussiam, Galliam, Angliam etc., ut studeret disciplinae et praxi, quae in illis terris servaretur circa ea, inviseretque instituta et scholas literarias ad promovenda studia per Hungariam. — Ladislaus Vas n. 9. Jun. 1780, historiae ecclesiasticae primum in seminario sabariensi (1805), dein (1815) in universitate pestinensi professor, canonicus magnovaradinensis, abbas battensis et academiae socius, vir sane eruditus († 24. Mart. 1841) praeter fasciculos literarios coepit edere *institutiones* historiae ecclesiasticae N. F. quarum prodiit t. 1., qui complectitur introductionem, Pestini 1828 in 8; eas non absolvit, iterum enim iterumque retractabat sua manuscripta, donec morte fuit abreptus.

590. Marinus Marini basilicae vaticanae canonicus et archivi pontificii praefectus († 1855) luci dedit *Diplomatica Pontificia* ossiano osservazioni paleografiche ed erudite sulle bolle de' Papi, Romae 1841; 1852 ed. 2., in qua erudite quidem de bullarum pontificiarum momento disserit, sed opus omnibus numeris absolutum nondum exhibet[1]). — Romanorum pontificum *gesta* literis consignarunt: Guilelmus Amadeus Augustus Arendt Berolinensis n. 25. Maj. 1808, qui in facultate theologica bonnensi privatim docens praelectiones habuit de historia ecclesiastica recentiori et de reformatione, sed mox morbo impeditus eas suspendere est coactus. Interim fidem amplexus est catholicam (1832) suae-

[1]) Alius a C. de Cherrier († 1872), cujus est: *Histoire* de la Lutte des Papes et des Empereurs de la maison de Souabe, de ses causes et de ses effets ou Tableau de la domination des princes de Hohenstauffen dans le royaume des Deux-Siciles, jusqu'à la mort de Conradin, Parisiis 1841; 1858.

[2]) Cf. München in Zeitschrift für Phil. und k. Theol., Coloniae 1840 II, 105—32; III, 117—47; IV, 97—113; Vering. Lit. Handw. 1876 c. 479.

[1]) Cf. Dickamp hist. Jahrbuch 1883 p. 212.

que conversionis rationes reddidit in 1. *Darlegung der Beweggründe* meines Uebertrittes in die katholische Kirche, eine Zuschrift an die protestantisch-theologische Facultät zu Bonn[1]), Spirae 1832. Mechliniam, dein Lovanium vocatus est (1835) ad docendam archaeologiam christianam, adscitus quoque inter socios academiae regiae († 22. Aug. 1866). Edidit[2]) *Leo der Grosse* und seine Zeit. Moguntiae 1835. Proponit quoque adversus Hermes *Aphorismen* über den Zustand der kathol. Theologie unserer Zeit in Katholik 4 (1833) 1—66. *Manuel* des antiquités romaines, Lovanii 1837. — De eodem illo pontifice habemus: *Histoire du pontificat de s. Léon le Grand* et de son siècle, 1846 t. 2 in 8. auctore Alexandro de Saint-Cheron, qui praeter alia etiam vitam Innocentii III. ab Hurter editam gallice reddidit 1838 t. 3 in 8. — Constantinus Boxich Min. († 1861) lector, ter suae provinciae praepositus, scripsit *biografia* del sommo Pont. Giovanni IV. nato a Zara, 1855. *Ragionamento storico-critico* sopra la patria del massimo dottore s. Girolamo, ib. 1856. — De Silvestro II. scripsit Car. Franc. de Hock in op. Gerbert oder *Papst Silvester II.* und sein Jahrhundert[3]), Viennae 1837. Natus est Hock Pragae 18. Mart. 1808 parentibus judaeis. Familiari conversatione cum Günther ejusque asseclis inductus est in verae fidei agnitionem, quam etiam amplexus est. Günther philosophiae addictus scripsit *Cartesius und seine Gegner,* ein Beitrag zur Geschichte der philosophischen Bestrebungen unserer Zeit[4]), ib. 1835 in 8. aliaque ad promovendas opiniones güntherianas: sed dein totum se dedit vitae politicae[1]), in qua munera maxime honorifica et gravia adeptus est († 3. Jan. 1869).

591. Gregorium VII.[2]) illustravit Augustus Frid. Gfrörer n. 5. Martii 1803 in oppido Calw Silvae nigrae parentibus protestantibus. Tübingae theologiae suae confessionis operam dedit invitus, solum ut parentibus morem gereret in eaque lauream doctoralem promeruit. Post itinera literaria repetentis munere functus est in eadem facultate, sed cum revelationi positivae renunciasset, noluit amplius profiteri theologiam. Libenter acceptavit bibliothecarii munus Stuttgardae, ut se totum studio historiae et philosophiae impendere posset. Inde Friburgum vocatus est ad docendam historiam (1846). Interim plura edidit opera et gradatim rediit a rationalismo ad sensa magis christiana, donec 27. Nov. 1853 fidem catholicam est amplexus († 6. Jul. 1861). Antequam esset catholicus scripsit inter alia[3]): *Philo* und die jüdisch-alexandrinische Theosophie, 1831. 1835 t. 2, quae est introductio ad opus laboriosum et eruditum: *Geschichte des Urchristenthums,* Stuttgardae 1838 t. 3 (in 5 vol.), quorum 1. inscribitur *das Jahr des Heils,* in quo ex monumentis antiquissimis adjuncta historica fideliter referre nititur, in quibus natus est vixitque Christus; 2. sub inscrip-

[1]) Cf. Rosenthal I, 2, 48—51; Biogr. nat. I, 45 s.

[2]) Cf. plurimas ejusdem diss. in Biogr. académique, Lovanii 1880 p. 125—29.

[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1837 p. 795—815.

[4]) Cf. Kerz Litzt. 1835 IV, 189—209.

[1]) Cf. Hoffinger allg. d. Biogr. 12, 530.

[2]) De hoc disseruit etiam Delecluze pictor et criticus († 1863) in op.: *Grégoire VII.,* St. François d'Assisi, St. Thomas d'A., Parisiis 1844 t. 2; Philippon de la Madeleine in op. Le Pontificat de Gregoire VII., Paris 1837 t. 2.

[3]) Cf. Alberdingk Thijm Gfroerer enzijne werken, Harlemii 1870; necrologium in Revue de Louvain 1861 et KL² 5, 579 Rosenthal 1, 807—31. Wunibald Götz qui de eo censet Kirchl. Handl. I, 1687; G. war ein Gelehrter von riesiger Arbeitskraft, seltener Fruchtbarkeit, ausserordentlichen Scharfsinn und geistreicher Auffassung, dabei aber Freund kühner Hypothesen.

tione *Die heilige Sage,* inquirit in genuinitatem et authentiam trium priorum evangeliorum; 3. *das Heiligthum und die Wahrheit* agit de Evangelio s. Joannis, cujus genuinitatem erudite tuetur; *allgemeine Kirchengeschichte,* 1841—46 ib. t. 4 in 7 vol. opus non absolutum, in quo Ecclesiae influxum in ordinem socialem et politicum inquirit magisque ejus speciem externam contemplatur. Pertingit in ea usque ad Henricum IV., unde occasionem est nactus admirandi Gregorii VII. gesta, quae illustrat in opere *Papst Gregorius VII.* und sein Zeitalter, Schafusiae 1859—61 t. 7 in 8., opus immensae eruditionis, stupendae diligentiae et sagacis ingenii[1]). *Urgeschichte* des menschlichen Geschlechtes, ib. 1855, opus tamen non completum, in quo tuetur traditionem s. Scripturae de origine humani generis ab uno pari[2]); *Geschichte des 18. Jahrh.* t. 4., ib 1862-73; *Byzantinische Geschichten*[3]), Graecii 1872—74 t. 2., quorum 1. complectitur Geschichte Venedigs von seiner Gründung bis zum J. 1084, utrumque cur. J. B. Weiss. Ejus quoque sunt *Gustav Adolf*[4]), 1837; 1863 ed. 4. curante Onno Klopp; *Untersuchung* über Alter, Ursprung und Werth der Decretalen des falschen Isidor, 1848; *Prophetae veteres pseudoepigraphi,* Stuttpardae 1840, collectio minoris pretii, cui deest crisis.

592. Alius, qui studio historiae adductus est ad fidem catholicam, fuit Frid. Emmanuel de Hurter, n. 19. Mart. 1787 Schafusiae, suae confessionis olim antistes (1835—40). Adhuc extra Ecclesiam constitutus catholice sensit, scripsit, egit, causamque catholicorum validissime defendit in op. *Denkwürdigkeiten* aus dem letzten Decennium des 18. Jahrh. 1840; die argauischen Klöster und ihre Ankläger, 1841; *Die Befeindung der katholischen Kirche* in der Schweitz[1]) seit dem Jahre 1831, Schafusiae 1842. 1843 pp. 4 in 8. In primis innotuit op.: *Geschichte Papst Innocenz III.* und seiner Zeit[2]) t. 1. et 2., quibus adjecit t. 3. et 4: *Kirchliche Zustände* zu Papst Innocenz III. Zeiten, Hamburgi et Gothae 1834—42; 1841—43 t. 4, opus celebratissimum, infatigabili diligentia, magna accuratione et laudabili in tantum pontificem pietate elaboratum, in varias linguas versum. Vertit et germanice hujus pontificis ll. 6 de mysterio sacrificii missae 1843. In Ecclesiae catholicae sinum se recepit 16. Jun. 1844 suaeque conversionis rationem reddidit in op. *Geburt und Wiedergeburt,* Erinnerungen aus meinem Leben und Blicke auf die Kirche, Schafusiae 1845 t. 3 in 8., opus praestans; 1846; 1867 ed. 4. comp. Inter multa alia edidit etiam Pflichten des Priesters nach dem Französischen 1844. Decessit[3]) historiographus caesareus 27. Aug. 1865 totus occupatus in illustrandis gestis Ferdinandi II., quae complectitur op. *Geschichte Kaiser Ferdinand's II.* und seiner Eltern, 1850—65 t. 11. — Jo. Bapt. Joudon scripsit *Histoire* des souverains pontifes qui ont siégé à Avignon, Avenione 1855 in 12. — Speciatim de Clemente V. plura habet Rose parochus in *Etudes historiques* et religieuses sur le XIV^e^ siècle ou Tableau de l'Église d'Apt sous la Cour papale d'Avignon, ib. 1842. — Jo. Labouderie in op. *l'Art de vérifier les dates* (p. 126) vitam describit Clementis XIV. et Pii VI. Natus est 13.

---

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1860 p. 162—90; 1862 pag. 139—51; Lit. Handw. 1862 c. 40—44.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1855 p. 646 ss.

[3]) Cf. Literar. Handw. 1873 c. 45—48; 1874, 40.

[4]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1847 p. 553—69.

[1]) Cf. ib. 1842 p. 683—87.

[2]) Cf. ib. 1834 p. 716—36.

[3]) Cf. H. v. Hurter (ejus filius) Frid. v. Hurter und seine Zeit, Graecii 1876; Rosenthal I, 2², 258—297; Gla 1, II, 816, ubi copiosa reperitur literatura.

Febr. 1776, et a juventute studii erat amantissimus, insignis, concionnator, socius plurium academiarum eruditarum et scriptor ferax[1]), sed gallicanis opinionibus nimis addictus († 2. Maj. 1840). Edidit notitias de aliquot viris claris, plurimasque inseruit (ultra 500) collectionibus biographicis, necnon et dissertationes fasciculis literariis; opuscula aliorum recudit et literas s. Francisci Salesii plures in lucem protulit. — Franc. Artaud de Montor, legationi gallicae in curia pontificia per 25 annos addictus († 1849), edidit *Histoire des souverains pontifes romains,* Parisiis 1842 t. 8 in 8; 1847—49, quibus adjecit continuationis gratia Histoire *du Pape Pie VII.,* Parisiis 1837 t. 2 in 8; 1839 ed. 3., germanice versa a Silbert, Viennae 1838 t. 2; *du P. Léon XII,* Parisiis 1843 t. 2 in 8., germanice reddita a Scherer[2]), Schafusiae 1844; *du P. Pie VIII.,* Parisiis 1843; germanice (ex parte) a Boost, Augustae 1848. 1849, opus minoris pretii. *Considerations* sur Jerusalem et le tombeau de J. C., Paris 1846. — M. Baptista Poujoulat[3]) (n. 1809; † 1864) praeter alia scripsit *Histoire des papes* depuis s. Pierre jusqu'a la formation du pouvoir temporel suivie d'un aperçu historique de la question romaine depuis 1848 jusqu'en 1862, 1862 t. 2 in 8°, opus levi manu compilatum nulliusque pretii scientifici. — Jo. Edmundus Aug. Gosselin congr. s. Sulp. Rotomagensis, seminarii congr. regens (n. 28. Sept. 1787; † 27. Nov. 1858) edidit[1]): *Pouvoir du pape au moyen âge* ou Recherches historiques sur l'origine de la souveraineté temporelle du Saint-Siége et sur le droit public au moyen âge, relativement à la déposition des souverains; précédées d'une Introduction sur les honneurs et prérogatives temporelles etc., Parisiis 1839; 1845 ed. 2., opus teste Montalembert profundum et solidum, germanice interprete H. Stoeveken, Monasterii 1847 t. 2 in 8. *Oeuvres de Fénélon* . . . après les manuscrits originaux et les éditions les plus correctes; avec un grand nombre de pièces inédites, Versailles 1820—24 t. 22 cum t. complectente Tables; *Correspondence* de F., Paris 1829 seqq. t. 11; *Lettres et Opuscules* inédits de F., supplementi instar, ib. 1850; *Oeuvres complètes* cum utilibus prologomenis[2]). Plura alias de Fénélon edidit, inter quae *Histoire littéraire* de F., Lyon et Paris 1843. Cogitavit et de operibus Bossueti edendis, sed praeveniente morte

---

[1]) Cf. Michaud Biogr. univ. 22, 302; Quérard 4, 345.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1844 p. 333—40.

[3]) Ipsius frater Jo. Jos. Franciscus P. n. 26. Jan. 1826, fuit auctor admodum ferax, qui Parisios veniens familiaritatem cum Michaud (p. 1020) iniit et cum eo bis Orientem invisit. Hinc cum ipso edidit *La Correspondance d'Orient,* Parisiis 1833—35 t. 7 in 8; *Histoire des Croisades,* ib. 1838 t. 6 in 8., cujus et novam edit. (6.) curavit cum notitia de Michaud, ib. 1840—48: et *Nouvelle collection de memoires* pour servir à l'histoire de France depuis le XIII^e^ jusqu'au XVIII^e^ siècle, ib. 1836—38 t. 32 in 8. Solus praeter alia edidit: *Les Droits du Pape,* réponse à la brochure: Le Pape et le Congrès, 1860; *Examen de la vie de Jésus* (auctore Renan), 1863; *Histoire de s. Augustin,* sa vie, ses oeuvres, son siècle, influence de son génie, 1844 t. 3 in 8; 1866 ed. 5., germanice interprete Frid. Hurter, Schaffhausen 1845—47; *Histoire de Jerusalem,* tableau religieux et philosophique comprenant l'entrée des Hébreux, dans le pays de Chanaan, leurs destinées, genie, charactère etc. J. Christ, l'établissement et les premiers siècles du christianisme, les pèlerinages, le royaume français fondé par les croisades; la domination musulmane jusqu'à nos jours, ib. 1842 t. 2; 1865 ed. 5; germanice interprete W. Reithmaier, Augsburg 1841. Operam quoque suam contulit ad versionem operum s. Augustini in linguam gallicam (cum Raulx) et ad plura folia periodica († 5. Jan. 1880). Cf. Polybiblion 1880, I, 172; Lorenz 4, 125; 6, 423; Revue des qq. hist. 27, 643.

[1]) Cf. in primis Bertrand II, 244—60.

[2]) Cf. Bertrand II, 244—60, qui quamvis ed. hanc optimam censeri referat, notat in ep. eam in favorem Fenelon non semper esse accuratam.

consilium exsequi non potuit. *Méthode courte et facile* pour se convaincre de la vérité de la Religion catholique, ib. 1822 in 11; 1840 ed. 4; 1847. 1876.

593. Circa *concilia* non multi erant soliciti[1]). A. J. A. Gautier dedit *Abrégé chronologique* des conciles généraux et de l'histoire contemporaine, suivie de l'état de tous les conciles, tant oecuméniques que particuliers, de la liste des papes et d'un apercu sommaire des annales de l'Église[2]), 1836; 1845 ed. 2. — Roisselet de Sauclières composuit *Histoire chronologique et littéraire des conciles* de la chrétienté depuis le concile de Jérusalem . . . jusqu'au dernier concile de nos jours; contenant les décrets des conciles, l'examen et la critique de leurs actes, ou la preuve de leur authenticité tirée des auteurs contemporains; la définition des hérésies anathematisées, l'exposition du dogme et l'explication de la discipline d'après les décrets des papes et des conciles, les Pères de l'Église et les écrivains sacrés et profanes; et la critique ou la preuve des faits douteux, dogmatiques et historiques, Parisiis 1844 t. 3 in 8., quibus Michael André adjecit t. 3—6, ib. 1854. *Histoire du protestantisme en France* jusqu'à nos jours, précédée de l'histoire des hérésies de Wiclef, de J. Hus et de Luther, Nemausi 1836—40 t. 4 in 8; *Coup d'oeil* sur l'histoire du calvinisme en France et sur l'esprit de politique de cette secte, contenant une diss. sur le massacre de la S. Barthélemy et sur la conjuration d'Amboise; un précis de l'histoire du wiclefisme en Angleterre, et du hussisme en Bohème; une exposition des causes qui ont donné naissance au luthéranisme en Saxe et au calvinisme en France; une notice sur les principaux massacres commis par les calvinistes de Nîmes en 1562-67-90 et durant les cent jours; enfin l'édit de Nantes rendu par Henri IV en faveur des calvinistes et le règlement de l'assemblée de la Rochelle en 1621 pour l'établissement d'une république en France, ib. 1844 in 8.. — Jo. Tejada y Ramiro († c. 1863) diligens compilator, sed minus felix interpres, vertit hispanice canones et decreta omnium conciliorum Ecclesiae hispanae novique orbis in *Coleccion de Concilios* y canones de la Iglesia Española, Matriti 1859—62 t. 7; t. 7. complectitur concordata cum Hispania inita. — Dominicus Costa y Borras archiepiscopus tarraconensis († 1864) conciliorum tarraconensium constitutiones exhibuit operum suorum t. 3. et 6., quae post ejus mortem prodierunt Tarracone 1865. 1866 t. 6.

594. Petrus Franc. Xav. Ram Lovaniensis n. 2. Sept. 1804, theologiae et juris canonici doctor, protonotarius ad instar participantium, primus universitatis lovaniensis rector, qui mul-

---

[1]) Mali spiritus sunt opera L. J. A. Potter belgae Bruggensis, qui propter opiniones politicas in carcerem est conjectus et in exsilium pulsus. Post defectionem Belgii ab Hollandia membrum fuit gubernii provisorii (1786—22. Jul. 1859), cujus sunt: *Considérations sur l'histoire des principaux conciles* depuis les apôtres jusqu'au schisme d'Occident sous l'empire de Charlemagne, 1816 t. 2; *L'esprit de l'Eglise* on considérations philosophiques et politiques sur l'histoire des papes depuis les apôtres jusqu'à nos jours, 1821 t. 6; *Histoire philosophique, politique et critique du christianisme* et des églises chrétiennes depuis Jésus jusqu'au 19. siècle, 1836—37 t. 8 in 8, opus cui deest criticum judicium; *Vie de Scipion de Ricci* Ev. de Prato, Bruxellis 1825 t. 3 (Tübinger Qtlschr. 1827 p. 104—58), omnia prohibita. Vita Sc. Ricci prodiit iterum Parisiis 1825 t. 4 in 8., sed mutilata; quae in hac ed. censura suppressa fuere a gubernio, postea a. 1826 Bruxellis prodiere. Cf. Reusch ll. 969. 1076; KL. X, 246; Juste, L. de Potter, Bruxelle 1874.

[2]) Alius ab eo est *Theodorus* G., cujus est *précis de l'histoire* de la ville de Gap; suivi de notes et éclaircissements et de notices biographiques sur les évêques de cette ville, Gap 1844.

tum ad ejus florem contulit, plurium academiarum eruditarum socius, aliquot quoque ordinum equestrium insignibus decoratus († 14. Maj. 1865), collegit *synodicum belgicum*[1]) sive acta omnium ecclesiarum Belgii a celebrato conc. tridentino usque ad concordatum a. 1801, Mechliniae 1828—39 t. 4; plurima quoque opera novis curis edidit ut *Opuscules theologico-philosophiques* auctore Feller, ib. 1824; *Scriptura s.* contra incredulos propugnata, auctore Veith (cf. p. 356), ib. 1824 t. 5 in 12; hujus l, *de primatu* et infallibilitate rom. pontificis, ib. 1824 in 12. et Edm. Richerii .... *systema* de ecclesiastica et politica potestate singulari diss. *confutatum,* ib. 1825 in 12; *acta* L. B. Van Espen ... P. item Quesnelli et Chr. Erkelli circa missionem hollandicam ... auctore T. W. Backhusio ... Accessit disquisitio historico-critica de gemino opusculo circa jura Belgarum, quod viro cl. P. Stockmans adscribitur, ib. 1827 in 12; RR. ... D. P. Govarts *opuscula* adversus Espenii doctrinam de placeto regio quoad bullas dogmaticas aliaque monumenta huc spectantia, pro majori parte antehac inedita, Bruxellis 1830 in 12; Idatii ep. *chronicon* correctionibus, scholiis et diss. illustratum a J. M. Garzon SJ. (IV[3], 1595), ex cod. autographo bibliothecae regiae bruxellensis, in *Bulletins* de la Commission royale d'histoire t. 10. et Fr. Sonnii *epistolas* cum commentatione de Sonnii vita et scriptis, ib. t. 16; Edmundi de Dynter († 1448) *chronicon* pretiosum (381—1425); ib. Bruxellis 1854—60 t. 3. etc.; vitas SS. A. Butleri gallice vertit, Lovanii 1828—35 t. 22 in 8; 1846—50 t. 7 in 8; composuit *Hagiographie nationale:* Vie des Sainte et des personnes d'une eminente piété qui ont vécu dans les anciennes provinces belges, Lovanii 1864—68 t. 2 in 8. Multum contulit, ut patres Soc. J. Acta bollandiana continuarent. *Notice* sur s. Servais premier évêque de Tongres suivie de remarques sur le prétendu concile de Cologne de l'an 346 et sur l'histoire de l'évêque Euphratas, ib. 1829 in 8; *Collation* de chroniques belges inédites, innumerasque diss., quas variis collectionibus seu fasciculis literariis inseruit[1]). Praefuit etiam editioni op.: *Analectes* (pretiosae) pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique, Bruxellis 1864—66. Illustravit etiam historiam antiquae universitatis lovaniensis in diss., quas inseruit Analecte pour servir à l'histoire de l'univers. de Louvain. — Franc. Arnoldus Melchers Guestphalus n. 24. Oct. 1765, seminarii monasteriensis subregens (1795—1823), vicarius generalis (1826) et episcopus auxiliaris (1836), praepositus capituli et (1846) vicarius capitularis († 18. Febr. 1851), descripsit *das Nationalconcilium in Paris* im Jahre 1811 mit authentischen Actenstücken, Monasterii 1814, degebat enim tunc Parisiis, cum illud haberetur.

595. De historia ecclesiastica *integrarum nationum*[2]) meruerunt Jos. de

[1]) Ad hujus op. editionem haud parum contulit Em. Maria Hadrianus Gislenus Helias d'Huddeghem (n. 1. Apr. 1793; † 5. Febr. 1830) s. Scripturae interpres in seminario gandavensi, qui clericus a gubernio gallico militiae addictus fuit in poenam intrepidae libertatis, qua ipsius episcopus pro juribus Ecclesiae steterat. — Alius hic est a Ferd. Helias d'Huddeghem fundatore missionis missourianae (n. 1796), cujus vitam descripsit (gallice) Aug. Lerrocquy, Gandavi 1878. Uterque dicitur in Polybiblion 1879 I, 420 SJ. tacentibus Backer et Sommervogel.

[1]) In Université cath. de Louv. l. Memoriali Lovanii 1887, ejus opera et diss. etc. sub 205 num. recensentur p. 5—27. Cf. Biogr. nat. V, 650 ss. et in primis De Buck Mgr. de Ram etc., Parisiis 1865, quod elogium prius prodierat in Etudes Religieuses t. 7 novae seriei pag. 165 ss.; Döllinger in Sitz.-Ber. der baier. Ak. 1866 I, 401 ss.

[2]) Joseph de Souza de Azevedo n. in Rio Janeiro (1753—1830) scripsit *Historia*

la Canal OSA. Hispanus n. 1768, philosophiae et theologiae lector, regiae academiae historicae socius († 1845), qui *Hispaniam sacram* continuavit[1]) pluribusque tomis auxit 43—47, Matriti 1819—36; *Clave historial* con que se facilita la entrada al conocimiento de los hechos ocurridos desde el nacimiento de N. S. Jesu Cristo hasta nuestros dias, dispuesta por el M. F. E. Florez ... corregida y aumentada, ib. 1817 in 4. ed. 16. Plura quoque opera praesertim apologetica e gallico hispanice vertit, novamque curavit ed. *institutionum* theologiae dogmaticae auctore Klüpfel, ib. 1836 t. 2 in 4. — Vicentius de la Fuente composuit *historia ecclesiastica de España*, Barcinone 1855, Matriti 1873—75 t. 6; *Historia de las Universidades*, colegios y demas establecimientos de enseñanza en España, Madrid 1884. — Jos. Ign. Victor Eyzaguirre facultatis theologicae decanus et parlamenti vicepraeses, scripsit historiam ecclesiasticam, politicam et literariam reipublicae chilensis (1850), quae gallice versa a L. Poillon Insulis 1855 t. 3 in 8. prodiit. *Los Intereses catolicos* en America, Paris 1859 t. 2. — Joannes B. Semeria Orat. Ligur (n. 1779; † c. a 1843) edidit *Secoli cristiani* della Liguria, storia della metropolitana di Genova, delle diocesi di Sarzana, Brugnato, Savona, Noli, Albenga e Ventimiglia, Taurini 1842. 1843 t. 2 in 4; opus si judicium criticum et narrandi artem spectes, teste Theiner, classicum: *Storia della chiesa metropolitana di Torino* dai tempi apostolici sino al 1840 in 8. — Cui adde J. Fr. Meyranesii *Pedemontium sacrum*, Taurini 1834. 1863 t. 1 p. 1. et 2.

596. Franc. Schumacher parochus Paderbornae, protonotarius apostolicus, cubicularius pontificius († 1. Oct. 1868 a. aetatis 88), suppresso nomine dedit *Beiträge* zur Kirchengeschichte des 19. Jahrhunderts in Deutschland, Augustae 1835, qui liber sub titulo *rothes Buch* per Germaniam multum innotuit. Cum vero libertate sincera et intrepida palam faceret agendi rationem Borussorum catholicis hostilem, plus quam potentibus hujus mundi placeret, mox rigide prohibitus fuit in Borussia, Bavaria et Saxonia[1]). — *Beiträge* zur Geschichte der oberrheinischen Kirchenprovinz[2]), Tubingae 1893 p. 1. (tantum ex 3), dedit Ignatius de Longner in Portu Friderici 9. Mart. 1805 natus, parochus et canonicus rotenburgensis, cujus diss. *Darstellung* der Rechtsverhältnisse der Bischöfe in der oberrheinischen Kirchenprovinz (Tübingae 1840) praemio digna judicata fuit[3]). Stetit pro juribus Ecclesiae adversus josephinistas et usurpationes principum († 12. Jun. 1868). — Albertus (in baptismo dictus Antonius) de Muchar de Bied et Rangfeld OSB. in abbatia admontensi, n. 22. Nov. 1786 in oppido tirolensi Lienz, bibliothecarius, lector studii biblici, et in academia graecensi (1825) philologiae et aestheticae professor, delectabatur studiis historicis. Hinc diu collegit innumera monumenta omnis generis ad illustrandas res Stiriae, de qua plurimum sane meruit. Fructum studii sui diligentis exhibuit in op. *das römische Norikum* oder Oesterreich, Steiermark, Salzburg, Kärnthen und Krain unter den Römern, Graecii 1825 s. t. 2 in 8., in quorum 2. agit de introductione, propagatione et statu religionis christianae per eas regiones primis V seculis; innumeras diss. inseruit fasciculis literariis; quae sicut ejus opus praecipuum

de los obispos del Brasil despues de su descubrimiento, et reliquit *Memorias historicas* t. 9 pretiosas, sed num prodierint nos latet.

[1]) Cf. Lanterii postrema sec. sex relig. august. 3, 291—3; Revista August. 1882 t. 3 p. 74 et 377—79.

[1]) Cf. Lit. Handw. 1868 c. 456.
[2]) Cf. ib. 1865 c. 109.
[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1840 p. 112—31.

Geschichte des Herzogthums Steiermark, ib. 1845—74 t. 9 in 8. historiam civilem magis respiciunt[1]). Ab imperatore in praemium meritorum donatus fuit numismate magno aureo pro artibus et literis ab et academia viennensi adlectus est socius († 6. Jun. 1849). — Ant. Klein Viennensis n. 10. Aug. 1788. historiae ecclesiasticae prof. in universitatibus graecensi et viennensi, canonicus viennensis († 9. Apr. 1867) praeter *historiam* Ecclesiae christianae, Graecii 1827 t. 2 in 3 pp. (cum copiosis notitiis bibliographicis), scripsit *Geschichte des Christenthums* in Oesterreich und Steiermark seit der ersten Einführung desselben in diese Länder bis auf die gegenwärtige Zeit, Viennae 1840—42 t. 7 in 8. — Laur. Franc. Hohenauer[2]) Klagenfurtensis n. 29. Jan. 1784, cardinali et principi Salm-Reifferscheid episcopo gurcensi a secretis, demum praepositus, parochus et decanus frisacensis († 4. Mart. 1855), scripsit *Kurze Kirchengeschichte* von Kärnthen, Klagenfurti 1850. — Hic etiam laudari meret Henricus Hermann Klagenfurtensis n. 1. Nov. 1793, theologiae pastoralis professor, canonicus et seminarii director, eques insignium Franc. Josephi († 29. Jan. 1865), qui bene meruit de historia Carinthiae, Klagenfurt 1843—60 t. 3), etiam ecclesiastica plurimis biographiis episcoporum et virorum doctorum, quas inseruit fasciculis literariis, ut iis, qui inscribuntur *Carinthia* vel *Theologische Zeitschrift* editore[3]) Pletz etc. — Carolus Lányi Hungarus n. 18. Dec. 1812 elaboravit hungarice *historiam ecclesiae hungaricae* Posonii 1844 t. 3, quae praemio digna judicata fuit a facultate theologica pestinensi. Aliquamdiu historiam ecclesiasticam professus est in lyceo tirnaviensi. Impensis archiepiscopi Kopácsi iter literarium per magnam Europae partem (1845) instituit, adlectusque est academiae regiae budensi membrum correspondens. Decessit parochus 24. Maj. 1856.

597. Nic. Jager in Sorbona historiae ecclesiasticae professor et canonicus honorarius parisiensis, cubicularius domesticus pontificius (n. 17. Jun. 1790 Greningae; † 5. Febr. 1868), descripsit *Histoire de l' Église catholique de France* d'après des documents les plus authentiques depuis son origine jusqu'au concordat de Pie VII., Parisiis 1862—78, t. 21 in 8., opus quidem a gallicanis opinionibus expurgatum, sed non omnibus numeris absolutum[1]). Jam prius ediderat *Histoire de l'Eglise de France* pendant la Révolution[2]), ib.

---

[1]) Cf. Wurzbach 19, 306—11; Scriptores O. S. Ben. p. 306; Wichner Gesch. des Benedictinerst. Adm. 4, 412 Gratz 1884; Braunmüller KL. VIII, 1970.

[2]) Cf. Wurzbach 9, 184.

[3]) Cf. Wurzbach 8, 384 et 14, 474; Hoffinger allg. d. Biogr. 12, 180.

[1]) Cf. Lit. Handw. 1863 c. 14; Revue des qq. hist. 4, 585 ss.; 9, 599—605.

[2]) C. Chatelet edidit *l' Eglise et la France* au moyen âge ou Pouvoir temporel du clergé français depuis l' origine de la monarchie jusqu'au XVe siècle, Lugduni 1859 t. 3 in 8. — Magnum rumorem excitavit l. fratrum C. et A. Allignol *De l' état actuel* du Clergé en France et en particulier des Curés ruraux appellés Desservants, Paris 1839, in quo detegunt statum singularem et anomalum illorum curatorum spiritu non irreverenti in episcopatum, sed nimis libero, subinde exaggerato minusque cauto, ut ad retractationem propositionum erronearum obligarentur, quam 1845 episcopo suo exhiberunt. Contra hunc l., in quem plures episcopi graviter, etiam censuris latis insurrexerunt, scripsit Richaudeau *De l' ancienne et de la nouvelle discipline* de l' Eglise en France, ou l' on repond aux assertions du l. de M. M. Allignol, Avignon 1842; 1845 ed. 2. De hac controversia egerunt etiam Boyer *coup d' oeil* sur le l. de M. M. Allignol, Paris 1841; Dieulin vicarius generalis nancaeus (suppresso nomine) *De l'inamovibilite des Curés* selon le veritable esprit de l' Eglise, ib. 1841, l. qui pariter episcopis displicuit et cujus lectio ab ipsis prohibita fuit. Cf. de opere Allignoli et de controversia in illo agitata hist. pol. Bl. XVI (1845) p. 380—94 et 549—565.

1852 t. 3 in 8.; *Histoire de Photius* ... d'après les monuments originaux, la plupart encore inconnus; accompagnés d'une introduction, de notes historiques et de pièces justificatives [1]), ib. 1844; 1854; *le Protestantisme* aux prises avec la doctrine catholique ou controverses avec plusieurs ministres anglicans membres de l'Université d'Oxford, ib. 1836 in 8; *Le célibat ecclésiastique* considerés dans ses rapports religieux et politiques; *V. T. graecum* juxta LXX interpretes ex auctoritate Sixti V. P. M. editum juxta exemplar originale vaticanum nunc denuo recognitum .... cum latina translatione, animadversionibus et complementis ex aliis mscr., ib. 1839; 1855 t. 2 in 8; cum Tischendorf edidit etiam *N. T. graece et latine,* ib. 1842; 1851. 1861 in 4. cum lectionibus variantibus Stephani et Griesbachii. *La S. Bible,* traduction de Sacy revue et corrigée sur les textes originaux ib. 1838—44 t. 3 in 8. et in f., necnon *Histoire* de N. S. J. Christ et de son siècle auctore Stolberg 1842; 1858 ed. 3; vitam Gregorii VII. auctore Voigt 1838 et Innocentii III. auctore Hurter 1840. — Clavel canonicus de Saint Genier etiam doctor medicinae, coepit *Histoire chrétienne* des dioecéses de France, de Belgique etc. etc., sed prodiit tantum t. 1. Parisiis 1855, in quo de archiep. senonensi et parisiensi, et de episc. antisiodorensi et betlemensi disserit. — Ant. Adolphus Dupuch Burdigalensis, primus Algeriae episcopus (n. 1809; † 1856), collegit *Fastes sacrés* de l'Afrique chrétienne, Burdigalae 1849 t. 4 in 8. Jam prius ex Africa christiana auctore Morcelli (pag. 973) dederat *L'Algérie chrétienne,* romaine et française, Taurini 1847.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1847 p. 711—23; de nostro auctore Darras Mgr. Jager notice biogr., Paris 1868.

598. Magnam nominis celebritatem adeptus est Jo. Lingard [1]) Wincestrensis n. 5. Febr. 1771. Duodennis Duaci studiis operam dedit, condiscipulis omnibus carissimus, pietatis et studendi alacritatis exemplar; sed in Gallorum invasione coactus est eadem interrumpere. Parisios se conferens vix vitae periculum est elapsus. In Anglia studia absolvit, et sacerdos ordinatus (1794) philosophiam clericos gratis docuit atque studiorum praefectum egit annis 15 magno eorum profectu. Quo tempore consilium coepit de conscribenda historia suae patriae. Aliquoties tamen in studiis suis fuit impeditus, ut catholicorum causam adversus Anglicanorum praejudicia et criminationes tueretur, quas in primis Shute episcopus anglicanus Durhami viva voce et scriptis recoxit. Promptissime solideque illis editis diss. seu tractatibus (15) semper respondit (1806—1820), qui collecti Londini bis prodiere *A collection of Tracts* on several Subjects connected with the civil and religious Principles of Catholics; inter eas eminent *Strictures* on Dr. Marsh's comparative view of the Churches of England and Rome, 1815; *Catholic Loyalty vindicated* in a Series of Letters, ib. 1805 in 12; Newcastle 1807; *Documents* to ascertain the Sentiments of British Catholics in former ages respecting the Power of the Popes, ib. 1812 in 8; *Remarks* on the St. Cuthberth of R. James Raine, Newcastle 1828. Ad historiam ecclesiasticam spectat: *History and Antiquities* of the Anglo-Saxon Church, ib. 1806 t. 2 in 8., 1845 ed. 3. plurimum aucta; 1858; germanice [2]) a Dr. F. H., Wratislaviae 1847, in quo opere adversus Anglicanos ostendit, ecclesiam in Anglia a suis originibus non fuisse independentem a sede apostolica. Hoc

[1]) Cf. Michaud Biogr. univ. 24, 561; Zeitschrift für Philos. und kath. Theologie, Coloniae 1834 fasc. 9. p. 100—115.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1848 p. 110—13.

opus excepit illud, cui Lingard suam debet celebritatem: *A History of England* from the first Invasion by the Romans to the year 1688, Londini 1819—30 t. 8: 1849 ed. 5. t. 10; 1855 t. 10 in 12, saepius edita, in varias linguas versa, etiam germanice[1]) a C. A. de Salis-Soglio et continuata a C. P. Berly Judaeo, Francofurti 1827—47 t. 16 in 8. cum indice; continuata a Lavallée (gallice), Parisiis 1843. 1844 t. 6 in 8; a Marles, quam continuationem ipse Lingard approbavit et quae prodiit germanice versa a Fr. X. Steck[2]), Tubingae 1848 t. 2 in 8; in compendium redacta, Viennae 1832 pp. 2, opus classicum, quod plurimum laudatur (etiam a censoribus anglicanis) a diligentia, accuratione, conjiciendi sagacitate, limpido narrationis stilo et judicii aequitate. Multa praejudicia corrigit, errores, calumnias, mendacia contra Ecclesiam catholicam patefacit: unde mirum non est, quod hujus causam plurimum promoverit multisque Anglicanis, qui illa bona fide cum lacte materno suxerant, oculos aperuerit, ut aequius de Ecclesia judicarent; sed et multorum calamum in se acuit, unde illis opposuit: *Vindication* (t. 4. et 5) of the History of England 1826. 1827. Dum Romae degeret, ferunt Pium VII. cogitasse de eo promovendo ad purpuram vel ad aliam dignitatem ecclesiasticam: ipsum vero eam modeste recusasse, ut studiis historicis liberius vacaret iisque causam catholicam in sua patria promoveret. Doctoris tamen laurea et quidem triplici (in theologia, jure canonico et civili) ornatus est a Pio VII., et sociis academiae christianae romanae (1822) et londinensis (1824) adlectus. *A new Version* of the Four Gospels with notes Critical and Explanatory, Londini 1836. 1846 auctoris nomine suppresso, quae laudatur ab accuratione. Decessit plenus meritis 13. Julii 1851. — Lingardi opus, saltem quod attinet Ecclesiae catholicae in Angliam historiam, continuavit Thomas Flanagan canonicus birminghamus (n. 1814; † 21. Jul. 1865), in op. *A History* of the Church in England from the earliest period to the Reestablishement of the Hierarchy 1856—57 t. 2 in 8., utilis, accurata et erudita compilatio. — Georgius Oliver Newingtonensis n. 9. Febr. 1781 diu (a 44) in missione, quam olim patres SJ. administraverant, animarum curam egit. Diligens erat historiographus et archaeologus, propter suam eruditionem magni factus est et a Gregorio XVI. theologiae doctor renunciatus et dictus canonicus plymouthensis (1844). Obiit venerandus senex 80 a. 23. Mart. 1862 relictis pluribus suae diligentiae et eruditionis fructibus. *Historic Collections* relating to the Monasteries in Devon, Exegeter 1820; *Ecclesiastical Antiquities* of Devon, ib. 1828; 1839—42 t. 3 in 8. opus prope modum novum; *The History of Exeter* 1821; with the Lives of its Worthies, 1861; *The History of the Bishop of Exegeter,* ib. 1861; *Collections* Towards illustrating the Biography of the Scotch, English and Irish membres SJ., ib. 1838; *Monasticon* dioecesis exoniensis ib. 1846 in f.; *Collections* illustrating the History of the Catholic Religion in the counties of Cornwall, Devon, Dorset, Somerseth, Wilts and Gloucester, ubi etiam egit de Dominicanis, Benedictinis et Franciscanis per Angliam, Londini 1857. — Marcus Aloys Tierney Brightoniensis n. 1795 studiis historicis et archaeologicis deditus, canonicus poenitentiarius capituli southwarcensis (1852; † 19. Febr. 1862), praeter alia[1]) continuavit

[1]) Cf. Kerz Litzt. 1827 II, 200—15.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1847 p. 569—80; Zeitschrift für kath. Theologie, Friburgi 1847 XVII, 191—5; Zimmermann KL. VII, 2070 ss.; biographia praemissa ed. 6. suae historiae auctore Tierney, qui eidem addidit annotationes minus accuratas; Gillow 4, 254—78, qui Lingard scripta sub n. 29 recenset.

[1]) Cf. Gillow 5, 545—47.

Doods *Church history of England,* additionibus auxit, Londini 1839—43 t. 5, sed pervenit tantum ad a. 1625.

599. Ad historiam ecclesiasticam Hiberniae plura referre potes ex Thomae Walsh[1]) *of the Irish Hierarchy* biographiques notices of the Irish Saints, Prelates and Religious, Neo-Eboraci 1854; in multis tamen erravit et plura nescivit. — Robertus King *A Primer* of the History of the holy Catholic Church in Ireland, 1834; 1845—51 ed. 3. — Cotton collegit *fastos ecclesiae hibernicae,* Dublinii 1847—60 t. 5. — D'Alton typis dedit *Memoirs of the Archbishops of Dublin,* 1838. — A. Cogan descripsit *The Diocese of Meath* ancient et modern, Dublinii 1867 t. 2. — Jos. Salzbacher Sanct-hippolytanus (n. 14. Mart. 1790), director spiritualis in seminario dioecesano, dein in Frintaneo Viennae, canonicus ad s. Stephanum († 10. Aug. 67) multum sollicitus fuit juvandi subsidiis missiones in Oriente et in America septentrionali, quod studium fuit fructus suorum itinerum. Horum itinerum relationem reddit tum in *Erinnerungen* meiner Pilgerreise nach Rom und Jerusalem, Viennae 1839; 1840; tum in *Meine Reise* nach Nordamerika mit statistischen Bemerkungen über die Zustände der kath. Kirche bis in die neueste Zeit, ib. 1845.

600. De *ecclesiis particularibus* in *Germania* scripserunt: Jos. Ant. Eisenmann, canonicus bambergensis (n. 1776; 10. Maj. 1842), qui praeter scripta philosophica, geographica, historica dedit *Geographische Beschreibung des Erzbisthums Bamberg* und Uebersicht der Suffragandiöceseu Würzburg, Eichstädt etc., Bambergae 1833; 1835 cum supplemento[1]) — Jos. Heller Bambergensis, laicus (n. 1798; † 1849 *Geschichte der Bischöfe zu Bamberg,* 1837; *Reformationsgeschichte* des Bisthums Bamberg, 1825; *die bambergischen Münzen* (ab episcopis scil. cusi), Bambergae 1839; *Skizze einer Geschichte der Kirchenkunst im Mittelalter,* ib. 1826 et plures diss, archeologicae etc. — De eadem ecclesia meruit Caspar Schweitzer Bambergae n. 28. Mart. 1806 († 9. Jan. 1866) atque ibidem parochus, qui quamplurimas notitias ad ditionem bambergensem spectantes collegit ediditque in variis libris et diss. de ecclesiis et monasteriis bambergensibus[2]). — David Thomas Popp Hirschaugiensis, praepositus capituli eistetensis (n. 30. Dec. 1777; † 13. Aug. 1858) in memoriam festi secularis XI. narravit *Anfang und Verbreitung* des Christenthums im südlichen Deutschland, besonders Errichtung der Diöcese Eichstädt, Ingolstadii 1845 in 8. *Matrikeln* des Bisthums Eichstädt oder Verzeichniss und Beschreibung der zu diesem Bisthum gehörigen Pfarrbezirke, Kirchen, Pfründen und Schulen nach dem Stande vom Jahr 1835, Eichstadii 1836 in 8. — Mart. de Deutinger[3]) n. 11. Nov. 1789

---

[1]) Cf. Alius a G. Walsh praeposito collegii Maynutiani, cujus est tr. *de actibus humanis,* Dublini 1880, qui multum laudatur et a Th. vicecomite Walsh († 1860), qui partem habuit in concinnanda Encyclopaedie cath., Paris 1838—49 t. 18.

[1]) Geminum opus tribuitur Car. Frid. Hohn paedagogo († 1845) professori Salisburgi et Bambergae scil. *histor. topographische Beschreibung* des bayer. Obermainkreises (qui respondet dioec. Bambergensi), Bambergae 1826.

[2]) Cf. Leitschuh allg. d. Bi. 33, 370.

[3]) Ejus cognatus M. Deutinger (n. 24. Mart. 1815; † 9. Sept. 1864), philosophiae in lyceo frisingano (1841—46) deinde in universitate monacensi, inde ad lyceum Dilingae translatus professor (1841—1852), concionator academicus, plura opera philosophica sub inscriptione *Grundlinien einer positiven Philosophie,* als vorläufiger Versuch einer Zurückführung aller Theile der Philosophie auf christliche Principien (qui etiam ejus biographiam scripsit), Ratisbonae 1843—53 pp. 7 edidit, quibus alia deinde adjecit. Ad rem nostram in primis sunt: *Beitrag*

Wartenbergae in Bavaria, primum vicariatui generali frisingano addictus, translatus est canonicus Monachium (1821), factusque vicarius generalis (1836), praepositus capituli (1846) et (1837) adlectus academiae regiae literarum († 30. Oct. 1854). A Ludovico I. rege et a ministro Abel magni factus, in consilium ecclesiasticum et scholasticum a gubernio est adscitus. Magna accuratione et diligentia composuit *Tabellarische Beschreibung* des Bisthums Freising nach Ordnung der Dekanate, 1820; *die älteren Matrikeln* des Bisthums Freising[1]), Monachii 1849. 1850 t. 3 in 8. Cum aliis edidit *Beiträge* zur Geschichte, Topographie und Statistik des Erzb. München-Freising, 1850—54 t. 6, quod continuavit Fr. Ant. Specht, München t. 7. Schema-

zur Lösung der Streitfrage über das Verhältniss der Philosophie und Theologie, 1861; *das Reich Gottes* nach dem Apostel Joannes, ex ejus schedis continuatum a Kastner 1861—1868 t. 3; *Renan und das Wunder,* Monachii 1864; de quo cf. Tüb. Qtlschr. 1864 p. 549—72; *das Princip der neueren Philosophie* u. der christlichen Wissenschaft, Ratisbonae 1857; *Geist der christlichen Ueberlieferung* im Verein mit Andern als ein Versuch die Werke der vorzüglichsten Schriftsteller in ihrem innern Zusammenhange darzustellen und durch übersichtliche Auszüge zu veranschaulichen, ib. 1850 t. 1; Ratisbonae 1851 t. 2; *Christus und seine Kirche* im Vorbilde und in der Erfüllung, Salzburg 1849; *Grundriss* der Moralphilosophie, 1847; *Verhältniss* der Kunst zum Christenthum, 1843; *Bilder* des Geistes 1844—66 t. 4 etc. Assectatur in sua philosophia Baaderi vestigia, et licet optima ferretur intentione, atque strenue im pugnaret pantheismum et materialismum, non satis sanam tuebatur philosophiam. De ea fusius disserit Becker in fasc. lit. Katholik 1866. I, 693—710; Schmid KL² 3, 1552—65; Endres M. Deutinger, München 1907; et in t. 1. Kultur und Katholicismus, Mainz 1906, Sattel M. Deutingers Gotteslehre, Regensburg 1905; M. D. als Ethiker, Würzburg 1807; allg. d. Biogr. V, 89 ss.; Specht pag. 207.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1849 p. 534—46; 1850 pag. 120—35.

tismum quoque dioecesanum in longe meliorem formam redegit atque admodum utilem pro historia dioecesis — J. Schöller exhibuit *die Bischöfe von Passau* und ihre Zeitereignisse von der Gründung des Bist. Lorch, dessen Transferierung im J. 737, Erhebung zu einem weltlichen Fürstentum im J. 999 bis zu der im J. 1803 erfolgten Säcularisation, Passaviae 1844 t. 2, compilatio sine pretio critico.

601. Franc. Werner[1]) canonicus moguntinus et capituli decanus electus episcopus, quem honorem recusavit († 16. Febr. 1845), edidit: *Der Dom von Mainz* und seine Denkmäler nebst Darstellung der Schicksale der Stadt und der Geschichte ihrer Erzbischöfe bis zur Translation des erzbischöflichen Sitzes nach Regensburg, Moguntiae 1827—1836 t. 3 in 8., opus insigne historia episcopatus accurata. Ipsius sollicitudini tribuenda est conservatio tam celebris monumenti. — Ernestus Dronke gymnasii director († 1850) publicae luci dedit (Cassel 1850, 1862) *codicem diplomaticum fuldensem;* codicem diplomaticum *rhenomosellanum,* Confluentiae 1822—26 t. 5; *Traditiones* et antiquitates fuldenses, Fulda 1844; *s. Gregorii naz. carmina selecta,* Göttingen 1846; *de Niceta Davide* et Zonara interpretibus carminum s. Greg. naz., Confluentiae 1839. — J. J. Blattau collegit *Statuta synodalia,* ordinationes et mandata archidioecesis trevirensis (ab a. 888—1802), Treviris 1844—49 t. 8 in 4. — De Jo. Chr. Hermenegildo Jos. Fr. de Paula Benjamino Stramberg Confluentino (n. 13. Oct. 1785; † 20. Jul. 1868), qui opus Browerii et Masenii *Metropolis* ecclesiae treviricae Confluentiae 1855. 1856

[1]) Alius ab eo, cujus supra p. 1119 mentionem fecimus. Vitam descripsit Schneider in Gedenkbl., Mainz 1899; et a Bernardo W. cujus *Unterschiede* des Katholicismus und Protestantismus fasc. 3, Darmstadt 1844 in 12. pretio non carent.

t. 2 in 8., iterum edidit, jam egimus III[3], 552. Ipsius quoque est *Rheinischer Archivarius* 1845 ss. t. 49, opus eruditum, sed non satis methodice et judicio critico compositum, in quo ditionem rhenanam describit. — Guil. Arnoldus Günther Confluentinus O. Praem. in canonia Romersdorf n. 31. Oct. 1763, archivi erat praefectus et supressa canonia (1802) archivi rheno-mosellani[1]). Anno 1826 factus est vicarius generalis trevirensis et 23. Jun. 1834 episcopus auxiliaris († 22. Aug. 1843). Ejus Codex *diplomaticus rhenomosellanus* 1 pp. 5 in t. 6 Confluentiae 1822—26 pretiosa est collectio chartarum originalium 2023 ab a. 762—1786, et supplementi instar Historiae trevirensis ab Hontheim (p. 515) adornatae. Ex ejusdem schedis et monumentorum collectione concinnavit Jul. Wegeler membrum societatis pro illustranda historia rhenana: *Die Prämonstratenser-Abtei Rommersdorf,* Coblenz 1882. *Topographische Geschichte der Stadt Coblenz* von ihrem Entstehen bis zum Schlusse des 18. Jahrh., Coblenz 1813. *Die Grabstätten* der Trierischen Bischöfe, besonders des Erzb. Balduin, Trier 1836. — *De proepiscopis trevirensibus* disseruit, Coblenz 1845, C. J. Holzer. — Jo. Henrico Jos. Niesert monasteriensi (n. 27. Nov. 1766; † 14. Jun. 1841) de historia patria merito et diligenti antiquitatis investigatori debemus *Münsterische Urkundensammlung,* Coesfeldiae t. 7 cum indice 1826—37, quorum 1. continentur monumenta spectantia ad anabaptistas, 7 p. 2. capitulationes et privilegia ab episcopis monasteriensibus concessa; insuper[2]): *Literarische Nachricht* über die erste zu Köln gedruckte niederdeutsche Bibel und Vergleichung derselben mit der Vulgata und den sieben ältesten oberdeutschen Bibelübersetzungen, ib. 1825; *über die älteste Form* christlicher Begräbnisse, ib. 1838; Theodorici *expositio orationis dominicae* juxta ex. ex autographo Romae asservato a F. de Fürstenberg ep. paderbornensi, Coesfeld 1829. — Franc. Friedericus Schem (n. 4. Jan. 1779, † 27. Apr. 1854) exhibet *Chronologische Uebersicht* der Bischöfe des Hochstiftes Münster, Monasterii 1838; *über das Amt und die Würde* des Bischofs, Münster 1827. — H. Meurer describit *Das Bistum Osnabrück* besonders seit 1803, Münster 1856. — Frid. Eberardus de Mering Coloniensis (n. 17. Mart. 1799; † 29. Sept. 1861) post male transactam juventutem historiae studio impense se dedit urbemque patriam ejusque ecclesias pluribus operibus illustravit, quibus tamen deest forma et accuratio. Huc in primis spectant[1]): *Die Bischöfe und Erzbischöfe von Köln* nebst Geschichte der Kirchen und Klöster innerhalb der Stadt Cöln, ib. 1844—44 t. 2, cum L. Reischert; *Geschichte der vier letzten Kurfürsten von Cöln,* ib. 1842; *Clemens August* Kurfürst und Erzb. von Cöln, ib. 1851; *die hohen Würdenträger* der Erzd. Cöln, 1846 etc. Geschichte der Burgen, Rittergüter, Abteien u. Klöster in den Rheinlanden 1833—61 fasc. 12 (apud diversos bibliopolas); zur Geschichte der Stadt Cöln, 1838—40 t. 4. — Frid. Augustus Forwerk Dresdensis (n. 29. Aug. 1816; † 8. Jan. 1875) vicarius apostolicus Saxoniae occasione festi secularis dedicationis ecclesiae catholicae dresdensis edidit *Geschichte und Beschreibung der k. kath. Hof- u. Pfarrkirche zu Dresden,* nebst einer kurzen Geschichte der kath. Kirche in Sachsen vom Religionswechsel des

[1]) Cf. Merlo Allg. d. Biogr. 21, 431. — J. H. Hessel collegit monumenta historica ecclesiae coloniensis, Coloniae 1862 t. 1. — M. Deckers describit vitam Herm. de Wied Erzb. und Kurf. von Köln 1840.

[2]) Cf. Goovaerts 1, 338 s.

[3]) Cf. Rassmann 1, 238, qui et alia ejusdem opera recenset.

Churfürsten Friedrich August an bis auf unsere Tage, nach Urkunden, Actenstücken und anderen glaubwürdigen Quellen bearbeitet, Dresdae 1851. — Rudolphus Kink Kufsteinii n. 24. Mart. 1822 laicus, vir etsi muneribus publicis addictus bene versatus erat in historia, tirolensi praesertim, et criticus, socius academiae viennensis (1854; † 20. Aug. 1864), inseruit op. Fontes rerum austriacarum p. II. t. 5. *Urkundenbuch des Hochstiftes Trient.* Scripsit etiam (praeter alia) *Geschichte der k. Universität zu Wien*[1]), Wien 1854 t. 2. — Beda (Jo. Chrysanthus) Weber in oppido tirolensi Lienz 26. Oct. 1798 n. post sat triste studiorum curriculum aliquamdiu OSB. et professor in gymnasio meranensi in Italiam iter instituit et exinde coepit scriptis, poematibus praesertim iisque pulchris in clarescere. Electus est a popularibus deputatus pro parlamento francofordiensi, in quo pro re catholica utiliter stetit factusque est parochus francofordiensis cum magno emolumento catholicorum illius urbis († 28. Febr. 1858). Socius erat aliquot academiarum. Multa reliquit scripta florido stilo composita, quae tamen minus ad nos spectant, nisi forte *Tirol und die Reformation* in hist. Bildern und Fragmenten, Innsbruck 1841; *Giovanna Maria della Croce* und ihre Zeit, Regensburg 1846; 1848; *Predigten* ans Tiroler Volk, Frankfurt a. M. 1851, quae conciones multum laudantur[2]). — J. A. Coppens proposuit *Neue Beschreibung* des Bistums Herzogenbusch, Herz. 1840—44 t. 5. — Sigism. Furrer Cap. concinnavit *Geschichte* Statistik und Urkunden über Wallis, Sitten 1850—52 t. 3.

602. De ecclesia warmiensi insigniter meruit Ant. Eichhorn Pissaviae 9. Maj. 1809 natus, in lyceo brunsbergensi exegesis (1838), dein juris canonici et historiae professor, canonicus (1851), vicarius generalis (1865), demum capituli decanus († 27. Febr. 1869) ‚Warmiae praeceptor' salutatus. Praeter aliquot diss., quas fasciculis literariis inseruit, edidit: *Der ermländische Bischof* und Card. Stanislaus Hosius, Moguntiae 1854. 1855 t. 2 in 8., opus plane diligens et accuratum. Neque minus diligens et pretiosum est: Der ermländische Bischof *Martin Kromer* (Hosii coadjutor et successor), Brunsbergae 1868, ad quod componendum circa 4000 literis pluribusque aliis documentis mscr. est usus[1]). — Franc. Beckmann (n. 10. Apr. 1810; † 27. Aug. 1868) in lyceo hosiano Brunsbergae historiae et literaturae classicae professor disseruit *de primo episcopo Warmiae*, Brunsbergae 1854; *de rei scholasticae in Warmiae origine ac processu*, 1857. 1861. Plures diss. inseruit fasc. literariis vel edidit ut de Gen. 2. 3. de exordio humani generis, de pythagoreis, de Copernico[2]) etc. — Lud. Lętowski cracoviensis, historiae ecclesiasticae et theologiae pastoralis in seminario kielcensi professor, canonicus cracoviensis (1825), administrator et vicarius apostolicus dioecesis, episcopus joppensis in p. i. (1845; † 25. Aug. 1868), dedit polonice *catalogum* episcoporum, praelatorum et canonicorum cracoviensium, Cracoviae 1852 t. 4 in 8., et splendidissimam descriptionem et historiam ecclesiae cathedralis, ib. 1858, utrumque polonice, magnae utilitatis pro ecclesia patria[3]). — Matthaeus Gladyszewicz pariter canonicus (1835) et administrator dioecesis cracoviensis († 28. Maj. 1852) descripsit vitam b. Prandota episcopi cracoviensis, Cra-

[1]) Cf. v. Hoffinger allg. d. Biogr. 15.
[2]) Cf. W. Baeumker allg. d. Biogr. 41, 283—5.

[1]) Cf. Lit. Handweiser 1869 c. 163 s.; 352; Thiel Zeitschr. für die Gesch. und Altertumskunde Erml. IV. 637—56.
[2]) Cf. Lauchert allg. d. Biogr. 46, 330 s.
[3]) Cf. Wurzbach 15, 16.

coviae 1845, polonice, opus accuratum et propter documenta adjecta pretiosum [1]). — Michael Bohusz Szyszko et Nicolaus Melinowski dederunt *Vitas archiepiscoporum gnesnensium,* Vilnae 1852. — Franc. X. Zacharyasiewicz originis armenae n. 1770 Stanislawówii in Galicia, in academia leopolitana professor historiae ecclesiasticae transiit ad latinum ritum, factusque est canonicus leopolitanus et gymnasiorum per Galiciam inspector, dein director studiorum theologicorum; bis dioecesim leopolitanam administravit, a. 1836 episcopus tarnoviensis, demum (1840) premislensis († 12. Jun. 1845). Collegit *seriem canonicorum* ecclesiae metropolitanae leopoliensis ab a. 1429—1824 chronologice conscriptam, quam dein polonice edidit in fasciculis literariis (1838. 1839) mutato titulo in historiam illius capituli; *Vitas episcoporum premislensium,* Viennae 1844, aliaque ad historiam ecclesiae per Galiciam spectantia [2]). — Lukaszewicz historice descripsit dioecesim posnaniensem, Posnaniae 1858 t. 3. — Michael Harasiewicz collegit annales ecclesiae ruthenae Leopoli 1862.

603. Franc. X. Jo. Richter Silesius (n 18. Aug. 1783; † 24. Maj. 1856), historiae professor in lyceo laibacensi et bibliothecae olomucensis praefectus (1825—44), vir de historia Carnioliae et Moraviae meritus et libellorum dissertationumque [3]), quas foliis literariis inseruit, ferax scriptor, edidit etiam *Cyrill und Method*, die Apostel der Slaven 1825; *Die ältesten Original-Urkunden* der Olmützer Kirche, Olomucii 1831, et *seriem* episcoporum olomucensium, ib. 1831 cum testamento Brunonis: *die christlich-katholische Religion* der mächtigste Schutzgeist der Staaten und Throne [1]), 1833 etc. — Carolomannus Tangl dedit *Reihe der Bischöfe von Lavant,* Klagenfurti 1841, cum supplemento in fasc. lit. *Mittheilungen* des historischen Vereines für Steiermark 1859 IX, 247. Natus est Tangl Wolfsbergae in Carinthia 17. Aug. 1799; in academia leopolitana professus est aestheticam et philologiam graecam et latinam (1832—51), inde translatus est Graecium († 12. Nov. 1866). Plurimas inseruit diss. foliis literariis fere historicas ad illustrandas Stiriae et Carinthiae antiquitates [2]). — Kandler advocatus de archaeologia optime meritus collegit *Fasti sacri e profani di Trieste* e dell'Istria, Tergesti 1849, aliaque [3]) exstant ejus indefessae diligentiae argumenta.

604. Alexander Orsoni dedit *Cronologia storica dei vescovi Olivensi* dappoi Castellani vel Castri Olivoli, Venetiis 1828; *Serie dei Patriarchi di Grado,* 1825; *serie* de' vescovi e patriarchi di Venezia, ib. 1828. — Seraphinus Amorini archivarius archiepiscopalis concinnavit *Manuale storico...* della archidiocesi Bolognese, (Bononiae) 1857; *l'Archivio generale arcivescovile descritto,* ib. 1856. — Joannes Muzi vicarius generalis in Chili 1823, archiepiscopus Philippensis i. p. i. iter illuc fecit comitante Joanne Mastai, qui postea fuit rom. pontifex Pius IX., redux episcopus Tiferni (Città di Castello † 29. Nov. 1849). Collegit ipse *Memorie ecclesiastiche* e civili di Città di Castello, ib. 1842—44 t. 7. — Alex. Atti descripsit *i primi venti vescovi di Ripatransone,* ib. 1856. — Antonius

[1]) Cf. ib. 5, 204.
[2]) Cf. Wurzbach 59, 75.
[3]) Cf. ib. 26, 44—48; Schlossar allg. d. Biogr. 28, 457. Alius ab eo est Aug. Frid. Richter, qui 4. Aug. 1842 fidem amplexus est catholicam ediditque Regensburg 1845: *Meine Rückkehr zur Mutter*kirche, liber eruditus et solidus adversus protestantium errores.

[3]) Cf. Hoc tamen tribuitur ab aliis cuidam Engelberto Eligio Richter Grätz 1835.
[4]) Cf. Wurzbach 43, 50—53.
[5]) Cf. ib. 10, 427.

Dragoni († 1860) edidit[1]) *storia ecclesiastica cremonese* nei primi tre secoli, Cremonae 1838. — Jo. Villa *Fasti della Metropoli di Milano*, Mediolani 1830. — Ferrante Aportin. 21. Nov. 1793, in seminario cremonensi studii biblici et historiae ecclesiasticae professor, scripsit *Memorie* di storia ecclesiastica cremonense (ad a. 1590), 1835—37 t. 2 in 8; *Introduzione* allo studio della Storia ecclesiastica, ib. 1827, diss. mediocris († 29. Nov. 1858). — Andreas Strocchi Faventinus n. 9. Nov. 1767 juris utriusque doctor, canonicus et capituli praepositus, protonotarius apostolicus et provicarius († 19. Jun. 1860) de patria sua bene meritus narrat *I Primordi della Chiesa Faentina*, Faventiae 1839; *Serie cronologica* storico critica de Vescovi Faentini, ib. 1841. *Memorie istoriche* del Duomo di F. e de' personaggi illustri di quel Capitolo, ib. 1838. — Sine sufficienti judicio critico et accuratione collegit Nic. Righi *Annali di Faenza* ab a. 1200 a. Christum usque ad a. 1800 p. Chr., Faenza 1836. 1837 t. 3. Natus est N. R. Faentiae 1. Oct. 1767; † 14. Dec. 1846. — Petrus Artemi canonicus collegit *Memorie storiche* della città di Bagnorea e sua diocesi, ib. 1842. — Fr. de' Lardi *Serie cronologica dei Vescovi di Adria*, Venetiis 1851. — V. Guerrieri disseruit *Su' Vescovi della chiesa metropolitana di Brindisi*, Neapoli 1846. — Nic. Palma reliquit *Storia ecclesiastica* e civile della regione più settentrionale del regno di Napoli (Aprutium) oggi città di Teramo e diocesi Aprutina, Terami 1832—36 t. 6 in 4. — Luigi Bima Palemone canonicus proponit *Serie cronologica degli arcivescovi* e *dei vescovi di Sardegna* Taurini 1842. — Petrus Matrinus advocatus *Storia ecclesiastica di Sardegna*, Cagliari 1839—41 t. 3, quibus appendicis instar adjecit *Aggiunte* alla Storia eccl., ib. 1856. — Jos. Zigarelli scripsit *Storia della Cattedra di Avellino* e de'suoi pastori, Neapoli 1856 t. 2; *di Benevento*, Napoli 1860. — Michael Garruba *Serie critica dei sacri pastori di Bari*, Bari, 1844. — Vinc. d'Avino († 1868) cenni storici *sulle Chiese del regno delle due Sicilie*, Neapoli 1848. Compilavit *Encyclopedia* dell' Ecclesiastico fere ex KL. Welzer et Welte auctoribus, cujus ed. jam 3. paraverat, quam continuavit et typis dedit Ant. Pellicani, Torino 1878. Ea est sane utilis, concisa, bono spiritu animata. — Jan. Ravizza *Serie de' Vescovi Teatini*, ib. 1830. — Vitus comes Capialbi reliquit memorie per servire alla *storia della s. Chiesa Militese*, Neapoli 1835; Memorie per servire alla *storia della c. Chiesa tropeana* ib. 1852. — Stanislaus eques d'Aloe nobis dedit *Storia della Chiesa di Napoli* provata con monumenti ll. 5, Neapoli 1861. — Jos. Paësano collegit Memorie per servire alla storia *della Chiesa Salernitana* (ad a. c. 1263), Neapoli 1853—55 t. 3. — Praetermittimus plures alios, quorum accuratiorum notitiam assequi non potuimus.

605. In *Gallia* plurimi occurrunt qui de singularibus dioecesibus scripserint: Maria Dom. Augustus Sibour n. 4. Aug. 1792 bonus concionator, vicarius capitularis nemausiensis, dein episcopus diniensis (1840) et 1848 archiepiscopus parisiensis de ordinando dioeceseos regimine fuit solicitus. Habuit concilium provinciale (1849) et a. sequenti synodum dioecesanam. Misere obiit, dum assisteret functioni sacrae manu sicarii 3. Jan. 1837. Publicavit *in-*

[1]) Reliquit cod. monumentorum spectantium Cremonam, quae ipse collegerat et nunc asservantur in bibliotheca publica. Accusatur autem a Waitz et Wüstenfeld eum illa finxisse, ideo non esse genuina: sed Ernst Mayer in op. Die angeblichen Fälschungen des Dragoni Leipzig 1905, eorum tuetur genuinitatem et Dragoni vindicat ab hac accusatione.

stitutiones dioecesanas dinienses, Digne, et constitutiones synodales. Pro historia archidioecesis parisiensis aestimatur ejus collectio *Actes del'Eglise de Paris,* Paris 1854. — Jos. Barrère n. 1808 scripsit Histoire religieuse et monumentale *du diocèse d'Agen* depuis les temps les plus reculés jusqu'à nos jours, Agen 1855. 1856. t. 2. — Mathieu canonicus lingoniensis Abrégé chronologique de l'histoire *des évêques de Langres,* ib. 1844 ed. 2; continuavit etiam et illustravit cum Cardon *Histoire de l' Abbaye de s. Vincent de Laon* auctore Roberto Wyard, S. Quintini 1858. — Andreas Ghislenus Leglay (n. 1785; † 14. Mart. 1863) professione quidem medicus, sed impense studiis archaeologicis deditus, bibliothecae cameracensis et archivi publici praefectus, academiae inscriptionum et belgicae socius, praeter alia *(Recherches sur l' église métropolitaine de Cambrai,* Cameraci 1825 in 4.) edidit *Cameracum christianum* ou Histoire ecclésiastique du diocèse de Cambrai extraite du Gallia christiana et d'autres ouvrages avec des additions considérables et une continuation jusqu'à nos jours, Insulis 1849. — Hadrianus Salvan canonicus honorarius tolosanus (†1864) scripsit *Histoire générale de l' Eglise de Toulouse* depuis les temps les plus reculés jusqu'à nos jours, Tolosae 1857—61 t. 4 in 8. — Armandus Desiderius La Fontenelle de Vaudoré (n. 1784; † 1847) *Histoire* du monastère et des évêques de Luçon, Fontenaci et Paris 1847 t. 2 in 8. — Desroches parochus et decanus descripsit *Histoire* du mont s. Michel et de l'ancien diocèse d'Avranches depuis les temps les plus reculés jusqu'à nos jours, publiés d'après les cartes, cartulaires et manuscrits trouvés à Mont s. Michel, à la tour de Londres et dans les bibliothèques de la France et de l'étranger, Cadomi 1840 t. 2 in 8; *Annales religieuses* de l'Avranchin, ib. 1847 in 4. — Hieronymus Charbonnel dedit *Origine et histoire abrégée de l' Eglise de Mende,* Mende 1858. 1859 t. 2 in 8. — L. W. Ravenez instituit *Recherches sur les origines des églises de Reims,* de Soissons et de Châlons, Remis 1857 in 8. — Ad. Thiery: *Histoire de la ville de Toul* et de ses évêques suivie d'une notice sur la cathedrale, Toul 1841 t. 2 in 8. — M. de Maurey d'Orville instituit *Recherches historiques sur la ville, les évêques et le diocèse de Séez* [1]), Séez 1829. — M. Pinggari construxit *Catalogue biographique* des évêques de Elne antiquae sedis sec. jam 6. quae tamen Perpinianum translata fuit, Perpignan 1842. — C. Briand († 1850) scripsit *Histoire de l' église Santone et Aunisienne* depuis son origine jusqu'à nos jours, Rupellis 1848 t. 3 in 8; *Notice historique* sur s. Eutrope apôtre, premier évêque et martyr de la Saintonge, 1849 in 12. — Franc. S. Collombet editor ephemeridum lugdunensium (n. 1808; † 1853) luci dedit *Histoire* de la s. Eglise de Vienne depuis les premiers temps du christianisme jusqu'à la suppression du siége en 1801, Lugduni 1847. 1848 t. 4 in 8; *Histoire de s. Jérôme . . .* sa vie, ses écrits et ses doctrines, ib. t. 2 in 8., germanice interpretibus Lauchert et Knoll, Rotvilae 1846—8. Vertit quoque opera s. Hieronymi gallice, Parisiis t. 8. — Comes de la Rochette scripsit *Histoire des évêques de Mâcon,* Mâcon 1866—67 t. 2 in 8. — Steph. Ant. Granget n. 1813 *Histoire* du diocèse d'Avignon et des anciens diocèses dont il est formé, Avenione 1862 t. 2 in 8. — E. Sabatier advocatus *Histoire de la ville et des évêques de la*

[1]) Cf. L'Episcopat p. 215 et 406 s.

[1]) H. Marais canonicus, quondam vicarius generalis cum H. Beauduin archivista dedit Essais historique sur la cathedrale et le chapitre de Seez, Paris 1878.

ville de Béziers, ib. 1854 in 8. — Richard academiae bisontinae socius praeter alia elaboravit *Histoire* des diocèses de Besançon et de St. Claude, Bisontione 1847—1851 t. 2 in 8. — Tresvaux canonicus honorarius et vicarius generalis parisiensis edidit *Histoire de l'église et du diocèse d'Angers,* Andegavi 1858. 1859 t. 2 in 8; *Histoire* de la persécution révolutionnaire en Bretagne à la fin du XVIII[e] siècle, t. 2 in 8., novamque curavit editionem vitarum SS. Butleri. — — Jo. Maria Mioland Lugdunensis n. 26. Oct. 1788, episcopus ambianensis (1838), deinde (1849) archiepiscopus tolosanus († 17. Jul. 1856) collegit *Actes de l'Eglise d'Amiens,* Recueil de tous les documents relatifs à la discipline du diocèse de l'an 811 à 1848, avec une notice sur tous les évêques d'Amiens, Ambiani 1848 t. 2 in 8. — Franc. Guérard, institutor societatis pro illustrandis antiquitatibus Picardiae, Ambianensis (n. 1795; † 1857), edidit *Histoire* de l'église s. Germain d'Amiens, Ambiani 1860, opus posthumum. — *Chronologie* des évêques de Clermont proponit B. Gonod († 1849), Claromonte 1833 in 4. — Hippolytus Romanus Jos. Dutthilloeul[1]), Duacenus, bibliothecae civicae praefectus (n. 1788; † 1862), francomuratorius ut fama fert, antiquitates patrias pluribus operibus illustravit inter quae est et illud: *Histoire ecclésiastique* et monastique de Douai depuis l'établissement du christianisme, Duaci 1862 in 8. — Leo Fallue Cadomensis n. 1795, academiae rotomagensis socius, auctor est operis *Histoire* politique et religieuse de l'église métropolitaine et du diocèse de Rouen[2]), Rotomagi 1851 t. 4 in 8. — Alex. Car. Germain n. Parisiis 14. Dec. 1814, historiae professor academiae Montispessulanae, membrum academiae inscriptionum scripsit *Histoire* de l'Église de Nîmes[1]), 1838—42 t. 2 in 8. Disseruit[2]) de Apollinario Sidonio et de Mamerti Claudiani scriptis et philosophia 1840; *La Faculté* de théologie de Montpellier, 1883; *Armand de Verdale* évêque et chroniqueur: Catalogus episcoporum magalenensium, 1881. Decessit 26. Jan. 1887. — Lud. Jos. Fret, parochus, societatis pro illustrandis Normanniae antiquitatibus membrum (n. 1799; † 5. Nov. 1843), collegit *Antiquités et Chroniques percheronnes* ou Recherches sur l'histoire civile, religieuse, monumentale, politique et littéraire de l'ancienne province du Perche et des pays limitrophes, Mortagne 1838—40 t. 3 in 8. — Car. Guimart reliquit *Histoire des évêques de S. Brieuc,* St. Brieuc 1855—64 t. 4 et alia ad hanc ditionem spectantia. — Petrus Jos. de Haitze typis dedit *l'épiscopat métropolitain d'Aix,* Aix 1867. — M. C. Gaigue *Obituarium* lugdunensis ecclesiae (9—15 sec.), Lyon 1867. — Lambert Elisaeus d'Ambert comes de Resie vulgavit *Histoire de l'Église d'Auvergne,* contenant les événements religieux, civils et politiques, la vie des Saints de l'Auvergne, du Velay et du Bourbonnais, la fondation des principales églises, des abbayes, des prieurés etc. de ces trois provinces depuis saint Austremoine (a. 250) jusqu'à l'année

---

[1]) Alius ab eo est M. E. Dutilleul advocatus n. in insula S. Mauritii, cujus est *Histoire des Corporations religieuses* en France, Paris 1846, qui l. in Austria olim ‚erga schedam' tantum haberi potuit.

[2]) Lud. Sandret cogitaverat adjicere Galliae christianae supplementum edita *L'ancienne Eglise de France* ou Etat des archevêchés et évêchés de France avant la constitution civile du clergé de 1790, sed prodierunt tantum fasciculi 1. et 2. Rotomagi 1867, in quibus agit de provincia ecclesiastica rotomagensi.

[1]) Stephanus Goiffon archivarius dioecesis nemausiensis dedit *Catalogue* analytique des évêques de Nimes, Nimes 1879.

[2]) Cf. Polybiblion 1887 I, 172 ubi plurima enumeruntur scripta, quae ad nos non spectant.

1560, époque du commencement des guerres religieuses, Parisiis 1855 t. 3 in 8; *Histoire et traité des sciences occultes* ou Examen des croyances populaires sur les êtres surnaturels, la magie, la sorcellerie, la divination etc., depuis le commencement du monde jusqu'à nos jours, ib. 1857 t. 2 in 8. — Delettre narrat *Histoire du diocèse de Beauvais* depuis son établissement[1]) au 3e siècle jusqu'au 2. Sept. 1792, Bellovaci 1842. — J. Le Maistre d'Anstaing († 1867) reliquit *Recherches sur l'histoire* et l'architecture de l'Eglise Cathédrale de Tournay 1842-43 t. 2, in quorum 2. disserit de illius ecclesiae episcopis. — Jos. Trouillat († 25. Dec. 1863) collegit *Monuments de l'histoire de l'ancien Evêché de Bâle* (ab a. 1350—1500), Porrentrui 1858-67 t. 5, et cum L. Vautrey edidit librum *marcarum* veteris episcopatus basileensis, ib. 1866 t. 2. — Eduardus Lavalleye historicus, archaeologus et bibliopolus (Leodii n. 17. Apr. 1811), diligenter scrutatus est archivia ad illustrandam historiam patriam († 18. Sept. 1869). Inter alios laborum suorum fructus sunt[2]): *Histoire de Limbourg,* suivie de celle des comtés de Daelhem et de Fauquemont et des Annales de l'abbay de Rolduc auctore Ernst parocho afdensi Leodii 1837-52 t. 7 in 8., quorum 7. exhibere coepit illos Annales, sed incomplete. *Histoire de la Fête-Dieu,* ib. 1846, occasione sexti centenarii hujus festi. — Felix Franc. de Pachtere Brugensis (n. 6. Dec. 1783; † 12. Jun. 1849) scholae magister et typographus plura opera ascetica et biographica vel vertit vel edidit. Coepit opus inscriptum *Bruga episcopis illustrata* Brugis 1829, quod tamen non absolvit, cum audiret F. van den Putte parare *Histoire du diocèse de Bruges.* Dolent eruditi, nam ejus labor praecellit hoc opus[1]). — Alius laicus Mich. Jo. Franc. Ozeray (n. 24. Nov. 1764; † 4. Aug. 1859) longa sua vita diligenter scrutatus est bibliothecas et archivia et multa inde produlit in lucem[2]). Ad nos spectant *Histoire générale civile et religieuse* de la Cité des Carnutes et du pays chartrain vulgarement appelé la Beauce, Chartres 1836 t. 2 in 8; cum *Défense,* Sédan 1846; *Coup d'oeil* sur les archives de l'ancien chapitre de la cathédrale de Chartres, ib. 1842; *De l'origine et des progrès* du christianisme orthodoxe (usque ad Theodosium M.), Bruxellis 1846 in 18; *Histoire des doctrines religieuses* ou recherches philosophiques et morales sur la théologie naturelle, Paris 1843; *Recherches sur Buddow* ou Bouddou, ib. 1817 in 8.

606. Jo. Bapt. da Silva Lopez collegit Memorias para à historia ecclesiastica *do Bispado do Algarve,* Olisipone 1848 in 8. — Plurium ecclesiarum Hispaniae historiam in Hispania sacra Floresii coeptam continuat Petrus Sainz de Baranda (cum Mich. Salva) in sua *Coleccion de documentos inéditos* para la Historia de España, Matriti 1853 t. 22. Ejusdem est *Clave de la España sagrada,* cujus mentionem fecimus p. 150 a. — Franc. Alexander Lobo OSB. episcopus visenensis per decennium in exsilium pulsus († 9. Nov. 1844) dedit *Resomida noticia dos Bipos de Visen* desde o seculo 16., ed. Olisipone 1848—53 t. 3. — Ant. Furió concinnavit *Episcopologio* de la s. iglesia de Mallorca, Palmae 1852. — Ramon Sanjurjo y Pardo exhibet *los obispos de Mondoñedo,* Lugo 1854 t. 2 in 4. — Petrus Orcajo descripsit *Historia de la Catedral de Burgos,*

[1]) Eodem fere tempore Ed. de Lafontaine edidit *Histoire politique,* morale et religieuse de Beauvais, Beauvais 1839—43 t. 3.

[2]) Cf. Alph. Le Roy Biogr. nat. XI, 483—85.

[1]) Cf. Biogr. nat. belg. XVI, 443—48.

[2]) Cf. Em. Tandel ib. XVI, 437—42.

Burgos 1856 ed. 4. — Trillon Muñozy Soliva collegit *Noticias de los obispos de la diocesis de Cuenca*, Conchae 1860. Compilavit quoque *Diccionario* de reinos, ciudades, iglesias y santuarios de España, Madrid 1858. — Narcissi Blanché Illo est *Gerona historico-monumental*, Gerona 1853. — Mich. Ribeira de Almeida y Vasconcellos († 1861) concinnavit *Serie chronologica* dos Bispos desde 1064 scil. ecclesiae conimbricensis in *Memorias da Academia real* 1854-7. — Joachim Salarich composuit *Episcopologio Vicense*, Vich 1864. — Augustinus Diaz Nuñez reliquit *Memoria cronologica* del establecimiento, propagacion y permanencia de la religion católica enislas Canarias, Matriti 1865. — Jos. M. Jordao Memoria historica *sobre os episcopados de Ceuta et Tanger*, Olisipone 1858 in 4. — R. M. Taurel reliquit *Coleccion de obras selectas* del Clero contemporaneo del Peru con biografia de los autores y varios documentos interessantes sobre el estado actual de la santa Iglesia del Peru, Parisiis 1853 t. 2 in 8. — Sisto Roman Parro in *Toledo en la mano*, Toledo 1857 t. 2 in 4. de ecclesia toletana etiam egit.

607. *Missionum* fata narrant Jo. Chowanetz, de quo supra egimus p. 1133, Aegidius Henry SJ. Luxemburgensis n. 14. Apr. 1772, qui missionarium egit in Caucaso, inde expulsus in archipelago graeco, ubi degit viginti septem annos, obiitque in insula Chio, 26. Dec. 1856, in *Missions des Jésuites* en Russie et dans l'Archipel grec, Lettres etc., Parisiis 1869 in 8. — Antonii de s. Maria Jaboatam Min. prodiit *Novo orbe Serafico Brasilio* ou chronica dos fradres Menores da provincia do Brasil, Rio de Janeiro 1859—62 t. 3. — Jos. Bern. Gama collegit *Memorias historicas* da provincia de Fernambuco 1844—48 t. 4. — Evaristus Regis Huc congr. s. Laz. missionarius n. Tolosae 1813 († 1860) descripsit *le Christianisme en Chine*, en Tartarie et au Thibet, Parisiis 1857—58 t. 4. — Nic. Brouillon S. J. (n. 18. Maj. 1816; † 8. Jun. 1855) missionarius in imperio sinensi describit statum missionum in provincia Kiangnan ab a. 1842—55 in op. *Missions de Chine*, Paris 1855 in 8. — Fortunatus Demontézon SJ. parisiensis (n. 2. Febr. 1800; † 1. Aug. 1862) descripsit *Missions de Cayenne* et de la Guyane Française avec une carte géographique, Parisiis 1857; *Mission de la Cochinchine* et du Tonkin avec gravure et carte géographique, ib. 1858; *Mission du Canada*. Relations inédites de la Nouvelle France (1672—79) pour faire suite aux anciennes relations (1615—72) avec deux cartes géographiques, ib. 1861 t. 2 in 12. — Quaedam ad missionem siamensem reperiuntur in Joannis B. Pallegoix episcopi titularis mallensis *Description du royaume Thai* ou Siam, Parisiis 1854 t. 2. — C. M. Leopold Verguet missionarius apostolicus scripsit *Histoire de la première mission catholique au vicariat de Mélanésie*, Carcassone 1854. — Huc forte referri potest Emmanuelis Buzeta *Diccionario geografico*, estatistico, historico de las Islas Filipinas, Matriti 1856 t. 2. — V. Lino da Monte Carmelo reliquit *Memoria historica biografica* do Clero pernambucano 1857—59. — Felix Huerta Min. describit *Estado geografico*, topografico, estadistico, historico-religioso de la S. y Apostolica Provincia de S. Gregorio M., Hinondo 1865. — Rochus de Cocchia de Cesinale O. Cap. episcopus scripsit *Storia delle Missioni* dei Cappuccini, 1867—73 t. 3. Ejus *Atti pastorali* prodierunt Chieti 1887—99. — Max Müllbauer († 23. Apr. 1861) composuit *Geschichte der kath. Missionen* in Ostindien von der Zeit Vasco da Gama's bis zur Mitte des 18. Jahrh., Friburgi 1852, quod opus a facultate monacensi, praemio dignum judicatum est.

608. *De monasteriis* scripserunt: Christianus Quix bibliothecae aquisgranensis praefectus (n. 3. Oct. 1773; † 14. Jan. 1844), qui de pluribus ecclesiis et monasteriis aquisgranensibus disseruit [1]); demum concinnavit *Geschichte der Stadt Aachen* (usque ad a. 1390) 1840. 1841 t. 2 cum codice diplomatico, qui complectitur usque ad medium sec. 14. diplomata 354. — Franc. Ser. Kurz (n. 2. Jul. 1771) Can. reg. s. Aug. s. Floriani a juventute studiis diplomaticis et numismaticis sub ductu virorum peritorum erat deditus. Factus est archivarius et parochus (1810). Diligenter scrutatus est archiva, plurima excussit antiquitatis monumenta atque publicae dedit luci, atque ita posuit fundamenta pro accurata Austriae historia. Hinc ejus opera sunt plane solida et authentica. Non solum autem fuit veri nominis historiographus, sed et alios genuino studio historico animavit et egregios discipulos formavit [2]). Plurium societatum historicarum factus est membrum († 12. Apr. 1843). Collegit *Beiträge zur Geschichte des Landes ob der Enns* nebst einer Sammlung der wichtigsten Urkunden der Klöster Gleink und Baumgartenberg, der Klöster Waldhausen und Wilhering, Leipzig, Linz 1805—9 t. 4. Historiam Austriae sub variis ducibus t. saltem 15 Linz et Viennae 1800—1835 diligentissime concinnavit. — Jo. Nep. Weiss Cist. in monasterio ad s. crucem in Austria Bohemus archivarius (n. 25. Nov. 1796; † 1. Dec. 1858) exhibet *Urkunden* des Stiftes Heiligenkreutz bis zum Ende des 14. Jahrh. in *fontibus rerum austriacarum* t. XI. et XVI. — Maximilianus Fischer [1]) CRA. in canonia claustroneoburgensi Viennae n. 10. Aug. 1782, aliquamdiu bibliothecae (cujus diligentem concinnavit catalogum t. 11 in f.) et archivi praefectus, academiae vindobonensis socius († 26. Dec. 1851), cujus sunt: *Merkwürdige Schicksale* des Stiftes und der Stadt Klosterneuburg, Viennae 1815 t. 2 in 8.; *codex traditionum* ecclesiae collegiatae claustroneoburgensis ab a. 1108—1260 in *fontibus rerum austriacarum* t. 4; *hist. Darstellung* des Stiftes der reg. Chorh. von St. Dorothea zu Wien in t. 15. der kirchl. Topographie, 1836, et aliae symbolae pro topographia ecclesicastica Austriae (cf. supra 998) t. 12. 15. et diss. in fasc. lit. etc. — Ejusdem canoniae erat Hartmann Jos. Zeibig Moravus n. 18. Apr. 1817, qui etsi brevi abreptus († 3. Dec. 1856) plurima monumenta et documenta historiam eccl. sive religiosam spectantia ex ditissimis illius canoniae archivis eruit et publicavit in *Archiv für Kunde österr. Geschichtsquellen*, in actis academiae viennensis, inter fontes rerum austriacarum, in Serapeum [2]). — Ans. Lang OSB. in monasterio Neresheim (n. 1. Oct. 1778; † 26. Jun. 1852) hujus narrat *Kurze Geschichte*, Nördlingen 1839. — Michael (Fidelis) Filz OSB. in monasterio Michaelburano Passaviae n. 12. Apr. 1777, diu in gymnasio salisburgensi professor, monasterii prior et academiarum vindobonensis et monacensis membrum, a Ferdinando imp. magno numismate aureo donatus († 19. Febr. 1854) descripsit [3]) *Geschichte* des salzburgischen Benediktinerstiftes Michaelbeuern, Salisburgi 1833 t. 2 in 8., opus plane insigne magnique momenti pro historia ecclesiastica regionis

[1]) Cf. Haagen allgem. deutsche Biogr. 27, 62.

[2]) Cf. Černík pag. 40—49, praeprimis Mühlbacher, qui diligenter de ejus scriptis editis etiam in fasc. literariis et monumentorum collectionibus et ineditis et cum magna pietate erga defunctum disserit die lit. Leist. des St. Florian p. 166—255.

[1]) Cf. Wurzbach 4, 246; Černík pag. 240 s.

[2]) Cf. Wurzbach 59, 273; Černík pag. 251 s. qui diligenter omnia ejus recenset scripta.

[3]) Cf. Wurzbach 4, 229; ipsius *Autobiographie*, Salisburgi 1855.

circumjacentis [1]); *über das wahre Zeitalter der apostolischen Wirksamkeit des h. Rupert* in Baiern und der Gründung seiner bischöflichen Kirche in Salzburg. ib. 1831 in 8; 1847, diss. solida et accurata [2]), in qua adversus Hansizium (cf. supra p. 130) tuetur traditionem salisburgensem de s. Ruperti antiquitate, quam iterum novis argumentis tuetur in *Jahrb.* für Lit. t. 64 app. p. 23—57, et cum ea impugnata fuisset, ibid. iterum t. 90 app. 1—24. — De s. Ruperto ejusque aetate disseruit etiam iteratis vicibus Frid. Blumberger OSB. in abbatia gottvicensi n. Viennae 17. Dec. 1778, archivi praefectus (1811—52) et academiae viennensis membrum [3]), accuratus et sollers historiographus († 14. Apr. 1864). — Theodorus Mayer OSB. [4]) Viennensis (n. 2. Febr. 1788; † 2. Jul. 1861) et Ignatius Franc. Keiblinger OSB. in monasterio mellicensi, Viennae n. 2. Sept. 1797, bibliothecae et archivi praefectus († 3. Jul. 1869), academiarum plurium socius, ordinis Franc. Josephi eques, qui narravit *Geschichte des Benedictinerstiftes Melk* in Oesterreich, seine Besitzungen und Umgebungen [5]), Viennae 1851. 1869 t. 2 in 8., opus accuratum et diligens; t. 3. mansit msc.; multas diss. et symbolas historicas, diplomaticas etc. inseruit variis fasciculis literariis; in primis vero multas contulit symbolas ad topographiam ecclesiasticam Austriae (cf. supra 998). Ultimus vir doctus et unus ex ultimis coenobitis celeberrimi monasterii sangallensis fuit Franc. Weidmann Einsiedlensis n. 21. Dec. 1774. Mox post ejus ingressum illud suppressum fuit. Animarum cura aliquamdiu egit, functus dein est munere professoris in gymnasio sangallensi et biblitothecarii ditissimae bibliothecae († 15. Oct. 1843). Narrat *Geschichte der Bibliothek von St. Gallen* ab a. 830—1841, St. Gallen 1841. 1846, et *Geschichte des ehemaligen Stiftes* und der Landschaft St. Gallen unter den zween letzten Fürstäbten (1767—1805), ib. 1834. — Ervinus Ant. Weyrauch Praem. Pragensis (n. 30. Sept. 1803; † 8. Mart. 1865), bibliothecae strahoviensis praefectus (quam etiam descripsit Pragae 1858) narrat *Geschichte des k. Prämonstratenser-Chorherrenstiftes Strahov* [1]). — Franc. X. Görlich parochus edidit *Urkundliche Geschichte* der Prämonstratenser und ihrer Abtei zum h. Vincenz vor Breslau ib. 1836—41 pp. 2; *Leben und Thaten der HH. Gottes* auf alle Tage d. J., Neisse 1846. — Franc. Ant. Frid. de Walter O. Praem. in canonia marchtallensi (n. 1. Nov. 1763), ultimus ejusdem abbas (3. Maj. 1802; † 28. Mart. 1841), praeter diss., quae suppresso nomine receptae fuere in collectionem *Die wichtigsten Ergebniße* der Pastoralconferenzen im Bistum Konstanz von 1802—1827, Ehingen 1835.

---

[1]) Cf. Jahrb. für Lit. 69, 225—40.

[2]) Cf. Jahrb. für Lit. 73, 242—68; 74, 147—79.

[3]) Cf. Wurzbach 1, 444; 14, 403; d. Biogr. 2, 744.

[4]) Cf. Wurzbach 18, 180.

[5]) Cf. Lit. Handweiser 1868 c. 524; de auctore Scriptores pag. 220; Wurzbach 11, 130.

[1]) Cf. Wurzb. 55, 208. — Max. Procopius de Freyberg (n. 3. Jan. 1789; † 21. Jan. 1851) Bavarus archaeologiae et scrutandis archivis deditus factus est archivi status director aliisque dein auctus muneribus et dignitatibus, quibus omnibus privatus est tempore illius subversionis, cujus causa vel saltem occasio fuit Lola Montez tristis femina. Ejus propterea mentio saltem est facienda, quod multa antiqua chronica vel monumenta ad illustrandam plurium monasteriorum in lucem protulerit praesertim in monumentis boicis et regestis rerum boicarum, in quorum ed. magnam habuit partem. Ita edidit *Aelteste Geschichte von Tegernsee,* München 1822; *codex traditionum* monasterii Ensdorf, codex des Passauer Bisthums etc. in Sammlung historischer Schriften und Urkunden, Stuttgart 1827—39 t. 5; *Briefe der Missionäre* des Jesuitenordens aus China, Japan ... vom 18. Jahrh., Mainz 1830 etc. Cf. Heigel allg. d. Biogr. 7, 365—7.

1836 t. 4, brevem proponit[1]) *Geschichte des Prämonstratenser-Stiftes Obermarchtall* von 1171—1802, ib. 1835. — Guil. Biélsky CRA. in canonia ad s. Georgium Hegemonopoli (Herzogenbusch) n. S. Lambrechti in Styria (2. Febr. 1798; † 22. Dec. 1866), aliquamdiu bibliothecarius, insignis historicus, pluribus scriptis historiam suae canoniae illustravit[2]), inter quae *Catalogus* (diligens) con. reg. lat. s. Aug. in ecclesia collegiata ad s. Georgium, Hegemonopoli, Viennae 1858 in 8. — Jo. Bapt. Reichling Belga n. 9. Aug. 1826, parochus, cecidit caritatis victima in obsequio infirmi cholera infecti 12. Apr. 1866. Ejus est *Histoire* de l'ancienne abbaye de Clairefontaine près d'Arlon, Luxemburg 1866, opus judicio et accuratione critica destitutum[3]). — Augustus Bernard typographus et archaeologus (n. 1811; † 1866) collegit *Recueil des chartes de l'abbaye de Cluny,* quam revidit, complevit et typis dedit Alex. Bruel Parisiis 1876—94 t. 5 in 4 in Collection de documents inédits sur l'histoire de France.

609. Jo. Ant. de La-Tour-Varan (n. 1798; † 1864) praefectus bibliothecae civicae S. Stephani (St. Étienne) dedit *chronique* des châteaux et des abbayes, ib. 1854—57 t. 2 in 8. — Jo. Ant. Victor Le Roux de Lincy Parisiensis, bibliographus et antiquarius, auctor laboriosus[4]), socius plurium academiarum lit. (n. 1806; † 1869), *Essai* historique et littéraire sur l'abbaye de Fécamp, Parisiis 1840 in 8. — J. N. M. Rocher canonicus aurelianensis praeter alia *Histoire de l'abbaye royale de S. Benoît-sur-Loire* Aureliani 1865 in 8. — Dubois scripsit *Histoire de l'abbaye de Morimond* (1851; 1852 ed. 2) celeberrimae filiae ab. Citeaux, quae moderabatur circa 700 monasteria utriusque sexus; *Histoire de l'abbé de Rancé* de sa réforme composée avec ses écrits, ses lettres, ses règlements et un grand nombre des documents contemporains inédits ou peu connus 1866 t. 2 in 4; 1869 t. 2 ed. 2. — Franciscus Renon OSB. congr. solesm. (n. 26. Mart. 1815; † 3. Nov. 1866) scripsit *Chronique* de N. Dame d'Esperance de Montbrison, 1847 in 8. — P. Thaddäus Min. auctor est op. *The Franciscains in England* (1600—1850) being an authentic account of the second English Province of Friars Minor.

610. In *Sanctorum actis,* quae a Bollando inscribuntur, continuandis occupati fuere Ant. Tinnebroeck SJ. (n. 4. Sept. 1816; † 6. Mart. 1855) vir admodum eruditus[1]), qui symbolam contulit. ad t. 7. et 8. et ad auctarium t. 5. et 6. Oct., scripsitque adversus Verhoefen, ut infra dicemus, et Eduardus Carpentier SJ. (n. 26. Mart. 1822; † 29. Oct. 1868), qui partem habuit[2]) in parandis t. 9—12. Oct. — Joannes Bapt. Dufau (n. 1. Sept. 1813; † 1849) coepit *Hagiographie belge,* cujus tantum unum prodiit volumen morte auctoris interveniente, Bruxellis 1849. *La Belgique chrétienne,* Leodii 1847. *Histoire de l'introduction et développement du christianisme* en Belgique jusqu'à la fin des invasions et des troubles, Leodii t. 1. et unicus, mera compilatio. — David Fr. Xav. Hunkler Alsata, canonicus argentinensis (n. 1749; † 9. Apr. 1853) collegit *Histoire des Saints d'Alsace,* Argentorati 1838 in 8; *Vies des Saints* du diocèse de Paris, enrichies de no-

[1]) Cf. Goovaerts II, 363 s.
[2]) Cf. Čzerník Die Schriftsteller der noch bestehenden Aug. Chorherrenstifte Oesterreichs p. 283 ss.
[3]) Cf. Vannerus Biogr. nat. de Belg. XVIII, 886.
[4]) Cf. Revue desqq. hist. 7, 293.

[1]) Cf. ejus elogium t. 9. Oct. (seu 58) act. SS.
[2]) Cf. ejus elogium t. 13. Oct. act. SS.

tes historiques, critiques . . . sur les collégiales, monastères, églises et autres établissements pieux . . . ainsi que sur les hommes célèbres, qui ont habité ces maisons religieuses, Parisiis 1833 t. 2 in 8; *Histoire de la Religion des Papes,* Lemovici 1844. — Jo. Irenaeus Depéry diligens hagiographus, n. 6. Mart. 1796, canonicus et vicarius generalis bellicensis, episcopus gapensis (1844—9. Dec. 1861) *Histoire hagiologique* du diocèse de Gap, Vapinci 1852 in 8; Histoire hagiologique *de Belley* ou Recueil des vies des saints et des bienheureux nés dans ce diocèse, Burgi 1841—1845 t. 3 in 8; *Biographie* des hommes célèbres du département de l'Ain, ib. 1835 t. 2 in 8. Edidit[1]) quoque plures vitas singularium personarum sanctarum et synodorum dioecesanarum quas habuerat, constitutiones 1854. — Jo. Labus Brixianus n. 10. Apr. 1775, in litteris classicis et archaeologia vere eminuit, suaeque immensae eruditionis plurima reliquit testimonia (ultra 130 opera et diss.), unde et multis academiis literariis per Europam fuit adscriptus, a rom. pontificibus literis et donis, a Gregorio XVI. insignibus Gregorii M. honoratus, ab Austriae imper. nobilitate et titulo epigraphistae aulici donatus († 6. Oct. 1853). Ad rem nostram praeter plures SS. biographias sunt[2]): *I Fasti della Chiesa* nelle vite dei Santi in ciascun giorno dell'anno, Mediolani 1824—1833 t. 12 in 8; *Vita di Pio V. S. P.* e del B. N. Albergati, ib. 1827 in 8. — J. C. Nadal canonicus valentinus, eloquentiae sacrae professor et vicarius generalis honorarius concinnavit *Histoire hagiologique* ou Vies des saints et des bienheureux du diocèse de Valence accompagnés de notes historiques, géographiques et critiques sur les églises, monastères et autres établissements religieux de ce diocèse, Valentiae 1855 in 8; *Histoire de l'Université de Valence* et des autres établissements d'instruction de cette ville, ib. 1861; *Dictionnaire d'éloquence sacrée,* suivi de deux appendices contenant intégralement: 1. la Rhétorique du prédicateur par A. Valerio; 2. le Prédicateur ou Eramen de ce qui'il doit être et de ce qu'il doit dire par l'abbé Morel, Parisiis 1852 in *Nouv. encyclopédie théol.* ed. Migne. — Jo. Ev. Stadler, Bavarus, exegesis professor in academia monacensi, capituli augustani decanus (n. 24. Dec. 1804; † 30. Dec. 1868) coepit cum Franc. Jos. Heim[1]) ordine alphabetico *Vollständiges Heiligenlexikon* oder Lebensgeschichten aller Heiligen und Seligen . . . aller Orte und Jahrhunderte, deren Andenken in der katholischen Kirche gefeiert oder sonst geehrt wird, unter Bezugnahme auf das damit in Verbindung stehende Kritische Altertümliche, Liturgische und Symbolische, Augustae 1857—82 t. 5. in 8., quo opere medullam exhibere satagit eorum, quae prolixe continentur actis SS. Bollandi, consultis quoque operibus eruditorum recentium. Immortuus est t. 3. Operis tam praeclari et utilis continuationem in se suscepit J. N. Ginal[2]). Edidit Stadler praeterea diss. *de identitate* Sapientiae V. T. et Verbi N. T., Monachii 1829; germanice 1832; *de Joan. 8, 25,* Mo-

[1]) Cf. L'Episcopat français p. 252 s.

[2]) Cf. Wurzbach 13, 453—6; Less. eccles. III, 6; in primis Le famiglie notabili di Milano, 1875.

[1]) Fr. Jos. Heim praepositus capituli et vicarius generalis moguntinus († 26. Aug. 1890) senex promeruit diss. *Die Residenzpflicht der Pfarrer,* Curaten und aller welche ein mit cura animarum verbundenes Beneficium inne haben, Augustae 1888 theologicam lauream. Alius est a Franc. Ant. Heim concionatore cathedrali augustano dein parocho, qui collegit cooperantibus aliis utile *Predigt-Magazin* Augsburg 1838—48 t. 17, cujus indicem rerum et personarum concinnavit noster Jos. H.

[2]) Lit. Handweiser 1863 c. 180; 1869 c. 540; 1882 c. 743; Tüb. Qtlschr. 1857 pag. 323—332; histor. polit. Blätter 1883 t. 91 pag. 292—301, et vitam auctoris in t. 3. sui Lexici hagiographici.

nachii 1831. — Georgius Sigrist origine Helvetus, n. Goricii (3. Jan. 1788; † 13. Maj. 1866) parochus argoviensis, scholarum inspector lucernensis, quem Sailer maximi fecit, cum fratre suo Joseph (n. 11. Sept. 1789; † 15. Febr. 1875) aliisque amicis collegit *Schweizerlegende* 1825—26 pro populo, quae saepius prodiit [1]). — *Leben der Heiligen* in commodum fidelium edidit (Ingenbohl 1860 ss.) Theodosius Florentini Cap., vir non tam scriptis quam gestis et operibus pro bono Ecclesiae in Helvetia clarissimus. Natus est 23. Mart. 1808 Monasterii in Grisonum pago. Non est nostrum ejus vitam narrare, fata persequi, quae gesserit recensere. Sufficiat dixisse eum virum fuisse vere apostolicum, operosissimum et industrium, institutorem duplicis congr. utilissimae sororum, quarum aliae, Theodosianae dictae, juventutis institutionem spectant, aliae de s. Cruce appellatae infirmorum curam gerunt. Obiit plenus meritis [2]) 15. Apr. 1865. — J. Georg. Waitzmann laicus pariter in fidelium utilitatem patrum vertit opera et plurium sanctorum describit vitas. Cf. thes. p. 910. — Theodorus Stabell OSB. in monasterio s. Petri Salisburgi, bibliothecarius (n. 14. Sept. 1806; † 6. Nov. 1865) dedit *Lebensbilder der Heiligen* des bürgerlichen Kalenders, Schaffhausen 1865 t. 2 in 8. quo ex op. Beierlein derivavit *der himmlische Hofstaat,* Coloniae 1894.

611. De *singularibus argumentis* disputarunt: Car. Brandes OSB. Brunswicensis, n. 10. Apr. 1810, qui fidem amplexus est catholicam (1834). Post longa et multa itinera fixam demum sedem reperit in monasterio einsiedlensi, cujus lycei fuit ornamentum [1]). Edidit *Benedictiner-Bibliothek* (Leben und Regel des h. Ben.) Einsiedeln 1856—58 t. 4. *Leben und Wirken des h. Meinrad* für s. Zeit und die Nachwelt, ib. 1861; opus Montalembert de monachis germanice vertit Regensburg 1860—68 t. 5; *Der h. Petrus zu Rom* und Rom ohne Petrus, Einsiedeln 1867; *Die Feier des 1000jährigen Bestehens* von Maria Einsiedeln, ib. 1862 († 7. Aug. 1867). — Greppo vicarius generalis bellicensis reliquit *trois mémoires* relatifs à l'histoire ecclésiastique des premiers siècles scil. les chrétiens de la maison de Néron, chrétiens de la famille de Domitien, essai de Christianisme de quelques Empereurs, Parisii 1840 in 8. — Eduardus Michelis [2]) Monasteriensis (n. 6. Febr. 1813; † 8. Jun. 1855), Clementi Augusto de Droste Vischering, archiepiscopo coloniensi a secretis, cum eodem captus atque arce ultra biennium inclusus, Luxemburgi theologiae dogmaticae professor, praeter alia scripsit: *Die Völker der Südsee* und Geschichte der protestantischen und katholischen Missionen unter denselben, Monasterii 1847; *das h. Messopfer* und das Frohnleichnamsfest in ihrer welthistorischen Bedeutung, Erfurti 1841. Condidit congr. sororum divinae providentiae et folium catholicum *das Luxemburger Wort;* inseruit plures articulos aliis fasciculis et operibus literariis. Suppresso nomine edidit *Kurzer Lebensabriß* des Erzb. August v. Coeln, 1846. — A.

[3]) Cf. Reusch allg. d. Biogr. 34, 302.

[4]) Cf. Elsener, Theodosius, Luzern 1865 Krauthahn P. Th. sein Leben, Wirken und letzte Lebensstunden, St. Gallen 1865; Oesch P. Th. Fl., eine biogr. Studie, Ingenbohl 1897; G. Meier OSB. KL. XI, 1845 ss.

[1]) Cf. Erinnerungen an P. K. Br. Einsiedeln 1868 auctore Gall Morell, qui usus est ipsius autobiographia msc., Meier allg. d. Biogr. 47, 175; Rosenthal III, 2, 273—310.

[2]) Alius ab Ed. Michelis qui in Hermesii causa scripsit: *Die Hermesianer in Rom* oder Fugen zu den *Acta romana,* Coloniae 1839; et a fratre suo Friderico multorum scriptorum editore, qui bene quidem coepit, Darwinismum strenue impugnavit, opera philosophica edidit (cf. passim Gla), sed ad acatholicos defecit († 28. Maj. 1886). Cf. allg. d. Biogr. 21, 693.

Tollemer disseruit *des Origines de la charité catholique* ou de l'État de la misère et de l'assistance chez les chrétiens pendant les premiers siècles de l'Église, 1863 in 8. ed. 2. 1884 ed. 3. opus egregium. — J. Chr. Antonius Seiters parochus göttingensis et duderstadtianus, commissarius episcopalis, canonicus hildesheimensis (n. 29. Aug. 1806; † 2. Febr. 1866) elaboravit opus diligens et accuratum: *Bonifacius* der Apostel der Deutschen nach seinem Leben und Wirken geschildert[1]), Moguntiae 1845 in 8. — J. H. Thommes canonicus scripsit: *Th. Morus,* historisches Gemälde aus der Zeit der Willkührherrschaft Heinrichs VIII. von England und des grossen Abfalls von der kathol. Kirche nebst Skizze der Folgezeit, nach Quellen bearbeitet[2]), Augustae 1846. — Greg. Thomas Rudhart n. 1792, in lyceo bambergensi, dein (1847) in universitate monacensi historiae professor, archivi publici praefectus et commissionis pro edendis monumentis boicis praeses († 10. Nov. 1860), pariter auctor est operis: *Thomas Morus* aus den Quellen bearbeitet[3]), Nürnbergae 1829; et *Aelteste Geschichte Baierns,* Hamburgi 1841, in qua fuse disserit de prima fidei christianae per Bavariam promulgatione deque Ecclesiae institutorumque ejus per illas regiones gestis. — Christophorus Genelli SJ. origine Italus, n. Berolini 24. Apr. 1800, canonicus et seminarii culmiensis regens ante suum in Soc. Jesu ingressum (1842), historiae ecclesiasticae in universitate s. Ludovici in America professor († 17. Jul. 1850), scripsit accurate *Das Leben des hl. Ignatius von Lojola* ... mit Benutzung der authentischen Akten, besonders seiner eigenen Briefe, Oeniponti 1848 in 8; Viennae 1894; inseruit fasc. trimestribus tübigensibus (1840 II. 1—64) diss. *J. Christus vor seinen Richtern.* — Emmanuel Ant. Cicogna Venetus n. 17. Jan. 1789, etsi juvenis jam procurator generalis (1811), historicus et bibliographus diligens, multarum academiarum socius († 22. Febr. 1868), praeter *Iscrizioni veneziane* Venetiis 1824—53 t. 10, opus ingentis eruditionis magnaeque utilitatis pro historia veneta et universae Italiae, composuit *Serie cronologica de' cardinali di Venezia,* ib. 1833; *saggio di bibliografia italiana,* ib. 1847—1848; *sullo scoprimento* del corpo di s. Marco Ev., diss. storico-critica, ib. 1841 in 8; *Tavole chronologiche* della Storia veneta, Venetiis 1847; et quamplurima alia opuscula, praesertim biographica[1]).

612. *Haereticorum acta* referunt: Petrus Fritz[2]) theologiae doctor et parochus in dioecesi wirceburgensi (n. 3. Dec. 1772; † 8. Sept. 1854), qui praeter conciones e gallico vertit opus Pluquet (cf. p. 452) et alphabetice disposuit *Ketzerlexicon* oder geschichtliche Darstellung der Irrlehren, Spaltungen und sonderbaren Meinungen im Christenthum vom Anbeginn bis auf unsere Zeiten[3]), Wirceburgi 1828 t. 2 in 4 pp.; 1838. 1839 t. 3 in 8. — Jo. Adamus Boost Aschaffenburgensis n. 28. Apr. 1775 laicus, in juventute gallicae subversionis assecla et fautor, rediit ad saniora principia pluribusque deinde operibus stetit pro causa catholica († 1852). Praeter alia scripsit: *Die Erklärung der Offenbarung Joh.* im Geiste der Geschichte u. der Religion, Darmstadt 1835, adversus Jo. Alb. Bengel pastorem lu-

[1]) Cf. Tüb. Quartalschr. 1846 p. 470—81. Ejusdem sancti vitam descripserat M. Schmerbauch Fulda 1830.

[2]) Cf. ib. 1847 p. 345—51.

[3]) Cf. Tübinger Quartalschrift 1831 p. 91—103.

[1]) Cf. Wurzbach 2, 368.

[2]) Alius ab eo est Max. Jos. Fritz parochus et decanus, cujus supersunt conciones, Ulm 1842; 1845 ed. 2. t. 2 etc.

[3]) Cf. Kerz Litzt. 1829 III, 43—56; Tüb. Qtlschr. 1831 p. 137—56.

theranum chiliastam († 1752); etiam adversus Helferich apostatam; *Geschichte der Reformation und Revolution*[1]) von Frankreich, England und Deutschland (1517—1844), Augustae 1843—1845 t. 3 in 8., in qua ostendere nititur nexum inter utramque naturalem; *Die* (neuere und) *neueste Geschichte* der Menschheit vom Anfang der französischen Revolution bis zu unseren Tagen, ib. 1839—1841 t. 2, opus animo non satis pacato et stilo nimis vehementi conscriptum. Utriusque op. veluti complementum est: *die Geschichte und die Propheten,* die wahren Schlüssel zu den Pforten der Zukunft, als Schluss unserer Reformations- und Revolutionsgeschichten[2]), etc., ib. 1846 in 8. Vertit etiam historiam rom. pontificum auctore Artaud, ita tamen ut tantum duo priora volumina sint versio; 3. t. (ab a. 1254—1378) sit ipsius opus[3]), Augustae 1852. 1853 t. 3 in 8. — J. M. V. Audin quondam bibliopola (n. 1793; † 1851) scripsit *Histoire* de la vie, des écrits et des doctrines de M. Luther, Parisiis 1839 t. 2 in 8; 1845 ed. 5. t. 3; *Histoire* de Calvin, ib. 1841. 1851 t. 2 in 8. ed. 5; utraque etiam germanice[4]), Augustae 1843. *Histoire de Henri VIII.* et du schisme d'Angleterre, ib. 1847 t. 2 in 8; *Histoire de Léon X.* et de son siècle, ib. 1844. 1851 t. 2 in 8. ed. 3., germanice interprete Brug, Augustae 1845; quas biographias etiam in compendium redegit; *Histoire de la saint-Barthélemy* d'après les chroniques, mémoires et mss. du XVI^e^ siècle, ib. 1826 in 8., quae opera eleganti atque vivaci stilo sunt conscripta atque nituntur quamplurimis documentis, sed et fabellas jam falsas demonstratas narrant. — Maria Theodorus Renouard de Bussierre, vicecomes et historicus, Argentoratensis (n. 1802; † 1865), edidit praeter alia *Les Anabaptistes,* Histoire du luthéranisme, de l'anabaptisme et du règne du Jean Bockelsohn à Münster, 1853 in 8; *Histoire* de la guerre des paysans (s. XVI.), 1852 t. 2 in 8; *la Foi de nos pères* ou la Perpétuité du catholicisme, Cenomani 1844 in 8: *Histoire du développement du Protestantisme* à Strasbourg et en Alsace depuis l'abolition du culte catholique jusqu'à la paix de Haguenau (1529—1604), Argentorati 1859 t. 2 in 8; *Histoire de l'établissement* du protestantisme à Strasbourg et en Alsace d'après des documents inédits, 1856 in 8: *Histoire de s. Vincent de Paul* tirée des biographies les plus anciennes et les plus authentiques, 1861 t. 2 in 12. ed. 2; *Histoire de s. Odile,* 1853 ed. 2; *de s. Radegonde* reine etc. 1856; *Vie de s. Françoise Romaine* ... précédée d'une Introduction sur la Mystique chrétienne, 1848 in 8; *le Pérou et s. Rose,* 1863 in 8; *Histoire du schisme portugais* dans les Indes, 1854 in 12; *les sept basiliques de Rome* ou Visite des sept églises, Parisiis 1846 t. 2 in 8. — De reformationis praecursoribus Wiclef et Hus bene disseruit in *Histoire des Apôtres de la Réforme,* 1839 Jo. Bapt. Leclère n. 16. Sept. 1812 Albiniaci, qui magistrorum seductione juvenis quidem incredulitatis veneno fuit infectus, sed divina aspirante gratia ad fidem rediit, qua ita imbutus est, ut vitam sanctam degeret mortuusque sit in odore sanctitatis[1]) 17. Apr. 1850.

613. In illustrandis *antiquitatibus christianis* plures versati sunt[2]), inter

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1844 pag. 100—2; 1846 p. 113—7; 1847 p. 635—41; Zeitschrift für Theologie, Friburgi 1846 XVI, 433—43; 1847 XVII, 393—406.

[2]) Cf. ib. XVI, 426—32.

[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1854 p. 635—41.

[4]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1845 p. 108—35.

[1]) Cf. L'Ami de la Religion t. 149 p. 309—12; 346—52.

[2]) Praetermittimus Hemsdörfer *Christliche Kunstsymbolik* und Ikonographie, Francofurti 1839 in 8., de quo cf. Literar. Handw. 1875. 201.

quos excellit Ant. Jos. Binterim Düsseldorpiensis n. 19. Sept. 1779. Juvenis ingressus est ordinem s. Francisci (8. Maj. 1796), in quo dictus est Flosculus: sed eo illa omnium rerum subversione in patria suppresso (1806), curae animarum se addixit accepitque parochiam Bilk regendam a. 1805, cui vere pastorali sollicitudine ad mortem usque 17. Maj. 1855 ferme per 50 a. praefuit[1]). Otium a proprii muneris occupationibus liberum diligentissime studio impendit magnamque eruditionis supellectilem sibi comparavit, ut testantur plurima ejusdem opera, quorum potiora sunt: *Die vorzüglichsten Denkwürdigkeiten der christkatholischen Kirche* aus den ersten, mittlern und letzten Zeiten mit besonderer Berücksichtigung der Disciplin derselben in Deutschland, Moguntiae 1825—41 t. 7 in pp. 17. Sequitur in eo eruditissimo opere opus Pelliciae *de christiana Ecclesiae politia* (p. 1007), quod plurimum dilatat, perficit et pluribus diss. de variis archaeologicis argumentis complet[2]). *Programatische Geschichte* der deutschen National-, Provinzial- u. vorzüglichsten Diöcesansynoden vom 4. Jahrh. bis auf das Concilium zu Trient, mit Bezug auf Glaubens- und Sittenlehre, Kirchendisciplin und Liturgie, Moguntiae 1835—49 t. 7, quorum una pars exhibet conciliorum historiam, altera acta[3]). *Die alte und neue Erzdiöcese Köln,* in Decanate eingetheilt oder das Erzb. Köln mit den Stiften, Decanaten uud Vicarien sammt deren Einkommen etc., ein Beitrag zur Geographie, Statistik und Geschichte des Erzb. Köln, 1828—30 t. 4, quorum duo posteriores continent monumenta ad historiam dioeceseos spectantia. Eo in op. sicut et in praecedenti adjutorem habuit Jos. Hubertum Mooren parochum[1]). Nova ed. cura Alb. Mooren prodiit Duesseldorpii, cujus t. 2. lucem aspexit 1893. *Collectio diss.* elegantiorum de matrimonii vinculo in casu adulterii et de quaestione: An catholicus salva fide sua mulierem a protestantico consistorio a lege viri sui dissolutam in uxorem ducere possit, Düsseldorpii 1807; *Estne Andreas pater Mariae* matris Jesu? sive crisis in novissimum systema genealogicum auctoris jenensis; *Kritik* des Commentars über das N. T. von H. Dr. Paulus 1804; Coloniae 1809; *de capitulis Theodori Cant. ep.* et canonibus synodi wermieriensis et compendiensis, Düsseldorpii 1811; *de libris baptizatorum,* conjugatorum et defunctorum antiquis et novis, de eorum fatis et hodierno usu, ubi et de non sepeliendis in coemeterio suicidis aliisque ab Ecclesia excommunicatis; adjectum est judicium theologicum de hac materia cl. theologi col. Carrich, ib. 1816; *Ueber Ehe und Ehescheidung* nach Gotteswort und dem Geiste der kath. Kirche, zunächst als Widerlegung der Schrift des H. K. Jos. von Lassaulx: *Uebereinstimmung* der französischen Ehetrennungsgesetze mit Gottes Wort, Confluentiae 1816; des Matth. Prätorius aus Preussisch Memel, Predigers, *Aufruf* zur Vereinigung an alle in Glaubenssachen im Occident von einander abweichenden Kirchen, aus dem Lateinischen übersetzt mit

[1]) Cf. Kessel, KL² 2, 848—54.

[2]) »Sein Werk ist mehr eine reichhaltige, auch jetzt noch sehr werthvolle Materiensammlung, als eine strengkritische, einheitliche, ebenmässige und übersichtlich gegliederte Arbeit.« Thalhofer Handbuch der kath. Liturgik t. 1 s. 1 pag. 133. Cf. Kerz Literaturzt. 1826 II, 5—25; 1827 IV, 263—84; 1829 283—327; 1830 I, 135—51; II, 136—54; 1831 III, 1845—51; 1832 I, 372—83; 1833 II, 53—64; Tüb. Qtlschr. 1825 p. 307—24; 1844 p. 483—93.

[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1849 p. 331—43; 1844 p. 493—500.

[1]) Cf. Kerz Litzg. 1829 II, 3—7; III, 1—7. Decessit Mooren de historia regionis patriae optime meritus senex venerandus 8. Maj. 1887 a. aetatis 90 cleri monasteriensis senior, philosophiae et theologiae doctor honoris causa, diu praeses societatis historicae Rheni inferioris.

einer theolog. Vorerinnerung und Anmerkungen[1]), Aquisgrani 1822; Car. Blasci *diss.*, in qua ostenditur, diaconis nunquam fuisse permissum neque in casu summae necessitatis administrare sacramentum poenitentiae, quam ex idiomate italico in latinum versam edidit, notis illustravit aliisque ineditis monumentis praesertim poenitentiali s. Bonifatii auxit, Moguntiae 1822; ita etiam ex italico latine vertit diss. J. F. Zamboni, quam supra laudavimus[2]) p. 808; Ep. catholicae *de vi rectoque usu probationis* in rebus theologicis per acta martyrum genuina et sincera ep. I., Düsseldorpii 1820; ep. II. de vi rectoque usu probationis; per symbola et antiquos fidei libellos, Moguntiae 1825; *über die hohe Würde eines Bischofs,* ib. 1826; *die kath. Kirche* ein Gegensatz des Rationalismus und Aftermysticismus, Düsseldorpii 1827; *über die Zweckmässigkeit* des uralten kath. Gottesdienstes und den heilsamen Gebrauch der lateinischen Sprache bei demselben, ib. 1832; *Warum sollen es kath. Eltern vorziehen* ihre neugebornen Kinder in den Kirchen taufen zu lassen, Lipsiae 1832; *Soll der Katholik* die Haustaufe der feierlichen Taufe in der Kirche vorziehen? Düsseldorpii 1833: *Ueber die feierliche Taufe* in der Kirche als Weihe in das Christenthum, ib. 1833; *über den Gebrauch des Christenblutes bei Juden,* ib. 1834; *de libertate conjugis fidelis,* si infidelis alter recuset cohabitare pacifice nec sine contumelia creatoris, quaestio retractata[3]) circa textum s. Pauli 1. Cor. 7, 12—17, Confluentibus 1834, pro qua diss. meruit a Gregorio XVI. literis ad eum datis 6. Aug. 1834 collaudari; diss. *de non introducenda* solemni benedictione in templum puerpera catholica, cujus proles non est baptizata a catholico parocho, Lovanii 1837; *das alte Gespenst* in unseren Tagen wieder aufgeführt von F. Ellendorf in der Schrift: *Ist Petrus in Rom* und Bischof der römischen Kirche gewesen (Darmstadt 1841)? Düsseldorpii 1842, adjecta est Petavii diss. *de cathedra antiochena et romana;* cui respondere nisus est Ellendorf, Darmstadt 1843. *De proepiscopis* sive suffraganeis coloniensibus extraordinariis syntagma historicum, Moguntiae 1843; *an matrimonio mixto,* cujus ante conjugationem cautiones pollicitae sunt ecclesiasticae, parochus cath. salva conscientia benedicere possit etiam tunc, quando nupturientes modo coram ministro protestantico matrimonialiter contraxerunt? Düsseldorpii 1846; *de saltatoria,* quae Epternaci quotannis celebratur, *supplicatione,* Luxemburgi 1848; *die geistlichen Gerichte* vom 12.—19. Jahrh.; eine Erwiederung auf die Schrift: Synodalrichter, Synodalexaminatoren etc., Düsseldorpii 1849 s. 1; *die Curatexamina* und Diöcesansynoden, ib. 1849 s. 2; *Wie können Diöcesansynoden* durch andere kanonische Mittel ersetzt werden? 1850; *der h. Hilarius,* Lipsiae 1851; *Hermann II. Erzb. von Köln* aus authentischen Urkunden dargestellt, ib. 1851 cum appendice et apologia, Coloniae 1851; *die jüngste öffentliche Vorlesung* des H. J. W. J. Braun: *die Sage* von den gebornen Cardinälen der kölnischen, trierischen u. magdeburgischen Kirche vor dem Forum der Wahrheit und Wissenschaft, ib. 1852; *über den Hostienhandel* in Deutschland und Frankreich, Düsseldorpii 1852. Inseruit plurimas quoque egregias diss. in fasciculos literarios, stetit pro juribus Ecclesiae in causa archiepiscopi coloniensis et matrimoniorum mixtorum, quem zelum carcere semestri luere debuit. Impugnavit versionem s. Scripturae Leandri van Ess (p. 1244), in controversia cum Hermesio partem haud minimam habuit; genuinitatem reliquiarum trevirensium adversus Gildemeister et Sybel

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1822 p. 300—11.
[2]) Cf. Kerz Litzt. 1824 II, 365—400.
[3]) Cf. Kerz Litzt. 1834 IV, 81—103; 1835 I, 256—61.

editis libellis asseruit. Vix erat controversia primo hujus seculi dimidio attingens jura vel doctrinam Ecclesiae, cujus non esset particeps intrepidus semper bonae causae assertor. De ejus cum Molkenbuhr et Gratz (p. 963, 1235) controversiis supra egimus. Anno tamen 1848 amore libertatis ecclesiasticae male intellectae nonnihil abreptus nonnulla cum aliis suis collegis ab archiepiscopo coloniensi petiit: quae petitio cum reprobata fuerit a Pio IX., disciplicuit et ipsi, quam ob rem suam retractavit subscriptionem.

614. Michael comes a Turre et Valle Saxina (della Torre-Val sassina vel Turriani) n. 9. Sept. 1757 Pordenone, aliquamdiu O. Barn. ejus perditionem mediolanensem vicarius fuit et vicedirector. Dispensatione pontificia illo egressus electus est in canonicum utinensem (1801). Capituli archivum optimum in ordinem redegit atque illustravit, pretiosis documentis auxit; museum forojuliense condidit, innumeris monumentis, numismatibus aliisque antiquitatibus ditavit, de Forojulii historia insigniter meruit, suaeque eruditionis sacrae et profanae plurima monumenta reliquit editis circiter 138 operibus, libellis, dissertationibus, unde et a pluribus academiis inter socios fuit receptus. Decessit inter 26. et 27. Jan. 1844 laudatus ab antiquarum rerum peritia, clarissimo vitae candore, religione, doctrina, beneficentia, comitate[1]), tribus recusatis episcopatibus nobilis. Dum Mediolani degeret, celebris Fumagalli familiaritate fruebatur, cui in edendis *Istituzioni diplomatiche* (p. 705) adjutor fuit. — Jos. Furlanetto Patavinus n. 30. Aug. 1775, typographiae director, hermeneuticae in seminario professor (1805), dein (1808) ejusdem regens, curavit[2]) novas ed. op. praeclari a Morcelli compositi (p. 974) *de stylo inscriptionum,* Patavii 1819—23 t. 5 in 4., quod et annotationibus auxit, et *Lexicon* totius latinitatis Falciolati, ib. 1727—33 t. 4, cui addiderat appendicem, ib. 1816 in f., aliaque opera eruditionis suae archaelogicae testes reliquit († 2. Nov. 1848). — Car. Zardetti Mediolanensis (n. 1784; t. 22. Mart. 1849) insignis numismaticus, instituti literarii mediolanensis socius, reliquit inter alia *Monumenti cristiani* nuovamente illustrati, Mediolani 1853, quae spectant Aquilejam et Mediolanum. — Constantius Gazzera (n. 1784; † 7. Jun. 1859) collegit *iscrizioni cristiane* antiche del Piemonte, Taurini 1849. — Barth. Borghesi (n. 1781; † 1860) cujus opera prodierunt Parisiis 1862—97 t. X. — Jo. Petrus Secchi SJ. (n. 15. Jul. 1798; † 10. Maj. 1856) exquisitae eruditionis archaeologus, plurium academiarum, ut romanae, berolinensis, instituti gallici etc. socius, in primis innotuit op.: *la Cattedra alessandrina di s. Marco* entro il tesoro marciano delle reliquie riconosciuta e dimostrata per la scoperta in essa di un' epigrafe aramaica e de' suoi ornati istorici e simbolici, Venetiis 1853 in 4. *Epigramma greco cristiano* de' primi secoli trovato non ha guari presso l'antico Augustoduno, oggi Autun in Francia suplito dove era d'uopo e commentato, Romae 1840 in 8., aliisque operibus ad profanam archaeologiam spectantibus et diss., quas inseruit annalibus disciplinarum religiosarum romanis[1]). — Aloysius Maringola composuit *antiquitatum christianarum institutiones,* Neapoli 1865 t. 2 in 8. et *institutiones liturgicas,* ib. 1867.

615. Inter Gallos laudari merent Arcturus Martin SJ. (n. 4. Sept. 1801 Auriaci; † 24. Nov. 1856), vir in re

[1]) Ita in ejus epitaphio; cf. Wurzbach 3, 223.

[2]) Cf. Vedova Biogr. degli scritt. pad. I, 436.

[1]) Cf. Sommervogel VII, 1031—39. Alius est a longe celebriori Angelo Secchi S. J., astronomo primi ordinis (n.

archaeologica magnae auctoritatis, unde et a gubernio in ejusmodi argumentis plurimi factus[1]), qui cum sodali Carolo Cahier edidit *Monographie* de la cathédrale de Bourges, Parisiis 1841-44 in f. cum 53 delineationis tabulis; *Mélanges d' archéologie*, d'histoire et de littérature, collection de Mémoires sur l'orfèvrerie et les émaux des trésors d'Aix-la Chapelle, de Cologne etc., sur les Miniatures et les anciens Ivoires sculptés de Bamberg, Ratisbonne, Munich, Paris, Londres etc., sur des étoffes byzantines, arabes etc.; sur des Peintures, Basreliefs mystérieux de l'époque carlovingienne, romaine etc., Parisiis 1848—56 t. 4 in 8. — Leo Godard historiae et archaeologiae sacrae in seminario lingonensi professor et ecclesiae algeritanae canonicus honorarius (n. 1825; † 1863), praeter alia composuit *cours d' archéologie sacrée* à l'usage des séminaires et de MM. les curés, Parisiis 1851—55 t. 2 in 8. — Adolphus Napoleo Didron (n. 1806; † 1867) annalium archaeologicarum editor, reliquit *Iconographie chrétienne* Parisiis 1843 in 4; *Manuel d' Iconographie chrétienne* grecque et latine, ib. 1845; germanice interprete Schäfer, Treviris 1855; *Manuel* des oeuvres de bronze et d'orfèvrerie du moyen âge, 1859 in 4., aliaque opera archaeologica. — Lud. Joan. Guénébault Parisiensis n. 1789 collegit *Dictionnaire iconographique* des figures, légendes et actes des saints tant de l'A. L. que de la N. Loi et répertoire alphabétique des attributs qui sont donnés le plus ordinairement aux saints, Parisiis 1850 (t. 45. Encyclopédie théologique ed. Migne); Dictionnaire iconographique *des monuments de l'antiquité chrétienne* et du moyen âge depuis le bas-empire jusqu'à la fin du XVI[e] siècle indiquant l'état de l'art et de la civilisation à ces diverses époques, ib. 1843—45 t. 2 in 8. — Clodoveus Poussin n. 1819 professor in seminario rotomagensi concinnavit *Manuel classique d' archéologie chrétienne* depuis J. Christ juqu'à nos jours, 1869 ed. 4. aucta; *le Spiritisme* devant l'histoire et devant l'Église: son origine, sa nature, sa certitude, ses dangers, 1866 in 12; *Dictionnaire de la tradition pontificale*, patristique et conciliaire, Parisiis 1856 t. 2 in 8. (cum J. C. Ganier), in tertia serie encyclopaedica ed. Migne t. 12 et 13; *Monographie de l' abbaye et de l' église de s. Remi* de Reims, précédée d'une notice sur le saint apôtre des Francs d'après Flodoard, Rotomagi 1857 in 8.

616. Cryptarum abdita illustrare coepit Jos. Marchi SJ. n. 22. Febr. 1795 in oppido Tolmezzo ditionis venetae, vir in antiquitatibus christianis erat versatissimus, cryptarum romanarum custos, musei christiani lateranensis conditor († 10. Febr. 1860). Non tam operibus scriptis illa illustravit quam institutione et verbo ad illorum investigationem et illustrationem alios accendit idoneosque reddidit[1]). Inter eos eminent in hac disciplina vere principes Jo. Bapt. de Rossi († 1894) eques romanus et Raphael Garrucci SJ. († 1885). Coeperat quidem opus eruditissimum *Monumenti delle Arti Cristiane primitive* nella Metropoli del Cristianesimo disegnati ed illustrati, Romae 1844 in 4., cum quam plurimis delineationibus, sed per temporum calamitates vix inchoatum continuare non potuit. Illud grandiori tamen stilo in se suscepit de Rossi ediditque inscriptum *Roma sotteranea*, Romae 1864, ss. t. 3 in f. Typis expressit *Musei Kircheriani inscriptiones* ethnicas et christianas Mediolani 1837. — Desi-

29. Jun. 1818; † 26. Febr. 1878), cujus opera et dissertationes recenset Sommervogel VII, 1003—31.

[1]) Cf. Backer 2, 1110—12.

[1]) Cf. encomium prolixum in Civ. Catt. 1910. I, 308 ss.; 447 ss. etc.

derius Raoul Rochette n. 7. Mart. 1790 innumeris operibus et dissertationibus, quas fontis inexhausti instar de variis argumentis inseruit fasciculis literariis, praesertim *Journal des savants* ab 1816—54, per universam Europam maximam nominis celebritatem adeptus est[1]), A juventute jam impense studiis historicis et archaeologicis incubuit, et vix annos 20 natus ad docendam historiam in lyceo imperiali bituricensi est destinatus. De themate ab academia inscriptionum et literarum proposito ita disseruit, ut praemium retulerit, et exinde inclarescere coeperit. Diss. plurimum auctam et retractatam edidit inscriptam: *Histoire critique* de l'établissement des colonies grecques, 1815 t. 4 in 8; quod opus alia secuta sunt, quae fere spectant antiquitates profanas; huc referri possunt: *Mémoires* sur les antiquités chrétiennes des Catacombes, 1839; *Tableau* des Catacombes Romaines où l'on donne la description de ces cimetières sacrés avec l'indication des principaux monuments d'antiquité chrétienne en peinture et en sculpture etc., Bruxellis 1837; *Aperçu* des principales vicissitudes de la topographie de Rome jusqu'à nos jours, 1830; atque huc referri deberent tot diss. et recensiones fasciculis literariis insertae *Les Croisades* et les heureux effets de la puissance temporelle des papes. Multarum academiarum erat socius, academiae artium perpetuus secretarius († 6. Jul. 1854).

617. Augustus Welby Northmore de Pugin, quem vocant the great Mediaevalist, de sacra architectura insigniter meruit atque merita medii aevi circa illam eloquenter extulit. Natus est Welby Pugin Londini 1. Mart. 1812 patre gallo, matre anglicana, in cujus etiam confessione fuit institutus. Excelluit adhuc puer in arte delineandi objecta, quae viderat, atque architecturae operam dedit. Stilo gothico maxime delectebatur et ejus studio gradatim agnovit veritatem illius Ecclesiae, quae tam stupenda hujus stili monumenta condidit. Fidem catholicam est amplexus a. 1834. Studiorum suorum fructum exhibuit in op. *Contrasts* or a Parallel between the Architecture of the XV th. and XIX th. Centuries, 1836, quo praeclaro opere suae conversionis notitiam dedit, animos vel protestantium commovit atque inter eruditos inclaruit. Saepe consultus fuit, cum ageretur de erigendis publicis aedificiis. Ut vere prodesset clero cathedram antiquitatum christianarum in collegio mariano oscothensi acceptavit. Alia opera de eodem argomento edidit: *The true Principles of Pointed or Christian Architecture,* Londini 1842. 1853; *an Apology* for the Revival of Christian Architecture in England; *the present State* of Ecclesiastical Architecture in England, ib. 1843 in 8; *Glossary of Ecclesiastical Ornament and Costume,* setting forth the Origin, History and mystical Signification of the various Emblems, Devices and symbolicals Colours, peculiar the Christian Design of the Middle-Ages with especial reference to the Decoration of the Sacred Vestiments and Altar-Furniture formerly used in the English Church, ib. 1844 cum pluribus splendidis imaginibus; 1846; aucta ab B. Smith 1868 ed. 3 (m. 147); a Treatise *on Cancel-Screens and Roodlofs,* their Antiquity, Use and Symbolics Signification, ib. 1850. *Examples of Gothic Architecture* selected from Ancient Edifices in England etc. Londini 1838—40; Examples of Gothic Ornaments etc., ib. 1831. In hisce tamen operibus sane eruditis vehementius acriusque quam par est structurae ornatusque stilum, quem ipse unice praeoptat et tuetur, urget atque inculcat, ut non omnibus etiam catholi-

[1]) Cf. Biogr. univ. 36, 48—58. Alius est a comite de La Rochette, de quo cf. p. 1312.

cis arriserit, imprudentiae fuerit insimulatus, imo vel ejus orthodoxia penes nonnullos in suspicionem venerit, sed certo immerito. Erexit et ipse quam plurimas sacras aedes, quinque praesertim magnifica templa, et ad profusionem usque beneficus erat erga pauperes. Decessit[1]) 14. Sept. 1852 a. aetatis 41. — Lud. Canina († 1856) edidit opus splendidum: *Ricerche sull' architettura* più propria dei tempi christiani basate sulle primitive istituzioni ecclesiastiche e dimostrate con più insigni vetusti edifizi sacri quanto con alcuni esempi di applicazione, Romae 1846 ed. 2. aucta cum 145 delineationum tabulis. — Henr. Hübsch Weinheimii 9. Febr. 1795 n. insignis architectus, qui ut se in hac arte magis excoleret, diu Romae substitit, Athenas et Constantinopolim invisit eamque professus est in schola francofordiensi (1824—54). Studio architecturae ecclesiasticae[2]) inductus est in studium archaeologiae et disciplinae veteris Ecclesiae operumque patrum gradatimque illuxit ei veritas Ecclesiae catholicae, quam ingressus est Romae 1850 († 3. Apr. 1863). Functus est munere publico architecti atque plura erexit splendida aedificia ediditque[3]) *Die altchristlichen Kirchen* nach den Baudenkmalen und älteren Beschreibungen und der Einfluss des altchristlichen Baustils auf den Kirchenbau aller späteren Perioden, Karlsruhe 1858—1862 t. 2 in f. — Jo. B. Stephanus Pascal[1]) canonicus honorarius parisiensis reliquit *Institutions de l' art chrétien* pour l' intelligence et l' exécution des sujets religieux ou documents puisés aux sources de l' Écriture sainte, de la tradition catholique, des légendes et des attributs sous le point de vue de la peinture, de la sculpture et de la gravure, avec un traité archéologique et pratique sur l' architecture, l' ornementation et l' ameublement des églises, Parisiis 1856 t. 2 in 8; *Discussion historique et impartiale* sur l' époque de l' établissement de la foi chrétienne dans les Gaules et principalement sur l' origine des églises de Limoges et de Mende, ib. 1857; *Origines et raison de la liturgie catholique* en forme de dictionnaire, suivies de la liturgie arménnienne[2]), Petit-Montrouge 1844 in 8. — J. F. A. Peyré composuit *Manuel d' Architecture religieuse* au moyen âge résumé de la doctrine des meilleurs auteurs, Villafrancae 1843 in 12. — In numismatica vere excelluit Franciscus Streber deutenhovensis in Bavaria n. 1806, archaeo-

[1]) Cf. Rosenthal II, 108—45; Pastor Aug. Reichensperger, sein Leben und sein Wirken, Freiburg 1899 II, 256; Reichensperger inter hist. Bildnisse ser. 3. ed. Herder; Ferrey Recollection of A. W. Pugin and of his Father A. Pugin, with Notices of their Works, Londini 1851. Zeck KL. X, 630—32; Gillow V, 375—79. Pater ejus (n. 1762; † 19. Dec. 1832) insignis erat architectus totumque se impendit reproducendis delineationibus veterum aedium et ornamentorum stili gothici. Cf. Handlex. II, 1633.

[2]) De hac meruerunt Sulpicius Boisserée (n. 2. Aug. 1783; † 14. Maj. 1854) et ejus frater Melchior (n. 23. Apr. 1786; † 14. Maj. 1851), de quibus cf. prioris *Selbstbiographie* 1862 t. 2; Leitschuh kirchliches Handlex. 1, 683.

[3]) Cf. Rosenthal ib. I, 751—55; Wohlmann allg. d. Biogr. XIII, 273—75. — Huic addere licet Joachim Sighart (n. 16. Jan. 1824) philosophiae doctorem, quam etiam professus est Frisingae. Insignis erat archaeologus et indefessus investigator monumentorum artis antiquorum, cujus fructus exstiterunt plurima opera et diss. Receptus est inter socios academiae extraordinarios et decessit canonicus monacensis 20. Dec. 1866. Cf. Holland allg. d. Bi. 34, 263—65.

[1]) Hujus etiam est *Gabalum christianum* ou Recherches historico-critiques sur l'Eglise de Mende (ancien Gévaudan), Paris 1853. — Alius ab eo est Vincentius Pascal OP. cujus laudantur *Conférences*, quas quadragesimae tempore habuit Massiliae 1877—79 de fide, de Ecclesia et primatu rom. pontificis 1880 ed. aucta.

[2]) Cf. Bourquelot La Littér. franç. contemporaine V, 599; Lorenz IV, 19.

logiae et numismaticae in universitate monacensi (1840) professor et numothecae regiae praefectus († 1864).

618. Demum quosdam addamus, qui de *historia literaria* [1]) scripserunt: Jo. Maria Quérard, de quo alias — Stephanus Gabriel Peignot n. 15. Maj. 1767, parlamenti bisontini advocatus et bibliothecae civicae praefectus, dein typographiae, bibliothecae et academiae divionensis praepositus, vir laudatissimus a morum comitate, vitae probitate et amplitudine eruditionis, plurium academiarum socius († 14. Aug., secundum Michaud, Aprilis 1848). Infatigabili patientia et diligentia composuit opera bibliographica quamplurima, sed non semper ea accuratione, quam eruditi in ejusmodi libris postulant. *Dictionnaire raisonné* de bibliologie, Vesulii 1802—4 t. 3 in 8; *Dictionnaire critique,* littéraire et bibliographique des principaux livres condamnés au feu, supprimés ou censurés, 1806 t. 2 in 8., opus rarum et ideocarum; *Répertoire bibliographique universel* contenant la notice raisonnée des bibliographies spéciales publiées jusqu'à ce jour, Parisiis 1812 in 8., opus forte omnium praecipuum, et magis utile; *Manuel du bibliophile,* Divione 1823 t. 2 in 8; *Recherches* sur la personne de J. Christ et de Marie (et earum imagines, 1829 in 8., opus lectu dignum; *sur l'origine* et l'usage de l'instrument de pénitence appelé discipline, 1841; *Précis historique* et analytique des pragmatiques et concordats, déclarations . . . et autres actes relatifs à la discipline de l'église en France depuis S. Louis jusqu'a Louis XIII., 1817; et innumera alia spectantia ad mores antiquorum etc. Plura manserunt inedita. Inseruit etiam multos articulos Lexicis biographicis et foliis literariis [1]). — Hippolytus Barbier Aurelianensis (n. 1808; † 1864) collegit *Biographie du clergé contemporain,* Parisiis 1840—49 t. 10 in 12. — Franc. Perennes († 1867) collegit [2]) *Dictionnaire de bibliographie catholique* présentant l'indication et les titres complets de tous les ouvrages qui ont été publiés dans les trois langues, grecque, latine

[1]) Michael Schmalhofer bibliopola compilavit *Bücherkunde der kath. theologischen Literatur* oder möglichst vollständiges Verzeichnis von in älterer u. neuerer Zeit bis Ende 1836 erschienenen gang- und brauchbaren Werken etc., Augsburg (Regensburg) 1837, cum supplementis (ad a. 1843). — Oliv. Laur. Jenkins Congr. s. Sulp. Baltimorensis (n. 17. Jun. 1813; † 11. Jul. 1869) aliquot collegiorum praeses, in studiosorum commodum concinnavit *The Students Handbook* of British and American Literature containing sketches Biographical and Critical of the most distinguished Englisch Authors etc., Baltimore 1876 opus posthummum, 1880; 1894. — De Severino Fabriani de surdo-mutis benemerito (1792—1849) cf. Begani in Less. eccles. II, 286. — Victor Philippus Gumposch Bavarus n. 1877, laicus, aliquamdiu professor in gymnasio curiensi († 1. Jan. 1853) praeter scripta philosophica ut novam ed. Thad. Anselmi Rixner *Handbuch der Geschichte der Philosophie* Sulzbach 1850, cui adjecit t. 4. seu supplementum; et *Die Seele und ihre Zukunft.* Untersuchungen über die Unsterblichkeitslehre, St. Gallen 1849, exhibuit *Die philosophische und theologische Literatur der Deutschen,* ab a. 1400, opus sane utile, cujus tantum prodiit t. 1, Augsburg 1846. Vertit quoque opera Bellarmini de controversiis fidei ib. 1842—52 t. 4. — Jo. B. de Winklern Styriensis, parochus et decanus (n. 13. Jan. 1768; † 22. Aug. 1841), ferax scriptor, qui quam plurima opuscula ascetica, conciones etc., quae nunc pretio carent, reliquit et etiam biographica, quae modo adhuc sunt utilia. Cf. Jlow in Mittheilungen des hist. Vereins für Steiermark 1869 fasc. 17 p. 14—35 et allg. d. Biogr. 53 p. 455. *Biographische und literarische Nachrichten* (ordine alphabetico) von den Schriftstellern und Künstlern, welche in dem Herzogtum Steiermark, Gratz 1810; *Chronologische Geschichte* des Herzogtum Steiermark, ib. 1820. Ad utrumque opus dedit supplementa Jlow Biographien denkwürdiger Steiermärker in der zweiten Hälfte des 18. Jahrhunderts in der Steiermärker Ztschr. N. F. VI. et VII.

[1]) Cf. Biogr. univ. 32, 371.
[2]) Cf. Lorenz 4, 43.

et française depuis la naissance du christianisme en tous les pays, mais principalement en France, pour et sur le catholicisme, suivi d'un dictionnaire de bibliologie par M. Brunet, Parisiis 1859. 1860 t. 5 in 8., in encyclopaedia theol. tertia curante Migne t. 39—43; Dictionnaire *de biographie chrétienne et antichrétienne,* ouvrage dont le fond emprunté à Feller a été corrigé, refondu et prolongé jusqu'à l'année 1850 inclusivement, ib. 1851, in Migne nova encyclopaedia theologica t. 1—3; novam quoque curavit editionem Biographiae universalis auctore Feller (p. 594); Histoire de *s. François de Sales* d'après les documents originaux et de nombreux manuscrits, ib. 1864 t. 2 in 12. cum biographia s. Franciscae de Chantal; *de l'institution du dimanche* considérée principalement dans ses harmonies avec les besoins de notre époque, ib. 1844 in 8; *de l'obsecration du dimanche* considérée sous les rapports de l'hygiène publique, de la morale, des relations de la famille et de la cité, Bisontione 1840 in 8., inter Démonstrations évang. de Migne, t. 14. — Chaumeil canonicus honorarius dedit *Biographie* des personnages remarquables de la Haute-Auvergne formant la totalité du départ. Cantal et du diocèse de S. Flour, précédée d'un essai sur l'histoire religieuse de cette demi-province, 1867 in 8. ed. 2.

619. Jo. B. Spotorno O. Barn. Genuae bibliothecae publicae praefectus et in universitate eloquentiae professor (n. 24. Oct. 1788; † 1843) praeter alia scripsit *Storia Letteraria* di Liguria, Genuae 1824 ss.; *Ritratti ed elogi dei liguri* illustri ib. 1824. — Merita in historiam literariam editione bonorum operum, historicorum praesertim, Aloysii Toccagni laici quidem, sed viri eruditi et ex corde catholici Brixiani (1788—22. Apr. 1853) celebrat C. Molteni in Lessico eccl. IV, 927. — Alexis Narbone SJ. diu in collegio panormitano theologiae dogmaticae, juris canonici et historiae ecclesiasticae professor (n. 9. Aug. 1789; † 12. Dec. 1860) plurium academiarum socius, multorum librorum auctor[1]), in compendium redegit insigne opus *Storia* d'ogni Letteratura auctore Andrés (p. 767), continuavit notisque illustravit, Panormi 1838—41 t. 8 in 18; cui adjecit *Storia di Ierografia* ejusdem J. Andres in compendium redacta, ib. 1844 pp. 2; composuit deinde *Bibliografia sicola sistematica* o apparato metodico alla Storia Letteraria della Sicilia, ib. 1850—55 t. 4 in 8; *Istoria della Letteratura siciliana,* ib. 1852-64 t. 12 in 8. — *Annali siculi d. comp. di G.* dal a. 1805—59 editi a Cajetano Filiti SJ. t. 1. ab a. 1805—14; t. 2. ab a. 1815—24; t. 3—6 ab a. 1825—59, Panormi 1907—8: propter quae opera dictus est ‚Varro Siculus Tiraboschi Siciliae, Mongitore Sec. XIX.' — Fr. Pungileoni Conv. n. Corregii 20. Aug. 1762 lector philosophiae et theologiae et eloquentiae sacrae in universitate urbinate diss. inseruit *de viris illustribus* in Giornale arcadico romano[2]). Obiit 1844. — Vinc. Parcolla dedit *Biografia degli uomini illustri Catanesi* del sec. 18., Cataniae 1843. — Aemilius di Tipaldo *Biografia degli Italiani illustri* del sec. 18., Venetiis 1835—44 t. 10 in 8. — Alf. Dragonetti *Le vite degli illustri Aquilani,* Aquila 1847. — Dionysius Hidalgo († 1866) collegit[3]) *Diccionario de Bibliografia Española,* Matriti 1862-73 t. 5. — Franc. Ant. de Besnard monacensis n. 1796, strenue egit cau-

[1]) Cf. Orlandi Il. P. A. Narbonne e le sue opere di cose sicule, 1883; Sommervogel V, 1575—81.

[2]) Cf. Less. eccl. IV, 405; Müller Biografie autografe ed inedite di illustrati italiani di questo sec. (XIX), Torino 1853.

[3]) Alius est a Jos. Hildago Morales, cujus exstat *Iliberia ó Granada,* Granatae 1842.

sam catholicam in pluribus foliis literariis, quae redegit, ut *Literaturzeitung* für die kath. Geistlichkeit, quod jam redegerant Mastiaux et Kerz, Landishuti 1826—1834 t. 17—25; cum Kerz *kath. Literaturzeitung,* Monachii 1835. 1836; *Repertorium* für kath. Leben, Wirken, Wissen, Landshuti 1841-43 t. 3; *Eos, Sion; Beitrag* zur mystischen Theologie[1]), Augustae 1847. Decessit 20. Jan. 1854. — Franc. Sausen, Moguntinus (n. 23. Jan. 1810; 31. Maj. 1866) ob aurium infirmitatem vitae clericali renunciare est coactus. Totum se dedit operibus literariis. Condidit vel redegit folia literaria, ita ab a. 1844—49. *Katholik*; iterum edidit commentaria Maldonati *in Evangelia,* Moguntiae 1840—44; Estii *in epistolas Pauli;* disputationes de controversiis fidei ib. 1842—43 t. 2, quam ed. non continuavit deterritus forte acriori censura Kuhnii in theol. Qtlschr., Tübingen 1844 p. 282—88. Ei tribuitur etiam: *Der Czar und der Nachfolger des hl. Petrus.* Eine Erklärung der päpstl. Darlegung über die schweren Leiden der kath. Kirche in Russland und Polen, Mainz 1842 in 8. — Ant. Dittrich Cist. Bohemus (n. 1786; † 1849) cum Antonio Spirk collegit *Monumenta historica universitatis pragensis* 1830—44 t. 3. — Denique primus, qui historiam literariam Armenorum delineavit fuit Soukias Samal Mechîtaristarum s. Lazari Venetiis abbas († 1846) in op. *Quadro della historia letteraria* di Armenia, Venetiis 1829.

V. Theologia pratica.

620. In *jure canonico* versati sunt ex *italis*[2]) praetermissis Cl. Vascotti (p. 1261) et Gualco (p. 1191): Raphael Pecorelli, juris utriusque professor in archiepiscopali seminario neapolitano, qui commoda novaque methodo adornavit juris ecclesiastici maxime privati *institutiones*[1]), quibus disciplina hujus regni additur et dogmata ipsa religionis passim vindicantur, Neapoli 1842; 1847—49 ed. 2. t. 4; in his praeclare disputat de primatu. — Jo. Soglia n. 11. Oct. 1779 Casulae Valsenii in dioecesi imolensi[2]), a Gregorio XVI. cardinalis in pectore creatus 12. Febr. 1838, et 18. Febr. 1839 promulgatus simulque episcopus

[1]) Cf. Zeitschrift für Philosophie und kath. Theologie, Bonnae 1847 IV, 116—30.

[2]) Praetermittere non licet Aloysium Taparelli marchionem d'Azeglio S. J. Taurinensem (n. 24. Nov. 1793; † 20. Sept. 1862) philosophiae professorem, qui cum aliis fundavit (1850) et redegit Civiltà Cattolica, virum solidissimae virtutis et sagacis admodum ingenii, ut testantur *Saggio teoretico di diritto* naturale appogiato sul fatto, Panormi 1840—32 t. 2 in 12; 1857 ed. 6. aucta; germanice versa a Rinecker Ratisbonae 1845 t. 2; *Corso elementare di natural Diritto* ad uso delle Scuole, Neapoli 1845 in 12., praecedentis op. compendium; Esame critico *degli ordini rappresentativi* nella società moderna, Romae 1854 t. 2; *della nazionalità,* Genuae 1847: Florentiae 1849 ed. aucta responsis ad exceptiones Gioberti; *La preghiera cattolica* considerata in ordine alla civiltà dei popoli, Romae 1846; *sulla libertà d' associazione,* Panormi 1848; *Della sovranità del popolo,* Florentiae 1849; *le Ragioni del Bello* secondo i principii di s. Tommaso, Romae 1860. — Andreas Phil. Valentinus Descamps (n. 29. Aug. 1792; † 17. Jul. 1866) vicarius generalis tornacensis et capituli decanus multisque muneribus in bonum commune auctus (cf. Biogr. nat. 5, 703) deprompsit *institutiones juris naturalis* ex probatissimis orthodoxae fidei auctoribus, Tornaci 1835 in 12; Notice sur *Walter de Marvis* évêque de Tournai, ib. 1853 in 8. etc.

[1]) Cf. Zeitschrift für Phil. und kath. Theol., Bonnae 1852 II, 138—49.

[2]) Cf. Schulte 3, 540.

auximensis dictus († 12. Aug. 1855), edidit *institutiones* juris publici ecclesiastici ll. 3, Laureti 1843; 1844 ed. 2; Mutinae 1850 t. 2; Neapoli 1860, opus summi momenti pro potestate primatiali, in quo ostendit, in pontifice totam semper plenitudinem potestatis residere, etsi non totam semper exerceat; *Institutiones juris privati et publici ecclesiastici* ed. ab ipso auctore recognita et aucta, Parisiis 1859 ed. 8; Taurini 1867 italice reddita ab Abrahamo di Susanna O. Alcant., Neapoli 1864. — L. Ugolini episcopus Fori Sempronii dedit *Esposizione delle proprietà della Chiesa cattolica,* 1839, opus insigne ad normam celebris l. Halleriani *Restauration der Staatswissenschaft* (p. 1358), in quo prae primis relationem potestatis pontificiae ad civilia gubernia ejusve ab his independentiam illustrat. — Antonii Cercià SJ. juris canonici professoris (n. 21. Oct. 1810; † 26. Nov. 1865) prodiit opus posthumum: *Lezioni di diritto canonico* pubblico e privato cura Raphaelis Cercià SJ., Neapoli 1867. 1868 t. 2; 1872 ed. 2. — Hier. Vilella de Castro-Taveres composuit *compendio de direito ecclesiastico,* Recife (in Brasilia) 1855, insigne opus pro juribus papae et universim pro libertate ac independentia Ecclesiae a civili gubernio[1]). — Manuel de Monte Rodrigues de Araujo episcopus s. Sebastiani Fluminis Januarii (Rio Janeiro † 1863) luci dedit: *Elementos de direito ecclesiastico* publico e particular, em relaçao à disciplina geral da Igreja e com applicacao aos usos da Igreja do Brasil, Rio Janeiro 1857 t. 3; *Compendio de theologia moral,* Porto 1858, utrumque prohibitum 1. Jun. 1869. — Candidus Mendes de Almeida scripsit *Direito civil ecclesiastico Brasileiro,* Rio de Janeiro 1866.

621. In Gallia Thomas Maria Jos. Gousset n. 1. Maj. 1792 parentibus pauperibus, tarde studiis operam dare potuit; quibus feliciter percursis sacerdos ordinatus (1817) theologiae dogmaticae, postea moralis professorem in seminario bisontino egit (1818), dein factus est 1831 vicarius generalis, episcopus petrocoricensis 1836, inde translatus (13. Jul. 1840) archiepiscopus remensis, ecclesiae gallicanae ornamentum, quem in meritorum praemium Pius IX. (30. Sept. 1858) cardinalem creavit († 22. Dec. 1866). Ter synodum provincialem celebravit 1849; 1853; 1857, liturgiam romanam in suam archidioecesim induxit, pro libertate instructionis publicae stetit; academiam literariam et bibliothecam copiosam pro usu cleri condidit, ordines religiosos et pias congregationes plures induxit, pauperum erat pater ad profusionem usque. Scriptor simul vere laboriosus plura edidit opera[1]): *Concilia Remensia* Remis 1842; *Theologie dogmatique* ou Exposition des preuves et des dogmes de la religion catholique, Parisiis 1848. 1856 t. 2 in 8. ed. 8; germanice, sed inaccurate auctore Bittner; *Théologie morale,* 1844; ib. 1862 in 8. ed. 12; 1880 ed. 17; germanice sed male versa ab Oischinger; *Exposition des principes du droit canonique,* ib. 1859 in 8; 1869 in 12., in qua theorias gallicanas excludit; *du Droit de l'Église* touchant la possession des biens destinés au culte et la souveraineté temporelle du pape, ib. 1862 in 8., erudita compilatio ex patrum testimoniis et decretis synodalibus; *la croyance générale* et constante de l'Église touchant l'immaculée Conception de la bienheureuse V. Marie, ib. 1855 in 8; *les Actes* de la province ecclésia-

[1]) Cf. Roskovány 4, 793.

[1]) Cf. Urbany C. Ss. Red. KL.[2] 5, 950; Just. Fèvre Histoire de S. E. Mgr. le card. Gousset, Parisiis 1882; et vita ipsius auctore Besson ib. 1870 t. 2; Deglaire le Card. G., Paris s. d. (1865); Menu Notice biographique, Reims 1866; Martin Biographie, ib. 1866; Gousset can. Le card. G. sa vie, ses oeuvres, son influence, Besancon 1903; L'Episcopat p. 500—503.

stique de Reims ou Canons et décrets des conciles, constitutions, statuts et Lettres des évêques des différents diocèses, qui dépendent ou qui dépendaient autrefois de la métropole de Reims, Rotomagi 1842—44 t. 4 in 4; *Justification* de la Théologie morale du B. A. M. de Ligorio, Bisontione 1832 ed. 2. Voto se obstrinxerat Romae theologiam illam inducendi in Galliam quod et praestitit. Lettre . . . *sur la communion des condamnés a mort,* Reims 1841; *Exposition de la doctrine* sur le prêt à l'intérêt, ib. 1824; *Le code civil* commenté dans ses rapports avec la théologie morale, Parisiis 1827, saepius editum; *Conférences ecclesiastiques* du diocèse d'Angers, ed. classée et augmentée de notes nombreuses, Bisontione 1823 t. 26; Parisiis 1829 t. 16 in 8. — Joan. Franc. Maria Lequeux vicarius generalis suessionensis et parisiensis, hujus ecclesiae canonicus et seminarii suessionensis director (n. 1796; †1866), composuit *manuale compendium* juris canonici, Parisiis 1850. 1851 t. 4 in 4. ed. 3., quorum t. 4. complectitur gallice historiam juris canonici proh. 27. Sept. 1851, et ab auctore serius retractatum; *synopsis* juris canonici communis secundum ordinem *institutionum* J. Devoti per tabulas disposita opusculum e selectissimis doctorum utriusque juris operibus collectum; in hac ed. parisiensi indicantur praecipua disciplinae gallicanae a jure communi discrimina etc., Parisiis 1845 in 4; *selectae quaestiones* juris canonici, 1846 in 12; manuale compendium *doctrinae moralis de virtutibus,* 1843 t. 2 in 12; *Antiquités religieuses* du diocèse de Soissons et Laon, 1859 t. 2 in 12., quo opere continentur multa, quae historiam ecclesiae gallicanae universim illustrant. — Joan. Henr. Romanus Prompsault (n. 1798; †1858) collegit *Dictionnaire raisonné* de droit et de jurisprudence en matière civile et ecclésiastique t. 3 seu t. 36—38 op. Première encyclopédie théologique ed. Migne 1849. Ejus op. *du Siége du pouvoir ecclésiastique* dans l'Église de J. C. gravissimis verbis a card. Bonald reprobatum[1]) et in indicem relatum fuit 22. Apr. 1855.

622. In *Austria* Jos. Helfert Planensis in Bohemia natus 28. Oct. 1791, juris canonici et romani professor in universitate pragensi († 9. Sept. 1847), etsi laicus, inter canonistas sui aevi haud incelebre nomen est adeptus pluribus operibus, quibus jus ecclesiasticum austriacum illustravit. Potiora sunt: *Handbuch des Kirchenrechtes* aus den gemeinen und österreichischen Quellen zusammengestellt, Pragae 1845 pp. 2; 1849 ed. 4; *Von den Rechten und Pflichten* der Bischöfe und Pfarrer, dann deren beiderseitiger Gehilfen und Stellvertreter, nach dem gemeinen und besondern österreichischen Kirchenrechte, ib. 1838 pp. 2; *Anleitung* zum geistlichen Geschäftsstyle nach dem gemeinen und österr. Kirchenrecht, ib. 1837; 1858 ed. 8; 1892 ed. 11; *von der Besetzung,* Erledigung und dem Ledigstehen der Beneficien nach dem gemeinen etc., ib. 1828; *Von der Erbauung,* Erhaltung und Herstellung kirchlicher Gebäude, ib. 1834 ed. 2; *Von dem Kirchenvermögen,* ib. 1833 pp. 2, ed. 3; *Darstellung der Rechte,* welche in Ansehung der h. Handlungen, dann der h. u. religiösen Sachen, sowohl nach kirchlichen als nach österreichischen bürgerl. Gesetzen stattfinden[2]), ib. 1843 ed. 2; inseruitque etiam doctas diss. fasciculis literariis: iu quibus omnibus, cum semper ob oculos habeat leges caesareas, josephinismum sed moderatum profitetur[3]). — Ignatius Beidtel Moravus (n. 15.

---

[1]) Cf. Reusch 2, 1105.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1827 p. 290—318; Kerz Litzt. 1827 II, 9—16.

[3]) Cf. Wurzbach 8, 250; Schulte 3, 353; et allg. d. Biogr. XI, 687; J. Helfert . . . biographisches Denkmal, Pragae et Lipsiae 1856 ab ipsius filio scriptum.

Jan. 1783; † 15. Maj. 1865), academiae viennensis socius, praeter alia, quae ad jus civile vel criminale spectant, scripsit *Untersuchungen* über die kirchl. Zustände in den k. österr. Staaten, die Art ihrer Entstehung und in Ansehung dieser Zustände wünschenswerthen Reformen[1]), Wien 1849; *das canonische Recht,* betrachtet aus dem Standpunkte des Staatsrechtes, der Politik, des allgemeinen Gesellschaftsrechtes und der seit dem Jahre 1848 entstandenen Staatsverhältnisse, Ratisbonae 1849, opus, in quo omnino sane judicat de relatione inter Ecclesiam et societatem civilem, atque principia febroniana et Josephinismum rejicit. Reliquit copiosa manuscripta, ex quibus Alf. Huber concinnavit *Geschichte der österr. Staatsverwaltung* 1740—48 cum auctoris biographia, Innsbruck 1896 t. 2. — Felix Slotwiński, Borowensis in Galicia n. 17. Maj. 1788, in universitate cracoviensi professor juris naturalis et oeconomiae politicae (1812), dein 1833 juris romani et canonici, demum 1848 juris naturalis et criminalis, obivit plura munera publica reipublicae cracoviensis († 9. Mart. 1862). Fuit unus e celebrioribus juris peritis polonis, qui praeter plura opera ad disciplinas, quas profitebatur, spectantia elaboravit *institutiones juris canonici,* Cracoviae 1839. 1840 t. 2.

623. Friedericus Kunstmann[2]) Norimbergensis n. 4. Jan. 1811, juris canonici professor in universitate monacensi (1848) et academiae regiae socius († 15. Aug. 1867), scriptor erat diligens et exactus, qui dedit *Grundzüge* eines vergleichenden Kirchenrechts der christlichen Konfessionen[1]), Monachii 1867. *Die Canonensammlung* des Remedius von Chur e mss. bibliothecae regiae primus eruit atque critice illustravit, Tubingae 1826; *die lateinischen Pönitentialbücher* der Angelsachsen cum introductione historica[2]), Moguntiae 1844; *das Eherecht* des Bischofs Bernhard von Pavia, in Archivo pro jure can. catholico t. 4. (1861) 3—14; 217—62; *Rhabanus M. Maurus*[3]), Moguntiae, 1841 in 8., cum duabus ejusd. ep. de Gottescalchi doctrina; monographia erudita et utilis ad illustrandam historiam illius temporis; *die gemischten Ehen* unter den christlichen Konfessionen Deutschlands geschichtlich dargestellt, Ratisbonae 1830, opera erudita, quae laudem merent[4]). — Ant. Barth consul quondam composuit *Handbuch des kath. und prot. Kirchenrechts* mit besonderer Rücksicht auf Orte, Zeitinteressen etc., Augsburg 1844; 1846 t. 2 in 8. opus practicum sed minoris pretii scientifici. — Andreas Müller canonicus wirceburgensis et capituli senior († 12. Jan. 1865) magna diligentia compilavit *Lexikon des Kirchenrechts* und der römisch.-kath. Liturgie in Beziehung auf Ersteres mit steter Rücksicht auf die neuesten Concordate, päpstliche Umschreibungsbullen und die besonderen Verhältnisse der kath. Kirche in den verschiedenen deutschen Staaten, Wirceburgi 1830—32; 1838—39; Ratisbonae 1842; 1852 t. 5, opus utile; *Repertorium* d. landesherrlichen Verordnungen in Kirchensachen im K. Baiern, Wirceburgi 1829; *Anleitung* zum geistlichen Geschäftsstile und zur geistlich. Geschäftsverwaltung, sowohl nach der Pastoral und dem gemeinen

[1]) Das erste (Werk), welches seit einem Jahrhundert in den österr. Staaten zu Gunsten der kath. Kirche erschien dicitur in hist. pol. Bl. a. Ratzinger 119 (1897), 293, quae cf. de auctore alioque ejusdem op. erudito et utili p. 292—301; 123 (1899), 353—59.

[2]) Inter canonistas Germaniae referri etiam debet Fr. M. Permaneder, de quo supra egimus p. 1251.

[1]) Lit. Handw. 1876 c. 435.
[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1845 p. 577—88.
[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1842 p. 458—66.
[4]) Cf. Schulte 3, 397.

Kirchenrechte als nach besondern baierischen Verordnungen, Ratisbonae 1845 ed. 7; Lehrbuch *der Katechetik,* Würzburg 1840 ed. 2. — Franc. Aemilius Chavin de Malan disseruit *de le Étude* et de la bibliographie du droit ecclésiastique, Parisiis 1851 in 8. et scripsit praeter alia *Histoire de s. François d' Assisi* (1182—1228), 1841 in 8. — Dassance (n. 1805; † 1856) canonicus honorarius et vicarius generalis, Sorbonae professor praeter alia curavit editionem canonum et decretorum conc. tridentini latine et gallice cum diss. de necessitate conciliorum auctore Salmon (IV³, 1196), tabulis, specimine historico, diss. de auctoritate hujus concilii, qua occasione exhibet commercium epistolare inter Bossuetum et Leibnitium de eodem, Parisiis 1842 in 8. Collegit quoque *nouvelle Bibliothèque* des Prédicateurs ou Dictionnaire apostolique à l'usage de ceux qui se destinent à la chaire Paris 1839-42 t. 15 in 8; *Cours de Littératurs* ancienne et moderne ... à l'usage du clergé, ib. 184 t. 6 in 8. — Jo. Jac. Lang Heidelbergensis n. 3. Aug. 1803, professor extraordinarius juris canonici Tubingae, dein Wirceburgi juris professor et consiliarius aulicus († 31. Dec. 1862), *Geschichte und Institutionen* des kathol. und protest. Kirchenrechtes, Tubingae 1827 t. 1. et unicus; *Sammlung* der Würtenbergischen Kirchengesetze ib. 1836. — Ludw. Gitzler juris professor in universitate wratislaviensi composuit *Handbuch des gemeinen und preussischen Kirchenrechts* der Katholiken und Evangelischen, Wratislaviae 1840—41; *Geschichte der Quellen des Kirchenrechtes,* ib. 1855 pro praelectionibus. — Franc. August. Ad. Grosch exhibet *Grundzüge des Kirchenrechts* der Katholiken u. Evangelischen, ib. 1846. — Ibidem etiam a. 1846 Vinc. Krainski concinnavit *Handbuch des kath. canonischen Rechts* in Fragen und Antworten zum Gebrauche der Repetitionen.

624. De quaestione fundamentali disputavit[1]) Carolus Ludovicus de Haller, cujus hic saltem facienda est mentio. Natus is est 1. Aug. 1768 Bernae gente patricia et viris claris celebri. Juvenis 16 annorum nulla praemissa institutione academica vitae politicae se dedit pluribusque splendidis pro patria functus est legationibus ad aulas exteras. In Gallorum invasione patriam relinquere est coactus, ideoque se addixit obsequio archiducis Caroli. Erecta Bernae academia vocatus est ad docendam jurisprudentiam, cui vocationi paruit, et post redditam iterum patriae libertatem muneribus publicis est functus. Interim inclaruit per Europam suis de jurisprudentia operibus, quae principiis christianis innituntur apertumque bellum indicunt recentiorum theoriis de libertate civica deque sic dicto contractu sociali, inter quae eminet illud: *Restauration der Staatswissenschaft* oder Theorie des natürlich-geselligen Zustandes, der Chimäre des künstlich-bürgerlichen entgegengesetzt[2]), Winterthur 1816—34 t. 6 in 8., in varias linguas versum, quod propter spiritum prorsus christianum horrori est politicis liberalibus. Studiis suis accuratis et solidis inductus est ad agnoscendam veritatem religionis catholicae, quam etiam palam amplexus est 17. Oct. 1820, suaeque conversionis rationes reddidit in *Lettre* à sa famille pour lui déclarer son retour à l'église cathlique, Parisiis 1821,

---

[1]) Carmona professor hispalensis in *Examen* critico-teologico-canonico de los escritos publicados por el Sennor D. Valentin Ortigosa nombrado obispo de Malaga, Matriti 1841, confutat Ortigosa asserentem principibus jus constituendi episcopum seclusa confirmatione pontificia.

[2]) Cf. Kerz Litzt. 1826, I, 78; 143—53. Er kann jenen nicht als Führer dienen, welche ein Staatsrecht im Geist der Scholastik bieten wollen ... In der scholastischen Moral und Rechtslehre war er ganz unerfahren. Rosetti Katholik 1887 I, 528.

quae admodum celebris facta [1]) est et brevi saltem quinquagies variis in linguis prodiit; germanice Raess, ed. Mainz 1821. Adeo vero ejus conversio commovit fanaticos concives suos, ut contra omne fas spoliatus fuerit muneribus politicis. Adversus Lamennais l. *paroles d'un croyant* scripsit *Satan und die Revolution,* primum gallice, germanice Lucernae 1835; *Geschichte der kirchl. Revolution* oder der protestantischen Reform in der Westschweiz, Lucernae 1836; *Theorie der geistl. Staaten und Gesellschaften,* Winterthur 1822—34 t. 2. Decessit Haller eruditione, probitate, characteris nobilitate laude dignissimus [2]) aetate grandaevus 21. Maj. 1854.

625. Memoria digni sunt aliquot praesules, qui hoc tempore facto potius ideoque practice propugnarunt Ecclesiae jura contra potestatis laicae et liberalismi usurpationes. Horum agmen ducit Clemens Augustus Droste Vischering n. Monasterii in Westphalia 21. Jan. 1773. Adolevit inter viros optime catholicos qui tunc urbem illam illustrabant et sub institutore egregio Katerkamp. Franc. de Furstenberg vicarius generalis monasteriensis in regimine dioecesis eum coadjutorem assumpsit (1707), dein electus est vicarius capitularis (1815—22). Sub ejus fratre Caspar Max functus est munere episcopi auxiliaris et 1. Dec. 1835 electus est archiepiscopus coloniensis. Fortiter stetit contra Hermesianos, quorum contumaciam fregit. Sua sentiendi et agendi ratione in causa matrimoniorum mixtorum gubernii iram adeo provocavit, ut vi sede sua pulsus in arcem mindensem fuerit abductus (20. Nov. 1837). Inde demum agente praesertim Gregori XVI., qui apostolico vigore pro eo stetit, fuit liberatus (1839). Pacis causa regimini renunciavit suae dioecesis retenta dignitate. Oblatam cardinalis purpuram recusavit decessitque 19. Oct. 1845 plenus meritis pro Ecclesiae libertate, quam apostolica sua fortitudine plurimum promovit. Vere enim dici potest ab ipso coepisse novam ecclesiae germanicae aeram, nam catholici somno quasi exciti fervore imbuti fuere insolito, ne se darent indifferentiae religiosae [1]). Scripsit praeter alia *Ueber den Frieden* unter der Kirche und den Staaten, nebst Bemerkungen über die bekannte Berliner Darlegung, Münster 1843 ed. 1—2. — Hunc sequitur ejus in sede archiepiscopali successor dignissimus Jo. de Geissel Gimmeldingensis n. 5. Febr. 1796 egregiis animi dotibus praeditus celebris Liebermann (p. 1081) discipulus. Egregias diss. inseruit fasciculis literariis *Katholik* strenueque impugnavit Hermesianos. Dictus episcopus spirensis (20. Maj. 1837) reformavit prudentia et sollicitudine suam dioecesim plurimumque contulit ad excitandum fovendumque spiritum ecclesiasticum et ad vindicanda Ecclesiae jura. Inde translatus est administratoris munere Coloniam pro Clemente Augusto (1842), quo defuncto (1845) ei in sede archiepiscopali successit. Turbatae ecclesiae pacem ordinemque reddidit dextereque dioecesim temporibus illis difficillimis rexit atque fortitudine sua hermesianas turbas post sedis apostolicae damnationem compressit, facultatemque bonensem theologicam Hermesiis erroribus adictam renovavit. Pro juribus Ecclesiae et etiam regis intrepidus stetit multumque contulit, ut Ecclesia catholica jam majori frueretur libertate per Borussiam quam antea, atque temporis opportunitate utens quaqua versus bonum

[1]) Cf. Literatura, cui ea occasionem praebuit, apud Roskovány 4, 568—71; Gla 1, II, 811.

[2]) Cf. Rosenthal 1, 271—96; Scherer KL.[2] 5, 1463.

[1]) Cf. Lauchert Handlx. 1, 1187; Rassmann I, 91; Marx KL. III, 2073—81; Muth Deutschlands Episcopat in Lebensbildern 1874 III, 5.

suae dioecesis promovit habitis missionibus et exercitiis sacris, institutis seminariis, inducta perenni SS. adoratione, promotis studiis etc. Ad magis semper promovendam Ecclesiae libertatem fovendumque spiritum catholicum auctor fuit, ut congregarentur Wirceburgi Germaniae praesules (1848). Pro tot meritis de Ecclesia per Germaniam creatus est cardinalis a Pio IX. (30. Sept. 1850). Anno 1860 habuit synodum provincialem Coloniae, quae decretis errores temporis, in primis Hermesii et Güntheri reprobat, multa admodum pro disciplina opportuna statuit, et cujus ratio habita fuit vel in conc. vaticano. Decessit[1]) inclitus praesul benemeritus de ecclesia spirensi et coloniensi, imo universae Germaniae 8. Sept. 1864. Ejus scripta et conciones, quae plane elegantes sunt, prodierunt collecta cura K. Th. Dumont t 4. Inter ea est etiam: *Der Kaiserdom zu Speier* mit besonderer Rücksichtnahme auf die Geschichte der Bischöfe von Speier, Coloniae 1876 ed. 2. aucta. — A Geissel separare non licet ejus in munere pastorali collegam, qui eodem anno defunctus est (7. Jan.) Guil. Arnoldi episcopum trevirensem (n. 4. Jan. 1798), non minus sollicitum de sua ecclesia, quam prius egregiis concionibus, dein cura pastorali vere illustravit atque in florentissimum transformavit statum. Iram offensionemque incredulorum incurrit, quod a. 1844 publicae veneration exposuerit Christi tunicam, quo in populo catholico ingentem excitavit salutaremque commotionem. Vertit germanice homilias s. Jo. Chrysostomi in ep. s. Pauli, Trier et Augsburg 1852-58 ed. 2 t. 6. Conciones ejus prodierunt cur. J. Kraft Treviris 1868—70 t. 4, qui et edidit Leben des B. W. A. Schaffhausen 1866. Cf. KL. 1, 1434 ss.

[1]) Cf. Jo. Ant. Frid. Baudri Elberfeldensis (n. 20. Febr. 1804; † 29. Jun. 1893) episcopus auxiliaris coloniensis: *Jo. Card. v. Geissel* und seine Zeit, Coloniae 1881.

626. De argumentis specialibus disseruerunt Jo. Henr. Bangen Rhedensis n. 5. Nov. 1823, qui Romam se contulit, ut se in jure praesertim canonico excoleret. Adeptus est ibidem doctoratus lauream in theologia et utroque jure (1849—53). Post reditum in dioecesim factus est assessor, consiliarius ecclesiasticus, defensor matrimonii et promotor fiscalis in ordinariatu monasteriensi. Decessit praelatus domesticus pontificis et canonicus 30. Oct. 1865. Edidit: *Die römische Curie,* ihre gegenwärtige Zusammensetzung und ihr Geschäftsgang nach mehrjähriger eigener Anschauung dargestellt, mit einer Sammlung von Belegstücken und Formularen, Monasterii 1854; introductio practica *de sponsalibus et matrimonio* in usum sacerdotum curatorum, ib. 1858—60 fasc. 3. — Clemens Villecourt Lugdunensis n. 9. Oct. 1787, episcopus rupellensis 1836, et 1855 a Pio IX. creatus cardinalis († 17. Jan. 1868), edidit tecto nomine: *La France et le pape* ou dévouement de la France au siége apostolique. Discussion sur l'assemblée 1682 et sur la déclaration du clergé de France; le tout suivi de pièces importantes relatives à cette matière, Parisiis 1849 in 8; *Vie et institut* de s. A. M. de Liguori . . . d'après les Mémoires du P. Tannoja et divers documents authentiques, Tornaci 1864 t. 4 in 8., opus accuratum et praeclarum, in cujus t. 4, s. doctoris opera diligenti analysi subjicit eorumque pretium declarat[1]). — Dion. Augustus Affre n. 28. Sept. 1793, congregationem s. Sulpicii est ingressus in eaque theologiae dogmaticae lectorem egit. Ob affectam valetudinem eam relinquere debuit. Modo parochum, modo vicarium generalem in variis dioecesibus egit. Post repetitas preces de Trevern episcopi argentoratensis huius coadjutor dictus est (9. Dec. 1839),

[1]) Cf. L'Episcopat p. 526—28.

mox (6. Aug. 1840) archiepiscopus parisiensis. Strenue stetit pro juribus Ecclesiae, et ut impediret sanguinis civium effusionem, ipse fudit bonus pastor [1]) sanguinem suum globo rebellium percussus (27. Jun. 1848). *Introduction philosophique* à l'étude du Christianisme, 1846 ed. 5., germanice versa Bonnae 1846, et a Smets Aquisgrani 1846, opus bonum, solidum et utile, contra Cousin; *Essai historique et critique* sur la suprématie temporelle du Pape et de l'Eglise, Ambiani 1829, contre Lamennais; *De l'Appel comme d'abus,* son origine, ses progrès et son état présent; suivi d'un écrit sur l'usage et l'abus des opinions controversées entre les gallicans et les ultramontains, Parisiis 1845 in 8., in quo op. Lamennais aggreditur, sed etiam theorias gallicanas tuetur; *Traité de la propriété de biens ecclésiastiques,* ib. 1837, in quo valide stat pro juribus Ecclesiae; *Traité* de l'administration temporelle des paroisses, ib. 1827; 1829; 1863 ed. 7; 1890 ed. 11; et hujus *Abrégé,* ib. 1835. Plures quoque inseruit articulos folio lit. L'Ami de la Religion. *Acta episcopalia* collecta prodierunt in Actes de l'église de Paris, ed. Paris 1854 p. 279—405. — Franciscus Gaude O. Praed. († 14. Dec. 1860) edidit *diss.,* in qua si dimostra quanto grave errore sia l'affermare che alla chiesa non compete veruna potestà ne diretta ne indiretta su cose temporali, Romae 1852. Creatus est cardinalis, 17. Dec. 1855 a Pio IX., vir enim erat solide doctus. Disseruit quoque *de immaculato Deiparae conceptu* ejusque dogmatica definitione in ordine praesertim ad scholam thomisticam et institutum FF. Praed., ib. 1854. —

[1]) Cf. Cruice, Vie de D. A., Parisiis 1849, et hujus Abrégé, ib. 1850 in 12; Castan (ejus nepos et ipsi a secretis) Histoire de la vie et de la mort etc. Parisiis 1853; Alazard Vie ib. 1905; Bertrand III, 267—86; Gams KL.² 1, 297.

Marcus Ant. Kovách [1]) Praem. Hungarus (n. 21. Nov. 1815; † 1855) stetit tempore rebellionis pro juribus Ecclesiae insertis pluribus diss. fasciculis literariis *Religio* (1848—53). — Petrus Gual Min. scripsit *el equilibrio* entre las dos potestades o sea los derechos de la iglesia vindicados contra los ataques del Dr. Vigil en sua obra titulada: *Defensa* de la autoritad etc., Barcinone 1852 t. 3. — Fr. Magin Ferrer dedit *Compendio* de la historia del derecho de la iglesia en España, 1849. — In regno mexicano pro juribus Ecclesiae strenue stetit Bas. Emmanuel Arrillaga SJ. Mexicanus n. 1. Jun. 1791, provinciae praepositus, vir admodum doctus, a liberalibus in carcerem conjectus, in quo contabuit et decessit 28. Jul. 1867. Edidit [2]) *Concilio tercero provincial Mejicano* (a. 1585), Mejico 1857. Contra opus de Pradt Concordat de l'America avec Rome scripsit Mexici 1828 t. 2.

627. Maxime controversiae hoc aevo agitabantur *de matrimonio.* Pro Ecclesiae juribus et sana doctrina pugnarunt praeter plures, quos jam laudavimus, Jac. Petrus Jos. Lesurre Caleti n. 1. Oct. 1763, qui propter recusatum jusjurandum civicum coactus fuit solum vertere et in Angliam aufugere (1791). Factus praeceptor filii nobilis domini sed protestantis angli et per triennium eum comitatus est in itinere per Germaniam (1795—97). Anno 1801 clam rediit Parisios atque vitam plane absconditam degit, pietatis exercitiis et studiis vacans. Compositis utcunque rebus ecclestasticis concordato adscitus est a de Maillé archiepiscopo rhedonensi in vicarium generalem: quo

[1]) Alius a Paulo Kovács n. 6. Oct. 1810 vaciensi episcopo a secretis et notario apostolico, qui pariter plures inseruit diss. fasc. *Religio* et composuit *Manuale* parochorum, Pestini 1854 in 8., et a Matthia Kovács, de quo supra egimus p. 1139.

[2]) Cf. Sommervogel 1, 582—86.

defuncto (1804) vocatus est a Mauritio de Broglie Gandavum ad idem explendum munus. Illo tamen se abdicare debuit jussu Napoleonis. Post pacatam Europam persecutio oritur in Belgio adversus catholicos et decreto regio Lesurre ex regno illico secedere jubetur. A cardinali de Croy, qui a sede argentoratensi translatus erat ad archiepiscopatum rotomagensem (1824), dictus est vicarius generalis. Plurimum erat sollicitus de instituendis pueris pauperum in religione christiana, quam ob rem condidit piam congregationem. Rediens Parisios etiam a Quélen archiepiscopo adhibitus fuit in consilium et censorem librorum edendorum. Finivit vitam sat agitatam senex a. 81 pia morte 7. Jul. 1844. Haec potiora ejusdem opera[1]): *Jugement de l'Église catholique* contre les nouveaux schismatiques de France, Parisiis 1821; *De la juridiction de l'Église* sur le contrat de mariage considéré comme matière du sacrement, ib. 1824; Lugduni 1836 ed. 2., cui adjecta est diss. de falsis decretalibus. — Jacobus Giordano composuit *trattato sul matrimonio* corredato dalle disposizioni del diritto siculo ll. 4, Panormi 1846 in 8; *Motivi canonici* per dichiararsi nullo il matrimonio contratto vi et metu, ib. 1844. — Petrus Giovine vicarius beneventanus collegit de dispensationibus matrimonialibus *consultationes canonicas,* Neapoli 1866 t. in 8., opus rarum, in quo taxas Datariae solvendas tuetur adversus sectariorum calumnias. *De dispensationibus matrimonialibus,* Neapoli 1863, opus eximium.

628. De matrimonio in Germania egregie scripsit Kraft Car. Ernestus Moy de Sons origine Gallus, sed Monachii n. 10. Aug. 1799, qui aliquamdiu advocatum egit; dein juris naturalis et civilis cathedram Wirceburgi est adeptus (1833), inde Monachium translatus (1837). Cathedra motus turbulentis temporibus a. 1847 Oenipontem transiit ibique in universitate cathedram obtinuit (1851) juris canonici et historiae imperii et juris († 1. Aug. 1867). Praeter alia haec ejus opera: *Das Christenthum* vertheidigt gegen die Irrthümer und Vorurtheile der Zeit, Mainz 1829; *Comparatio critica* legislationis canonicae de impedimentis matrimonii dirimentibus cum iis, quae hac de re in diversis statibus a potestate seculari statuta sunt[1]), Monachii 1827; *Die Ehe* und die Stellung der kathol. Kirche in Deutschland rücksichtlich dieses Punktes[2]), Landishuti 1830; *das Eherecht* der Christen in der morgenländischen und abendländischen Kirche bis zur Zeit Karl d. G. aus den Quellen dargestellt[3]), Ratisbonae 1833; opus accuratum et diligens; *Grundlinien* einer Philosophie des Rechts vom kath. Standpuncte, Viennae 1854. 1857 t. 2. Condidit etiam *Archiv* für kath. Kirchenrecht mit besonderer Rücksicht auf Oesterreich, Oeniponte ab a. 1857, in quo fortiter sicut in omnibus suis scriptis propugnat jura Ecclesiae. Illud laudabiliter prosecuti sunt Vering, Heiner etc. ad nostros usque dies. — Leon. Aloysius Jos. Nellessen Aquisgranensis n. 17. Jan. 1783, vir plenus spiritu ecclesiastico, qui et eundem per provinciam rhenanam diligenter promovit. Parochus erat aquisgranensis († 18. Maj. 1859) pluribusque libellis

[1]) Cf. L'Ami de la religion t. 149 pag. 115—20.

[1]) Cf. Kerz Litzt. 1827 III, 235—42; IV, app. p. 177—92.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1830 pag. 714—43;

[3]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1837 p. 536—63; Kerz Litzt. 1830 III, 73—79; cf. additamenta Archiv für kathol. Kirchenrecht 1, 514—545; 621—42; 732—44; II, 3—16. Werner pag. 381: E. v. Moy lieferte der Erste eine zusammenhängende speculativ vertiefte Theorie der Ehe vom kirchlichen Standpunkte mit besonderer Rücksicht auf die Stellung der deutschen Regierungen zur Ehefrage etc.

propugnavit doctrinam catholicam de matrimoniis mixtis, ut in l. *Was ist Katholicismus?* apologia egregia, Aquisgrani 1822, adversus Multer et L. van Ess[1]); *richtige Ansicht des Ehevertrages* und der gesetzgebenden Gewalt der Kirche über denselben[2]), ib. 1820 in 8; 1821 ed. 2. adversus Zumbach; scripsit etiam adversus Hermesium, qua in controversia antagonistam habuit Herm. Jos. Stupp († 1870); *Die Göttlichkeit des kath. Glaubenssystems* bewiesen in 6 Predigten, Düsseldorf 1821. Multum egit, ut Jesuitae Aquisgranum vocarentur. Ultimis 12 vitae annis caecus erat. — Jos. Wolfgangus Eberl[3]) Dingolfingae 30. Jul. 1817 n. theologiae doctor et professor historiae ecclesiasticae et juris canonici Frisingae († 30. Jul. 1857) edidit *Ehescheidung und Ehescheidungsprocess,* nach den gemeinen Quellen des canonischen und weltlichen Rechts unter Hinweis auf die wichtigsten partikularrechtlichen Normen der deutschen Staaten, insbesondere Baierns, Frisingae 1854; *Grundzüge* gemeingültigen kath. Kirchenrechts, Landshut 1852, opus inchoatum, in quo de nonnullis levioribus quaestionibus nimis fuse, in aliis gravioris momenti nimis succincte agit, bene vero de primatu et de decretalibus pseudoisidorianis disserit. — Nic. Knopp Wittlichensis n. 19. Jan. 1814 juri primum operam dedit, in quo doctoris lauream promeruit, deinde theologiae. Episcopi trevirensis Arnoldi erat officialis magnaeque apud eum auctoritatis et canonicus trevirensis († 28. Jul. 1865). Haec ejus opera: *Vollständiges kathol. Eherecht,* Ratisbonae 1850. 1852 t. 2; 1864 ed. 3; 1873 ed. 4. in 1 v.; inscribitur etiam *Ausführliche Darstellung* der kirchlichen Lehre von den Ehehindernissen sowie aller in der praktischen Seelsorge wichtigen Materien des Eherechtes, opus eximium et accuratum[1]); *Die Anwendbarkeit der Vorschrift des Concils von Trient* über die wesentliche Form der Eheschliessung auf Akatholiken, ib. 1855, in qua diss. tuetur, vi decreti concilii matrimonia protestantium, ut valida sint, contrahenda esse coram parocho catholico; eum impugnavit Uhrig[2]): *der Seelsorger als Zeuge vor Gericht,* 1849; *über den Sacerdos proprius* zur Verwaltung des Busssacraments, ib. 1851; zur Frage über *die Ausdehnung der trid. Trauungsform* auf die protestantischen und gemischten Ehen, Nördlingen 1855, cum appendice, ib. 1855. — De coelibatu bene disseruit Theodorus Frid. Klitsche de la Grange Magdeburgi n. 1799, ad fidem catholicam conversus (1822), militiae pontificiae et dein castris regis neapolitani addictus († 26. Aug. 1868), in op. *Geschichte des Cölibats* der kath. Geistlichkeit von den Zeiten der Apostel

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1822 p. 515—22.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1821 p. 700—28; Reusch allg. d. Biogr. 23, 423.

[3]) Alius ab A. Eberle, cujus exstat *der Seelsorger am Kranken- und Sterbelager* mit einer Auswahl von Gebeten für Leidende und Sterbende, Schaffhusiae 1853 ed. 2.

[1]) Cf. Schulte 3, 403: Klare, fliessende, im Ganzen erschöpfende Darstellung der für den Seelsorger wichtigen Theile des Eherechts, correcte römische Gesinnung haben dem Werke weite Verbreitung verschafft. Die staatliche Gesetzgebung ist ignorirt, die geschichtliche Entwicklung mit seltener Ausnahme gleichfalls etc.; cf. Tüb. Qtlschr. 1851 p. 495—506; 1854 p. 151—70; Zeitschrift für kath. Theologie Bonnae 1850 III, 126—38; 1851 IV. pag. 71—99; Lit. Handw. 1873 c. 171 s.

[2]) Adam Jos. Uhrig Dr. u. j. n. 1. Apr. Miltenbergae 1817, professor juris canonici et historiae ecclesiasticae in lyceo Dillingano (1849) propria industria plures addidicit linguas. In praelectionibus de argumentis ad ejus cathedram non spectantibus egit: hinc querelae motae et ipse pensione donatus fuit jam a. 1874 († 4. Jun. 1890). Edidit insuper *System des Eherechts,* Dillingen 1854, et alia, quae cf. apud Specht Geschichte des kath. Lyceums Dillingen, Regensburg 1904 p. 177 s.

bis zum Tode Gregors's VII., Augustae 1830. Plura opera ex italico in linguam patriam vertit, inter quae historiam concilii tridentini auctore Pallavicino, Augustae 1835. 1836 t. 8.

629. Franc. Egon de Boenninghausen n. 1825 juris utriusque et s. theologiae doctor, privatim docens in academia monasteriensi de jure canonico († 29. Jan. 1867) scripsit tr. juridico-canonicum *de irregularitatibus,* Monasterii 1863 fasc. I; 1864 fasc. II; 1866 fasc. III., opus diligens, accuratum, bono spiritu conscriptum, ut dolendum sit, auctorem morte tam matura scientiae fuisse praereptum. — Caillaud vicarius generalis bituricensis († 1866) composuit *Manuel des dispenses* à l'usage du curé, du confesseur et de l'official, Bituricis 1865 ed. 3. — Honoratus Prosper Corbière congr. s. Sulp. n. 24. Jan. 1803 augustodinensis seminarii director († 6. Jun. 1865) edidit *le Droit privé,* administratif et public dans ses rapports avec la conscience et le culte catholique, Lugduni 1841. 1842 t. 2 in 8; aliquot opuscula ascetica multosque inseruit articulos fasciculis religiosis.[1]) — J. Stremler theologiae et juris doctor scripsit *Traite des peines ecclésiastiques,* de l'appel et des congrégations romaines, Parisiis 1861. — De synodo dioecesana disseruit Jos. Fuchs Benedictoburanus n. 20. Febr. 1781, parochus Aldorfensis († 13. Apr. 1853) in Abh. *über die Dioecesansynoden,* deren Zweck, Nothwendigkeit und Bedingungen zum heilsamen Gedeihen derselben, quam inseruit fasc. literariis inscriptis: *Abhandl. in den Conferenzarbeiten* der augsb. Diöcesangeistlichkeit t. 4. I, 1—104., quibus et alias inseruit ut *über das Geistesleben,* das der Priester führen soll §§ 80 distinctam, diss. solida; *über die Wiederherstellung* der gefallenen Menschennatur[1]) t. 4 II, 135—234 etc. — Marianus Verhoeven Belga n. 10. Dec. 1808, protonotarius apostolicus, ss. canonum professor lovaniensis († 1850), disseruit *de s. Missae sacrificio* a parochis aliisque curam habentibus pro plebe sibi concredita Deo offerendo diebus dominicis et festis etiam indulto apostolico d. 9. Apr. 1802 in universo gallicanae reipublicae territorio suppressis; agitur in primis de parochis Belgii, Galliae, Hollandiae et Germaniae, Lovanii 1842 in 8; *de praxi a parochis observanda* in celebratione missae pro populo cum animadversionibus in miscellaneis theologicis (*Mélanges théologiques),* Hasseleti 1849; utrumque opus mit besonderer Rücksicht auf Deutschland bearbeitet von Heuser[1]), Düsseldorpii 1850; *de regularium et secularium clericorum juribus et officiis* l. singularis, Lovanii 1846, adversus quem scripsit Tinnebroeck (cf. p. 1324) cum Victore de Buck SJ.; *Examen historicum et canonicum,* Bruxellis 1847 t. prior (et unicus). — Hermannus Megank SJ. in poenam suae fidelitatis, quam suo episcopo exhibuit cum tot aliis clericis a Napoleone militae addictus (n. 20. Nov. 1792; † 24. Sept. 1853) disseruit *du Droit des évêques de former des écoles ecclesiastiques.* — Eduardus Seitz n. 11. Maj. 1810 in Hassia, vir laicus, procurator generalis in tribunalibus Moguntiae et Darmstadtii († 28. Sept. 1868) composuit opus inscriptum *Rechte des Pfarramtes* der katholischen Kirche, ein Handbuch für die Kirchen und Staatsbeamte, Ratisbonae 1840—54 t. 5, opus eruditum, accuratum, bono spiritu conscriptum[2]), in quo

[1]) Cf. Bertrand III, 306—10.
[2]) Cf. liter. Handw. 1863 c. 322; 1864 c. 204.
[3]) Cf. Lindner 1, 174.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1853 p. 312—31.
[2]) Cf. Schulte 3, 412, qui de eo inter alia scribit: Das ... Werk ist eine quellenmässige gründliche und fleissige Arbeit;

respicit leges Bavariae; *das rechtliche Verhältniss der katholischen Bischöfe Deutschlands* zu den deutschen Staatsregierungen mit besondern Hinblick auf die Verwaltung des katholischen Kirchenvermögens u. die Incompetenz der Strafgerichte des Staates bezüglich der Amtshandlungen der Bischöfe und des ihnen zur Last gelegten Amtsmissbrauchs, Moguntiae 1854 sine auctoris nomine; *Zeitschrift* für Kirchenrechts- und Pastoralwissenschaft, ib. 1842—48 t. 3, in quibus disputat de primatu (adversus Ellendorf p. 1135), de status ecclesiastici juribus, officiis etc. — Jo. Bapt. Schefold edidit *Die Parochialrechte* historisch-praktisch bearbeitet, Sigmaringae 1846. 1856 t. 2, et *Rechtliches Gutachten* über die beabsichtigte Ablösung der Competenzen, Tubingae 1851.

630. Canonistis sequioris notae plures accenseri debent. Inter hos autoritate penes jurium Ecclesiae adversarios plane magna eminet Ignatius Henr. de Wessenberg Dresdensis n. 4. Nov. 1774. Juvenis 18 an. jam canonicus constantiensis et augustanus erat assessor in curia episc. augustana factusque est vicarius generalis Dalbergi pro dioecesi constantiensi a. 1800, quam pro lubitu spretis Ecclesiae canonibus praepotenter administrabat. Demum 1812 sacerdos ordinatus a Dalbergo electus est in coadjutorem pro dioecesi constantiensi (1815); eoque defuncto a capitulo constantiensi in vicarium capitularem (1817), quam electionem sedes apostolica cassavit: eo tamen munere functus est, donec erecto archiepiscopatu friburgensi dioecesis constantiensis cessavit (1827). Ab eo tempore a negotiis publicis se removit, studiis itineribusque literariis totum se impendit ad provectam usque aetatem; decessit enim 9. Aug. 1860 a. natus 86. Vir erat sane laboriosus, de juventutis institutione deque institutis publicae beneficentiae admodum sollicitus, vitae integrae, sed quantum potuit verbis, scriptis, auctoritate, qua plurimum valuit apud liberales catholicos, se opposuit auctoritati sedis apostolicae, quam etiam calumniis aggreditur, fovitque consilium erigendae ecclesiae nationalis ab illa fere independentis, reformandae liturgiae, expurgandae vitae christianae ut ajebant a superstitionibus peregrinationum, confraternitatum, devotionum popularium[1]), tolerantiam religiosam, rationalismum etc. Hinc etiam decretis et ordinationibus inundabat clerum, et plurima reliquit scripta[2]) modo jam omnino antiquata; praecipuum forte ejusdem opus est: *Die grossen Kirchenversammlungen des 15. und 16. Jahrhunderts* mit einleitender Uebersicht der früheren Kirchengeschichte kritisch (? destituitur enim judicio critico) ... dargestellt, Constantiae 1840 t. 4 in 8., quod adversus

ihr Standpunkt ist correct römisch; der Verfasser bekundet eine ungemeine Wärme zur Kirche, möchte den Pfarrer wieder in die Rolle des Leiters jeder einzelnen Familie und Gemeinde einsetzen; er sieht das Weltunglück in dem Abhandengekommensein der alten Amtsführung der Pfarrer. Cf. allg. d. Biogr. 33, 656. Alius est a Leonardo Seiz professore in lyceo ambergensi († 1842), cujus est: *Sind die Katholiken wirklich Unfreie?* oder: Was ist die wahre Freiheit im Glauben an Christus, Sulzbachi 1822, diss. judicata a facultate theol. monacensi praemio digna.

[1]) Cf. documentum authenticum, quo ei haud levis macula inuritur, apud Roskovány 4, 63—65; literatura, cui ejus agendi ratio vel scripta occasionem praebuerunt, ib. 896—904. Ejus vitam exhibet Beck *Fr. J. H. v. Wessenberg*, sein Leben und Wirken, zugleich ein Beitrag zur Geschichte der neuern Zeit, auf Grundlage handschriftlicher Aufzeichnungen W., Friburgi 1862, l. malo spiritu infectus. Cf. Lit. Handw. 1865 c. 108. Prodiit ejus epitome J. H. v. W. ein deutsches Lebensbild, ib. 1863; et immediate post mortem: das Leben J. H. v. W. nach schriftlichen und mündlichen Mittheilungen herausgegeben von einem Freunde, ib. 1860. Utraque Beckii biographia proh. 1866.

[2]) Cf. Thesaurus ll. rei cath. p. 926 ss.; cf. Werner p. 348—356.

auctoritatem rom. pontificis dirigitur[1]); *Gott und die Welt* oder das Verhältniss aller Dinge zu einander und zu Gott, Heidelberg 1857 t. 2; *die falsche Wissenschaft* und ihr Verhältniss zu Gott, Stuttgart 1844; *Johannes der Vorläufer* unseres H., Constanz 1821; *die Parabeln und Gleichnisse* des H. vom Reiche Gottes, Konstanz 1839. Plurimum promovit ab a. 1802—27 fasc. literarios *das Archiv für die Pastoralconferenzen* im Bisth. Constanz, Mersburgi et Friburgi, ex quibus prodiit: *die wichtigsten Ergebnisse* der Pastoralconferenzen etc., Ehingae 1835—39 t. 8 in 8.

631. Jo. Phil. de Gregel n. 7. Apr. 1750, Febronianus, bibliothecae wirceburgensis praefectus, historiae ecclesiasticae professor et episcopo a consiliis ecclesiasticis, canonicus et cathedra dimissa gubernio a consiliis in rebus ecclesiasticis († 2. Jan. 1841), qui direptionem bonorum ecclesiasticorum, secularisationem vocant, innovationesque inde consequentes et usurpationes gubernii probabat[2]). — Fridolinus Huber Hochsaalensis n. 21. Oct. 1763, in summa subsidiorum penuria studiis vacavit factusque est theologiae doctor (1793), parochus deisslingensis et regens seminarii rottenburgensis († 17. Oct. 1841). Factioni wessenbergianae penitus erat addictus, et aliquot in Wessenbergii causa edidit scripta. Ejus l. *über die christkatholische Bussanstalt*, 1807, a facultate theologia friburgensi digna praemio fuit judicata, sed erroribus scatet. Neque laudem meret ejus *Handbuch der Religion* 1818 ed. 2. Scripsit adversus Henhoefer, Lindl, Otto etc. *Vertheidigung* der kath. Religion gegen Angriffe neuerer Zeit[1]), Francofurti 1827 in 8. — Ernestus Herm. Jos. de Münch Rheinfeldensis in Helvetia natus 25. Oct. 1798, professor disciplinarum auxiliarium pro historia Friburgi (1824), historiae ecclesiasticae et juris canonici Leodii (1828), regi würtembergensi a consiliis et ejus bibliothecae privatae praefectus († 9. Jun. 1841), praeter quam plurima opera historica collegit: *Vollständige Sammlung* aller ältern und neuern Concordate nebst einer Geschichte ihres Entstehens und ihrer Schicksale, Lipsiae 1830. 1831 t. 2 in 8., collectio non completa, in qua concordata adeo iniqua perstringit censura, ut in solam sedem apostolicam omnem violatarum sic dictarum libertatum germanicarum et violati concordati invidiam sive suspicionem rejiciat; *Geschichte des Emser Congreses* und seiner Punktate sowie der damit zusammenhängenden Nuntiatur- und Dispensstreitigkeiten, Reformen und Fortschritte der deutschen katholischen Kirche am Ende des 18. Jahrhunderts, Karlsruhe 1841 in 8; *Fra Paolo Sarpi,* sein Kampf mit dem römischen Curialismus und den Jesuiten, ib. 1838 in 8; *Universallexikon* der Erziehung und Unterrichtslehre, Augustae 1844 t. 3 in 8. ed. 2; condidit quoque fasc. literarios inscriptos: *Aletheia,* Zeitschrift für Geschichte, Staats- u. Kirchenrecht, 1831—1833 etc., in quibus operibus stilo acri[2]) impugnat sedis apostolicae jura, coeli-

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1841 p. 616—64: Kritische Beleuchtung der W'Schriften auctore Hefele; Rösch Ein neuer Historiker der Aufklärung p. 48—53; Das religiöse Leben in Hhzl. unter dem Einflusse des Wessenberg.; prae primis C. Nörber KL. XII, 1343—81.

[2]) Cf. Schulte allgem. deutsche Biogr. 9, 625.

[1]) Cf. Kerz Litzt. 1827 I, 167—187; Tüb. Qtlschr. 1828 p. 154—59. Al. Pflanz auctor ejusdem spiritus scripsit *Frid. Hubers Leben* und literarisches Wirken 1839.

[2]) Schulte 3, 369: Alle diese und auch verschiedene andere Schriften von ihm sind beseelt von einem entschiedenen Geiste der kirchlichen Freiheit und des Kampfes gegen die Uebergriffe der Kurie. Was ihnen jedoch Eintrag thut und ihre Wirksamkeit nicht zum Durchbruch kommen liess, ist der leidenschaftliche Ton, welcher den Eindruck der Objectivität zerstört. Cf. thes. ll. rei cath. p. 564 s.

batum, professionem religiosam, in primis jesuitas et clerum catholicum sedi apostolicae addictum. — Benno Aloisius Pflanz parochus et decanus, Wessenbergi assecla (n. 25. Nov. 1797; † 23. Nov. 1844), diu edidit *Freimüthige Blätter* über Theologie und Kirchenthum, Rotwilae 1830—33, dein Stuttgardae 1834—43 t. 27, malo spiritu infecta.[1]) — Frid. Guil. Carové Confluentinus (n. 20. Jun. 1789; † 18. Mart. 1852) laicus, vitam privatam agens, hegelianis opinionibus addictus, theologis et vix catholicis accenseri potest, Ecclesiam enim impugnavit, praesertim dogma extra Ecclesiam non esse salutem, novamque meditatus est indifferentismi formam[2]) — Sebaldus Brendel[3]) (n. 8. Sep. 1782; † 21. Dec. 1844) relicta theologia jurisprudentiae se dedit studio, quam etiam Wirceburgi professus est (1817—32); sed in jure canonico sentiendi licentiam adeo liberalem prae se tulit, ut cathedra fuerit movendus. Ea apparet in ejus *Handbuch* des katholischen und protestantischen Kirchenrechts. Mit geschichtlichen Erörterungen und steter Hinsicht auf die kirchlichen Verhältnisse der deutschen Bundesstaaten, namentlich des Königreichs Bayern[4]), Bambergae 1823; 1827; 1839. 1840 ed. 3. in t. 2; Norimbergae 1851 t. 2, proh. 6. Sept. 1824. — Alex. Müller (n. 1780 Cellae in ditione fuldensi, † 1844) consiliarius vinariensis[1]) composuit *encyclopaedisches Handbuch* des gesammten in Deutschland geltenden katholischen und protest. Kirchenrechtes, Erfurti 1829 t. 1; Lipsiae 1832 t. 2. Pertingit ad literam E (Ehe), nec ulterius continuavit opus primatui summe infestum[1]), in quo auctoritatem Ecclesiae deprimit, regimini civili circa quasvis Ecclesiae res per se disponendi potestatem asserit liberrimam, et vel ipsam canonizationem sanctorum inter jura majestatica civitatis refert! proh. a. 1833. *Der neue Febronius* oder Grundlagen für die Reformationsangelegenheiten der deutschen Kirchenverfassung im Geiste der Baseler Beschlüsse, der Fürstenkonkordate, der Emser Punktation und der Frankfurter Grundzüge, Karlsruhe 1838 in 8; *der canonische Wächter,* eine antijesuitische Zeitschrift für Staat und Kirche und für alle Confessionen, Lip-

---

[1]) Cf. KL. XII, 1373 ss. passim.

[2]) Cf. Schulte ib. p. 342; thes. ll. rei cath. p. 118 s.

[3]) Alius a Laurentio Br. canonico († 1840), de quo cf. supra p. 1063.

[4]) Cf. Kerz 1823 III, 347 ss.; Tübinger Qtlschr. 1824 p. 84—113; Zeitschrift für Philosophie und katholische Theologie, Coloniae 1839 II, 163—94; Schulte 3, 331, qui exhibita operis partitione scribit: Wie diesem Sysem jeder wissenschaftliche, logische Bau abgeht, so fehlt es dem Werke der festen, rein quellenmässigen Grundlage. Es wird viel zu viel aus allgemeinen Grundsätzen gefolgert.

[1]) Alius ab Andrea M., de quo cf. p. 1356; ab Aloysio M., cujus est diss. *Pharisäer und Sadduzäer* oder Judaismus und Mosaismus, Wien aus dem Sitzungsbericht 1860 der k. Ak. der Wissensch.; a Ben. Müller, de quo p. 1239; a Joanne Nep. M. parocho ueberlingensi (n. 29. Apr. 1798; † 2. Jul. 1864), cujus praeter alia sunt: *Handbuch* bei seelsorglichen Funktionen für kathol. Seelsorger, Augustae 1834 ed. 2; a Coelestino M. OSB. abbate einsiedlensi (n. 28. Dec. 1772; † 26. Mart. 1846), qui absque suo nomine edidit *Züge* aus der Reformationsgeschichte der Schweiz, 1819; a Mich. Franc. Josepho trevirensi (n. 4. Oct. 1762; † 26. Oct. 1848) de historia patria bene merito, eam enim pluribus ll. illustravit (cf. allg. d. Biogr. 22, 527); ita edidit cum Wyttenbach *gesta Trevirorum,* Treviris 1836—39 t. 3, quae editio conferri quidem nequit cum ea, quae reperitur inter *monumenta Germaniae,* sed annotationes t. 3. haud spernendae sunt; a Thaddeo Müller (n. 2. Oct. 1763; † 10. Apr. 1826) lucernensi, parocho et commissario episcopali, spiritu wessenbergiano penitus infecto, de quo cf. allg. d. Biogr. 22, 675.

[2]) Cf. Athanasia Wirceburgi VI, 174; cf. Roskovány de primatu rom. pont. § 65. 78. 100. 105; et rom. pontifex IV, 551. 1092.

siae et aliis locis 1830—34 t. 5, qui fasc. literarii in Borussia prohibiti fuerunt, hinc prodire desierunt. *Bibliothek* für das allgemeine Kirchenwesen aller Nationen u. Confessionen, Stuttgardae 1836 fasc. 2, in quibus operis socium habuit Münch, de quo supra.

632. Ex *Gallis* huc referendi sunt: Jo. Bapt. Bordas Demoulin († 1857), cujus opus *les Pouvoirs constitutifs de l' Église,* 1855, fuit proh. 7. Apr. 1856. Aliud ejus opus: *Le Cartésianisme* ou la véritable rénovation des sciences ... suivi de la Théorie de la substance et de celle de l'infini; précédé d'un discours sur la réformation de la philosophie au XIX^e^ siècle ..... par F. Huet, 1843 t. 2 in 8., ab instituto praemio fuit donatum. Cum Huet edidit quoque *Essais sur la réforme catholique,* 1856 pariter proh. — F. Huet aliquamdiu philosophiae prof. Gandavi (1851) ob opiniones erroneas missionem accepit. In Serbiam vocatus principem Milan Obrenowitsch instituit († 1869). Plura opera Indice digna composuit, inter quae *Histoire* de la vie et des ouvrages de Bordas-Demoulin, 1861, cujus quoque *Oeuvres posthumes* cum introductione et annotationibus edita 1861 fuere prohibita.[1]) — Andreas Maria Jo. Jac. Dupin senior dictus (n. 1. Febr. 1783; † 10. Nov. 1865), procurator generalis curiae cassationis, senator et saepius praeses coetus deputatorum et consessus legiferi, academiae membrum, edidit praeter alia: *Les Libertés de l' Église gallicane,* Parisiis 1824. 1826, retractatum sub inscriptione *Manuel* du droit public ecclésiastique français contenant les libertés de l'Église gallicane en 65 art. avec un Commentaire; la déclaration du clergé de 1682 ... le concordat et la loi organique, précédés des rapports de M. Portalis[1]) avec une exposition des principes sur les appels comme d'abus, les congrégations, les séminaires et l'enseignement public, Parisiis 1845; 1860 ed. 5., opus vel a protestantibus impugnatum, a de Bonald archiepiscopo solemniter reprobatum et (utrumque) in indicem relatum. Propter suas opiniones adversarius erat Montalemberti, Veuillot etc. Ejus l. *Jésus devant Caïphe et Pilate,* ou Procès de J. C., suivi d'un choix de textes contenant les principaux fondements de la religion chrétienne extraits des s. Écritures, 1828; 1864, receptus est inter *Démonstrations* évangéliques ed. Migne: in quo qua advocatus censurae subjicit processum adversus Christum institutum a judaeis eumque undequaque illegitimum ostendit[2]). *Mémoires* ib. 1855—63 t. 4.

633. Jam transeamus ad *theologiam moralem*[3]), in qua cernere licet profectum in melius. Eam inter alios excoluerunt: Paulus Palásthy Hungarus n. 29. Mart. 1825, theologiae moralis et pastoralis prof. Pesthini, diu redactor fasc. lit. *Religio* (ab a. 1834), cujus est *theologia morum catholica,* Ratisbonae 1861. — Antonius Putijatycki Laz. Tarnoviensis n. 9. Jan. 1787 docuit sodales theologiam, jus

[1]) Cf. de Bordas-Demoulin Séché t. 3 appendice 1 pag. 251—57; Reusch 2, 1109.

[1]) Prodiit hujus opus simili spiritu infectum hac inscriptione: *Discours, rapports et travaux inédits* sur le concordat de 1801, les articles organiques etc. par Jean Et. M. Portalis, Ministre des cultes († 1807) publiés ... par le Vic. Fr. Portalis, Parisiis 1845. Cf. Reusch 2, 1100.

[2]) Cf. Louandre 3, 365—8; Schulte 3, 664.

[3]) De hac scripserunt plures ex iis, quorum mentionem jam fecimus, ut Georgius Riegler (p. 1093) Conradus Lomb p. 1217). Pierrot parochus et decanus († c. 1864) edidit ex scriptis Bergier (p. 330) *Dictionnaire de théologie morale,* Parisiis 1849. 50 t. 2 in 8. seu t. 31. et 32. op. *Première Encyclopédie théologique* ed. Migne. — De P. Guéau Reverseaux SJ. egimus 3^3^, 380.

canonicum, s. Scripturam († 22. Nov. 1862) relictis haud paucis operibus, ut *Theologia moralis* Varsoviae 1858 t. 2 in 8; *Enchiridion hermeneuticae,* ib. 1859; *Chronologia,* ib. 1857. — Jos. Ambr. Stapf[1]) Tirolensis n. 15. Aug. 1785, theologiae moralis in seminario brixinensi professor et canonicus († 10. Jan. 1844), qui praeter *Erziehungslehre* im Geiste der katholischen Kirche[2]), Oeniponte 1832; 1836; 1846 ed. 4., in *compendium* redigit theologiam moralem[3]), ib. 1827; 1855 ed. 7. t. 4, cujus compendii dedit et *epitomen,* ib. 1832; 1842; 1843 t. 2, 1863—65 curis J. V. Hoffmann (cf. p. 1218) et S. Aichner. Compendium praemio fuit donatum et in seminariis Austriae pro praelectionibus adhibitum; retractatum germanice *die christliche Moral* edidit, ib. 1841—42 t. 4 in 8., quam editionem auctam et in pluribus immutatam J. V. Hoffmann ejus in cathedra successor iterum typis dedit[1]), ib. 1848—50 t. 3. — Andreas Erhard[2]) professor in universitate monacensi († 1846) reliquit *Handbuch* der Moralphilosophie, Monachii 1841 in 8. — Neyraguet elaboravit *compendium* theologiae moralis s. Alph. M. de Liguori complectens tum *Theologiae moralis,* tum op. *Homo apostolicus* substantiam solamque auctoris doctrinam, Lugduni 1841; Tornaci 1845 t. 2 in 8; Moguntiae 1851. — Bernardus Fuchs[3]) Elchingensis n. 23. Jan. 1814, concionator in ecclesia cathedrali monacensi et (1845) theologiae moralis in universitate professor († 6. Maji 1852) praeter l. *die Bedeu-*

---

[1]) Alius a Francisco Stapf, de quo cf. p. 820.

[2]) Cf. Kerz Litzt. 1833 II, 173—97; III, 72—98.

[3]) De ea scribit Werner p. 591: A. St. knüpfte an Oberrauch (p. 812) u. Schenkl (pag. 775) an ... Es fehlte jedoch seiner Arbeit an tieferer Systematik und in formeller Beziehung auch an der nöthigen Bündigkeit und Präcision; die der sogenannten Ethik angefügte Ascetik entbehrt der wissenschaftlichen Durcharbeitung und Durchbildung fast ganz etc. Scheeben vero in Liter. Handweiser 1867 c. 242: Die ungemeine Bestimmtheit und Klarheit der Darstellung, deren wissenschaftliche Ruhe durch wohlangebrachte Wärme gehoben wird, machen das Studium des Werkes ebenso angenehm als lehrreich. Dieselben Vorzüge hat auch die Epitome ...; nur sind die Bestimmungen hier unter reicherer Benutzung älterer Moralisten, besonders des h. Thomas und des h. Alphons, schärfer, conciser und zugleich praktischer. Man darf daher wohl sagen: wie der Verfasser beim Beginne seiner schriftstellerischen Laufbahn seiner Zeit vorangeeilt war, so hat er auch später sich bemüht mit ihr gleichen Schritt zu halten.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1851 p. 148—153; de prima ed. cf. Zeitschr. für Philosophie und kathol. Theologie, Coloniae 1841 I, 119—154; II, 123—39; 1842 IV, 95—109; 1843 I, 155—60.

[2]) Alius a Caspare Erhard theologiae doctore et parocho bavaro, cujus Christliches Handbuch oder das große Leben Christi prodiit Augsburg 1845 pp. 2 in 4. cur. Sim. Buchfelner. Reliquit alia opera ascetica ad utilitatem populi christiani stilo simplici et candido conscripta.

[3]) Alius ab Aloysio Fuchs Svitensi (n. 1795; † 28. Febr. 1855); qui verbo et scripto contra primatum, Ecclesiae regimen et consuetudines sacras plura protulit, ut episcopus curiensis auctorem retractare nolentem a munere suo suspenderit, ejusque errores damnaverit, quos et Gregorius XVI. damnavit (cf. Roskovány IV, 105 ss.; 108 ss.). Quam ob rem auctor demum se subjecit suosque errores publice retractavit a. 1842 (cf. ib. IV, 641. 678). — Alius quoque a Felice Henrico Christophoro Fuchs pariter Helveto (n. 18. Aug. 1795; † 9. Dec. 1846) et auctore cum Aloysio aliisque turbarum et innovationum ecclesiasticarum, in primis articulorum in conventu badensi editorum, a Gregorio XVI. reprobatorum, qui tamen deinde resipuit decessitque canonicus lucernensis. Cf. de utroque Meier KL. X, 2094 ss.; Roskovány IV, 129 ss.; Allg. d. Biogr. 8, 159 ss.; thesaurus ll. rei cath. p. 266; Reusch 2, 1089. 1091. — Ildephonsus Fuchs (1765—1823) Einsiedlensis, aliquamdiu OSB. in monasterio rhenaugiensi ac ibidem archivarius, dein parochus, spiritu Dalbergi et Wessenbergi infectus fuit, de quo cf. Meyer v. Knonau, allg. d. Biogr. 8, 164.

tung des h. Messopfers, Monachii 1843, scripsit nitidas *institutiones* theologiae christianae moralis, t. 1. p. 1. ib. 1848 complectens nonnisi prolegomena. Eas consecutum est *System der christlichen Sittenlehre* [1]), Augustae 1851 in 8; *de descensu Christi* ad inferos (1 Petr. 3, 19), ib. 1842 in 4. — Jo. B. Vegazzi congr. Obl. ss. Ambrosii et Caroli a. 46 theologiae moralis in seminario mediolanensi professor concinnavit *institutiones theologiae moralis,* Mediolani 1849—50 t. 4; *de injuriis* tr. prodiit ex ejus schedis accurante discipulo A. Daverio, ib. 1868. Operam suam contulit ad ed. fasciculorum *L'amico catholico.* Obiit 1858 meruitque epitaphium ‚Nescio sui, praesto omnibus.' — Cam. Letizia Laz. Neapolitanus, episcopus tricariensis (1839; † 5. Aug. 1859) *universae theologiae moralis compendium* ex melioribus qq. Petri Scavini derivavit, Neapoli 1859 in 8. ed. plena mendis.

634. Ferax auctor erat Aloys. Adalb. Waibel Min. Bavarus n. 27. Maj. 1787, ultimus provinciae praepositus († 1. Jun. 1852), cujus exstant *Moraltheologie* nach dem Geiste des h. A. M. Liguori mit reichlicher Kasuistik bearbeitet [2]), Ratisbonae 1839—43 t. 8, opus nimis diffusum et sine pretio; *Dogmatik* der Religion J. Christi [1]), Augustae 1830. 1831 pp. 8; *Die Mystik* [2]), ib. 1834, dogmaticae appendix; *Auslegung* der Offenbarung des h. Apostel Joannes [3]), ib. 1834, alia appendix; *das eine Evangelium* oder die 4 Ev. im geschichtlichen Zusammenhange, ib. 1827 in 8; 1838; *Moralphilosophie,* ib. 1821 in 8; *Die Hierarchie der Kirche J. Chr.,* ib. 1830. et opuscula ascetica sub nomine Theophili Nelk. — Pius van der Velden Min. Brabantinus n. 1798, philosophiae et sacrae Scripturae lector, vicarius apost. in Hollandia constitutus a Gregorio XVI, modeste episcopatum recusavit († 1857). Edidit *Principia theologiae moralis theoretice exposita,* Trudonopoli (S. Trond) 1854 t. 2, epitome clara, concinna, modesta [4]), emendata ac pluribus adnotationibus locupletata, Tornaci 1875—84 t. 3; *Praxis administrandi sacramentum poenitentiae.* Trudonopoli 1858. — Paulus Beorchia SJ. Utinensis (n. 15. Jan. 1795; † 21. Aug. 1859) novam curavit ed. *medullae* theologiae moralis H. Busenbaum animadversionibus auctam, Iriae 1840 t. 2 in 12; Tornaci. — Monnier edidit *le grand don de Dieu* à la terre. Cours complet de religion comprenant le dogme, la morale, les sacrements et la liturgie, Lugduni 1861 t. 4, cujus specimen in tabulis synopticis jam antea ib. 1857 ediderat; germanice interprete J. P. Stollenwerk, Regensburg 1874. — Bern. Dieckhoff Monasteriensis n. 6. Dec. 1802 theologiae moralis in academia patria professor († 3. Aug. 1858) elaboravit stilo eleganti *compendium* ethicae christianae catholicae, Paderbornae 1852. 1853. fasc. 3, quibus Paulus Scholz ex ejus schedis 4. *de caritate christiana* adjecit, ib. 1864,

[1]) Cf. Zeitschrift für Philosophie und kath. Theologie Coloniae 1852 II, 152 ss. III, 135 ss.; Scheeben Lit. Handw. 1867 c. 290, cui minus arridet auctorem omnia in tres distinguere partes: Seine Gedanken sind durchweg tief, gross, umfassend, seine Darstellung prägnant und edel, besonders mit vielen gut gewählten Citaten aus unsern classischen Dichtern geschmückt. Zum Lehrbuch ist das Werk durchaus nicht geeignet, aber die Lectüre kann viele neue Ansichten erschliessen.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1841 p. 666—83; Scheeben l. c.: W. Werk geht ganz in dem unmittelbar Praktischen auf; es hat das Verdienst, die Einführung der Lehre des h. Alphons versucht zu haben; aber die Bearbeitung ist sehr unvollständig und wenig wissenschaftlich; sie enthält dabei manche sehr unzarte Dinge, die selbst in die eingehendste Casuistik nicht gehören.

[1]) Cf. Kerz 1830 II, 3—71; 1831 III, 103—122; 1832 I, 501—18; thes. p. 909.

[2]) Cf. Kerz 1834 I, 100—6.

[3]) Cf. Kerz 1834 IV, 141—44.

[4]) Cf. Scheeben l. c. c. 246.

compendium theologiae studiosis parum accommodatum minusque accuratum [1]); disseruit quoque *de natura liberi arbitrii,* Monasterii 1843. Ex ejus schedis prodierunt Vorlesungen *über Beruf* und Vorbereitung zum geistlichen Stande, Paderborn 1859. — Georgius Braun seminarii trevirensis regens († 1861) secundum theorias hermesianas scripsit *System der christkatholischen Moral,* Treviris 1835—40 pp. 2; Etwas *über den Wert des Fastens,* zur Berichtigung irriger Ansichten, ib. 1830; *Kritik* der Ansichten der neuern christlichen Moralisten über die sittlichen Räthe, ib. in 8; *de s. Scriptura* praescientiam et praedestinationem div. atque libertatem humanam sine repugnantia docente, Moguntiae 1826. — Alius Hermesianus Henr. Jos. Vogelsang Westphalus n. 6. Maj. 1803, theologiae moralis et dogmaticae in universitate bonensi, dein exegesis N. T. professor († 15. Apr. 1863), reliquit *Lehrbuch der christlichen Sittenlehre* [2]), Bonnae 1834—1846 t. 3, merito oblivioni traditum; *de anarmathesia J. Christi,* Bonnae 1839; *fides nicaena* de Filio Dei traditione confirmata diss. historico-theologica, Coloniae 1829 in 8; *Observationes* locum Jo. 1, 3. 4 illustrantes, Bonn 1860; *Anfangsgründe* der kath. Religion, ib. 1841 etc. Cum Achterfeld et Braun edidit (1833—43) *Zeitschrift für Philosophie und kath. Theologie* et operam contulit ad *kathol. Vierteljahrsschrift* für Wissenschaft und Kunst, Köln 1847—1849. — Ant. Rietter diss. praemio a facultate theol. donatam elaboravit *Ueber das Geschäft der Vernunft* in dem theologischen Beweise (1834). Theologiae moralis professorem egit Ambergae, Ratisbonae et Monachii (n. 13. Jun. 1808; † 6. Nov. 1866). In lucem dedit: *Die Moral des heil. Thomas von Aquin,* Monachii 1858, opus laude dignum et satis diligens [1]); *Breviarium* der christlichen Ethik, ib. 1865; *das Leben,* das Werk und die Würde Jesu Christi dargestellt aus den Schriften der apostol. Väter, Regensburg 1866 in 8.

635. Nominatissimus hujus epochae est Jo. Petrus Gury SJ. Gallus in oppido Mailleroncourt n. 23. Jan. 1801, annis 35 theologiae professor partim in seminario valensi prope Anicium, partim in collegio romano, qui decessit 18. Apr. 1866, dum vacarat laboribus apostolicis. Ejus *compendium theologiae moralis,* Lugduni et Parisiis 1850 t. 2 in 18., saepissime prodiit atque in seminariis innumeris adhibitum fuit: commendat enim se brevitate, integritate, apto ordine, notionum declaratione, sanitate doctrinae, quae fere est s. A. Liguori: sed propter ipsam brevitatem desideratur accuratio et soliditas ad scientiae normas exacta [2]). Zelo pharisaico et hypocrytarum proprio acriter et indocte vel in parlamentis fuit impugnatum. Auctor illud aliquoties emendavit et auxit ut Romae 1862 t. 2 in 8; et Lugduni 1865 ed. 15; 1866 ed. 16; sed et alii viri docti illius pretium auxerunt novas accurantes editiones, ita anonymus (Seitz) in Germania, Ratisbonae 1853, quae saepius prodiit (1874 ed. 5.), qui multas adnotationes eruditas adjecit et jus austriacum respicit; Cercià Neapoli 1854 t. 2 in 8. ed. 2; Melandri Romae 1872 t. 2, qui eam ss. congregationum resolutionibus locupletavit, et additionibus annotationibusque doctis atque sagacibus theologi anonymi; Dumas († 1902) in Gallia Velauni 1874 t. 2 in 8., qui ipsum textum multipliciter reformavit et recentioribus actis s. Sedis, maxime

[1]) Cf. Scheeben ib. c. 293.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1840 pag. 377—96, ubi simul opus Braunii recensetur; Reusch allg. d. Biogr. 40, 154.

[1]) Cf. Scheeben ib. c. 339; cf. 1866 c. 378; Knöpfler allg. d. Biogr. 28, 602.

[2]) Cf. Scheeben l. c. 1867 c. 244.

constitutioni supra censuris latae sententiae accommodavit[1]); in primis vero Antonius Ballerini, de cujus ed. infra agemus[2]). *Casus conscientiae* in praecipuas quaestiones theologiae moralis, Le Puy 1862; Ratisbonae 1864 t. 2, 1886 ed. 7. et alibi, opus accuratum et valde practicum. — Jos. Frasinetti (1868) elaboravit *Compendio della Teologia morale* di s. Alfonso M. de L., in cujus ed. 3. correxit, quae erant in prioribus nimis benigna; Genuae 1882 ed. 7; *Manuale pratico* del paroco novello, ib. 1868 ed. 4. Utrumque opus in alias quoque linguas fuit versum, a Ballerini plurimum commendatum, imo vel a Pio IX. Opera ascetica prodierunt Romae 1909—10 t. 3.

636. Per *Germaniam* plurimum innotuit Jo. Bapt. de Hirscher. Natus est in oppido Altergarten regni würtembergici 20. Jan. 1788 parentibus agricolis. Biennio absolvit cursum theologicum. Theolcgiae moralis cathedram per viginti annos (1817-37) in universitate tübingana rexit, et inde Friburgum vocatus eandem disciplinam professus est pluribus iterum annis. Decessit capituli cathedralis decanus 4. Sept. 1865 a. aetatis 78. Diuturno docendi munere, eruditione, innumeris quae edidit scriptis dogmaticis, apologeticis, asceticis, et ad theologiam moralem et pastoralem, homileticam et catecheticam spectantibus, apud clerum auctoritate multum valuit. Defuit ei quidem solida in scientia theologica institutio, quod eo tempore quo vixit non mirum, hinc non semel aberravit a sana doctrina, vir tamen erat vere pius, qui haud parum contulit, ut melior spiritus in clerum ejusdemque institutionem theologicam induceretur. Subinde abripiebatur innovationis pruritu illius aevi, tamen in conflictu acri archiepiscopi friburgensis cum autoritate politica fideliter stetit pro suo pastore suoque exemplo clerum, ipsum alioquin suspicientem, in obsequio erga suum archiepiscopum confirmavit[1]). Potiora ejusdem opera sunt: *Die christl. Moral* als Lehre von der Verwirklichung des göttlichen Reiches in der Menschheit, Tubingae 1835. 1836 t. 3 in 8; 1850. 1851 ed. 5., opus quod semper in melius emendavit, studiosis theologiae moralis sane minime est accommodatum, omittit enim definitiones, distinctiones, casus, principia vage proponit etc. piumque potius in modum speculatur et meditatur de vita vere christiana[2]). *Katechetik* oder der Beruf des Seelsorgers die ihm anvertraute Jugend im Christenthum zu unterrichten und zu erziehen nach seinem ganzen Inhalt dargestellt[3]), ib. 1831;

---

[1]) Cf. Lit. Handw. 1875 c. 207—213, ubi Noldin S. J. has editiones accurate inter se confert atque ita censet: Jede dieser Ausgaben hat einzelne Vorzüge, alle vereinigt keine. Die römische hat zwar wenige, aber vortreffliche Anmerkungen, die deutsche imponirt durch ihre vielseitige Gelehrsamkeit, die französische bringt den umfangreichsten Text. Die römische ist in Bezug auf die Ausstattung die beste, die deutsche ist die reichhaltigste, die französische die bequemste und verdient zum ersten Studium der Moral und zum Gebrauche bei Vorlesungen vor den andern entschieden den Vorzug.

[2]) Cf. Noldin l. c. c. 74—78; 107—111. Plura de auctore cf. in Vie du R. P. J. P. Gury, Parisiis 1867.

[1]) Cf. Brück die oberrh. Kirchenprovinz § 15; Geschichte II², 477 ss.; cf. etiam ejus apologiam auctore Schleyer in Zeitschrift für Theol., Friburgi 1843 IX, 375 seqq.; Schmitt KL² 6, 28—36.

[2]) Kleutgen Theol. der Vorz. V, 83 ss. ubi passim de Hirscher disserit p. 131 ita censet: Was er aus der Scholastik und Casuistik hie und da aufgenommen hat, ist so wenig und so ungenügend behandelt, dass es für die wissenshcaftliche Bildung von nicht grosser und für die Leitung der Seelsorger in schwierigen Fällen von keiner Bedeutung ist.

[3]) Cf. Kerz Literaturzt. 1833, I, 1—35; Zeitschrift für Philosophie und kathol. Theologie 1833 I, 134—54; II, 150—69;

1840 ed. 4. adeo retractata et aucta, ut novum opus videri possit. In eo nititur eam disciplinam reformare, expurgare a faecibus kantianis et animare spiritu christiano. *Missae genuinam notionem* eruere ejusque celebrandi rectam methodum monstrare tentavit; accedunt duae formulae missales lingua vernacula exaratae, ib. 1821 in 8., diss. prohibita decr. 20. Jan. 1823; *das Verhältniss* des Evangeliums zu der theologischen Scholastik der neuesten Zeit[1]), ib. 1823, quo opere theologiae scholasticae, cujus erat adversarius, plura vitio vertit (sicut et in duobus prioribus, quae supra nominavimus): unde Kleutgen in sua *Theologie der Vorzeit* hanc adversus ipsius (et Güntheri et Hermesii) exceptiones tuendum in se suscepit; *Die Geschichte J. Christi* des Sohnes Gottes und Weltheilandes[2]), ib. 1840 ed. 2; *das Leben der seligsten Jungfrau u. Gottesmutter Maria,* ib. 1853; 1889 ed. 6. ab alio retractata; *die kath. Lehre vom Ablass,* ib. 1825; 1855 ed. 6; *Erörterungen* über die grossen religiösen Fragen der Gegenwart, Friburgi 1846—1857; 1865. fasc. 3, in quibus principia de multiplici relatione inter Ecclesiam et statum suaque vota circa quasdam reformationes in Ecclesia faciendas nimis libere proponit, et quae, si ad limam doctrinae catholicae ac supremae auctoritatis pontificiae exigantur, defendi nequeunt; hinc factum est ut ejus opiniones a pluribus merito gravi subjicerentur crisi ut a Dieringer, Heinrich in fasc. Katholik, qui dein collecti prodiere: *die kirchliche Reform,* eine Beleuchtung der Hirscher'schen Schrift: die kirchlichen Zustände etc., Moguntiae 1849, Andlaw, Teipel etc. imo ejus libellus *die kirchlichen Zustände* der Gegenwart, Tubingae 1849 in indicem ll. proh. relatus fuit. Nititur enim eo in op. die Kirchenverbesserung im 19. Jahrh. nach Llorente Projet d'une constitution religieuse frei bearbeitet, Aarau 1882. Laborat etiam idearum confusione et rationalismum spirat. Auctor vero laudabiliter judicio s. Sedis se subjecit erroresque retractavit[1]). Edidit et utiles meditationes in Evangelia, 1829 ss. saepius editas. Opuscula plura edidit Rolfus 1868. Inseruit quoque plures diss. fasciculis literariis tübingensibus et friburgensibus.

637. De singularibus argumentis disputaverunt: Seraphinus Sordi[2]) Placentinus (n. 11. Febr. 1793; † 17. Maj. 1865) theologiae moralis professor edidit *Dottrine di s. Alfonso di Liguori difese*[3]) contro le impugnazioni del S. Ab. Rosmini, Modoetiae (Monza) 1850 in 8. ed. 3; *il Sillabo* di SS. Pio P. IX. esposto in forma de catechismo; Veronae 1865 in 16. — Petrus Jos. Ant. Laloux n. 30. Jun. 1797 theologiae professor in seminario cameracensi, canonicus titularis et vicarius generalis, quibus muneribus abdicatis se adjunxit congr. s. Sulpicii. Factus est theologiae professor (1837). Decessit 23. Dec. 1853. In jure erat egregie versatus. Posthumus prodiit tr. *de actibus humanis,* Montepessulis 1862 t.

III, 166—94; Tüb. Qtlschr. 1842 p. 115—35; Knecht KL. VII, 285, qui plura in hoc op. censurae subjicit.

[1]) Cf. Brandner krit. Journal 5, 351—88; 6, 83—123.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1831 p. 141—56.

[1]) Cf. libellos ultro citroque in hac controversia editos apud Roskovány IV, 950. 951; Katholik 1891, I, 306 ss. et Ad. Rösch: Das religiöse Leben in Hohenzollern unter dem Einfluss des Wessenbergianismus, Coloniae 1908 p. 20; Brück Geschichte der kath. Kirche in Deutschland III², 583 ss.

[2]) Alius ab eo est Alexander Sordi, cujus sunt *Cenni biografici* della dignità e dei Canonici della Mantovana Chiesa assonti all'episcopato, Mantuae 1850.

[3]) Has impugnavit etiam Nic. Legnito Laz. e regno neapolitano theologiae moralis lector n. 1781; † 14. Mart. 1845 in l. *Il Pedante* contro il cosi detto Semiprobabilismo, Neapoli 1821; 1835, quem alii graviter impugnaverunt, alii defenderunt.

3 in 12, qui tamen omnis generis mendis scatet [1]). — Jos. Carrière Congr. s. Sulpicii Ruthenensis n. 19. Febr. 1795, theologiae professor plane eximius, vicarius generalis parisiensis et a. 1850 suae congregationis superior († 23. April 1864), reliquit *praelectiones theologicas* majores in seminario s. Sulpicii habitas, scil. *de matrimonio,* Parisiis 1837 t. 2; 1870 ed. 8; *de justitia et jure,* ib. 1839. 1840 t. 3; 1881 ed. 7; *de contractibus* [2]), ib. 1844—87 t. 3, quae sunt admodum eruditae, solidae, accuratae; propendet tamen auctor subinde in sententias rigidiores [3]). Illas pro usu scholarum in compendium redegit, ib. 1848. — Ant. Rey Gallus n. 24. Jan. 1784, aliquamdiu congr. s. Sulp. (1808—32) theologiae moralis lector, transiit in Canadam († 2. Jul. 1847). Disputavit *de matrimonio* Lugduni 1828, quem tr. valde compendiosum ediderunt ejus discipuli; *de justitia et contractibus,* ib. 1829. — Etiam J. J. Fraignier in sua theologia dogmatica et morali disputavit *de lege justitiae et contractibus,* Parisiis 1853 in 12; *de locis theologicis,* ib. 1854. 1856 fasc. 2 in 12; *de expositione theologica,* ib. 1856. — B. Philip canonicus et vicarius generalis honorarius pamiensis et perpinianensis ed. *Nouveau dictionnaire* de Théologie morale, Parisiis 1857; *Conférences théologiques* dogmatiques et morales, 1867 t. 2 in 8. etc. — De usura disseruit Stephanus Pagès theologiae moralis Lugduni professor et facultatis decanus († 4. Dec. 1841) in Diss. *sur le prêt* à intérêt, où après avoir déterminé d'une manière claire et précise en quoi consiste le prêt usuraire, on expose les circonstances qui autorisent à percevoir un intérêt à l'occasion du prêt, Avenione 1819; 1826 ed. 4. aucta et emendata p. 1; p. 2. dans laquelle l'encyclique ‚Vix pervenit' de Benoît XIV. sur la matière de l'usure est clairement exposée et victorieusement défendue contre les fausses interprétations et les vaines attaques des modernes apologistes des prêts usuraires, Lugduni 1838 ed. 5. — Baronnat scripsit *Histoire impartiale et critique* du rigorisme moderne en matière de prêt de commerce où la Législation française et la doctrine de l'Église catholique sur le prêt à intérêt sont justifiées des imputations de la plupart des séminaires de France. Réfutation des erreurs de M. l'abbé Cambalot sur l'autorité du pape et sur l'indépendance des rois quant au temporel, 1842 in 8. — Frid. Teipel (n. 2. Jan. 1807; † 29. Jan. 1861) in gymnasio coesfeldensi professor religionis disseruit *de peccati natura* ejusque in mortiferum et non mortiferum dividendi ratione [1]), Coesfeldiae 1847; *de scriptis Joannis Ap.,* ib. 1848 pluresque diss. etiam ad s. Scripturam spectantes inseruit fasciculis literariis.

638. Ingens eorum est numerus, qui in *theologia pastorali* [2]) versati sunt, ut

[1]) Lit. Handw. 1862 c. 182: Es wimmelt dergestalt von Fehlern gegen sachliche, stilistische, grammatische und typographische Correctheit, dass die Lectüre gar nicht auszuhalten ist. In eo tr. probabilismi principia auctor impugnat novamque probabilismi theoriam excogitat. Cf. Bertrand II, 210—14.

[2]) Hunc tr. fere expilavit antequam inprimeretur, J. Ram theologiae s. Scripturae professor in suo tr. de contractibus novo juri gallico accommodatis, Tarbae 1832.

[3]) Cf. Scheeben l. c. c. 245.

[1]) Cf. Zeitschrift für Philosophie und kath. Theologie 1851 III, 135—161; Rassmann 1, 340.

[2]) Praetermittimus Jos. Strigl canonicum linciensem et directorem seminarii (n. 1796; † 13. Dec. 1858), de quo cf. Guppenberger pag. 219. — Jac. Gasselsberger († 17. Jan. 1869), de quo cf. Wurzbach 28, 340. — Ant. Graf professorem tübingensem († 24. Maj. 1867), qui inchoavit opus inscriptum *Zur praktischen Theologie* 1. Theil. Kritische Darstellung des gegenwärtigen Zustandes der praktischen

Joannes Mart. Six parochus in l. *Der Seelenhirt* in verschiedenen Verhältnissen seines amtlichen Wirkens[1]), Monachii 1836 in 8. — Jos. Widmer Lucernensis n. 15. Aug. 1779, qui cum Gügler familiarissimo amico suo Landishutum profectus est, ubi sub Sailer et Zimmer theologiae operam dedit (1802—4). Adeo familiariter conversabatur cum Sailer ejusque imbutus est spiritu, ut haberetur illius filius spiritualis praecipuus. Post reditum in patriam ad cathedram philosophiae regendam (1805) designatus est, postmodum promotus ad theologiam moralem et pastoralem (1819). Cum Gügler collega suo multum contulit ad excitandum studium theologicum in clero patriae suae; sed etiam exercitiis, consilio, confessionum exceptione nisus est restaurare spiritum ecclesiasticum seque opponere spiritui wessenbergiano, qui per antiquam dioecesim constantiensem plurimum dominabatur. Sed a. 1833 a gubernio cathedra motus est factusque canonicus beromonasteriensis, decessitque hujus capituli praepositus apoplexia correptus 10. Dec. 1844. Plura reliquit scripta practici argumenti, *der katholische Seelsorger* Monachii 1823; cui adjecit Josephus Laur. Schiffmann ejus convicis et pariter dignus Sailer discipulus et familiaris (n. 17. Jul. 1786; † 27. Dec. 1856) parochus et capituli decanus[1]): *Ueber das Wesen, Bedeutung und Anwendung der Sacramentalien* t. 2; *Systematische Entwicklung* der in J. M. Sailer's Handbuch der christl. Moral ausführlich entwickelten und dargestellten Grundsätze, Sarmenstorfii 1839; *Vorträge* über Pastoraltheologie, Sarmenstorfii 1840; curavit ed. operum amicorum suorum Sailer Sulzbachii 1830—46 t. 40; Gügler (cf. p. 926) et Geiger (p. 1114), inseruitque fasc. lit. plures dissertationes[2]). *Das Göttliche in irdischer Entwicklung und Verherrlichung* nachgewiesen in dem Leben des s. Nic. von der Flue, mit Beilagen über Mystik und Politik, Lucernae 1819.

639. Severinus Pfleger de Wertenau canonicus et praelatus († 1843) edidit: *Der Dekan* in seinem Amte etc., Wien 1832 ed. 2; *der Pfarrer* in seinem Amte, ib. 1830 pp. 5 in t. 4; *der Pfarrprovisor* in seinem Amte als Administrator und jüngst installierter wirklicher Pfarrer ib. 1831; *die Matriken* der Katholiken, Akatholiken und der Israeliten, ib. 1836 etc. — Jos. Püllenberg sacerdos et gymnasii professor praeter libros de religione pro scholis concinnavit l. *Der kath. Seelsorger* am Krankenbette und bei den übrigen geistlichen Amtsverrichtungen, Koblenz 1839 ed. 2. — Matthias Eigl Moravus (1789) can. O. S. Aug. in canonia ducumburgensi (Herzogenburg) theologiae pastoralis professor Klagen-

---

Theologie, Tubingae 1840. 1841; cf. thes. ll. rei cath. p. 324. — Josephum Gegenbaur OSB. Augiae majoris ultimum priorem (n. 15. Apr. 1767; † 16. Jun. 1842), qui disseruit *über die Quellen*, aus der die Pastoral ihre Grundsätze schöpft, Brigantii 1806. Cf. Lindner II, 154 ss. — Alex. Leop. principem de Hohenlohe de Schillingsfürst n. 17. Aug. 1794, praepositum capituli magnovaradini, vicarium generalem et episcopum titularem († 14. Nov. 1849), qui innotuit miris morborum curationibus omnis generis, et plures libellos asceticos et ad curam animarum spectantes reliquit, inter quos est egregius: *Was bindet den Katholiken an den römischen Stuhl?* Beantwort von Einem, der römisch-katholisch leben und sterben will, Bambergae 1821. Cf. Die Wirkung des Glaubens in einer fürstlichen Familie des 19. Jahrhunderts. Leben des Prinzen Al. Hohenlohe, Ratisbonae 1893; Stamminger KL² 6, 163—66. — Fridericum Supp, cujus exstat *Kasuistik*, Moguntiae 1847; 1856 t. 2 in 8. ed. 2.

[1]) Cf. alia ejusdem op. in thes. p. 833.

[1]) Cf. Schmid allg. d. Biogr. 31, 193 et thes. p. 932 s.

[2]) Cf. Meyer OSB. KL. 12, 1462; Gödlin, Erinnerungen an J. W., Badenae 1849; Lauchert allg. d. Biogr. 42, 361.

furti († 1. Apr. 1858) dedit *Federproben* aus der Pastoraltheologie, ib. 1824—25 facs. 12. — Constantin Keller OSB. senior admontensis († 4. Sept. 1864) scripsit *Katechetik und Pädagogik* zum Gebrauch der Vorlesungen, Graecii 1812. — Max. Jos. Herz Immenstadiensis n. 2. Mart. 1777, regens seminarii meersburgensis (1817), parochus sigmaringensis (1824) et capituli decanus († 12. Maji 1845), plura reliquit, inter quae *der Geistliche* in den verschiedenen Verrichtungen seines Amtes [1]), Stuttgardae 1833; *in den verschiedenen Verhältnissen seines Berufes,* Sigmaringae 1838; *als Lehrer der Gemeinde,* Stuttgardae 1831; *die Lehre von der Seele* des Menschen, Rothweil 1828 etc. — Jac. Raphaelis Macan Bohemi (n. 25. Oct. 1793; † 26. Aug. 1849) est *Manuale* ministri Dei infirmos ac moribundos visitantis, Pragae 1838 absque auctoris nomine. — Aloysius Schlör Viennensis n. 17. Jun. 1805, director spiritualis Frintanei, Imperatori Ferdinando a confessionibus, hisce muneribus omnique spe ad altioria dimissis (1837) aliquamdiu tantum pietati vixit, donec a Romano Zängerle munus directoris spiritualis in seminario graecensi acceptavit (1838). Vere apostolice munus exercuit, et non solum in dioecesi secoviensi reformator exstitit cleri, sed fere per universam Austriam: induxit enim usum salutarem exercitiorum, quae ipse invitantibus episcopis frequentissimo clero tradidit, et ut haec pia consuetudo firmaretur, auctor erat praesulibus, ut quotannis ad eadem tradenda viri religiosi, in primis patres e Soc. Jesu, vocarentur. Promovit sollicite pias congregationes et quidquid fovere et augere poterat pietatem et spiritum religiosum editis etiam hunc in finem quam plurimis egregiis libris asceticis. In pauperes et pias causas ad profusionem usque erat liberalis. Decessit magno omnium moerore 2. Nov. 1852 nonnisi a. 47 natus. Praeter innumera alia [1]) scripsit *Clericus orans,* Gratz 1841; *der Kleriker in der Einsamkeit,* 1844; 1902 ed. 3; *Betrachtungen* für Priester, 1900 ed. 3; *Geistlicher Wegweiser* für Cleriker besonders in Seminarien ... nebst Anleitung zur Gründung einer guten Handbibliothek für Seelsorger, Graecii 1842; *Warum bin ich Katholik?* oder: Gilt es gleich ob ich diese oder jene Religion bekenne, ib. 1840 ed. 2; 1852, l. multum vulgatus; *Samenkörner* des kath. Glaubens Gratz 1851—53 pp. 3; *die Mystik* der göttl. Offenbarung und die mystische Theologie in Pletz N. theol. Zeitschrift 1831, II, 83—110; 258—89; 1832, I, 54—80 etc. — Franc. Hinterberger theologiae pastoralis professor Klagenfurti, dein Lincii (n. 1787; † 27. Febr. 1854) praeter plurimas homilias Lincii 1830—36 t. 6, concinnavit *Handbuch der Pastoraltheologie,* ib. 1828; 1836. — Andr. Reichenberger Viennensis n. 24. Nov. 1770, theologiae pastoralis professor in universitate viennensi (1796—1814), canonicus linciensis, seminarii regens (1815—27) et studii theologici director, demum capituli praepositus († 26. Oct. 1854), vir beneficus [2]), composuit *Pastoral-Anweisung* nach den Bedürfnissen unseres Zeitalters, Wien 1805—17 t. 5; 1818—35 ed. 2; zum akademischen Gebrauche, ib. 1812 t. 2; Rottenburg 1832; latine 1818, decreto aulico a. 1814 omnibus seminariis theologicis publicis et privatis praescriptae, in quibus nimis scrupulose Josephi II. leges in rebus liturgicis tamquam normas a clero servandas adducit: rationem habet et praeceptorum Ecclesiae magis quam id ante fieri solebat. — Josephinismi opinionibus pariter addictus fuit Jos. Gehringer Würtem-

[1]) Cf. ib. I, 25—71.

[1]) Cf. Wurzbach 30, 132—7; KL. 10, 1833; thes. p. 773.

[2]) Cf. Wurzbach 25, 177.

bergensis (n. 10. Apr. 1803), aliquamdiu parochus, deinde in universitate tübingana exegesis, theologiae moralis et pastoralis professor (1841—49). Cum auditoribus non arrideret, ad curam animarum rediit decessitque in itinere Hierosolymis (1857). Scripsit: *Theorie der Seelsorge,* ein Leitfaden zu akademischen Vorlesungen, 1848; *Liturgik,* ein Leitfaden etc. 1848, utrumque in ll. proh. indicem a. 1850 rejectum[1]). Abh. *über die biblische Aere,* Tübingen 1842; *synoptische Zusammenstellung* des griech. Textes der 4 Evangelien, ib. 1842. — Francisci Xav. Zenner Viennae n. 11. Nov. 1794, directoris seminarii, episcopi auxiliaris et vicarii generalis viennensis († 29. Oct. 1861), viri admodum benefici et vitae exemplaris, exstat *instructio practica confessarii* in compendium redacta[2]), Viennae 1835; 1867 ed. 6. — Jo. Szilágy[3]) Hungarus n. 7. Jan. 1795, seminarii sabariensis director, theologiae moralis et pastoralis necnon et paedagogiae professor (1819), dein (1835) theologiae professor in universitate pestinensi, demum canonicus magnowaradinensis († 1859), praeter philosophica elaboravit lingua patria theologiam pastoralem, Budae 1842; Pestini 1845 t. 3, a facultate theologica praemio donatam.

640. Franc. Georgius Benkert (n. 25. Sept. 1790; † 20. Maj. 1859) seminarii regens et capituli wirceburgensis decanus admodum sollicitus fuit de restaurando et promovendo spiritu probe catholico in clero, quem in finem redegit ab a. 1822—27 *Religionsfreund* für Katholiken et aucto titulo ab a. 1828—40, et *Athanasia,* cujus argumentum est in primis theologia pastoralis, paedagogia et historia, Wirceburgi 1828—34 t. 16; continuata cum Düx 1835—40 t. 12. Disseruit quoque *de missa catechumenorum et fidelium*[1]), Wirceburgi 1823. — Casp. Zwickenpflug canonicus ratisbonensis († 1860) dedit *Grundzüge* einer Pastoral im Geiste J. Christi, Ratisbonae 1844. — Jo. Mich. Leonhard n. 23. Sept. 1782 in Austria inferiori parentibus pauperibus, in Frintaneo directorem spiritualem egit (1816), functisque aliis muneribus honorificis factus est episcopus auxiliaris et vicarius generalis viennensis (1828), episcopus castrensis atque demum (1835) sanhippolytanus. Sedi tamen huic eodem anno renunciavit contentus munere episcopi castrensis pro caesareis exercitibus († 18. Jan. 1863). Parcissime semper vixit, ut eo liberalior in pauperes esse posset, unde clam ingentem pecuniarum vim in pauperes et pia instituta omnis generis et omnium fere Austriae provinciarum distribuit[2]). Reliquit plurima opera paedagogica, ascetica et catechetica in primis, inter quae ex. gr. *Praktisches Handbuch der Katechetik,* Viennae 1826; 1845 ed. 5. — Georgius Frid. Wiedemann, professor in universitate monacensi, seminarii regens et canonicus († 20. Jan. 1864) novam curavit editionem theologiae pastoralis auctore Gollowitz (cf. pag. 815). Redegit quoque cum M. Hauber *Monatsblatt* für christliche Religion und Literatur,

---

[1]) Cf. Allg. d. Biogr. 8, 499; Thalhofer Handl. der kath. Lit. 1, 120: Dem Verfasser mangelt der klare und tiefere Einblick in das Wesen der kathol. Liturgie, speciell des heiligsten Opfers und seiner Wirkungen etc.

[2]) Cf. Kerz 1835 III, 24—41; Wurzbach 59, 322; Fr. X. Zenner ..... eine biographische Skizze Viennae 1862.

[3]) Alius a Josepho Papp-Szilágyi de Illyésfalva episcopo graeci ritus catholico magno-varadinensi († 5. Aug. 1873) viro praestantissimo et doctissimo, cujus exstat *Enchiridion juris Ecclesiae orientalis catholicae,* Magno-Varadini 1862; 1880 ed. 2.

[1]) Cf. Kerz Litz. 1824 II, 101—24; Stamminger KL² 2, 380.

[2]) Cf. Wurzbach 15, 4—8; thes. ll. rei cath. p. 480.

Monachii 1813—17 t. 5. — Georgius Oettl n. 26. Jan. 1794, Ottonis principis (postea regis Graeciae) institutor, decanus capituli monacensis (1832), episcopus eistettensis (1846; † 6. Febr. 1866), iterum edidit sed pro opportunitate emendatam et auctam *instructionem pastoralem* Raymundi Antonii[1]) praedecessoris sui († 1781), Eistadii 1854. — Caspar Franc. Krabbe Coesfeldiae n. 21. Oct. 1794, de scholis bene meruit, hinc regius fuit scholasticus (1828—25), canonicus et capituli monasteriensis decanus († 4. Apr. 1866). Scripsit[2]) praeter alia, ut jam supra diximus (pag. 1068) *Leben B. Overbergs* (etiam anglice versa a Derby 1844) aliorumque paedagogorum; *pädagogische Erinnerungen*[3]), Monasterii 1884; *Erinnerungen* an die sel. Anna Kath. Emerich, ib. 1861; collegit *statuta synodalia* dioecesis monasteriensis, ib. 1849 etc. — Eduardus Herzog Silesius n. 5. Dec. 1801, seminarii pelplinensis regens (1838) et canonicus, demum praepositus († 17. Apr. 1867), praeter alia[4]) edidit: *Der katholische Seelsorger* nach seinen Amtsverpflichtungen und Amtsverrichtungen, mit besonderer Rücksicht auf die Gesetze des preussischen Staates, Wratislaviae 1840 t. 3; *die Verwaltung des Busssacramentes; die Karrikaturen* der von J. Christus gestifteten Kirche, Augustae 1833; *Consequenzen eines alten Pfarrers*, 1833; ed. 2. inscribitur: *Der Mensch*, die Kirche und das hermesische System nach seinem Grundcharakter, Nissae 1836 in 8. Redegit aliquot annis *Kath. Wochenblatt.* — Jos. Sauer n. 27. Sept. 1803 Silesius seminarii ultra 25 annos regens, praeses generalis societatum s. Vincentii per Silesiam, canonicus et ordinariatui a consiliis, de dioecesi meritissimus († 24. Jun. 1868), scripsit *Handbuch* der pfarrämtlichen Geschäftsverwaltung, Wratislaviae 1865. 1868 ed. 2., opus utile et accuratum. Disseruit *de Essenis et Therapeutis*[1]), ib. 1829; *Christus* praestantissimum verae tolerantiae exemplum, diss., ib. 1829 in 8. Condidit et redegit ab a. 1835—48 *Schlesisches Kirchenblatt.* — Josephus Maly[2]) theologiae pastoralis (1835—52) professor († 17. Oct. 1860) dedit *homiletische Studien* oder das Wichtigste aus der Homiletik, Olomucii 1850. *Die Kunst* auf der Kanzel die Menschen zu rühren, Olmütz 1846 in 8. — Jo. B. Zarbl seminarii et Lycei frisingensis director 1830—38, professor theologiae pastoralis, capituli ratisbonensis praepositus († 30. Jun. 1862) reliquit *Handbuch der Homiletik*, Landshuti 1838; *Predigtentwürfe* auf alle Sonntage und Festtage, Regensburg 1848—51. Redegit a. 7 (Landshut 1839—45) *der Seelsorger.*

641. In Gallia Jo. Seb. Dieulin vicarius generalis nancejensis (n. 1794; † 1847) scripsit *le bon curé* au XIX^{e} siècle ou les Devoirs du prêtre dans sa vie privée et dans sa vie publique, Nancaei 1845; 1864 t. 2 in 8. ed. emendata et aucta cura Delalle episcopi Segeduni Ruthenorum († 6. Jun. 1871); italice redditum annotationibusque auctum a Miotti, Mediolani 1867 t. 2; *le Guide des curés*, du clergé et des ordres religieux pour l'administration des paroisses et pour leurs rapports légaux avec les fabriques, les

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1855 p. 290—6.

[2]) Cf. Rassmann I, 187; II, 128; Reusch allg. d. Biogr. 17, 1. — Ejus frater Antonius K. (n. 7. Jan. 1809; † 4. Aug. 1878), archivarius et architectus ecclesiasticus monasteriensis praeter diss. de ecclesia cathedrali narrat *Einführung des Christenthums* im Münsterland und *Leben des h. Ludgerus*, Coesfeld 1841.

[3]) Cf. Lit. Handw. 1884 p. 474.

[4]) Cf. Thesaurus p. 367.

[1]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1829 p. 552—9.

[2]) Alius a Jo. Maly, qui concinnavit *Historiam sacram A. T.* cum introductione in ejusdem T. II. sacros Gran 1870; 1890 ed. 2. et disseruit *über das Gebet* und den Gesang Annas der Mutter Samuels (1 Sam. 1. 2.) in österr. Vierteljahresschrift 1811 p. 59—144.

communes, les écoles, les diverses autorités et les particuliers. Ouvrage enrichi de notions d'architecture avec 250 figures servant de modèles d'églises, autels, confessionaux, colonnes, monuments funèbres etc., ib. 1839; 1860 t. 2 in 8. ed. 5 emendata et aucta curante Arbois de Jubainville. — Ant. Jo. Bapt. Augé Bellovacensis n. 1757, Asselinum episc. boloniensem (Boulogne) in exsilium propter recusatum nefandum juramentum secutus est. Restituto ordine munere vel vicarii generalis, vel regentis scholas functus est variis in dioecesibus. Obiit pius et prudens sacerdos 12. Nov. 1844 a. aetatis 87. Auctor cum Coquatrix fuit piorum et utilium librorum *Miroir du clergé* et *Conférences sur la Pénitence.*[1]) — Jo. Grappin Laz. Bisuntinus (n. 8. Dec. 1791; † 4. Nov. 1846) praepositi generalis assistens edidit *Collationes practicas* in VI. et IX. Decalogi praeceptum necnon in conjugatorum officia, Lugduni 1833. — Claudius Aug. Peala Sulp. diu rector aniciensis (Le Puy) seminarii (n. 8. Sept. 1789; † 13. Jun. 1853) exhibet fructum collationum pastoralium aniciensium per plures annos editis tomulis, quos diligenter recenset Bertrand II, 204-10. — Jac. Valentin (n. 1790; † 1847) edidit *le prêtre juge et médecin* au tribunal de la pénitence Lugduni 1845; 1858 ed. 4; *Devoirs des Prêtres* par rapport à l'administration des sacrements, t. 2 in 8; *Examen raisonné* ou Décisions théologiques sur les commandements de Dieu et de l'Église, sur les sacrements et les péchés capitaux, Lugduni 1836 t. 2 in 8., quod brevi duodecies prodiit; ... *sur les devoirs et les péchés* de diverses professions, 1841 t. 2. in 8; ... *sur les devoirs* et les péchés des prêtres, ib. 1843 t. 2 in 8; 1859. *Cours de lectures* sur les plus importantes vérités de la religion, ib. 1864 t. 2 in 8. ed. 16; 1877 ed. 18; et plura asc etica.[1]) — Alex. Raymundus Devie (n. 23. Jan. 1767; † 25. Jul. 1852) episcopus bellicensis, qui dioecesim suam restauravit, academiae artium liberalium socius, plura reliquit[2]) in utilitatem sui cleri, ut *Rituel* du diocèse de Belley, Bourg 1830; t. 3 in 12., ed. 3. emendata et aucta, cui adjecit 1836 t. 4: *Manuel* des connaissances utiles aux ecclésiastiques sur divers objects d'art, notamment sur l'architecture des édifices religieux anciens et modernes, et sur les constructions et réparations d'églises avec des plans et dessins; *Méthode pratique* pour faire le catéchisme, Lugduni 1837; 1854 t. 2 in 12. et alia practica et ascetica. — J. B. Agnettaud in lucem dedit *le Curé instruit* par l'expérience ou vingt ans de ministère dans une paroisse de campagne, 1836 t. 2 in 12. — Petrus Pascal Le toullec (n. 1801; † c. 1860) sub nomine P. Pascal plura opuscula ascetica et huc spectantia reliquit[3]). — Jo. Bapt. van Hemel Belga (n. 12. Mart. 1798; † 8. Nov. 1866) exsul pro amore patriae, pro qua stetit contra vexationes regiminis hollandici, sed post adeptam a belgis independentiam redux, in seminario mechliniensi docebat eloquentiam illudque diu moderabatur magno clericorum emolumento. In praemium meritorum factus est ab archiepiscopo vicarius generalis, examinator prosynodalis, librorum censor; ab universitate lovaniensi dictus honoris causa theologiae doctor et a Pio IX. praelatus domesticus[4]). Scripsit *Précis de rhétorique sacrée,* Lovanii 1855 in 8., quod germanice edidit F. X. Kraus inscriptum *Handbuch der geistlichen Beredsamkeit,* Ratisbonae 1860.

---

[1]) Cf. Feller 1, 316 s.

[1]) Cf. Bertrand II, 175-77; III, 264-67.

[2]) Cf. Cognat, Vie, Paris et Lugduni 1865; Louandre la Litt. franç. 3, 255; Lorenz 1, 114; L'Episcopat p. 125.

[3]) Cf. Lorenz 4, 20; Bertrand III, 298—300, qui opuscula 27 recenset.

[4]) Cf. Biogr. nat. 9, 17.

642. Petrus Jo. Cor. Debreyne Trapp (n. 1786; † 1867) quondam medicus, medicinam theologiae pastorali ancillari voluit, scripsitque propterea praeter alia: *Essai* sur la théologie morale considérée dans ses rapports avec la physiologie et la médecine, Parisiis 1843 in 8; 1868; 1884 ed. 6; opus perutile; *Étude de la mort* [1]) ou Initiation du prêtre à la connaissance pratique des maladies graves et mortelles et de tout ce qui sous ce rapport peut se rattacher à l'exercice difficile du saint ministère, ib. 1845; 1864 ed. 2. aucta et emendata; *Moechiologie* traité des péchés contre le 6e et 9e commandements du Décalogue et toutes les questions matrimoniales qui s'y rattachent directement ou indirectement, suivie d'un abrégé pratique d'embryologie sacrée, ib. 1846 ed. 2; 1873 ed. aucta et emendata; *Pensées d'un croyant catholique* ou Considérations philosophiques, morales et religieuses sur le matérialisme moderne et divers autres sujets, tels que l'âme des bêtes, la phrénologie, le suicide, le duel et le magnétisme animal, ib. 1839; 1844 ed. 3. in 8; *Physiologie* catholique et philosophique pour servir d'introduction aux études de la philosophie et théologie morale suivie d'un traité d'hygiène physique et morale, ib. 1844; 1872 in 12. ed. 5; *Théorie biblique* de la cosmogonie et de la géologie, doctrine fondée sur un principe unique et universel puisé dans la Bible, ib. 1856 in 8. ed. aucta et emendata. — In Germania Franc. Xaverius Britzger parochus pariter dedit *Handbuch der Pastoralmedicin* für Seelsorger auf dem Lande [2]), Ulmae 1849 in 8. — Praetermittendus non est Adolphus Kolping, cujus immortalia sunt merita de opificum classe, quorum bonum temporale et spirituale promovit scriptis utilibus et practicis, sed quod majoris est momenti institutione societatum, quae ab ipso auctore per universam Germaniam diffusae sunt et admodum florent ingenti opificum commodo. Natus est in Kerpen prope Coloniam 8. Dec. 1813. Juvenis sutrinam fecit atque ita ipse expertus est omnes difficultates conditionis opificum [1]). Inter magnam rerum inopiam studiis vacavit factusque est sacerdos, rector ecclesiae minoritarum Coloniae et propter merita notarius apostolicus et cubicularius secretus pontificius († 4. Dec. 1865). Praeter scripta in utilitatem populi pro opificum societatibus scripsit *Der Gesellenverein* 1849.

643. De re *liturgica* scripserunt: Paul. Carli canonicus brixianus († 18. Mart. 1848), qui collegit *bibliothecam liturgicam,* Brixiae 1833—47, opus utile, aestimatione dignum, sed non completum; complectitur enim tantum literas A-Q. — Jo. Diclich († 1850) collegit *Dizionario* sagro-liturgico, Venetiis 1834. — Ita etiam Victor Daniel Boissonet s. Scripturae interpres in seminario valentino (n. 1797) collegit *Dictionnaire* alphabetico-méthodique des cérémonies et des rites sacrés Parisiis 1847 t. 3 in prima *Encyclopédie théologique,* quae prodiit cura Migne (15—17); Dictionnaire *des décrets des diverses congrégations romaines,* ib. 1857 seu t. 26 in

---

[1]) Juverit forte conferre opus alterius medici Lauvergne de eodem argumento quod (Paris 1842) prodiit: *De l'Agonie et de la mort* dans toutes les classes de la societé sous le rapport humanitaire, physiologique et religieux.

[2]) Cf. Tüb. Qtlschr. 1849 p. 727—732; Zeitschr. für Phil. und kath. Theol., Coloniae 1849 I, 132 ss.

[1]) Cf. Kirchl. Handlex. II, 433. Eodem fere tempore († 22. Dec. 1864) inclaruit in Italia vir laicus Fortunatus Pederzini-Cavazzoni n. 10. Dez. 1799, probe catholicus, qui nulli defuit bono operi, ad quod non potenter verbo et scripto symbolam contulit. Diu collaboravit ed. fasciculorum literariorum, inprimis *Studii di Religione,* Letteratura e Morale, qui Mutinae prodierunt. Cf. Molteni Less. eccl. IV, 183.

Nouvelle encycl. theol. ejusdem Migne. — Bonaventura Condina Laz. Hispanus in exsilium pulsus otium est nactus ut componeret in clericorum utilitatem expositionem ascetico-moralem pontificalis romani tituli *de collatione sacramenti ordinis* Matriti 1845 suppresso nomine. Post reditum in patriam missus est episcopus in coloniam camariensem († a. 1858). — Jos. Baldeschi ejusdem congr. sodalis, magister caeromoniarum pontificius (n. 1. Jul. 1791; † 19. Apr. 1849) composuit *Esposizione delle sacre ceremonie,* Romae 1830 t. 4 in 24 quinquies brevi tempore editum et gallice versum saepe prodiit. — Ant. Petrus Paulus Caron Sulp. (n. 30. Jun. 1779; † 20. Jul. 1850) *Traité des Saints Mystères* auctore Collet (cf. p. 60) recudit[1]) additis *Cérémonies* de la messe basse, ed. 10. valde mendosa, 1848 ed. 12., aliaque ad caeremonias spectantia edidit. Partem habuit in ed. bona operum Fenelonii, quam curavit Gosselin Parisiis 1820—30 t. 34 in 8. — Vinc. Bonicelli (n. 1795; † 1855), in mathesi alioquin insigniter versatus scripsit Trattato *sul Calendario* ed Officiature proposte per la Chiesa di Bergamo, opus eruditum. — Ant. Seelhammer Stiriensis director seminarii et canonicus sanhippolytanus (n. 1769: † 14. Jan. 1842) scripsit *Liturgik* zunächst für angehende aber auch für wirkliche Priester, Viennae 1838. — Franc. Ser. Balth. de Schwinghaimb can. r. s. Aug. in canonia s. Floriani Linciensis (n. 15. Oct. 1790; † 18. Febr. 1850) disseruit *über das Brevier* mit Berücksichtigung der dagegen erhobenen Einwürfe, Lincii 1838; libellus admodum commendatus a Probst[2]); *über Kirchensprache* u. Landessprache in der Liturgie ib. 1839, libelli boni et utiles.[3]) — Matthias Terklau parochus († 13. Apr. 1868) edidit *Geist des katholischen Cultus.* Eine Darstellung der kirchl. Orte, Geräthe, Handlungen und Zeiten etc. Viennae 1845; 1865 ed. 7. — Jos. Marzohl parochus cum Jos. Schneller archivario[1]) collegit *Liturgiam sacram* oder die Gebräuche und Alterthümer der katholischen Kirche sammt ihrer Bedeutung nachgewiesen aus der h. Schrift, den Schriften frühester Jahrh., seltenen Codices etc., Lucernae 1834—43 t. 5. — Jos. Henr. Himioben Moguntinus n. 19. Jan. 1807, seminarii subregens et oeconomus, canonicus (1857; † 27. Dec. 1860), qui verbo et opere multum contulit ad restaurandum quaquaversus spiritum et vitam catholicam strenueque se opposuit Rongianis, novam curavit editionem retractatam op. Rippel (cf. IV[3], 1323), quam inscripsit *Die Schönheit der kath. Kirche* in ihren äussern Gebräuchen in und ausser dem Gottesdienst[2]), Moguntiae 1841 ed. 11; 1906 ed. jam 27., opus sane utile. Ab 1842—60 redegit *Kath. Sonntagsblätter.* — Dignissimus est qui saltem memoretur Frid. Jo. Henr. Schlosser Francofurtensis n. 30. Dec. 1780, vir literatissimus, Stolbergi amicus, qui fidem amplexus est catholicam (1814) et pro catholicorum juribus et causa strenue stetit. Cum viris cultissimis suae aetatis familiarissime vixit ejusque villa centrum erat eruditorum, quos liberalissima hospitalitate undique attraxit. Ex ejus operibus huc referri potest: *Die Kirche* in ihren Liedern durch alle Jahrh., 1852; 1863 ed. 2: erat enim ipse insignis poeta.

[1]) Cf. Bertrand II, 189—197.

[2]) Brevier und Breviergebet pag. 13.

[3]) Cf. Černík pag. 66 s.; Mühlbauer pag. 153—160.

[1]) J. Schneller n. 20. Dec. 1801 Argentorati eratque archivarius urbis lucernensis († 19. Dec. 1879). Ejus etiam sunt *die Bischöfe von Basel* ein chronologischer Necrolog, Tugii 1830. *Regesten* der gedruckten bischöfl. Constanzischen Urkunden (1201—1500) in Geschichtsfr. Z. der fünf Orte Einsiedeln 1857 t. 4.

[2]) Cf. Zeitschrift für Phil. und kath. Theol., Coloniae 1842 IV, 109; Reusch allg. d. Biogr. 12, 434.

Plura ex ejus operibus collecta prodierunt 1856—59 t. 9. Multum quoque contulit ad magnam editionem Monumentorum Germaniae († 22. Jan. 1851). — Jac. Fluck Nassoviensis n. 29. Nov. 1810 theologiae pastoralis in universitate giessena professor urbisque parochus († 2. Jun. 1864), composuit *kath. Liturgik,* Ratisbonae 1853. 1855 t. 2, in qua sectatur vestigia praedecessoris sui in cathedra Jo. Bapt. Lüft († 1870) et Staudenmaier (cf. p. 1088); *kath. Homiletik,* 1850. — Lud. Pachmayr pro populo scripsit *die sieben hl. Sacramente* der kath. Kirche, deren Ceremonien und Bedeutung, Monachii 1844. — Christiani Höflinger *Manuale rituum* prodiit primum 1828; 1876 ed. jam 11. Hujus etiam est *Wirken und Leiden der Heiligen,* Regensburg 1838 — 40 t. 2 in 4. — Franciscus X. Steck parochus edidit die Liturgie *der kath. Armenier* zum erstenmal aus dem Armenischen ins Deutsche übersetzt und mit ältern Liturgien, namentlich jenen des Basilius und Chrysostomus verglichen, Tübingae 1845; *das Kloster Hirsau* historisch-topographisch beschrieben, Cöln 1844. — Theobaldus Bischofberger disseruit *de benedictionibus et exorcismis* Ecclesiae catholicae ll. 2, Gemundae 1854. — Joannes Ming scripsit *die kirchlichen Fest- und Feiertage* vertheidigt und nach ihrer hohen Bedeutung dargestellt, Schafusiae 1854.

644. Antonius Adalbertus Hnogek (Hnojek) Bohemus n. 4. Dec. 1799, theologiae pastoralis in seminario litomericensi professor et decanus melnicensis († 23. Mart. 1866), composuit[1]) *Die christkatholische Liturgik* zunächst für Pfarrer und Capläne des Weltpriesterstandes in der abendländischen Kirche mit Berücksichtigung der in den österr. Staaten, der Provinz Böhmen und der Leitmeritzer Dioecese insbesondere bestehenden Verordnungen, Pragae 1835—42 pp. 5, opus potius praxi accommodatum quam ad scientiae normas exactum. — Jos. Lonovics Miscolcensis n. 31. Jan. 1793, gradatim factus est canonicus agriensis (1829), episcopus csadanensis (1834), regi a secretis consiliis, a ministerio hungarico episcopus agriensis (1848) designatus. In illa vero rerum politicarum perturbatione rebellium causae implicitus sede pulsus et causa ei dicta est, quae tamen gratia caesarea fuit suppressa; imo post aliquot annos plenissime rehabilitatus ad archiepiscopatum colocensem fuit promotus (22. Febr. 1867; † 13. Mart. 1867). Scripsit hungarice opus archaeologico-liturgicum, Viennae 1857 t. 3 in 8., cujus t. 1. (tantum germanice) prodiit inscriptum: *Das kath. Kirchenjahr* mit seinen Festen und Ceremonien, theils in Kanzelreden, theils in Form von Verkündigungen archäologisch-liturgisch dargestellt, Lincii 1861 in 8; t. 2. agit de sacramentis; 3. de festis ordinariis et extraordinariis. — Durand parochus[1]) edidit *Le culte catholique* dans ses cérémonies et ses symboles d'après l'enseignement traditionnel de l'Église, Gratianopoli 1868 in 8. — F. Noel vicarius generalis ruthenensis praeter alia saepe edita in concionatorum utilitatem dedit *Instructions sur la liturgie* ou Explication des prières et des cérémonies de la messe et des principales pratiques du culte divin avec de nombreux traits historiques etc., Parisiis 1863 t. 6 in 12. ed. 5. aucta et retractata. — Denique praemittere non licet Michaelem Levicki metropolitam et archiepiscopum leopoliensem ritus graeci et (1856) cardinalem († 14. Jan. 1858) ob suas literas encyclicas 10. Mart.

[1]) Cf. Wurzbach 9, 68.

[1]) Hic forte idem est cum canonico Durand, cujus est *l' année chrétienne* au lycée et dans le monde, Paris 1881.

1841, quibus primatus dogma egregie confirmat testimoniis librorum liturgicorum, quibus rutheni seu graeco-russi omnes tum catholici tum acatholici diversarum nationum ad nostra usque tempora usi sunt [1]). Egregium specimen usus librorum liturgicorum in re dogmatica, propter quod meruit collaudari a Gregorio XVI. literis 17. Julii 1841.

645. Carolus Proske plurimum contulit ad restaurandam musicam sacram in Germania, unde dicitur in epitaphio: Musicae divinae instaurator ingeniosissimus. Quem in finem edidit fasc. inscriptos *Musica divina* sive thesaurus concentuum selectissimorum omni cultui divino totius anni juxta ritum s. Ecclesiae catholicae inservientium ab excellentissimis superioris aevi musicis numeris harmonicis compositorum Ratisbonae 1853—59 t. 6; alios t. adjecerunt Jos. Schrems († 25. Oct. 1872) clarissimus regens chori cathedralis Ratisbonae [2]), et Haberl († 1910), qui novam editionem coepit ib. 1884 t. 1. Natus est Proske Groebnicii in Silesia borussiana, atque primum medicinae operam dedit, in qua doctor creatus est. Secutus dein est militiam clericalem, ad quam se a juventute vocatum sensit, et sacerdos ordinatus 1826. Decessit canonicus ratisbonensis 20. Dec. 1861. Cf. Baeumker d. Biogr. 26, 666. — Jos. Lud. d'Ortigue redactor ephemeridum *Journal des Débats* et membrum collegii liturgici dioecesis parisiensis (n. 1802; † 1866), collegit *Dictionnaire* liturgique, historique et théorique du plain chant et de la musique d'église au moyen âge et dans les temps modernes, Parisiis 1854 seu t. 29. op. *Nouvelle encyclopédie théologique* ed. Migne. — De reformatione cantus gregoriani meruit Lud. Lambillote [1]) SJ. n. 27. Mart. 1797 Gallus, insignis musicus, hinc in variis sui ordinis ecclesiis chori musici director († 22. Febr. 1855). Edidit *Antiphonaire de St. Gregoire,* facsimile du manuscrit de S. Gall, cum notitiis historicis, diss. donnant la clef du chant grégorien, Paris 1851; 1852, opus ab eruditis collaudatum; *de l'unité* dans les chants liturgiques; Quelques mots *sur la restauration du chant liturgique.* Etat de la question; solution des difficultés, ib. 1854; 1855, quod opus controversiae literariae occasionem praebuit; *Esthétique, théorie et pratique* du chant grégorien restauré d'après la doctrine des anciens et les sources primitives, opus posthumum ed. cura J. Dufour, ib. 1855; 1857, qui et edidit ejusque *Graduale romanum,* quod ad cantum attinet ad priorem institutionem et gregorianam formam ex veteribus mss. undique collectis, necnon ex vulgatis recentiorum edit. recensuit, usui aptavit et duplici notatione donavit, ib. 1857; *Antiphonarium romanum* etc. Composuit et ipse plurimos cantus etc. in honorem praesertim b. M. V. — De Sebastiano Poertner (n. 10. Dec. 1773; † 19. Jun. 1860) cf. allg. d. Biogr. 26, 447. — Ante hos Wencesl. Maslon composuerat *Lehrbuch des Gregor. Kirchengesanges,* Breslau 1838 in 4.

646. Inter *paedagogos* laudari merent Ign. Ant. Demeter Augustae

[1]) Cf. Apud Theiner Die Staatskirche Russlands p. 354 ss. Cf. Nilles Zeitschrift für kath. Theologie 1894 p. 340.

[2]) Cf. allg. d. Biogr. 32, 483.

[1]) Ejus frater Josephus pariter SJ. quamdiu valetudo permisit in instituenda juventute occupatus. Morbo eum invadente in aegrotorum solatium scripsit *Le Consolateur* ou lectures pieuses adressées aux malades et à toute personne affligée, Amiens 1842; 1864 ed. 8; in alias linguas versum, germanice Mainz 1857; 1870. Obiit 14. Aug. 1842.

[2]) Cl. André in L'Ami de la rel. CLXXV, 361—421; M. de Monter L. Lambillote et ses frères, Paris 1871; Fell SJ. Kirchenlex. VII, 344; Sommervogel IV. 416—25, qui ejus opera sub n. 64 recenset.

n. 1773, parochus, dein director seminarii ludi magistrorum rastattensis, canonicus friburgensis, demum archiepiscopus (1836; † 1842). Edidit *Vollständiges Handbuch* zur Bildung angehender Schullehrer 1821 t. 3; *Grundsätze der Erziehung* und des Unterrichtes, 1821 ed. 3; Mainz 1830 ed. 5. Redegit aliquamdiu *Zeitschrift* zur Bildung kath. Schullehrer. — Eodem a. 1842 decessit 23. Oct. Basilius Wagner episcopus sanhippolytanus, qui in catechizando et etiam in concionando delectabatur methodo, quae dicitur socratica ecque tempore magni fiebat et in scholis adhibebatur. — De juventute pariter admodum sollicitus fuit Joannes Michael Hauber (n. 2. Aug. 1778; † 20. Maj. 1843) concionator aulicus Monachii, decanus et praepositus collegiatae s. Cajetani, editis quam plurimis operibus et libellis precatoriis, qui fidelibus admodum ariserunt, asceticis et catecheticis, paedagogicis[1]) etc. Compilavit *Vollständiges Lexikon* für Prediger und Catecheten, Augustae 1802—4 t. 5; 1843—45 ed. 5; *Jugendbibliothek* t. 8; 1846—47 ed. 3., quam continuarunt Haeglsperger et Lautenschlager ad 27 t.; redegit cum F. G. Wiedemann a. 5 *Monatsblatt* für christl. Religion und Literatur, München 1813—17. — Ludovicus Aurbacher Bavarus (n. 26. Aug. 1784; † 25. Maj. 1847), cujus libelli populo sunt utiles eique etiam plurimam arriserunt.[2]) — Matthias Zehnter patria Austriacus n. 1787, in seminario eistettensi magister († 1849) reliquit *Erziehungs- und Unterrichtslehre* nach katholischen Grundsätzen, Ingolstadt 1846. — Jo. Bapt. (in ordine dictus Gregorius) Girard[1]) Min. n. 17. Dec. 1765 Friburgi in Helvetia, concionator et theologiae lector, primus Bernae parochus catholicus (1799—1804), in patria sua scholas reformavit scholamque condidit, cujus fama Europam pervasit et plurimos attraxit discipulos. Sed cum nimis sectaretur methodum Rousseau et quemdam innovationis pruritum, non omnibus arrisit, inter quos episcopus et clerus, quare loco cessit acceptavitque philosophiae cathedram, Lucernae (1827—34). Obiit in patria sua 6. Martii 1850. Reliquit[2]) *Cours éducatif,* Parisiis 1840—48 t. 6; 1881 ed. 3; germanice 1810. — Matthaeus Cornelius de Münch Badensis (n. 1774) director seminarii ludi magistorum, parochus († 1853) collegit[3]) *Universallexikon* der Erziehungs- und Unterrichtslehre, Augsburg 1840; 1858—60 ed. 3 t. 3. — Caspar Barthel Wratislaviensis n. 1802, parochus 1832 et scholarum inspector 1834; dein seminarii ludimagistrorum director, consiliarius scholasticus († 1861) edidit *Schulpädagogik* 1849, cujus novam editionem curavit Wanjura praepositus capituli gnesnensis cum ea etiam modo pretio non careat. — Martini Krautheimer Moguntini, parochi (n. 1790; † 20. Jun. 1869)

---

[1]) Allg. d. Biogr. XI, 37; Thes. ll. rei cath. p. 352. Alius ab eo est Ignatius Hauber, qui pariter eodem tempore plures libellos ad fidelium aedificationem edidit, praesertim vitas et exempla piarum personarum. Cf. Thes. ib. 353.

[2]) Cf. Kirchliches Handlexikon 1, 415; Hamberger Allgemeine deutsche Biogr. 1, 688.

[1]) Alius ab eo est Petrus Giraud Montferrandi n. 11. Aug. 1791. Parochus et magnus vicarius claromontanus conciones habuit quadragesimales coram aula. Dictus est episcopus ruthensis (Rodez 1830), inde translatus 1841 ad sedem archiepiscopalem cameracensem, et creatus cardinalis 11. Jun. 1847. Insignis plane erat theologus et concionator, praesul optimus et de sua dioecesi bene meritus († 16./17. Apr. 1850). Opera ejus prodierunt, Lille 1850—52 t. 7 in 8. Cf. L'Episcopat franç. p. 533; 164.

[2]) Cf. Alb. Büchi Kirchl. Handlexikon 1, 1697.

[3]) Cf. de hoc et aliis hic laudatis Lit. Handw. 1902 p. 226 ss.

Gründliche Unterweisung in der kath. Religion nach dem Plane des Petrus Canisius 1845 pp. 3 ed. 4. laudatur usuique erat. Reliquit etiam *Homilien* 1842. 1843 t. 2. — Thomas Burkart parochus plura reliquit catechetis utilia, quae admodum laudantur.[1])

647. Inter *concionatores* laudantur, et quidem in *Italia* Antonius Gianelli Cerretae n. 1789, sacrae eloquentiae in seminario genuensi professor, episcopus bobbiensis († 1846), qui in suis concionibus minus elegantiae studuit quam soliditati. — Sebastianus Soldati episcopus tarvisinus (a. 1828; † 11. Dec. 1849), qui b. V. conceptionem immaculatam propugnavit et celebravit. Prodierunt collecta *Omelie, Pastorali, Prediche ed Orazioni panegeriche,* Udine 1847 t. 8. — Michael Clari (Clary) episcopus cataciensis (Catanzaro 1818), dein 1823 archiepiscopus barensis († 15. Febr. 1858). — Jac. Monico episcopus cenetensis, patriarcha venetus, demum cardinalis (1778—1851), cujus opere sacre prodierunt Venetiis 1864—70 t. 7. — Jos. Barbieri n. 1771 Bassani, juris naturae in universitate patavina professor (1813), unus ex celebrioribus oratoribus sec. XIX, qui tamen eloquentiam magis profanam quam apostolicam assectabatur, magis de forma quam de re erat sollicitus († 10. Nov. 1852), cujus extant plura ut *Quaresimale* Venetiis habitum 1836; *Avento* Mediolani praedicatus 1847 etc. — Petrus Paulus Parzanese (n. 11. Nov. 1809) vix sacerdos factus est canonicus theologus et a. 27 natus vicarius capitularis, quo munere sede vacante a. 18 omnium satisfactione est functus. Obiit capituli archipresbyter 2. Aug. 1852. Inter ejus op. ed. 1889—94 t. 3 continent ejus *sermones.* Erat et insignis poeta.[2])

[1]) Cf. thes. ll. rei cath. p. 108.

[2]) Cf. il Curato P. P. Parzanese il poeta degli operai e le canzioni populari, Milano 1901; Molteni Less. ecclesiastico IV, 120.

— Aloysius Rendu[1]) episcopus anniciensis Sabaudus n. 19. Dec. 1789 exempla aemulatus est ss. Caroli Boromaei et Fr. Salesii († 18. Aug. 1859). Ejus *oeuvres complétes* prodierunt in Migne Orat. ser. II. t. 18; *Lettres pastorales,* 1862; *De l' influence* des moeurs sur les lois et des lois sur les moeurs, Lyon 1840. — Jac. Maria Ant. Coelestinus du Pont 2. Febr. 1792 in Sardiniae insula n. factus est episcopus auxiliaris senonensis (1824), dein S. Deodati (1831), a. 1835 Avenionem translatus, demum 1842 Biturícas, praesul vigil et sagax, prudens et operosus purpuram promeruit a Pio IX. et a Napoleone senatoris honorem. Primum post a. 267 tenuit concilium provinciale 1850 et 1853 synodum dioecesanam. Dioecesim suam ss. Cordi consecravit, liturgiam romanam in eam induxit († 26. Maj. 1859). Opera ejus pastoralia, cum esset episcopus s. Deodati, prodierunt Avenione 1837. — Famam oratoris eloquentis adeptus est Petrus Lud. Coeur n. 14. Mart. 1805, qui juvenis philosophiae professor et nondum sacerdos calamum arripuit adversus de La Mennais composita *Réfutation* de la doctrine sur le Sens commun. In Sorbona lectiones habuit de sacra eloquentia, cui frequentes aderant auditores vel episcopi. Electus est in episcopum trecensem (1848; † 9. Oct. 1860). Inhaerebat opinionibus gallicanis, quibus ut imbuere posset clerum juniorem, seminarii mutavit professores. Opera ejus coeperunt prodire Lugduni 1865, sed ex t. 12, in quae distributa fuere, prodierunt tantum 3, qui ejus complectuntur sermo-

[1]) Alius est ab Eugenio Rendu Parisiensi (n. 10. Jan. 1826; † 1903) publicista catholico et ab hujus fratre Ambrosio (1820—64), qui reliquit plures libros pro scholis. Cf. de his Lorenz IV, 203; Molteni Less. eccl. IV, 496.

[2]) Cf. L' Episcopat p. 559; 94; 151.

nes.[1]) — Jo. Maria Matthias Debelay n. 24. Febr. 1800 dictus est episcopus trecensis 1844, sed mox translatus ad sedem archiepiscopalem avenionensem. Habuit 1849 synodum provincialem et a. 1851 synodum dioecesanam. Plurima aperuit monasteria vel domos pias variarum congregationum aliaque bona opera condidit[2]) atque ita renovavit faciem suae dioecesis († 27. Sept. 1863). Orator erat eloquens. Ejus *Conférences* sur les sacrements prodierunt Trecis 1848; *Oeuvres* collecta inter Orateurs ed. Migne ser. II. t. 17. — Jos. Lamant Laz. (n. 28. Febr. 1823; † 13. Jul. 1863 disseruit utiliter *De la prédication,* Paris 1853 in 12.

648. In *Germania* aliqua nominis fama floruerunt Georgius Rammoser parochus monacensis († 1858), cujus conciones[3]) *die hl. Schrift und die Erblehre* annotationibus illustratae prodierunt Monachii 1843 in 12; *das allerheiligste Sacrament* des Altars in der katholischen Kirche und die Gegenlehre ausser ihr, ib. 1842 etc. Vindicavit transsubstantiationis doctrinam adversus Thiersch, ib. 1844. — Jo. B. Rosentritt Bavarus, subregens in seminario, dein parochus (n. 18. Jul. 1816; † 10. Nov. 1854) cum J. Schermer et W. Lauter edidit *Neue Predigtbibliothek* des Auslandes, Wirceburgi 1845—49 t. 5. Disseruit quoque de terminis civilis et ecclesiasticae potestatis super catholicorum matrimoniis, ib. 1842. — Ignatius Feigerle Moravus n. 7. Apr. 1795, theologiae pastoralis professor Olomucii primum (1823), dein (1829) Viennae, parochus aulae (1840), demum episcopus sanhippolitanus (1852; † 27. Sept. 1863), cujus concionum schemata 1835; 1844 ed. 3, conciones prodierunt 1844; 1850 et 1861 ed 2. Scripsit et vitas ss. Thomae a Villanova, Thomae Aq. et Laurentii Just. 1839. — Jo. Mich. Illmensee n. Ueberlingae 29. Sept. 1754; parochus in urbe Sallgau († 1866), de quo cf. thes. ll. rei cath. p. 408. — Ibidem p. 566 laudatur Jos. Lutz parochus, cujus praeter alia est: *Chrysostomus* und die übrigen grössten Redner der alten und neuen Zeit. Eine Entwicklung der homiletischen Prinzipien, Tübingen 1846. — Georgius Kellermann n. 11. Oct. 1776 victis omnibus difficultatibus ordinatus est sacerdos (2. Aug. 1802) et a Leop. comite de Stolberg adscitus qui liberos ejus institueret. Annos 16 transegit in hac nobili vereque christiana familia ab omnibus maximi factus, sed ipse insignes retulit fructus ex conversatione cum tot viris illustribus, qui in illius domum convenire solebant. Designatus est parochus et decanus ad s. Ludgerum Monasterii auctusque munere concionatoris cathedralis (1823). Libentissime audiebatur ob suam pietatem, unctionem et in concionando fervorem uberrimumque fructum retulit pastor apostolicus inter suas oves. Rogante episcopo suscepit cathedram exegesis N.T. in academia monasteriensi (1826), quam a. 1837 commutavit ex communi theologorum desiderio cum theologia pastorali. Post tot merita de universa dioecesi mirum esse non debet eum communi canonicorum suffragio defuncto episcopo electum esse in ejus successorem 10. Dec. 1846: sed inscrutabili Dei consilio vocatus est ad mercedem aeternam (29. Mart. 1847), antequam ejus electio a sede apostolica fuerit confirmata. Reliquit[1]) opuscula ascetica, paedagogica, catechetica, homiletica etc. — Romanus Sebastianus Zaengerle n. 20. Jan. 1771 in Ober-

[1]) Cf. L'Episcopat p. 647; Lalore Ancienne et nouvelle discipline du diocèse de Troyes V, 12—106.

[2]) Cf. L'Episcopat p. 646 et 96.

[3]) Cf. thesaurus p. 680.

[1]) Cf. Fechtrup KL. VII, 366—69; Rassmann I, 172.

kirchberg prope Ulmam Wiblingae monasterium OSB. est ingressus juvenis 20 a. Sodales docuit lector studii biblici hujusque cathedram rexit in universitate salisburgensi (1803). Monasterio wiblingensi suppresso cum sodalibus transmigravit Tyniez prope Cracoviam, in cujus urbis universitate cathedram impetravit N. T. Inde translatus est Pragam (1811), mox (1812) Viennam. Factus est a. 1822 canonicus ad s. Stephanum et 1824 designatus ab Aug. Gruber archiepiscopo salisburgensi episcopus secoviensis. Bono exemplo praeivit suo clero in concionando. Saepe enim habuit Graecii conciones quadragesimales et alias, quae typis prodierunt[1]), Graecii 1825—29. Missiones fovit, exercitiorum usum promovit, ordines religiosos induxit, in pauperes beneficus fuit († 1848). — Eodem a. 1848 (3. Jan.; n. 18. Aug. 1775) decessit Jo. Leon. Pfaff episcopus fuldensis (1832), qui turbidis illis temporibus inter tot angustias rei catholicae tuebatur causam contra potestatem civilem minus ei propensam. Inter alia reliquit[2]) suppresso nomine *Die christliche Glaubens- und Sittenlehre* in ihrem Zusammenhange und nach dem Sinne der kath. Kirche kurz und gründlich dargestellt, Fulda 1820; München 1821. — Antonius Aloysius Roeggl O. Praem. in canonia wiltinensi Oenipotanus n. 26. Sept. 1782, professor et bibliothecae caesareae addictus, maluit tamen animarum vacare, curae, hinc muneribus illis renunciavit. In monasterio novitiorum egit magistrum. A sodalibus electus est 19. Jun. 1820 in abbatem. Vir erat mitissimus moribusque candidissimus, religiosus exemplaris, qui auctus est muneribus a regimine caesareo pluribus.[3]) Decessit morte subitanea oblato sacrificio missae 26. Maj. 1851. Prodierunt post ejus mortem *Predigten* Innsbruck 1853—56 t. 5 in 8., erat enim concionator insignis; 1857 ed. 2; *Zusprüche* im Beichtstuhle, ib. 1860; Ratisbonae 1896 ed. 10. — Plurimas conciones typis etiam iterato editas reliquit Georgius Jos. Saffenreuter Bambergensis (n. 8. Jul. 1808; † 17. Maj. 1869) in praemium meritorum dictus a consiliis ecclesiasticis ab episcopo wirceburgensi et ab universitate h. c. theologiae doctor[1]). — Vinc. Ed. Milde Brunensis n. 15. Maj. 1777 paedagogiae professor in universitate viennensi scripsit *Lehrbuch* der allgemeinen Erziehungskunde, Wien, 1811—13 t. 2, 1877, opus in hoc argumento egregium. Rexit dein parochiam kremsensem, electus dein est episcopus litomericensis 1823, inde translatus (1831) ad sedem archiepiscopalem viennensem († 14. Mart. 1853). Erat admodum beneficus in pauperes sacerdotes et ludimagistros. Emicuit praesertim in theoria et praxi catechizandi[2]). Ejus *Reliquien,* scil. Hirtenschreiben, Predigten, Instructionen und Testament edidit Ginzel praemissa ejusdem vita, Prag 1853. — Melchior de Diepenbrock n. Bockholti in Westphalia 6. Jan. 1798 post militiam terrestrem conversatione familiari cum Sailer, cui erat a secretis, secutus est castra Christi. Factus est decanus capituli ratisbonensis et 1842 vicarius generalis, et a. 1845 electus episcopus wratislaviensis, cui electioni cessit tantum urgente Gregorio XVI., qui electionem hanc admodum probavit. Magna fortitudine et prudentia vere pastorali rexit gregem suum temporibus illis turbulentis ob sectas ortas et seditiones populares, ejusque bonum quaquaversus promovit. Hinc in meritorum praemium purpura fuit donatus

[1]) Lauchert KL. XLIV, 686—88.

[2]) Cf. Reusch Allg. deutsche Biogr. 25, 594.

[3]) Cf. Goowaerts II, 102.

[1]) Cf. Maurer KL. VIII, 1513; Werner Allg. d. Biogr. 30, 167.

[2]) Cf. O. Schmid Allg. deutsche Biogr. 30, 167.

a Pio IX. 20. Sept. 1850, sed mox mors 20. Jan. 1853 ad praemia aeterna eum vocavit. Praesul erat vere princeps a Deo speciali modo suscitatus in bonum Ecclesiae Germaniae[1]). Ejus conciones prodierunt Ratisbonae 1841; 1849 ed. 3; *Hirtenbriefe* Münster 1853; *Briefe* (cum ep. Sailer et Passevant), Frankfurt 1860. Ediderat junior *Suso's Leben und Schriften,* Regensburg 1829; 1837; 1884 ed. 4. et collectionem bellam *Geistlicher Blumenstrauss* aus spanischen und deutschen Dichtergärten, Sulzbach 1826; 1862 ed. 4. — In *Gallicia* inter missionarios emicuit Car. de Boloz Antoniewicz origine Armenus, sed Skwarzawae illius provinciae oppido n. 6. Nov. 1807. Mortuis uxore et filiis ingressus est Soc. J. 11. Sept. 1839. Indefesso zelo percurrit concionando regiones illas uberrimosque retulit fructus. Aegrotis cholerae morbo infectis curam impendens ipse morbum contraxit[2]) 14. Nov. 1852. Innumera reliquit lingua polona opuscula, orationes scil., conciones, instructiones, meditationes, ascetica, biographica, carmina etc., quae Sommervogel sub n. 102 recenset I, 429—41; VIII, 1661—64. — Daniel Murray *Hibernus* n. 18. Apr. 1768 parochus dublinensis, coadjutor Troy archiepiscopi dublinensis (1809) dein 1823 ejusdem successor († 26. Febr. 1852), clarus concionator, cujus *Letters, Sermons and Relig. Discourses* prodierunt Dublini 1859 t. 2; ejus conciones germanice interprete Kayser 1864 t. 2 ed. 2. Eae excellunt eloquentia non florida, sed apostolica, mascula, unctione plena. Praesul erat virtutum ornatu illustris de bono sui gregis admodum sollicitus. Ultra 90 ecclesiae sub eo aedificatae sunt, plurima condita monasteria; ipse Gregorium XVI. movit, ut praefationi de b. Maria V. insereretur: »Et te in immaculata conceptione etc.« Fatendum est eum amore pacis nimis conniventem fuisse erga gubernium in rebus scholaribus, sed prompte morem gessit monitis sedis apostolicae ac collegarum suorum in munere episcopali sententiae accessisse. Obiit 26. Febr. 1852 magno ovium luctu, quae eum ut patrem et sanctum venerati sunt[1]).

649. Inter ascetas nominare licet Benedictum Valuy SJ. Gallum n. 13. Nov. 1808, qui concionandi munus a. 30 exercuit († 24. Aug. 1869). Ex ejus operibus mentione digna sunt *Le directoire du Prêtre* dans sa vie privée et dans sa vie publique, Lyon 1854 in 8; 1872 ed. 16; etiam germanice interprete Ad. Bourier, Augsburg 1861 ed. 2; *Le guide du jeune homme* au collége et dans le monde, Grenoble 1856; 1859 ed. 3; *Manuel de l' ordinand,* ib. 1861 in 12; 1866 ed. 3; germanice Augsburg 1865; *Sainte Marie Madeléne* et les autres amis du Sauveur, apôtres de Provence, Histoire ascétique, Lyon 1867 in 8 etc. — Dominicus Maria Savy Tolosanus n. 8. Maj. 1771, aliquamdiu professor s. Scripturae Tolosae, dein archiepiscopatus secretarius et vicarius generalis et a. 1827 episcopus aturensis (Aire). Episcopus totum se missionibus dedit, et ad perpetuandum hunc apostolatum societatem missionariorum in sua instituit dioecesi, sicut et societatem pro propagandis bonis libris. Infirmitatis causa episcopatu se abdicavit, decessitque combustis prius suis manuscriptis (13/14. Dec. 1842). Prodiit[2]) *De la vie surnaturelle* de nos âmes, Parisiis 1862. — Augustinus Jo. le Tourneur

[1]) Cf. Karker KL. III, 1725; Förster in ejus vita Wratislaviae 1878 ed. 3.

[2]) Cf. Speil P. K. Antoniewicz, Missionär der Gesellschaft Jesu, Ein Lebensbild, Breslau 1875.

[1]) Cf. de eo passim Bellesheim, Geschichte der katholischen Kirche in Irland III praesertim p. 527 ss.

[2]) Cf. L'Episcopat p. 7.

Parisiensis n. 5. Sept. 1775, vicarius generalis et decanus capituli suessionensis necnon canonicus parisiensis electus est in episcopum virodunensem (1837; † 26. Jan. 1844). Reliquit plures libellos asceticos, inter quos *L' année du chrétien* ou le chrétien sanctifié par la connaissance de Jesus Christ, 1842—44 t. 6 in 12. — Jo. Phil. Roothaan SJ. inter ascetas eminet etsi non multa scripserit. Natus est Amstelodami 23. Nov. 1785. Ingressus est 3. Febr. 1804 Soc. Jesu, quae tunc refugium invenerat in Russia. Litteras humaniores et rhetoricam docuit electusque est in praepositum generalem 9. Jul. 1828. Vir erat magna prudentia, magnanimitate et resignatione in Dei voluntatem praeditus et animi pace, ut mediis in procellis, quae societatis ruinam minabantur, cordis serenitatem jugiter servaret († 8. Maj. 1853). Aureas atque unctione plenas literas emisit encyclicas ad solandos sodales, admodum practicam concinnavit instructionem de arte meditandi Romae (1836) et saepe alibi, Ratisbonae 1894; exercitia s. Ignatii ex originali latine vertit egregiisque annotationibus illustravit[1]). — Petrus Julianus Eymard Gallus n. 4. Febr. 1811, instituit 1856 congr. presbyterorum eucharistiae, cujus erat superior ad mortem usque (1. Aug. 1868), et congr. servarum ss. Sacramenti et unionem eucharisticam pro sacerdotibus secularibus. Scripsit[2]) *La divine Eucharistie,* Parisiis 1872—78 t. 4; germanice 1898. — Eduardus de Lehen SJ. aliquamdiu s. Scripturae lector (n. 8. Sept. 1807; † 12. Dec. 1867), cujus aureus exstat l. *La vie de la paix intérieure,* Paris 1855 in 12; 1880 ed. 8; germanice interprete Brucker, Friburgi 1869, quae versio saepius prodiit. Ejus quoque sunt *Instructions sur les scrupules,* Vannes 1850 ed. emendata; *Les instituts* de droit naturel, privé et public et du droit des gens, Paris 1866 t. 2 in 8. — Jo. Bapt. Pagani congr. Rosminianae n. 4. Maj. 1806 a Rosmini in Angliam missus congregationem ibidem propagavit ejusque primus fuit praepositus provinciae, et defunto fundatore, eidem in supremo regimine successit († 1860). Reliquit libellos pios, etiam in lingua anglica[1]). — Petrus Arnoud (Arnold) n. 17. Maj. 1811) operarius in missione missouriana († 29. Jul. 1865) placuit op. *de imitatione sacri cordis Jesu ll. 4,* Einsidlae 1863 in 16; 1864. — Innumera opuscula ascetica edidit Ant. Passy congr. ss. Red. († 1847) auctor admodum fertilis.[2]) — J. Raynaud[3]) canonicus honorarius aquensis compilavit *le Prêtre* d' après les pères, Toulouse 1840—42 t. 12 in 8. — Vir magnae auctoritatis erat Adamus Franc. Lennig Moguntinus n. 3. Mart. 1803 canonicus et vicarius generalis episcopi Ketteler (22. Nov. 1866). Reliquit pias *Betrachtungen* über das bittere Leiden Jesu 1867; 1903 ed. 4; *über das Vater Unser* und den englischen Gruss, 1869. Sed major nominis ejus claritas quod validum dederit impulsum vitae novae catholicae per Germaniam fueritque veluti centrum chori illustrium virorum de ecclesia patria bene meritorum et auctor unionum tam utilium, quae a Pio IX. pianae denominantur[4]). — Nec praetermittendus est Joannes Petrus Silbert

---

[1]) Cf. Sommervogel VII, 117—127; kirchliches Handlexikon II, 1819; Alberdingk Thijm vita Amstelodami 1885; germanice auctore J. Martin 1898,

[2]) Cf. Hdlx. I, 1410.

[1]) Cf. Less. eccl. IV, 10.

[2]) Cf. thes. p. 614 ss.

[3]) Cf. Kirchliches Handlexikon II, 614.

[4]) Alius a Jos. Reynaud archipresbytero, cujus prodierunt *Méditations spéculatives et pratiques* ou dogmatiques et morales pour tous les jours, Grenoble 1839 t. 8 in 12. *L' avocat du prêtre calomnié,* ib. 1862.

laicus, gymnasii klausenburgensis professor, dein Viennae in polytechnico linguae gallicae et literaturae (n. 29. Mart. 1777; † 27. Dec. 1844), auctor opusculorum in utilitatem populi christiani feracissimus, inter quae laudem in primis meret *Leitsterne auf der Bahn des Heiles,* collectio scil. opusculorum asceticorum praestantium, quorum triplicem exhibuit seriem t. 18, quibus supplementi instar adjecit t. 6, Viennae 1825—30; Ratisbonae 1834—49.

Tabulae chronologicae et Indices

hujus p. sequentur in altera hujus tomi parte.

BIBL. LONDIN. UNIV.

In Libraria academica Wagneriana Oeniponte

Nomenclator literarius Theologiæ catholicæ

Theologos exhibens ætate, natione, disciplinis distinctos.

Edidit et commentariis auxit

Hugo Hurter S. J.

Cum approbatione Episc. Brixinensis et Facult. Sup.

Editio III.

Tomus I. editionis III (Tomus V. editionis II.) Theologiæ catholicæ ætas prima ab ærae christianæ initiis ad theologiæ scholasticæ exordia (1109). 1903. Pagg. xvi, semipagg. 1099 & pagg. lxx. M 12.—

Tomus II. editionis III. (Tomus IV. editionis II.) Theologiæ catholicæ ætas media ab exordiis theologiæ scholasticæ usque ad celebratum Concilium Tridentinum ab anno 1109—1563. 1906. Semipagg. 1592 & pagg. clxxxii. M 18.—

Tomus III. editionis III (Tomus II. editionis II.) Theologiæ catholicæ seculum primum post Concilium Tridentinum ab anno 1564—1663. III.edit. M13.—

Tomus IV. editionis III. (**Tomus II.** editionis II.) Theologiæ catholicæ seculum secundum post Concilium Tridentinum 1664—1763. III. editio. 1910. M 24.—

Tomus V. Pars I. editionis III. ab anno 1764—1869. M 22.—.

Medulla Theologiæ Dogmaticæ.

Auctore **Hugo Hurter** S. J.

Editio octava. 1908. Pagg. 762 in 8°. M 6.40

Compendium Theologiæ Dogmaticæ

in usum studiosorum theologiæ

edidit **Hugo Hurter** S. J.

Editio duodecima emendata. 1909. 3 Tomi in 8°. M 16.48

Biblia Sacra

Vvlgatae Editionis

Ex ipsis exemplaribvs Vaticanis inter se atqve cvm indice errorvm corrigendorvm collatis

critice edidit **P. Michael Hetzenaver** O. C.

Prov. Tirol. Sept., Professor Exegesis in scholis svperioribvs Pontificii Seminarii Romani ad S. Apollinarem.

Cvm approbatione ecclesiatica. 1906. Pagg. xxxii & 1143 & 173* in 8° maiori.

Opvs in tres tomos dividi potest, pro qvibvs titvli partiales adiacent.

Pretium: M 22.—.

Ἡ ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ ΕΛΛΗΝΙΣΤΙ.

NOVUM TESTAMENTUM VULGATAE EDITIONIS.

GRAECUM TEXTUM DILIGENTISSIME RECOGNOVIT, LATINUM ACCURATISSIME DESCRIPSIT, UTRUMQUE ANNOTATIONIBUS CRITICIS ILLUSTRAVIT AC DEMONSTRAVIT

P. F. MICHAEL HETZENAUER O. C.

2 Tomi in 8°. M 6.80

TOMUS PRIOR

EVANGELIUM.

CUM APPROBATIONE ECCLESIASTICA.

1896. Pagg. lxiv & 338, 287 earum Pagg. duplices. M 3.20

TOMUS ALTER

APOSTOLICUM.

CUM APPROBATIONE ECCLESIASTICA.

1898. Pagg. xii & 403, 354 earum Pagg. duplices. M 3.60

Ejusdem editio latina:

NOVUM TESTAMENTUM VULGATAE EDITIONIS.

EX VATICANIS EDITIONIBUS EARUMQUE CORRECTORIO
CRITICE EDIDIT

P. MICHAEL HETZENAUER O. C.

CUM APPROBATIONE ECCLESIASTICA. 1900. Pagg. 605 in 8°. M 3.—

Ejusdem editio græca:

Ἡ ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ ΕΛΛΗΝΙΣΤΙ.

NOVUM TESTAMENTUM GRÆCE.

Diligentissime recognovit P. **Michael Hetzenauer** O. C.

Editio altera emendatior.

Hæc editio in duos tomos dividi potest.

1904. Pagg. xii & 299. iv & 368 in 8°. M 3.50

EPITOME EXEGETICÆ BIBLICÆ CATHOLICÆ

Scripsit in usum scholarum P. **Michael Hetzenauer** O. C.

Approbatus lector sacræ theologiæ. — Cum approbatione ecclesiastica.

1903. Pagg. x & 175 in 8. M 3.—

Wesen und Prinzipien der Bibelkritik

auf katholischer Grundlage.

Unter besonderer Berücksichtigung der offiziellen Vulgataausgabe dargelegt von P. **Michael Hetzenauer** O. C.

Mit kirchlicher Approbation. 1900. Pagg. xii u. 212 S. 8°. M 3.60

Archæologiæ biblicæ summarium.

Prælectionibus academicis accommodatum

a **Francisco Xav. Kortleitner**

Studii biblici veteris et novi testamenti lectore approbato, abbatiæ Wiltinensis canonico regulari et subpriore.

Cum approbatione ecclesiastica.

1906. Pagg. xx & 411 in 8° cum xiii delineationibus. M 6.—

De Polytheismo Universo

et quibusdam eius formis apud hebræos finitimasque gentes usitatis.

Scripsit **Franciscus Xav. Kortleitner**
abbatiæ Wiltinensis Canonicus regularis.

Permissu ecclesiastico.

8° xxxi + 341 paginæ et tres tabulæ geographicæ.

1908. M 6.—

De hebraeorum ante exsilium babylonium monotheismo

scripsit **Franciscus Xav. Kortleitner.**

1910. XXVII und 191 Seiten. M 5.—

Fontes iuris canonici selecti

[I. Ecclesia antiquissima. — II. Potestas ecclesiastica et imperium civile. III. Ordinatio. — IV. Hierarchia ordinis et hierarchia iurisdictionis. — V. Pontifex romanus. — VI. Cardinales. — VII. Curia romana. — VIII. Legati pontificii. — IX. Metropolitae. — X. Episcopi. — XI. Capituli. — XII. Vicarii et coadiutores episcoporum. — XIII. Parochi. — XIV. Ordines et congregationes.]

Collegit Prof. Dr. **Andreas Galante.**

1906. Pagg. xvi & 677 8° majori. M 17.—

Anselmi episcopi Lucensis Collectio Canonum una cum Collectione minore,

jussu Instituti Savigniani recensuit **Friederikus Thaner.** Fasciculus I.

1906. pagg. 227 8°. M 10.—

Fasciculus II sub prelo.

Manuale Theologiæ Fundamentalis

usui scholari et privato accomodatum.

Auctore **P. Angelo Stummer.**

Cum approbatione ecclesiastica.

1907. Pagg. xxv et 563 in 8°. M 6.—

De rationibus festorum
Sacratissimi Cordis Jesu et purissimi Cordis Mariæ

libri IV auctore **Nicolao Nilles** S. J.

Editio V. novis accessionibus adornata.

2 Tomi. 1885. Pagg. lix, 606 & lix, 664 in 8°. M 15.20

Instructio pro sacris ecclesiæ ministris

doctrini specimen daturis seu brevis delineatio eorum, quæ in examine pro sacris ordinibus et pro cura animarum suscipienda frequentius proponuntur

Primo Romæ ab **Aloisio Togni** edita,

nunc vero magis accommode exarata et aucta a **Joh. Pircher.**

Editio III. Permissu reverend. Ordinarii.

1895. Pagg. vii & 396 in 8° minori. M 1.60

Regulæ de tono vocum arabicarum

quas concepit, exemplis illustravit atque exercitationis specimine explanavit **Joh. B. Wenig** S. J.

1870. Pagg. 22 in 8°. M —.80

Sanctorum Patrum Opuscula Selecta

ad usum præsertim studiosorum theologiæ

edidit et commentariis auxit

H. Hurter S. J.

Series prima. Volumina 48 in 8° minori. M 51·34

Vol. 1. De vita et passione S. Cypriani per Pontium. S. Cypriani libri ad Demetrianum et de unitate Ecclesiae. — Daemon vel invitus testis divinae originis religionis christianae diss. theolog. Editio 5. 1906. (135 p.) M —.60

Vol. 2. Tertulliani, S. Cypriani et D. Thomae Aqu. in orationem dominicam commentaria. Editio 2. 1879. (156 p.) M —.72

Vol. 3. Libri duo de vocatione omnium gentium; tractatus de humilitate. De arca Noe Ecclesiae typo diss. theolog. Editio 2. 1894. (244 p.) M —.76

Vol. 4. S. Cypriani libri de mortalitate, de opere et elemosyna, de patientia. Tertulliani liber de patientia et exhortatio ad martyres. Martyrum sanguis vox veritatis diss. apolog. Editio 2. 1894. (202 p.) M —.72

Vol. 5. S. Ambrosii, S. Cypriani et Tertulliani de poenitentia. Editio 2. 1894. (220 p.) M —.76

Vol. 6. S. Augustini libri de utilitate credendi, de fide rerum quae non videntur, dei fide et symbolo. S. Thomae Aqu. in symbolum apostolicum expositio. Editio 2. 1887. (260 p.) M —.96

Vol. 7. Vita S. Ambrosii a Paulino ejus notario conscripta. S. Ambrosii, S. Cyrill Hieros. et Tertulliani opuscula ad Ecclesiae sacramenta pertinentia. Editio 2. 1897. (196 p.) M —.72

Vol. 8. Vita S. Augustini a Possidio Calamensi episc. conscripta. S. Augustini liber de catechizandis rudibus. Editio 2. 1895. (216 p.) M —.76

Vol. 9. Tertulliani liber de praescriptionibus adversus haereticos. Vincentii Lirinensis commonitorium. Editio 2. 1880. (264 p.) M 1.08

Vol. 10. S. Optati Afri Milevitani episcopi, de schismate Donatistarum libri septem. 1870. (280 p.) M —.90

Vol. 11. S. Eusebii Hieronymi Stridonensis presbyteri epistolae selectae. Editio 2. 1894. (285 p.) M —.90

Vol. 12. SS. Patrum opuscula selecta de gloriosa Dei genitrice Maria. Editio 2. 1890. (312 p.) M 1.20

Vol. 13. SS. Martyrum acta selecta. 1871. (304 p.) M 1.20

Vol. 14. S. Leonis M. sermones selecti. Editio 2. 1906. (232 p.) M —.84

Vol. 15. M. Minucii Felicis Octavius et S. Joannis Chrysostomi demonstratio quod Christus sit Deus. Accedit anonymi viri apostolici epistola ad Diognetum. Editio 2. 1901. (207 p.) M —.76

Vol. 16. S. Augustini enchiridion ad Laurentium, sive de fide, spe et charitate liber. S. Fulgentii de fide seu de regula verae fidei ad Petrum liber. Editio 2. 1895. (268 p.) M —.90

Vol. 17. Romanorum Pontificum epistolae selectae. 1872. (284 p.) M —.96

Vol. 18. Romanorum Pontificum epistolae selectae (continuatio) 1872. (284p.) M —.96

Vol. 19. Tertulliani Apologeticum. Editio 2. 1898. (232 p.) M —.90

Vol. 20. S. Gregorii Papae I. liber regulae pastoralis. Editio 2. 1906. (280 p.) M 1.08

Vol. 21. S. Caecilii Cypriani episc. Carthag. epistolae selectae. Editio 2. 1903. (240 p.) M —.96

Vol. 22. Lactantii liber de mortibus persecutorum et Victoris Vitensis historia de persecutione vandalica. Editio 2. 1898. (252 p.) M 1.02

Vol. 23. D. Algeri de sacramentis corporis et sanguinis dominici libri tres. 1873. (383 p.) M 1.50

Vol. 24. S. Prosperi Aquitani carmen de ingratis. Accedunt indices opusculorum omnium et rerum totius collectionis a t. I—XXIV. 1873. (211 p.) M —.90

Vol. 25. S. Leonis M. epistolae selectae I—XXVIII. 1874. (304 p.) M 1.20

Vol. 26. S. Leonis M. epistolae selectae XXIX—L. 1874. (298 p.) M 1.20

Vol. 27. S. Augustini opuscula selecta de Ecclesia. 1874. (303 p.) M 1.20

Vol. 28. S. Anselmi de Divinitatis essentia monologium. 1874. (212 p.) M —.90

Vol. 29. S. Joannis Chrysostomi homiliae quinque de incomprehensibili et S. Gregorii Nazianzeni orationes theologicae quinque. 1875. (337 p.) M 1.44

Vol. 30. S. Ambrosii de fide ad Gratianum Augustum libri v. 1875. (395 p.) M 1.60

Vol. 31. S. Basilii liber de Spiritu sancto ad Amphilochium. 1875. (162 p.) M —.72

Vol. 32. Cassiani de incarnatione Christi contra Nestor. libri. 1876. (281 p.) M 1.08
Vol. 33. S. Aurelii Prudentii apotheosis et Sedulii carmen paschale. 1876. (174 p.) M —.80
Vol. 34. SS. Patrum de sanctissima Dei genitrice Maria sermones selecti. 1877. (321 p.) M 1.44
Vol. 35. S. Aurelii Augustini Hipponensis episcopi et S. Prosperi Aquitani de gratia opuscula selecta. 1877. (203 p.) M —.90
Vol. 36. S. Aurelii Augustini et S. Prosperi Aquitani de gratia adversus Semipelagianos opuscula selecta. 1878. (344 p.) M 1.44
Vol. 37. Sanctorum Patrum de Sacramentis opuscula selecta. 1878. (253 p.) M 1.08
Vol. 38. Guitmundi de corporis et sanguinis Christi veritate in Eucharistia libri tres. 1879. (185 p.) M —.84
Vol. 39. Scriptorum veterum de Eucharistia opuscula selecta. 1879. (284 p.) M 1.20
Vol. 40. S. Gregorii oratio apologetica de fuga sua et S. Joannis Chrysostomi libri sex de sacerdotio. 1879. (292 p.) M 1.20
Vol. 41. S. Joan. Damasceni de fide orthodoxa libri quatuor. 1880. (430 p.) M 1.80
Vol. 42 et 43. S. Augustini de S. Trinitate libri quindecim. 1881. (723 p.) M 3.—
Vol. 44. S. Athanasii libri duo contra gentes. 1882. (231 p.) M —.96
Vol. 45. S. Fulgentii epistolae I—VIII. 1884. (254 p.) M 1.14
Vol. 46. S. Fulgentii epistolae XI—XVIII. 1884. (318 p.) M 1.44
Vol. 47. S. Bernardi de consideratione libri quinque ad Eugenium III. et tractatus de moribus et officio episcoporum ad Henricum Senensem archip. 1885. (277 p.) M 1.20
Vol. 48. Sulpicii Severi opuscula de S. Martino episcop. Turonensi et Eusebii Hieronymi vitae S. Pauli, S. Hilarionis et Malchi. Accedunt index rerum quae a tomo XXV—XLVIII continentur. 1885. (317 p.) M 1.44

Series altera. Vol. I—VI in 8°. K 14.20

Vol. 1. et 2. S. Augustini in Joannis evangelium tractatus cxxiv. 1884. (575 et 558 p.) M 4.—
Vol. 3. Joannis Cassiani collationes xxiv. 1887. (829 p.) M 3.—
Vol. 4. S. Hilarii de Trinitate libri xii. 1887. (612 p.) M 2.40
Vol. 5. S. Bernardi, abbatis Claravallensis, sermones in cantica canticorum. 1888. (740 p.) M 3.—
Vol. 6. S. Gregorii M. xl Homiliarum in evangelia libri duo. 1892. (392p.) M 1.80

Secundum ordinem Patrum

Numeri indicant volumina.

Algerus 23. — Ambrosius 5. 7. 30. 37. — Andronicus 13. — Anonymus 8. 12. 15. — Anselmus 28. — Athanasius 44. — Augurius 13. — Augustinus 6. 8. 16. 27. 35. 36. 37. 42/43. Series II. 1. 2. — Basilius 31. — Bernardus 12. 47. Series II. 5. — Bonifacius 18. — Cassianus 32. Series II. 3. — Chrysostomus 15. 29. 40. — Clemens 17. — Coelestinus P. 18. — Cornelius 17. — Cyrillus Alex. 11. 18. — Cyrillus Hier. 7. — Cyprianus 1. 2. 4. 5. 21. — Damasus P. 17. — Eulogius 13. — Felicitas 13. — Florus Diac. 39. — Fulgentius 16. 45. 46. — Germanus 34. — Gregorius Berg. 39. — Gregorius M. 20., Series II. 6. — Gregorius Naz. 29. 40. — Guitmundus 38. — Hieronymus 11. 12. 48. — Hilarius 36. Series II. 4. — Hildebertus 39. — Ignatius M. 13. — Innocentius I. P. 18. — Joannes Damasc. — — Joannes Eub. 34. — Julius P. 17. — Lactantius 22. — Leo M. 14. 25. 26. — Liberius P. 17. — Lucius 13. — Maximilianus 13. — Minutius Felix 15. — Montanus 13. — Nicephorus 13. — Optatus 10. — Pacianus 37. — Perpetua 13. — Polycarpus 13. — Pothinus 13. — Probus 13. — Proclus Ep. 12. — Prosperus Aquit. 24. — Prudentius 33. — Sedulius 33. — Siricius P. 17. — Sophronius 34. — Sulpicius Severus 48. — Tarachus 13. — Tertullianus 2. 4. 5. 7. 9. 19. — Theodotus 13. — Thomas Aqu. 2. 6. — Victor Vit. 22. — Vincentius Levita. 13. — Vincentius Lir. 9. — Zosimus P. 18.

Die Praxis der Seelsorge

Winke für die Verwaltung des Pfarramtes und die Seelsorge überhaupt

von **Josef Frassinetti.**

Nach der 9. Auflage des italienischen Originals bearbeitete und erweiterte zweite deutsche Auflage herausgegeben von **Dr. Robert Klimsch.**

1902. xxiii u. 463 S. 8°. M 3.80.

Legatum in telam nigram cum margine rubro M 5.—

Calendarium poeticum.

Continens momenta ex vita sanctorum applicationes et axiomata.

Auctoribus **M. Missi** et **A. Oberkofler.**

Editio elegantissima cum 12 imaginibus. 1890. Pagg. vi & 487 8°. M 2.00.

Pretium minutum M 1.—

Memoriale jubilaei sacerdotalis summi Pontificis Leonis XIII.

Auctoribus **M. Missi** et **A. Oberkofler.**

1887. Pagg. 55 8° maj. M 2.—. Pretium minutum. M 1.—

Quellen zur Geschichte des römisch-kanonischen Prozesses im Mittelalter

herausgegeben von

Dr. Ludwig Wahrmund.

I. Band, 1.—8. Heft. gr. 8°. M 24.—

1. Heft: **Die Summa libellorum des Bernardus Dorna.**
1905. xiv u. 103 S. M 4.—

2. u. 3. Heft: **Die Summa Minorum. — Der Curialis.**
1905. xix u. 58, xi u. 63 S. M 5.—

4 u. 5. Heft: **Die Rhetorica ecclesiastica. — Der Ordo judiciarius des Eilbert von Bremen.**
1906. xv u. 93 S. und x u. 13 S. M 5.

6. u. 7. Heft: **Die Summa des Magister Aegidius. — Der Ordo judiciorum des Martinus de Fano.**
1906. xiv u. 27, xvi u 26 S. M 4.—

8. Heft (Schluss des 1. Bandes mit Index): **Das Formularium des Martinus de Fano.**
1907. xv u. 136 S. M 6.—

Dokumente zur Geschichte der Eherechtsreform in Österreich

gesammelt und herausgegeben von

Dr. Ludwig Wahrmund
Professor der Rechte in Innsbruck.

Komplett in 2 Bänden broschiert. 1908. M 34.—

Die Beweistheorie im canonischen Prozess

mit besonderer Rücksicht auf die Fortentwicklung derselben im gemeinen deutschen Zivilprozess.

2. besonderer Teil: **Das Beweisverfahren im canonischen Prozess.**

1880. iv u. 404 S. gr. 8°. M 10.40

I., pars generalis. 1867. Apud Hölder Viennæ.

Die Beziehungen von Staat und Kirche in Österreich

während des Mittelalters.

Von **Dr. Heinrich R. v. Srbik.**

1904. xvi u. 229 S. 8°. M 7.50

Die katholische Gegenreformation

in Niederösterreich unter Rudolf II. (1576—1580).

Von **Dr. V. Bibl.**

1900. x u. 182 S. 8°. M 4.—

Urkunden-Regesten

aus den von Kaiser Josef II. aufgehobenen Klöstern Böhmens.

Von **Dr. A. Schubert.**

1901. xxvii u. 360 S. 4°. M 16.60

Pius VII.

Die Säkularisation und das Reichskonkordat.

Von **Dr. Leo König S. J.**

1904. xiii u. 368 S. 8°. M 6.—

Opus hoc actibus fundatur dispersis, quæ relate tum ad sæcularisationem tum ad concordatum imperii in archivo Nuntiaturæ apostolicæ et c. r. Ministerii status exterioris in sectione „Romana" Viennæ reperiuntur. Auctor sperat, acta præfata ad meliorem intellegentiam rerum historicarum ac canonicarum imperii romano-germanici ad finem vergentis et ad iudicium æquum de Pontificatu Pii VII non parum conducere.

Ad historiam Mysticismi Medii Aevi.

Der Gottesfreund vom Oberland

eine Erfindung des Straßburger Johanniterbruders Nicolaus von Löwen

Von **Karl Rieder.**

Mit 12 Facsimiles. 1905. xiii u. 208 S. 8°. M 24.—

Die religiöse Bewegung in Oberösterreich und Salzburg

zu Beginn des XIX. Jahrhunderts.

Von **Dr. Th. Wiedemann.**

1890. xii u. 405 S. 8°. M 6.60, minutum M 3.30.

Vita S. Cleridonae Virginis, B. Laurentii Anachoretae et Hippoliti Pugnetti Monachi.

Auctore **Dr. Willibaldo Gnandt O. S. B.**

1902. Pagg. xxiii & 219 in 8°. maj. M 2.—, Pretium minutum M 1.—

Schola Syriaca.

Complectens: chrestomatiam cum apparatu grammatico et lexicon chrestomatiae accommodatum.

Auctore **Joh. B. Wenig** S. J.

Pars 1.: Chrestomatia cum apparatu grammatico.

1866. Pagg. lxxx, 107 & 163 in 8°. M 7.20

Commentarius in Epistolam B. Pauli Apostoli ad Hebraeos

usibus auditorum suorum concinnavit

Dr. Joannes Pánek

studii biblici N. T. in C. R. Facultate Theologica Olomucensi Professor P. O.

1882. Pagg. 230 in 8°. M 3.20

Metrices biblicæ exemplis illustratæ

scripsit von **Dr. Gustavus Bickell.** — Cum supplemento.

1879. Pagg. 92 in 8°. M 2.—

Carmina veteris testamenti metrice.

Notas criticas et dissertationem de re metrica Hebraeorum adjecit

Dr. Gustavus Bickell.

1882. Pagg. vi & 236 in 8°. M 6.40

Der Prediger über den Wert des Daseins.

Wiederherstellung des bisher zerstückelten Textes.

Übersetzung und Erklärung von **Dr. Gustav Bickell.**

1884. 112 S. kl. 8°. M 1.20

Dichtungen der Hebräer.

Zum erstenmal nach dem Versmaß des Urtextes übersetzt

von **Dr. Gustav Bickell.**

3 Bändchen. kl. 8°. M 6.—

1. Bändchen: „Geschichtliche und prophetische Lieder.“ 1882. viii u. 136 S. M 1.60
2. Bändchen: „Job, Dialog über das Leiden des Gerechten.“ 1882. xii u. 92 S. M 1.20
3. Bändchen: „Der Psalter.“ 1883. x u. 279 S. M 3.20